BX2000
.H67
1778
c.1




MATRITI SUMTIBUS SOCIETATIS

110304 38316
FONDO BIBLIOTECARIO DEL ESTADO DE NUEVO LEON
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# HORÆ DIURNÆ BREVIARII ROMANI,

Ex Decreto Sacrosancti Concilij Tridentini restituti, Pii V. Pontif. Max. iussu editi, Clementis VIII. & Urbani VIII. auctoritate recogniti,

In quibus ea omnia continentur, quæ præter Lectiones & earum Responsoria, ad plenam Officij Matutini recitationem pertinent.




MATRITI.

Typis, Michaelis Escribano, Typog.
M.DCC.LXXVIII.

Sumptibus Regiæ Societatis Typographorum, Bibliopolarumque.

1778

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE

1080046487

BX2000
.H67
1778

F. Geronimo de Guadalupe

# SUMMA BULLARUM
## SUMMORUM PONTIFICUM
### Pro Editione huius Diurnalis.

**PIUS V.** Bulla, quæ incipit: Quod à nobis, data Romæ septimo Idus Iulij anno 1568. significat causam edendi huius Breviarij, nempè ad tollendam orandi varietatem.

Refert ea, quæ in hac re præstitere Paulus & Pius nomine Quarti, & quam ipse adhiberi operam curavit, ex Decreto Concilij Tridentini.

Tollit, & abolet omninò Breviarium, à Cardinale S. Crucis compositum, quod erat brevissimum. Item alia Breviaria Romana, & alia, quæ ex institutione, vel consuetudine legitima non superant ducentos annos.

Permittit tamen ut antiquiora ducentis annis possint mutari in hoc Breviarium, Ijs omissis, si Episcopus, & universum Capitulum consentiant.

Revocat omnes permissiones, consuetudines, statuta, Privilegia, licentias & indulta precandi, & psallendi more, & ritu prædictorum Breviariorum suppressorum.

Præcipit observari hoc Breviarium in toto orbe, cum exceptione 200. annorum, de quo sup.

Statuit in eo nihil mutandum, addendum, & detrahendum.

Obligat quosque, qui tenentur Horas Canonicas recitare, ut hoc utantur Breviario, aliàs non satisfaciant muneri suo.

Iubet omnibus Prælatis, ut hoc introducant tàm in Choro, quàm extra Chorum.

Tollit peccati obligationem, quæ erat recitandi in Choro Officium parvum B. M. V. & Defunctorum, Psalmos Pœnitentiales, & Graduales, iuxta Rubricas Breviarij.

Hortatur, ut recitentur eadem, propositis Indulgentiis dierum centum recitantibus Officium parvum B. M. Virginis & Defunctorum: quinquaginta recitantibus Psalmos Pœnitentiales, & Graduales, quando Rubricæ ea præscribant.

Non tamen tollit laudabilem consuetudinem, ubi est, recitandi Officium parvum B. M. V. in Choro, imò eamdem confirmat, & tandem tempus decernit obligationis ad usum Breviarij post eiusdem publicationem.

**CLEMENS VIII.** Bulla quæ incipit; Cùm in Ecclesia: data Romæ die x. Maij, anno 1602. declarat, se per viros pios & eruditos Breviarium Romanum à Pio V. editum, & progressu temporis in multis depravatum, examinasse, & in statum pristinum restituisse: illudque sic restitutum in Typographia Vaticana imprimi, & divulgari iussisse. Prohibet ne alibi imprimatur nisi iuxta exemplar Vaticanum, & habita Ordinariorum licentia, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. Interdicit usum Breviariorum impressorum absque tali Ordinariorum licentia in scriptis, quæ fidem faciat de collatione facta prædictorum Breviariorum cum Originali Romano: cuius etiam licentiæ copia initio, vel in calce cuiusque Breviarij semper imprimatur. Prædictis Ordinariis prohibet ne aliquid addi, vel detrahi permittant. Et hæc sub pœna excommunicationis, suspensionis à divinis, ac interdicti ab ingressu Ecclesiæ. Verumtamen in gratiam pauperum, Breviaria hactenùs impressa vendere, apud se retinere, ac illis uti permittit.

**URBANUS VIII.** Bulla quæ incipit, Divinam Psalmodiam: data Romæ die 25. Ianuarij anno 1631. declarat se piorum doctorumque virorum adhibita cura, Breviarium à Pio V. editum, & à Clemente VIII. recognitum, à plurimis mendis expurgasse: Hymnos ad metri, & latinitatis regulas revocasse: in Psalmis, & Canticis interpunctionem editionis vulgatæ restituisse: Sermones, Homilias, & Sanctorum historias, collatis veteribus manuscriptis, recognovisse: Quamobrem iubet ut iuxta hanc correctionem Romæ imprimatur, alibi iuxta Romanum exemplar excudatur, servatis conditionibus in suprascriptis Clementis Bulla enumeratis, quas ferè eisdem verbis repetit. Adiungens, easdem conditiones servandas in impressione eorum, quæ à Breviario Romano ortum habent, cuiusmodi sunt Missalia, Diurnalia, Officia parva B. M. V. Officia maioris Hebdomadæ, & alia id genus.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
®

NOS DON MANUEL VENTURA Figueroa, Caballero de la Real Distinguida Orden de CARLOS III. Arcediano de Nendos, Dignidad de la Santa Apostolica Metropolitana Iglesia de Santiago, del Consejo y Camara de su Mag. Gobernador del Real de Castilla, Comisario Apostolico General de la Santa Cruzada, y demás gracias en todos estos Reinos y Señorios, y Juez Pribativo Apostolico y Real para todo lo tocante al Rezo Divino, su impresion, tasa, y distribucion, &c.

MEdiante que con permiso nuestro se ha reimpreso por la Real Compañia de Impresores y Libreros del Reino el Diurno en Octavo, conforme á la Contrata otorgada por ella con el Real Monasterio de San Lorenzo del Escorial; y que por Certificacion del Doctor Don Juan Felix Delcosso y Molina, Presbytero, Prebendado de la Santa Iglesia de Barbastro, Visitador General de aquel Obispado, y del de Siguenza, y Corrector del Rezo Divino, consta que dicha impresion está arreglada al Diurno que ha servido de original: Damos licencia á la misma Compañia, para que pueda vender cada exemplar á veinte y ocho reales y veinte y un maravedis de vellon, y tres partes de otro; en cuya cantidad vá comprehendida la quarta tocante por su regalía á dicho Real Monasterio, cuyo precio se entiende en papel. Y mandamos que esta Licencia y Tasa se pongan al principio de cada exemplar, sin hacer lo contrario. Dada en Madrid á veinte y quatro de Julio de mil setecientos setenta y ocho.

*Don Manuel Ventura*
*Figueroa.*

Por mandado de S. I.

*Antonio de Quadro.*
Secretario.

---

## SUMMA LICENTIÆ REGIÆ.

CAtholicus Hispaniarum & Indiarum Rex D. N. Carolus III. Regiæ Societati Typographorum, & Bibliopolarum eorumdem Regnorum licentiam indúlsit in præfatis Regnis imprimendi Missalia, Breviaria, Diurnalia, & reliqua Officia ad usum Ecclesiæ Catholicæ Romanæ futura, prout patet ex Regijs litteris datis in Opido vulgò de Aranjuez III. Iunij MDCC.LXIV.

*4 Ex

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# Ex Decretorum Registro S. Rituum Congregationis hæc ad Breviarium Romanum attinent.

Sacra Rituum Congregatio declaravit & decrevit, non potuisse post Bullam Pij V. de Breviario Romano, neque posse locorum Ordinarios, tam Sæculares, quàm Regulares, addere Kalendarijs, etiam proprijs, Sanctorum Officia, nisi ea dumtaxat, quæ Breviarij Romani Rubricis, vel Sacræ Rituum Congregationis, seu Sedis Apostolicæ licentia conceduntur: neque propria auctoritate, quovis prætextu, mutare ritum, qui habetur in Kalendario Romano, seu Rubricis Breviarij, in altiorem ritum: neque extendere concessa Officia de loco ad locum.

Item vetuit & prohibuit celebrari per totam civitatem vel Diœcesim, etiam de cuiuscumque Ordinarij auctoritate, Festum cum Officio, eò quòd in loco adsit Ecclesia Parochialis vel Regularis, vel Abbatialis, aut aliqua Reliquia; sed tantum in ipsius Sancti Ecclesia titulari, seu ubi asservatur corpus, aut insignis Reliquia, & non alibi.

Insignes autem Reliquias declaravit esse, caput, brachium, crus, aut illam partem corporis, in qua passus est Martyr, modò sit integra, & non parva, & legitimè ab Ordinarijs approbata.

De Sanctis Episcopis locorum, Martyribus, Civibus, & alijs Festis, de quibus in Kalendario Romano, seu Rubricis Breviarij nihil habetur, uti etiam de Beatis nondum canonizatis, nihil propria auctoritate constituatur, sed omninò consulatur sacra Rituum Congregatio.

Decretum quoque nuper editum super electione Sanctorum in Patronos, & impressum, omninò servetur.

Et hæc omnia decrevit, statuit, & mandavit, innovando pœnas Constitutionis Pij V. respectivè.

Facta demum relatione horum Decretorum Santissimo D. N. Urbano Papæ VIII. ea laudavit & approbavit, atque ab omnibus ubique sub prædictis pœnis servari præcepit, nec non in novis Breviarijs de mandato Sanctitatis suæ imprimendis, apponi iussit.

Loco ✠ Sigilli.

*T. Tegrimius Episc. Assisiens. Secret.*

Ea-

## Eadem pro Sanctis in Martyrologio non descriptis.

Officia Sanctorum ratione corporis, seu insignis Reliquiæ recitanda ex Decr. Sac. Rit. Congr. 11. Augusti 1691. intelligi debere de Sanctis dumtaxat in Martyrologio Romano descriptis, & dummodo constet de Identitate Corporis, seu Reliquiæ insignis illius met Sancti, qui reperitur in Martyrologio Romano descriptus: de ceteris autem Sanctis in prædicto Martyrologio non descriptis, aut quibus à S. Sede non fuerit specialiter concessum, Officia recitari, & Missas celebrari vetuerunt, non obstante quòd ibidem Corpora vel insignes Reliquiæ in Ecclesijs asserventur; quibus tamen ab Ordinarijs locorum approbatis debitam Fidelium venerationem (prout hactenus servatum est) exhibendam esse censuerunt, sed absque Officio & Missa, sub pœnis de non satisfaciendo præcepto recitandi Officium, alijsque in Constitutione S. Pij contentis. Die 11. Augusti 1691. & Santiss. approbavit die 19. Octobris eiusdem anni 1691.

Loco ✠ Sigilli.

*J. Vallemanus S. R. C. Secret.*

## Decreta Generalia circa Rubricas.

Cum Sacrorum Rituum Congregationi demissè supplicatum fuerit sequentia dubia declarare.

Primum. An, cùm multis Congregationibus, Religionibus, sive Ecclesijs vel Nationibus concessum sit à Sancta Sede Apostolica, ut semel, vel pluries in singulis hebdomadis, vel mensibus celebrentur varia Officia per annum, verbi gratia de SS. Sacramento vel de Sanctis in diebus non impeditis aliquo Festo Duplici vel Semiduplici, liceat eiusmodi Officia facere etiam in diebus sanctæ Quadrag. Adventus, Vigil. & Quatuor Temporum, etiam si de his diebus nulla sit facta specialis mentio in aliquibus Officiorum concessionibus.

Secundum. An dies impeditus Festo Duplici, vel Semiduplici pro dictis Officijs recitandis, intelligantur etiam dies, in quibus ponendum est Officium de Festo Duplici, vel Semiduplici translato, quemadmodum dicitur responsum fuisse olim à Sac. Congregatione, quòd scilicet Festum Duplex, vel Semiduplex etiam translatum, nec non dies Octavæ sit dies impeditus respectu talium Officiorum.

Tertium. An Regulares absque speciali privilegio, sed sola communicatione privilegiorum aliarum Religionum possint addere nomen Sancti Fundatoris in Litanijs, & Confiteor, itemque recitare Officia & Missas concessas alijs Religionibus.

Sacrorum Rituum eadem Congregatio ad relationem Eminentissimi & Reverendissimi Domini Cardinalis Colloredo respondit.

Ad Primum. Negativè, & huiusmodi indulta non habere locum in Ferijs Adventus, Quadrag. Quatuor Temporum, Vigil. sive cum ieiunio, sive absque ieiunio, nec in Feria II. Rogationum, nec in illa Feria, in qua secundùm Rubricas sit reponendum Officium Dominicæ.

Ad Secundum. Affirmativè.

Ad Tertium. Negativè in omnibus.

Et ita declaravit, ac servari voluit, ac insuper ut Declarationes, seu Decreta prædicta omnibus innotescant, typis ea imprimi mandavit. Die 20. Martij 1706.

*G. Card. Carpineus.*

Loco ✠ Sigilli.

*B. Inghirami Sac. Rit. Congreg. Secret.*

DE

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DE ANNO
## ET EIUS PARTIBUS.

ANnus menses habet duodecim, hebdomadas duas,& quinquaginta & diem unum: dies verò trecentos sexaginta quinque, & ferè sex horas: tanto enim temporis intervallo Sol Zodiacum perlustrat. Quater autem sex horæ singulisquaternis annis diem constituunt:hinc annus ille intercalaris Bissextus,vel Bissextilis dicitur.

### De Anni Correctione,eiusque necessitate ac Kalendario Gregoriano.

QUod dictum est, Annum continere trecentos & sexaginta quinque dies, & ferè sex horas, intelligendum est, sex horas non esse integras, cùm ad earum complementum aliqua minuta deficiant.

Ex quorum minutorum neglectu progressum est, ac si annus ultra dies 365. contineret integras sex horas, & factum est, ut minuta, quæ ultra debitam quantitatem annis singulis tribuebantur, tractu temporis ita excreverint, ut invicem iuncta constituerint dies decem: qui causam dederunt, ut Æquinoctium vernum sedem suam mutaverit.

Cui malo occurrens Gregorius XIII. non solùm Æquinoctium vernum restituit in pristinam sedem, à qua iam à Concilio Nicæno, decem circiter diebus in anno correctionis 1582.præcedendo recesserat, quod à Concilio ad xij. Kalendas Aprilis fuerat constitutum, & xiv. Lunam Paschalem suo in loco reposuit: sed viam quoque tradidit, & rationem, qua cavetur, ut in posterum & Æquinoctium vernum, & xiv. Luna Paschalis à proprijs sedibus numquam removerentur.

Utenim Æquinoctium vernum ad xij. Kalendas Aprilis restitueretur, statuit, ut dicti decem dies in mense Octobris ipsius anni 1582. eximerentur, ut pos quartam diem Octobris, sancto Francisco sacram, sequens dies non esset quinta, sed decimaquinta Octobris. Et ità error, qui in præteritum tot annorum circulis irrepserat, in momento temporis fuit correctus.

Ut autem in posterum idem error vitaretur, ne à xij. Kalendas Aprilis Æquinoctium vernum recederet, statuis idem Gregorius, Bissextum quarto quoque anno (uti mos est) continuari debere, præterquam in centesimis annis: qui, quamvis Bissextiles anteà semper fuerint, qualem etiam esse voluit annum 1600. anno correctionis proximum,post eum tamen,qui deinceps consequentur, centesimi non omnes Bissextiles essent, sed in quadringentis quibusque annis primi quique tres centesimi sine Bissexto transigerentur: quartus verò quisque centesimus esset Bissextilis, ita ut annus 1700. 1800. 1900. Bissextiles non sint, anno verò 200. more consueto dies Bissextus intercaletur, Februario dies 29. continente: idemque ordo intermittendi intercalandique Bissextum diem in quadringentis quibusque annis perpetuò conservaretur.

### QUATUOR TEMPORA.

QUatuor Tempora celebrantur quarta & sexta Feria,ac Sabbato post tertiam Dominicam Adventus, post primam Dominicam Quadragesimæ, post Dominicam Pentecostes, post Festum Exaltationis sanctæ Crucis.

### Nuptiæ quando celebrari non possint iuxta decretum Concilij Tridentini.

A Dominica i. Adventus usque in diem Epiphaniæ, & à feria iv. Cinerum usque in Octavam Paschatis inclusivè, sancta Synodus solemnitates nuptiarum prohibet. In alijs verò temporibus nuptias solemniter celebrari permittit.

*Tabella litterarum Dominicalium ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. (detractis priùs x. diebus) usque ad annum 1700. exclusivè.*

| | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| c | b | A g | f | e | d | c | A | g | f | e d | c | b | A |
| g f | e | d | c | b A | g | f | e | d c | b | A | g | f e | d |

Usus huius tabellæ hic est. Anno correctionis 1581. post Idus Octobris (detractis priùs x. diebus) tribuatur littera c, primæ cellulæ, & sequenti anno 1583. littera b, secundæ, & anno 1584. dentur litteræ A g, tertiæ cellulæ, & sic deinceps, alijs annis ordine aliæ cellulæ tribuantur, donec ad annum propositum perventum sit, redeundo ad principium tabellæ, quotiescumque eam percurreris. Nam cellula, in quam annus propositus cadit, dummodò minor sit, quàm annus propositus cadit, dummodò minor sit, quàm annus 1700. dabit litteram Dominicalem propositi anni. Quæ si unica occurrerit, annus erit communis: si verò duplex, Bissextilis: & tunc superior littera Dominicam diem ostendet in Kalendario à principio anni usque ad festum S. Mathiæ Apostoli: inferior autem ab hoc Festo usque ad finem anni.

*Tabella litterarum Dominicalium ab anno 1757. usque ad annum 1800. exclusivè.*

| | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| b | A | g | f e | d | c | b | A g | f | e | d | c b | A | g |
| f | e d | c | b | A | g f | e | d | c | b A | g | f | c | d c |

Usus autem huius Tabellæ hic est. Anno 1757. tribuatur Littera b, primæ cellulæ, & sequenti anno 1758. Littera A, secundæ, & sic deinceps ceteris annis ordine aliæ cellulæ tribuantur, donec ad annum propositum perventum sit, redeundo ad principium Tabellæ, quotiescumque eam percurreris. Nam cellula, in quam annus propositus cadit, dabit Litteram Dominicalem propositi anni. Quæ si unica occurrerit, annus erit communis, si verò duplex, Bissextilis, & tunc superior Littera Dominicalem diem ostendet in Kalendario à principio anni usque ad festum S. Mathiæ Apostoli, inferior autem ab hoc festo usque ad finem anni.

TA-

# TABELLA TEMPORARIA.

| Anni Domini. | Literæ Dominical. | Aureus numer. | Epactæ. | Septuagesima. | Dies Cinerum. | Pascha. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1778 | d | 12 | i | 15. Feb. | 4. Mart. | 19. April. |
| 1779 | c | 13 | xij | 31. Ian. | 17. Feb. | 4. April. |
| 1780 | b A | 14 | xxiij | 23. Ian. | 9. Feb. | 26. Mart. |
| 1781 | g | 15 | iv | 11. Feb. | 28. Feb. | 15. April. |
| 1782 | f | 16 | xv | 27. Ian. | 13. Feb. | 31. Mart. |
| 1783 | e | 17 | xxvi | 16. Feb. | 5. Mart. | 20. April. |
| 1784 | d c | 18 | vij | 8. Feb. | 25. Feb. | 11. April. |
| 1785 | b | 19 | xviij | 23. Ian. | 9. Feb. | 27. Mart. |
| 1786 | A | 1 | * | 12. Feb. | 1. Mart. | 16. April. |
| 1787 | g | 2 | xi | 4. Feb. | 21. Feb. | 8. April. |
| 1788 | f e | 3 | xxij | 20. Ian. | 6. Feb. | 23. Mart. |
| 1789 | d | 4 | iij | 8 Feb. | 25. Feb. | 12. April. |
| 1790 | c | 5 | xiv | 31. Ian. | 17. Feb. | 4. April. |
| 1791 | b | 6 | xxv | 20. Feb. | 9. Mart. | 24. April. |
| 1792 | A g | 7 | vi | 5. Feb. | 22. Feb. | 8. April. |
| 1793 | f | 8 | xvij | 27. Ian. | 13. Feb. | 31. Mart. |
| 1794 | e | 9 | xxviij | 16. Feb. | 5. Mart. | 20. April. |
| 1795 | d | 10 | ix | 1. Feb. | 18. Feb. | 5. April. |
| 1796 | c b | 11 | xx | 24. Ian. | 10. Feb. | 27. Mart. |
| 1797 | A | 12 | i | 12. Feb. | 1. Mart. | 16. April. |
| 1798 | g | 13 | xij | 4. Feb. | 21. Feb. | 8. April. |
| 1799 | f | 14 | xxiij | 20. Ian. | 6. Feb. | 24. Mart. |
| 1800 | e | 15 | iv | 9. Feb. | 26. Feb. | 13. April. |
| 1801 | d | 16 | xv | 1. Feb. | 18. Feb. | 5. April. |
| 1802 | c | 17 | xxvi | 14. Feb. | 3. Mart. | 18. April. |
| 1803 | b | 18 | vij | 6. Feb. | 23. Mart. | 10. April. |
| 1804 | A g | 19 | xviij | 29. Ian. | 15. Feb. | 1. April. |
| 1805 | f | 1 | * | 10. Feb. | 27. Feb. | 14. April. |
| 1806 | e | 2 | xi | 2. Feb. | 19. Feb. | 6. April. |
| 1807 | d | 3 | xxij | 25. Ian. | 11. Feb. | 29. Mart. |
| 1808 | c b | 4 | iij | 14. Feb. | 2. Mart. | 17. April. |
| 1809 | A | 5 | xiv | 29. Ian. | 15. Feb. | 2. April. |
| 1810 | g | 6 | xxv | 18. Feb. | 7. Mart. | 22. April. |
| 1811 | f | 7 | vi | 10. Feb. | 27. Feb. | 14. April. |
| 1812 | e d | 8 | xvij | 26. Ian. | 12. Feb. | 29. Mart. |
| 1813 | c | 9 | xxviij | 14. Feb. | 3. Mart. | 18. April. |
| 1814 | b | 10 | ix | 6. Feb. | 23. Feb. | 10. April. |
| 1815 | A | 11 | xx | 22. Ian. | 8. Feb. | 26. Mart. |
| 1816 | g f | 12 | i | 11. Feb. | 28. Feb. | 14. April. |
| 1817 | e | 13 | xij | 2. Feb. | 19. Feb. | 6. April. |
| 1818 | d | 14 | xxiij | 18. Ian. | 4. Feb. | 22. Mart. |
| 1819 | c | 15 | iv | 7. Feb. | 24. Feb. | 11. April. |
| 1820 | b A | 16 | xv | 30. Ian. | 16. Feb. | 2. April. |
| 1821 | g | 17 | xxvi | 18. Feb. | 7. Mart. | 22. April. |
| 1822 | f | 18 | vij | 3. Feb. | 20. Feb. | 7. April. |



# FESTORUM MOBILIUM.

| Anni Domini. | Ascensio. | Pentecoste. | Corpus Christi. | Indictio. | Dñicæ post Pent. | I. Dominica Adventus. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1778 | 28. Maij | 7. Iunij | 18. Iunij | 11 | 24 | 29. Novemb. |
| 1779 | 13. Maij | 23. Maij | 3. Iunij | 12 | 26 | 28. Novemb. |
| 1780 | 4. Maij | 14. Maij | 25. Maij | 13 | 28 | 3. Decemb. |
| 1781 | 24. Maij | 3. Iunij | 14. Iunij | 14 | 25 | 2. Decemb. |
| 1782 | 9. Maij | 19. Maij | 30. Maij | 15 | 27 | 1. Decemb. |
| 1783 | 29. Maij | 8. Iunij | 19. Iunij | 1 | 24 | 30. Novemb. |
| 1784 | 20. Maij | 30. Maij | 10. Iunij | 2 | 25 | 28. Novemb. |
| 1785 | 5. Maij | 15. Maij | 26. Maij | 3 | 27 | 27. Novemb. |
| 1786 | 25. Maij | 4. Iunij | 15. Iunij | 4 | 25 | 3. Decemb. |
| 1787 | 17. Maij | 27. Maij | 7. Iunij | 5 | 26 | 2. Decemb. |
| 1788 | 1. Maij | 11. Maij | 22. Maij | 6 | 28 | 30. Novemb. |
| 1789 | 21. Maij | 31. Maij | 11. Iunij | 7 | 25 | 29. Novemb. |
| 1790 | 13. Maij | 23. Maij | 3. Iunij | 8 | 26 | 28. Novemb. |
| 1791 | 2. Iunij | 12. Iunij | 23. Iunij | 9 | 23 | 27. Novemb. |
| 1792 | 17. Maij | 27. Maij | 7. Iunij | 10 | 26 | 2. Decemb. |
| 1793 | 9. Maij | 19. Maij | 30. Maij | 11 | 27 | 1. Decemb. |
| 1794 | 19. Maij | 8. Iunij | 19. Iunij | 12 | 24 | 30. Novemb. |
| 1795 | 14. Maij | 24. Maij | 4. Iunij | 13 | 26 | 29. Novemb. |
| 1796 | 5. Maij | 15. Maij | 26. Maij | 14 | 27 | 27. Novemb. |
| 1797 | 25. Maij | 4. Iunij | 15. Iunij | 15 | 25 | 3. Decemb. |
| 1798 | 17. Maij | 27. Maij | 7. Iunij | 1 | 26 | 2. Decemb. |
| 1799 | 2. Maij | 12. Maij | 23. Maij | 2 | 28 | 1. Decemb. |
| 1800 | 22. Maij | 1. Iunij | 12. Iunij | 3 | 25 | 30. Novemb. |
| 1801 | 14. Maij | 24. Maij | 4. Iunij | 4 | 26 | 29. Novemb. |
| 1802 | 27. Maij | 6. Iunij | 17. Iunij | 5 | 24 | 28. Novemb. |
| 1803 | 19. Maij | 29. Maij | 9. Iunij | 6 | 25 | 27. Novemb. |
| 1804 | 10. Maij | 20. Maij | 31. Maij | 7 | 27 | 2. Decemb. |
| 1805 | 23. Maij | 2. Iunij | 13. Iunij | 8 | 25 | 1. Decemb. |
| 1806 | 15. Maij | 25. Maij | 5. Iunij | 9 | 26 | 30. Novemb. |
| 1807 | 7. Maij | 17. Maij | 28. Maij | 10 | 27 | 29. Novemb. |
| 1808 | 26. Maij | 5. Iunij | 16. Iunij | 11 | 24 | 27. Novemb. |
| 1809 | 11. Maij | 21. Maij | 1. Iunij | 12 | 27 | 3. Decemb. |
| 1810 | 31. Maij | 10. Iunij | 21. Iunij | 13 | 24 | 2. Decemb. |
| 1811 | 23. Maij | 2. Iunij | 13. Iunij | 14 | 25 | 1. Decemb. |
| 1812 | 7. Maij | 17. Maij | 28. Maij | 15 | 27 | 29. Novemb. |
| 1813 | 27. Maij | 6. Iunij | 17. Iunij | 1 | 24 | 28. Novemb. |
| 1814 | 19. Maij | 29. Maij | 9. Iunij | 2 | 25 | 27. Novemb. |
| 1815 | 4. Maij | 14. Maij | 25. Maij | 3 | 28 | 3. Decemb. |
| 1816 | 23. Maij | 2. Iunij | 13. Iunij | 4 | 25 | 1. Decemb. |
| 1817 | 15. Maij | 25. Maij | 5. Iunij | 5 | 26 | 30. Novemb. |
| 1818 | 30. Aprilis | 10. Maij | 21. Maij | 6 | 28 | 29. Novemb. |
| 1819 | 20. Maij | 30. Maij | 10. Iunij | 7 | 25 | 28. Novemb. |
| 1820 | 11. Maij | 21. Maij | 1. Iunij | 8 | 27 | 3. Decemb. |
| 1821 | 31. Maij | 10. Iunij | 21. Iunij | 9 | 24 | 2. Decemb. |
| 1822 | 16. Maij | 26. Maij | 6. Iunij | 10 | 26 | 1. Decemb. |

## IANUARIUS.

| Cyclus Epact. | Litter. Dom. | | Dies mens. | |
|---|---|---|---|---|
| * | A | Kal. | 1 | CIRCUMCISIO DOMINI. duplex. |
| xxix | b | iv | 2 | Octava S.Stephani. duplex, cum commemoratione Octavarum. |
| xxviij | c | iij | 3 | Octava S. Ioannis Apostol. duplex, cum commem. Octavæ SS. Innocentium. |
| xxvij | d | Prid. | 4 | Octava SS. Innocentium. duplex. |
| xxvj | e | Non. | 5 | Vigilia Epiphaniæ. semidup. cum commemorat. S. Telesphori Papæ & martyris. |
| 25 xxv | f | viij | 6 | EPIPHANIA DOMINI. duplex. |
| xxiv | g | vij | 7 | De Octava Epiphaniæ. |
| xxiij | A | vi | 8 | De Octava. |
| xxij | b | v | 9 | De Octava. |
| xxj | c | iv | 10 | De Octava. |
| xx | d | iij | 11 | De Octava. & commemoratio S. Hygini Papæ & martyris. |
| xix | e | Prid. | 12 | De Octava. |
| xviij | f | Idib. | 13 | Octava Epiphaniæ. duplex. * Dominica ij. post Epiphaniam. Festum SS.Nominis IESU. dup. comm. Dom. |
| xvij | g | xix | 14 | Hilarij Episcopi & Confessoris. semidup. cum comm. S. Felicis Presbyt. & mart. |
| xvi | A | xviij | 15 | Pauli primi Eremitæ duplex. cum commem. S. Mauri Abbatis. |
| xv | b | xvij | 16 | Marcelli Papæ & martyris. semiduplex. |
| xiv | c | xvi | 17 | Antonij Abbatis. duplex. |
| xiij | d | xv | 18 | Cathedra S.Petri Romæ. duplex. & commemor. S. Priscæ virginis & martyris. |
| xij | e | xiv | 19 | Marij, Marthæ, Audifacis & Abachum M. |
| xi | f | xiij | 20 | Fabiani & Sebastiani martyr. duplex. |
| x | g | xij | 21 | Agnetis virginis & martyris. duplex. |
| ix | A | xi | 22 | Vincentij & Anastasij martyr. semidupl. |
| viij | b | x | 23 | Raymundi de Peñafort Confess. semidup. & comm. S. Emerentianæ virg. & mart. |
| vij | c | ix | 24 | Timothei Episcopi & martyris. semid. |
| vi | d | viij | 25 | Conversio S. Pauli Apostoli. duplex. |
| v | e | vij | 26 | Polycarpi Episcopi & mart. semidupl. |
| iv | f | vi | 27 | Ioannis Chrysostomi Ep. & Conf. duplex. |
| iij | g | v | 28 | Agnetis secundo. |
| ij | A | iv | 29 | Francisci Salesij Episcopi & Conf. duplex. |
| i | b | iij | 30 | Martinæ virg. & martyris. semiduplex. |
| * | c | Prid. | 31 | Petri Nolasci Confessoris. duplex. |

FE-

## FEBRUARIUS.

| Cyclus Epact. | Litter. Dom. | | Dies mens. | |
|---|---|---|---|---|
| xxix | d | Kal. | 1 | Ignatij Episcopi & martyris. semidup. |
| xxviij | e | iv | 2 | PURIFICATIO B. MARIÆ V. duplex. |
| xxvii | f | iij | 3 | Blasij Episcopi & martyris. |
| 25 xxvi | g | Prid. | 4 | Andreæ Corsini Episc. & Conf. duplex. |
| xxv xxiv | A | Non. | 5 | Agathæ Virginis & martyris. duplex. |
| xxiij | b | viij | 6 | Dorotheæ Virginis & martyris. |
| xxij | c | vij | 7 | Romualdi Abbatis. duplex. |
| xxi | d | vi | 8 | Ioannis de Matha Confessoris. duplex. |
| xx | e | v | 9 | Apolloniæ virginis & martyris. |
| xix | f | iv | 10 | Scholasticæ virginis. duplex. |
| xviij | g | iij | 11 | |
| xvij | A | Prid. | 12 | |
| xvi | b | Idib. | 13 | |
| xv | c | xvi | 14 | Valentini Presbyteri & martyris. |
| xiv | d | xv | 15 | Faustini & Iovitæ martyrum. |
| xiij | e | xiv | 16 | |
| xij | f | xiij | 17 | |
| xi | g | xij | 18 | Simeonis Episcopi & martyris. |
| x | A | xi | 19 | |
| ix | b | x | 20 | |
| viij | c | ix | 21 | |
| vij | d | viij | 22 | Catedra S. Petri Antiochiæ. duplex. |
| vi | e | vij | 23 | Vigilia. |
| v | f | vi | 24 | MATHIÆ Apostoli. duplex. |
| iv | g | v | 25 | |
| iij | A | iv | 26 | |
| ij | b | iij | 27 | |
| i | c | Prid. | 28 | |

In anno Bissextili Februarius est dierum 29. & festum S. Mathiæ celebratur 25. Februarij, & bis dicitur Sexto Kalendas, id est, die 24. & die 25. & littera Dominicalis, quæ assumpta fuit in mense Ianuario, mutatur in præcedentem: ut si in Ianuario littera Dominicalis fuit A, mutatur in præcedentem, quæ est g &c. & littera f bis servit 24. 25.

MAR-

UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

| Cyclus Epact. | Litter. Dom. | | Dies mens. | |
|---|---|---|---|---|
| * | d | Kal. | 1 | |
| xxix | e | vi | 2 | |
| xxviij | f | v | 3 | |
| xxvij | g | iv | 4 | Caſimiri Confeſſoris. ſemidup. & commemoratio S. Lucij Papæ & martyris. |
| xxvi | A | iij | 5 | |
| 25 xxv | b | Prid. | 6 | |
| xxiv | c | Non. | 7 | Thomæ de Aquino Confeſſoris, & Eccleſiæ Doctoris. duplex. & comm. SS. Perpetuæ & Felicitatis martyrum. |
| xxiij | d | viij | 8 | Ioannis de Deo Confeſſoris. duplex. |
| xxij | e | vij | 9 | Franciſcæ Viduæ Romanæ. duplex. |
| xxi | f | vi | 10 | Quadraginta Martyrum. ſemiduplex. |
| xx | g | v | 11 | |
| xix | A | iv | 12 | Gregorij Papæ, Confeſſoris, & Eccleſiæ Doctoris. duplex. |
| xviij | b | iij | 13 | |
| xvij | c | Prid. | 14 | |
| xvi | d | Idib. | 15 | |
| xv | e | xvij | 16 | |
| xiv | f | xvi | 17 | Patritij Epiſcopi & Confeſs. ſemidupl. |
| xiij | g | xv | 18 | |
| xij | A | xiv | 19 | IOSEPH Confeſſoris. duplex. |
| xi | b | xiij | 20 | |
| x | c | xij | 21 | Benedicti Abbatis. duplex. |
| ix | d | xi | 22 | |
| viij | e | x | 23 | |
| vij | f | ix | 24 | |
| vi | g | viij | 25 | ANNUNCIATIO B. MARIÆ V. duplex. |
| v | A | vij | 26 | |
| iv | b | vi | 27 | |
| iij | c | v | 28 | |
| ij | d | iv | 29 | |
| i | e | iij | 30 | |
| * | f | Prid. | 31 | |

Feria ſexta poſt Dominicam Paſſionis fit Officium de ſeptem Doloribus B. Mariæ Virginis. duplex, ùt in principio menſis Aprilis.





| Cyclus Epact. | Litter. Dom. | | Dies mens. | |
|---|---|---|---|---|
| xxix | g | Kal. | 1 | |
| xxviij | A | iv | 2 | Franciſci de Paula Confeſſoris. duplex. |
| xxvij | b | iij | 3 | |
| 25 xxvi | c | Prid. | 4 | Iſidori Epiſcopi & Confeſſoris. duplex. |
| xxv xxiv | d | Non. | 5 | Vincentij Ferreri Confeſſoris. duplex. |
| xxiij | e | viij | 6 | |
| xxij | f | vij | 7 | |
| xxi | g | vi | 8 | |
| xx | A | v | 9 | |
| xix | b | iv | 10 | |
| xviij | c | iij | 11 | Leonis Papæ, Confeſſoris, & Eccleſiæ Doctoris. duplex. |
| xvij | d | Prid. | 12 | |
| xvi | e | Idib. | 13 | Hermenegildi martyris. ſemiduplex. |
| xv | f | xviij | 14 | Tiburtij, Valeriani, & Maximi martyr. |
| xiv | g | xvij | 15 | |
| [illegible] | A | xvi | 16 | |
| [illegible] | b | xv | 17 | Aniceti Papæ & martyris. |
| xi | c | xiv | 18 | |
| x | d | xiij | 19 | |
| ix | e | xij | 20 | |
| viij | f | xi | 21 | Anſelmi Epiſcopi & Confeſſoris. duplex. |
| vij | g | x | 22 | Soteris & Caij Pontificum & martyrum. ſemiduplex. |
| vi | A | ix | 23 | Georgij martyris. ſemiduplex. |
| v | b | viij | 24 | |
| iv | c | vij | 25 | Marci Evangeliſtæ. duplex. |
| iij | d | vi | 26 | Clèti & Marcellini Pontificum & martyrum. ſemiduplex. |
| ij | e | v | 27 | |
| i | f | iv | 28 | Vitalis martyris. |
| * | g | iij | 29 | Petri martyris. duplex. |
| xxix | A | Prid. | 30 | Catharinæ Senenſis virginis. duplex. |

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## MAIUS.

| Cyclus Epact. | Litter. Dom. | | Dies mens. | |
|---|---|---|---|---|
| xxviij | b | Kal. | 1 | PHILIPPI & IACOBI Apostolor. dupl. |
| xxvij | c | vi | 2 | Athanaſij Epiſcopi & Confeſſoris. dupl. |
| xxvi | d | v | 3 | INVENTIO S. CRUCIS. dupl. & commemoratio SS. Alexandri, Eventij & Theoduli martyr. ac Iuvenalis Epiſc. & Confeſſoris. in Laudibus tantùm. |
| 25 xxv | e | iv | 4 | Monicæ Viduæ. duplex. |
| xxiv | f | iij | 5 | Pij Quinti Papæ & Confeſs. ſemidupl. |
| xxiij | g | Prid. | 6 | Ioannis ante portam Latinam. duplex. |
| xxij | A | Non. | 7 | Staniſlai Epiſcopi & martyris. duplex. |
| xxi | b | viij | 8 | Apparitio S. Michaelis Archangeli. dupl. |
| xx | c | vij | 9 | Gregorij Nazianzeni Ep. & Conf. dupl. |
| xix | d | vi | 10 | Antonini Epiſc. & Conf. ſemidupl. cum comm. SS. Gordiani & Epimachi mart. |
| xviij | e | v | 11 | |
| xvij | f | iv | 12 | Nerei, Achillei, & Domitillæ virg. atque Pancratij martyrum. ſemiduplex. |
| xvi | g | iij | 13 | |
| xv | A | Prid. | 14 | Bonifacij martyris. |
| xiv | b | Idib. | 15 | |
| xiij | c | xvij | 16 | Ubaldi Epiſcopi & Confeſſoris. ſemid. |
| xij | d | xvi | 17 | |
| xi | e | xv | 18 | Venantij martyris. ſemiduplex. |
| x | f | xiv | 19 | Petri Cæleſtini Papæ & Confeſs. duplex. cum commem. S. Pudentianæ virgin. |
| ix | g | xiij | 20 | Bernardini Senenſis Confeſs. ſemidupl. |
| viij | A | xij | 21 | |
| vij | b | xi | 22 | |
| vi | c | x | 23 | |
| v | d | ix | 24 | |
| iv | e | viij | 25 | Gregorij VII. Papæ & Conf. dupl. cum commem. S. Urbani Papæ & mart. |
| iij | f | vij | 26 | Philippi Confeſſoris. duplex. cum commemor. S. Eleutherij Papæ & martyr. |
| ij | g | vi | 27 | Mariæ Magdalenæ de Pazzis virg. ſemid. cum comm. S. Ioannis Papæ & mart. |
| i | A | v | 28 | |
| * | b | iv | 29 | |
| xxix | c | iij | 30 | Felicis Papæ & martyris. |
| xxviij | d | Prid. | 31 | Petronillæ virginis. |

IU-

## IUNIUS.

| Cyclus Epact. | Litter. Dom. | | Dies mens. | |
|---|---|---|---|---|
| xxvij | e | Kal. | 1 | |
| 25 xxvi | f | iv | 2 | Marcellini, Petri, atque Eraſmi martyr. |
| xxv xxiv | g | iij | 3 | |
| xxiij | A | Prid. | 4 | |
| xxij | b | Non. | 5 | |
| xxi | c | viij | 6 | Norberti Epiſcopi & Conf. duplex. |
| xx | d | vij | 7 | |
| xix | e | vi | 8 | |
| xviij | f | v | 9 | Primi & Feliciani martyrum. |
| xvij | g | iv | 10 | Margaritæ Reginæ Scotiæ. ſemiduplex. |
| xvi | A | iij | 11 | Barnabæ Apoſtoli. duplex. |
| xv | b | Prid. | 12 | Ioannis à S. Facundo Confeſſoris. dupl. cum commemorat. SS. Baſilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij martyrum. |
| xiv | c | Idib. | 13 | Antonij de Padua Confeſſoris. duplex. |
| xiij | d | xviij | 14 | Baſilij Magni Epiſcopi & Conf. duplex. |
| xij | e | xvij | 15 | Viti, Modeſti, atque Creſcentiæ mart. |
| xi | f | xvi | 16 | |
| x | g | xv | 17 | |
| ix | A | xiv | 18 | Marci & Marcelliani martyrum. |
| viij | b | xiij | 19 | Iulianæ de Falconerijs virg. ſemid. cum comm. SS. Gervaſij & Protaſij mart. |
| vij | c | xij | 20 | Silverij Papæ & martyris. |
| vi | d | xi | 21 | |
| v | e | x | 22 | Paulini Epiſcopi & Confeſſoris. |
| iv | f | ix | 23 | Vigilia. |
| iij | g | viij | 24 | NATIVITAS S. IOANNIS BAPTISTÆ. duplex. |
| ij | A | vij | 25 | De Octava Nativitatis S. Ioannis Bapt. |
| i | b | vi | 26 | Ioannis & Pauli mart. dupl. cum commemor. Octavæ Nativitatis S. Ioannis. |
| * | c | v | 27 | De Octava Nativitatis S. Ioannis. |
| xxix | d | iv | 28 | Leonis Papæ & Confeſſoris. ſemiduplex, & commem. Octavæ. & Vigiliæ. |
| xxviij | e | iij | 29 | PETRI & PAULI Apoſtolorum. dupl. |
| xxvij | f | Prid. | 30 | Commem. S. Pauli Apoſtoli. dupl. cum commem. Octavæ Nativit. S. Ioannis. |



IU-

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# IULIUS.

| Cyclus Epact. | Litter. Dom. | | Dies mens. | |
|---|---|---|---|---|
| xxvi | g | Kal. | 1 | Octava S. Ioannis Baptistæ. duplex, & commem. Octavæ Apostolorum. |
| xxv | A | vi | 2 | Visitatio B. Mariæ Virginis. dupl. cum commemorat. Octavæ Apostolorum, & SS. Processi & Martiniani martyr. |
| xxiv | b | v | 3 | De Octava Apostolorum. |
| xxiij | c | iv | 4 | De Octava. |
| xxij | d | iij | 5 | De Octava. |
| xxi | e | Prid. | 6 | Octava Apostolorum Petri & Pauli. dupl. |
| xx | f | Non. | 7 | |
| xix | g | viij | 8 | Elisabeth Reginæ Portugalliæ vid. sem. |
| xviij | A | vij | 9 | |
| xvij | b | vi | 10 | Septem Fratrum martyrum, & SS. Rufinæ ac Secundæ martyrum. semiduplex. |
| xvi | c | v | 11 | Pij Papæ & martyris. |
| xv | d | iv | 12 | Ioannis Gualberti Abbatis. duplex. cum commem. SS. Naboris & Felicis mart. |
| xiv | e | iij | 13 | Anacleti Papæ & martyris. semiduplex. |
| xiij | f | Prid. | 14 | Bonaventuræ Episcopi, Confessoris & Ecclesiæ Doctoris. duplex. |
| xij | g | Idib. | 15 | Henrici Imperatoris Confess. semidupl. |
| xi | A | xvij | 16 | Commemoratio Solemnis B. Mariæ Virg. de Monte Carmelo. duplex. |
| x | b | xvi | 17 | Alexij Confessoris. semiduplex. |
| ix | c | xv | 18 | Camilli de Lellis Conf. sem. cum comm. S. Symphorosæ cum septem Filijs mart. |
| viij | d | xiv | 19 | Vincentij à Paulo Confessoris. duplex. |
| vij | e | xiij | 20 | Margaritæ virginis & martyris. |
| vi | f | xij | 21 | Praxedis virginis & martyris. |
| v | g | xi | 22 | Mariæ Magdalenæ. duplex. |
| iv | A | x | 23 | Apollinaris Episcopi & mart. dupl. cum comm. S. Liborij Episc. & Confess. |
| iij | b | ix | 24 | Vigil. & comm. S. Christinæ virg. & mart. |
| ij | c | viij | 25 | IACOBI Apostoli. duplex. & comm. S. Christophori mart. In Laudibus tant. |
| i | d | vij | 26 | ANNÆ MATRIS B. MARIÆ. duplex. |
| * | e | vi | 27 | Pantaleonis martyris. |
| xxix | f | v | 28 | Nazarij, Celsi & Victoris Papæ & mart. ac Innocentij Papæ & Confess. semid. |
| xxviij | g | iv | 29 | Marthæ virg. semid. & comm. SS. Felicis Papæ, Simplicij, Faustini, & Beatricis M. |
| xxvij | A | iij | 30 | Abdon & Sennen martyrum. |
| 25 xxvi | b | Prid. | 31 | Ignatij Confessoris. duplex. |

AU-

# AUGUSTUS.

| Cyclus Epact. | Litter. Dom. | | Dies mens. | |
|---|---|---|---|---|
| xxv xxiv | c | Kal. | 1 | Petri ad Vincula. duplex. cum commemorat. SS. Machabæorum martyrum. |
| xxiij | d | iv | 2 | Stephani Papæ & martyris. |
| xxij | e | iij | 3 | Inventio S. Stephani Protomartyris. sem. |
| xxi | f | Prid. | 4 | Dominici Confessoris. duplex. |
| xx | g | Non. | 5 | Dedicatio S. Mariæ ad Nives. duplex. |
| xix | A | viij | 6 | Transfiguratio Domini. dupl. & comm. SS. Xysti P. Felicissimi, & Agapiti M. |
| xviij | b | vij | 7 | Caietani Thienæi Confess. duplex. cum commem. S. Donati Episcopi & mart. |
| xvij | c | vi | 8 | Cyriaci, Largi & Smaragdi mart. semid. |
| xvi | d | v | 9 | Vigilia. & commem. S. Romani mart. |
| xv | e | iv | 10 | LAURENTII martyris. duplex. |
| xiv | f | iij | 11 | De Octava S. Laurentij. cum commem. SS. Tiburtij & Susannæ martyrum. |
| xiij | g | Prid. | 12 | Claræ virginis. dupl. cum comm. Octav. |
| xij | A | Idib. | 13 | De Oct. & comm. SS. Hyppoliti, &c. M. |
| xi | b | xix | 14 | De Oct. & comm. Vig. & S. Eusebij C. |
| x | c | xviij | 15 | ASSUMPTIO B. MARIÆ Virg. duplex. *Dominica infra Oct. Fest. S. Ioachim C. patris B.V.M. dupl. cum com. Domin. |
| ix | d | xvij | 16 | Hyacinthi Conf. duplex. cum commem. Octavar. Assumptionis & S. Laurentij. |
| viij | e | xvi | 17 | Oct. S. Laurentij. dup. & com. Oct. Ass. |
| vij | f | xv | 18 | De Octava. & comm. S. Agapiti martyr. |
| vi | g | xiv | 19 | De Octava. |
| v | A | xiij | 20 | Bernardi Abbatis. dupl. cum comm. Oct. |
| iv | b | xij | 21 | De Octava. |
| iij | c | xi | 22 | Oct. Assumpt. B. M. dupl. cum com. SS. Timothei, Hyppolyti, & Symphoriani M. |
| ij | d | x | 23 | Philippi Benitij C. dupl. & com. Vigiliæ. |
| i | e | ix | 24 | BARTHOLOMÆI Apost. dupl. Romæ celebratur die 25. |
| * | f | viij | 25 | Ludovici Regis Franciæ C. sem. Rom. 26. |
| xxix | g | vii | 26 | Zephyrini Papæ & martyris. |
| xxviij | A | vi | 27 | |
| xxvij | b | v | 28 | Augustini Episc. Conf. & Ecclesiæ Doct. duplex. & comm. S. Hermetis mart. |
| xxvi | c | iv | 29 | Decollatio S. Ioannis Baptistæ. duplex. & commem. S. Sabinæ martyris. |
| 25 xxv | d | iij | 30 | Rosæ à S. Maria virg. Limanæ. dupl. & comm. SS. Felicis & Adaucti martyr. |
| xxiv | e | Prid. | 31 | Raymundi Nonnati C. dupl. |

SEP-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## SEPTEMBER.

| Cyclus Epact. | Litter. Dom. | | Dies mens. | |
|---|---|---|---|---|
| xxiij | f | Kal. | 1 | Ægidij Abbatis. & commemor. SS. Duodecim Fratrum martyrum. |
| xxij | g | iv | 2 | Stephani Regis Hungariæ Conf. semid. |
| xxi | A | iij | 3 | |
| xx | b | Prid. | 4 | |
| xix | c | Non. | 5 | Laurentij Iustiniani Ep. & Conf. semid. |
| xviij | d | viij | 6 | |
| xvij | e | vij | 7 | |
| xvi | f | vi | 8 | NATIVITAS B. MARIÆ. duplex. cum comm. S. Adriani mart. in Laud. tant. |
| | | | | * Dominica infra Oct. Festum sanctissimi Nominis B. Mariæ virginis. dupl. |
| xv | g | v | 9 | De Oct. B.M. & comm. S. Gorgoni M. |
| xiv | A | iv | 10 | Nicolai de Tolentino Conf. duplex. cum commem. Octavæ Nativitat. B. Mariæ. |
| xiij | b | iij | 11 | De Octava. & commemor. SS. Proti & Hyacinthi martyrum. |
| xij | c | Prid. | 12 | De Octava. |
| xi | d | Idib. | 13 | De Octava. |
| x | e | xviij | 14 | Exaltatio S. Crucis. duplex. cum commemor. Octavæ Nativitatis B. Mariæ. |
| ix | f | xvij | 15 | Octava Nativitatis B. Mariæ. duplex, cum commemor. S. Nicomedis martyris. |
| viij | g | xvi | 16 | Cornelij & Cypriani Pontificum & mart. semidup. cum comm. SS. Euphemiæ, Luciæ & Geminiani martyrum. |
| vij | A | xv | 17 | Impres. Stigm. in corpore B. Franc. sem. |
| vi | b | xiv | 18 | Thomæ à Villanova Ep. & Conf. semid. |
| v | c | xiij | 19 | Ianuarij Episc. & Sociorum mart. dupl. |
| iv | d | xij | 20 | Eustachij & Sociorum martyrum. dupl. & commemoratio Vigiliæ. |
| iij | e | xi | 21 | MATTHÆI Apost. & Evang. duplex. |
| ij | f | x | 22 | Mauritij & Sociorum martyrum. |
| i | g | ix | 23 | Lini Papæ & mart. semidupl. cum commemor. S. Theclæ virginis & martyr. |
| * | A | viij | 24 | Festum B. V. Mariæ de Mercede. duplex. |
| xxix | b | vij | 25 | |
| xxviij | c | vi | 26 | Cypriani & Iustinæ martyrum. |
| xxvij | d | v | 27 | Cosmæ & Damiani martyrum. semidup. |
| 25 xxvi | e | iv | 28 | Wenceslai Ducis & martyris. semidup. |
| xxv xxiv | f | iij | 29 | Dedicatio S. Michaëlis Archangeli. dupl. |
| xxiij | g | Prid. | 30 | Hieronymi Presbyteri, Confes. & Eccles. Doctoris. duplex. |

OC-

## OTOBER.

| Cyclus Epact. | Litter. Dom. | | Dies mens. | |
|---|---|---|---|---|
| | | | | * Dominica prima Octobris. Festum SS. Rosarij B. V. Mariæ. duplex. |
| xxij | A | Kal. | 1 | Remigij Episcopi & Confessoris. |
| xxi | b | vi | 2 | Angelorum Custodium. duplex. |
| xx | c | v | 3 | |
| xix | d | iv | 4 | Francisci Confessoris. duplex. |
| xviij | e | iij | 5 | Placidi & Sociorum martyrum. |
| xvij | f | Prid. | 6 | Brunonis Confessoris. duplex. |
| xvi | g | Non. | 7 | Marci Papæ & Confessoris. cum commemor. SS. Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apulei martyrum. |
| xv | A | viij | 8 | Birgittæ viduæ. duplex. |
| xiv | b | vij | 9 | Dionysij, Rustici, & Eleutherij mart. semiduplex. |
| xiij | c | vi | 10 | Francisci Borgiæ Confessoris. semid. |
| xij | d | v | 11 | |
| xi | c | iv | 12 | |
| x | f | iij | 13 | Eduardi Regis Confessoris. semiduplex. |
| ix | g | Prid. | 14 | Callisti Papæ & martyris. semiduplex. |
| viij | A | Idib. | 15 | Teresiæ virginis. duplex. |
| vij | b | xvij | 16 | |
| vi | c | xvi | 17 | Hedwigis viduæ. semiduplex. |
| v | d | xv | 18 | Lucæ Evangelistæ. duplex. |
| iv | e | xiv | 19 | Petri de Alcantara Confessoris. duplex. |
| iij | f | xiij | 20 | |
| ii | g | xij | 21 | Hilarionis Abbatis. & comm. SS. Ursulæ & Sociarum virginum & martyrum. |
| i | A | xi | 22 | |
| * | b | x | 23 | |
| xxix | c | ix | 24 | |
| xxviij | d | viij | 25 | Chrysanthi & Dariæ martyrum. |
| xxvij | e | vij | 26 | Evaristi Papæ & martyris. Vigilia. |
| xxvi | f | vi | 27 | |
| 25 xxv | g | v | 28 | SIMONIS ET IUDÆ Apostolor. dupl. |
| xxiv | A | iv | 29 | |
| xxiij | b | iij | 30 | Vigilia. |
| xxij | c | Prid. | 31 | |



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## NOVEMBER.

| Cyclus Epact. | Litter. Dom. | Dies mens. | | |
|---|---|---|---|---|
| xxi | d | Kal. | 1 | FESTUM OMNIUM SANCTOR. dup. |
| xx | e | iv | 2 | Commemoratio omnium fidelium Defunctorum. duplex. & de Octava omnium Sanctorum. |
| xix | f | iij | 3 | De Octava. |
| xviij | g | Prid. | 4 | Caroli Episc. & Conf. dupl. cum comm. Oct. & SS. Vitalis & Agricolæ mart. |
| xvij | A | Non. | 5 | De Octava. |
| xvi | b | viij | 6 | De Octava. |
| xv | c | vij | 7 | De Octava. |
| xiv | d | vi | 8 | Octava omnium Sanctorum. dup. & commemor. SS. Quatuor Coronatorum M. |
| xiij | e | v | 9 | Dedicatio Basilicæ Salvatoris. duplex. & commemor. S. Theodori martyris. |
| xij | f | iv | 10 | S. Andreæ Avellini Conf. sem. cum com. SS. Tryphonis, Respicij & Nymphæ M. |
| xi | g | iij | 11 | Martini Episcopi & Confess. duplex. & commemor. S. Mennæ martyris. |
| x | A | Prid. | 12 | Martini Papæ & martyris. semiduplex. |
| ix | b | Idib. | 13 | Didaci Confessoris. semiduplex. |
| viij | c | xviij | 14 | |
| vij | d | xvij | 15 | Gertrudis virginis. duplex. |
| vi | e | xvi | 16 | |
| v | f | xv | 17 | Gregorij Thaumaturgi Episcopi & Conf. semiduplex. |
| iv | g | xiv | 18 | Dedicatio Basilicarum Petri & Pauli. dup. |
| iij | A | xiij | 19 | Elisabeth viduæ. duplex. cum commem. S. Pontiani Papæ & martyris. |
| ij | b | xij | 20 | Felicis de Valois Confessoris. duplex. |
| i | c | xi | 21 | Præsentatio B. Mariæ virginis. duplex. |
| * | d | x | 22 | Cæciliæ virginis & martyris. duplex. |
| xxix | e | ix | 23 | Clementis Papæ & martyris. semidupl. cum commem. S. Felicitatis martyris. |
| xxviij | f | viij | 24 | Ioannis à Cruce Conf. semidupl. cum commemor. S. Chrysogoni martyris. |
| xxvij | g | vij | 25 | Catharinæ virginis & martyris. duplex. |
| 25 xxvi | A | vi | 26 | Petri Alexandrini Episcopi & martyris. |
| xxv xxiv | b | v | 27 | |
| xxiij | c | iv | 28 | |
| xxij | d | iij | 29 | Vigilia. & comm. S. Saturnini mart. |
| xxi | e | Prid. | 30 | ANDREÆ Apostoli. duplex. |

DE-

## DECEMBER.

| Cyclus Epact. | Litter. Dom. | Dies mens. | | |
|---|---|---|---|---|
| xx | f | Kal. | 1 | |
| xix | g | iv | 2 | Bibianæ virginis & martyris. semidupl. |
| xviij | A | iij | 3 | Francisci Xaverij Confessoris. duplex. |
| xvij | b | Prid. | 4 | Petri Chrysologi Episcopi & Conf. dup. & comm. S. Barbaræ virginis & mart. |
| xvi | c | Non. | 5 | Sabbæ Abbatis. commemoratio. |
| xv | d | viij | 6 | Nicolai Episcopi & Confessoris. duplex. |
| xiv | e | vij | 7 | Ambrosij Episc. Conf. & Eccl. Doct. dup. |
| xiij | f | vi | 8 | CONCEPTIO B. MARIÆ V. duplex. |
| xij | g | v | 9 | De Octava. |
| xi | A | iv | 10 | De Oct. & comm. S. Melchiadis P. & M. |
| x | b | iij | 11 | Damasi Pap. & Conf. sem. & comm. Oct. |
| ix | c | Prid. | 12 | De Octava. |
| viij | d | Idib. | 13 | Luciæ virg. & mart. dupl. cum com. Oct. |
| vij | e | xix | 14 | De Octava. |
| vi | f | xviij | 15 | Octava Conceptionis B. Mariæ. duplex. |
| v | g | xvij | 16 | Eusebij Vercellensis Episc. & mart. sem. |
| iv | A | xvi | 17 | |
| iij | b | xv | 18 | |
| ij | c | xiv | 19 | |
| i | d | xiij | 20 | Vigilia. |
| * | e | xij | 21 | THOMÆ Apostoli. duplex. |
| xxix | f | xi | 22 | |
| xxviij | g | x | 23 | |
| xxvij | A | ix | 24 | Vigilia. |
| xxvi | b | viij | 25 | NATIVITAS DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI. duplex. |
| 25 xxv | c | vij | 26 | STEPHANI Protomartyris. duplex. cum commem. Octavæ Nativitatis. |
| xxiv | d | vi | 27 | IOANNIS Ap. & Evang. dup. cum com. |
| xxiij | e | v | 28 | SS. INNOCENTIUM martyrum. dupl. cum commemor. Octavarum. |
| xxij | f | iv | 29 | Thomæ Cantuariensis Episcopi & mart. semid. cum commem. Octavarum. |
| xxi | g | iij | 30 | De Dominica infra Oct. Nativ. vel de Oct. Nativitatis. cum comm. aliarum Oct. |
| 19 xx | A | Prid. | 31 | SILVESTRI Papæ & Confessoris. dupl. cum commemor. Octavarum. |

Hæc Epacta 19. nigra numquam est in usu, nisi quando eodem anno concurrit cum Aureo numero xix.

DUÆ

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DUÆ TABELLÆ,

## Ex Rubricis generalibus excerptæ.

In quarum prima statim videri poterit, de quo celebrandum sit Officium, si plura eodem die Festa occurrant.

In secunda verò quomodò Officium præcedens concurrat in Vesperis cum Officio sequentis diei.

Ex utraque Tabella hoc ordine reperietur quod quæritur.

Primùm inveniatur numerus positus in quadrangulo. Illo in quo Festa, de quibus est controversia, sibi invicem occurrunt: deinde legatur Regula iuxta dictum numerum descripta, & ex ea clarè videbitur quid sit agendum.

Exempli gratia. Quadrangulus, in quo sibi invicem occurrunt Duplex primæ Classis, & Dominica primæ Classis, est qui est in angulo superiori primæ Tabellæ, in quo signatus est numerus 1. quia si ad eum tam Duplex, quàm Dominica prædicta ex eorum locis recto tramite pergerent, in eo sibi invicem occurrerent. Regula autem iuxta dictum numerum apposita sic habet. 1. Translatio de primo, Officium de secundo. Id est, Duplex primæ Classis prædictum transfertur, & Officium fit de Dominica primæ Classis, quia cùm in his Regulis dicitur: De primo seu præcedenti, intelligitur de Festo in superiori parte Tabellæ apposito, ut Duplex prædictum: cùm de secundo vel sequenti, de Festo in inferiori parte sub numeris apposito, ut Dominica prædicta.

In aliquibus autem quadrangulis nullus appositus est numerus, vel quia nullus occursus neque concursus esse potest: vel quia in propriis locis annotatur in Breviario quid sit agendum.

Scire tamen oportet, quæ sint Duplicia primæ & secundæ Classis, & maiora per annum, & quæ Dominicæ & Feriæ maiores dicantur.

### DUPLICIA PRIMÆ CLASSIS.

In quibus nulla fit Commemoratio quorumcumque Festorum occurrentium, nisi prout supra in Rubricis.

Nativitas Domini.
Epiphania Domini.
Pascha Resurrectionis, cum tribus antecedentibus & duobus sequentibus diebus.
Ascensio Domini.
Pentecostes, cum duobus sequentibus diebus.
Festum Corporis Christi.
Nativitas S. Ioannis Baptistæ.
Festum sanctorum Apostolorum Petri & Pauli.
Assumptio B. Mariæ virginis.
Festum omnium Sanctorum.
Dedicatio propriæ Ecclesiæ.
Patronus vel Titulus Ecclesiæ.

### DUPLICIA SECUNDÆ CLASSIS.

In quibus de Simplicibus fit Commemoratio in Laudibus tantùm.

Circumcisio Domini.
Festum SS. Nominis Iesu.
Festum sanctissimæ Trinitatis.
Purificatio, Annunciatio, Nativitas, Conceptio — B. Mariæ.
Natalis xij. Apostolorum.
Festum Evangelistarum.
Festum S. Ioseph.
Inventio sanctæ Crucis.
Festum sancti Laurentij.
Dedicatio sancti Michaelis Archangeli.

### DOMINICÆ MAIORES

dividuntur in duas Classes.

Dominicæ I. Classis, quæ numquam omittunt.

Prima Adventus.
Prima Quadragesimæ.
Passionis.
Palmarum.
Paschæ.
In Albis.
Pentecostes.
Trinitatis.

### DOMINICÆ SECUNDÆ CLASSIS,

Quæ non omittuntur, nisi occurrente Patrono vel Titulari Ecclesiæ, & eiusdem Dedicatione: & tunc de iis fit semper Commemoratio in utrisque Vesperis & Laudibus.

Secunda, Tertia, Quarta — Adventus.
Dominicæ — Septuagesimæ. Sexagesimæ. Quinquagesimæ.
Secunda, Tertia, Quarta — Quadragesimæ.

### DUPLICIA MAIORA PER ANNUM,

Quæ aliis Duplicibus minoribus præferuntur.

Transfiguratio Domini.
Exaltatio sanctæ Crucis.
Festum Nivis, Visitatio, Præsentatio, Festum SS. Nominis, Festum de Mercede, Festum SS. Rosarij, Festum de Monte Carmelo, Festum Septem Dolorum — B. Mariæ.
Festum S. Annæ matris B. Virginis Mariæ.
Apparitio S. Michaelis Archangeli.
Cathedra S. Petri, utraque.
Festum eiusdem ad Vincula.
Conversio S. Pauli Apostoli.
Festum S. Ioannis ante portam Latinam.
S. Barnabæ Apostoli.
Festum S. Ioachim patris B. Virginis Mariæ.
Patronorum minùs principalium.

Feriæ maiores, de quibus semper fit Commemoratio.

Adventus.
Quadragesimæ.
Quatuor Temporum, &
Secunda Rogationum.

SI

# SI OCCURRAT EODEM DIE.

| | Vigilia. | Feria maior. | S. Maria in Sabbato. | Simplex. | Semiduplex. | Dies Octavæ. | Dies infra Octavam. | Duplex per annum. | Duplex secundæ Classis. | Duplex primæ Classis. | Dominica per annum. | Dominica secundæ Classis. | Dominica primæ Classis. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Duplex primæ Classis, & | 6 | 4 | 0 | 6 | 2 | 4 | 6 | 2 | 2 | 8 | 4 | 4 | 1 |
| Duplex secundæ Classis, | 4 | 4 | 0 | 4 | 2 | 4 | 6 | 2 | 8 | 1 | 4 | 1 | 1 |
| Duplex per annum, | 4 | 4 | 0 | 4 | 2 | 1 | 4 | 8 | 1 | 1 | 4 | 1 | 1 |
| Dies infra Octavam, | 4 | 4 | 0 | 4 | 3 | 3 | 7 | 3 | 5 | 5 | 3 | 3 | 3 |
| Dies Octavæ, | 4 | 4 | 0 | 4 | 2 | 7 | 4 | 2 | 3 | 3 | 4 | 3 | 3 |
| Semiduplex, | 4 | 4 | 0 | 4 | 8 | 1 | 4 | 1 | 1 | 1 | 1 | 1 | 1 |
| Simplex, | 3 | 3 | 3 | 0 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 5 | 3 | 3 | 3 |
| S. Maria in Sabbato, | 3 | 5 | 0 | 4 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| Feria maior, | 0 | 0 | 6 | 4 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 0 | 0 | 0 |
| Vigilia, | 0 | 5 | 6 | 4 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 5 | 0 | 0 | 0 |

1. Translatio de primo, Officium de secundo.
2. Officium de primo, translatio de secundo.
3. Commemoratio de primo, Officium de secundo.
4. Officium de primo, Commemoratio de secundo.
5. Nihil de primo, Officium de secundo.
6. Officium de primo, nihil de secundo.
7. Officium de digniori, commemoratio de minùs digno.
8. Officium de digniori, translatio de minùs digno.

Notandum, quòd Duplex quodcumque, etiam Patroni, & Tituli Ecclesiæ, vel Dedicationis eiusdem, occurrens in Vigilijs Nativitatis Domini & Pentecostes, in die Circumcisionis, in die Octava Epiphaniæ, in Feria quarta Cinerum, ac in tota maiori Hebdomada, & infra Octavas Paschæ & Pentecostes, in Ascensione Domini, in Festo Corporis Christi, in Festo Assumptionis B. M. V. & omnium Sanctorum, transfertur.

Infra Octavam Epiphaniæ fit tantùm de Patrono, vel Titulari Ecclesiæ, & eiusdem Dedicatione, cum Commemorat. Octavæ: alia Festa transferuntur post Octavam.

In-

Infra Octavam Corporis Christi Semiduplex transfertur, neque fit de Duplici translato; & de ea, quocumque adveniente Duplici, fit commemoratio.

Infra illas Octavas, in quibus fit de Festis occurrentibus, Semiduplex occurrens in Dominica transfertur in proximè sequentem diem: quæ si fuerit impedita alio simili Festo, transfertur post Octavam.

De Octava Nativitatis Domini, Epiphaniæ, & Corporis Christi, semper fit Commemoratio quocumque Festo in illis occurrente.

De alijs Octavis, quæ non sunt in Kalendario, nihil fit à Feria iv. Cinerum usque ad Dominicam in Albis, & à Vigilia Pentecostes usque ad Festum Trinitatis inclusivè, & à die 17. Decembris usque ad Epiphaniam.

Dies Octavæ numquam transfertur: ideò quamquam Nativitas sancti Ioannis Baptistæ occurrens in die Corporis Christi transferatur in diem sequentem, non tamen transfertur Octava, sed de ea fit tantùm Commemoratio in Officio de Octava Corporis Christi.

Si occurrat, ut Patronus vel Titulus Ecclesiæ descriptus sit eodem die in Kalendario cum alijs Sanctis in ea Ecclesia fit tantùm de Patrono, vel Titulari absque Commemoratione aliorum. Qui si in dicto Kalendario descripti sint sub Officio Duplici, vel Semiduplici, transferuntur in primam diem simili Officio non impeditam, & de eis fiat Officium Semiduplex, nisi tamen sint de maioribus Festis, quia tunc de translato quoque fiet Officium Duplex, ac si proprio die celebraretur. Si verò in Kalendario omnes sint tamquam Festum Simplex, de alijs nihil fit.

De Ferijs Adventus & Quadragesimæ, quando de eis non fit Officium, fit Commemoratio in utrisque Vesperis & Laudibus cuiuscumque Festi: de Quatuor Temporibus, & Feria ij. Rogationum, ac Vigilijs in Laudibus tantùm. Si verò aliqua Vigilia occurrat in Adventu, Quadragesima, & Quatuor Temporibus, vel in diebus Festorum Duplicium primæ Classis, sive Patroni, vel Tituli, aut Dedicationis Ecclesiæ, de ea nihil fit, nec etiam in Laudibus.

QUAN-

## QUANDO CONCURRIT

| | Sancta Maria in Sabbato. | Die infra Octavam. | Die Octavæ. | Simplici. | Semiduplici. | Duplici per annum minore. | Duplici per annum maiore. | Patrono, seu Titulo Ecclesiæ. | Duplici secundæ Classis. | Duplici primæ Classis. | Dominica quacumque. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Dñica maior, seu i. & ij. Classis cum | 0 | 4 | 3 | 4 | 4 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 0 |
| Dominica minor, seu per annum, | 0 | 4 | 3 | 4 | 4 | 3 | 3 | 1 | 1 | 1 | 0 |
| Duplex primæ Classis, | 2 | 2 | 4 | 2 | 4 | 4 | 4 | 0 | 4 | 6 | 4 |
| Duplex secundæ Classis, | 4 | 4 | 4 | 4 | 4 | 4 | 4 | 3 | 6 | 3 | 4 |
| Patronus seu Titulus Ecclesiæ, | 2 | 2 | 4 | 2 | 4 | 4 | 4 | 0 | 4 | 0 | 4 |
| Duplex per annum maius, | 4 | 4 | 4 | 4 | 4 | 4 | 6 | 1 | 3 | 1 | 4 |
| Duplex per annum minus, | 4 | 4 | 5 | 4 | 4 | 5 | 3 | 1 | 3 | 1 | 4 |
| Semiduplex, | 4 | 5 | 3 | 4 | 5 | 3 | 3 | 1 | 1 | 1 | 5 |
| Dies Octavæ, | 4 | 4 | 5 | 4 | 4 | 5 | 3 | 1 | 3 | 1 | 4 |
| Dies infra Octavam, | 0 | 0 | 3 | 4 | 5 | 3 | 3 | 1 | 1 | 1 | 5 |

1. Totum de sequenti, nihil de præcedenti.
2. Totum de præcedenti, nihil de sequenti.
3. Totum de sequenti, commemoratio de præcedenti.
4. Totum de præcedenti, commemoratio de sequenti.
5. Capitulum de sequenti, commemoratio de præcedenti.
6. Totum de digniori, commemoratio de minus digno.

Simplex, & sancta Maria in Sabbato, Feria, & Vigilia non concurrunt.

Notandum, quod in primis Vesperis dici Octavæ Ascensionis, & Corporis Christi, totum Officium fit de Octava, cum commemoratione præcedentis Festi Duplicis, nisi fuerit Festum solemne principale, vel primæ vel secundæ Classis, quia tunc de Festo fieret Officium, & commemoratio de Octava.

In secundis Vesperis dici Octavæ Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, & Corporis Christi, de sequenti Duplici fit tantùm commemoratio, nisi illud fuerit primæ vel secundæ Classis, seu Patronus vel Titulus, aut Dedicatio Ecclesiæ: quia tunc de Festo fieret Officium, & de Octava commemoratio. Ex similiter die Octava Corporis Christi in secundis Vesperis concurrente cum die Octava sancti Ioannis Baptistæ, Vesperæ erunt de Octava Corporis Christi cum comm. Octavæ S. Ioannis.

Cùm plures fiunt Commemorationes servetur hic ordo. De Duplici, de Dominica, de Semiduplici, de die infra Octavam, de Feria maiori, seu Vig. de sancta Maria in Sabbato, de Simplici.

ORA-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# ORATIO

## Dicenda ante divinum Officium.

APeri Domine os meum ad benedicendum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meum ab omnibus vanis, perversis, & alienis cogitationibus: intellectum illumina, affectum inflamma; ut dignè, attentè, ac devotè hoc Officium recitare valeam, & exaudiri merear ante conspectum divinæ Maiestatis tuæ. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Domine, in unione illius divinæ intentionis, qua ipse in terris laudes Deo persolvisti, has tibi Horas persolvo.

Orationem sequentem devotè post Officium recitantibus Leo Papa X. defectus & culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractas indulsit.

SAcrosanctæ & individuæ Trinitati, crucifixi Domini nostri Iesu Christi humanitati, beatissimæ & gloriosissimæ semperque virginis Mariæ fœcundæ integritati, & omnium Sanctorum universitati, sit sempiterna laus, honor, virtus & gloria, ab omni creatura, nobisque remissio omnium peccatorum, per infinita sæcula sæculorum. ℟. Amen.

℣. Beata viscera Mariæ virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium. ℟. Et beata ubera, quæ lactaverunt Christum Dominum. Pater noster. Ave Maria.

AB-

# ABSOLUTIONES
## ET BENEDICTIONES

### Dicendæ ante Lectiones in Officio novem & trium Lectionum.

In primo Nocturno, & pro secunda & quinta Feria, Absolutio.

EXaudi Domine Iesu Christe preces servorum tuorum, & miserere nobis qui cum Patre & Spiritu sancto vivis & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Benedictiones.

1. Benedictione perpetua benedicat nos Pater æternus. ℟. Amen.
2. Unigenitus Dei Filius nos benedicere & adiuvare dignetur.
3. Spiritus sancti gratia illuminet sensus & corda nostra.

In secundo Nocturno, & pro tertia & sexta Feria, Absolutio.

IPsius pietas & misericordia nos adiuvet qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Benedictiones.

4. Deus Pater omnipotens sit nobis propitius & clemens. ℟. Amen.
5. Christus perpetuæ det nobis gaudia vitæ.
6. Ignem sui amoris accendat Deus in cordibus nostris.

In tertio Nocturno, & pro Feria quarta, & Sabbato, Absolutio.

A Vinculis peccatorum nostrorum absolvat nos omnipotens & misericors Dominus. ℟. Amen.

Benedictiones.

7. Evangelica lectio sit nobis salus & protectio. ℟. Amen.
8. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.
9. Ad societatem civium supernorum perducat nos Rex Angelorum.

Si Officium fit de Sancto novem Lectionum, octava Benedictio erit.

Cuius festum colimus, ipse, vel ipsa intercedat pro nobis ad Dominum.

Quando sunt plures, dicitur

Quorum, vel Quarum festum colimus, ipsi, vel ipsæ intercedant pro nobis ad Dominum.

Si Officium fit de S. Maria, octava Benedictio erit.

Cuius festum colimus, ipsa Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dñm.

Si in ultima Lectione legendum sit, aliud Evangelium cum Homilia, nona Benedictio erit.

Per Evangelica dicta deleantur nostra delicta.

In Officio trium Lectionum dicuntur Absolutiones & Benedictiones prædictæ ordine superiùs in Rubricis generalibus, & in prima Dominica de Adventu descripto: & in eo, quando non legitur Homilia cum Evangelio, & Benedictiones sumendæ sunt ex tertio Nocturno, prima Benedictio erit.

1. Ille nos benedicat, qui sine fine vivit & regnat.
2. Divinum auxilium.
3. Ad societatem.

In Officio trium Lectionum, quando legitur Homilia cum Evangelio, prima Benedictio erit.

1. Evangelica lectio.
2. Divinum auxilium.
3. Ad societatem.

Si Officium fit de Sancto trium Lectionum, prima Benedictio erit.

1. Ille nos benedicat, qui sine fine vivit & regnat.
2. Cuius, vel Quorum.
3. Ad societatem.

In Officio de S. Maria in Sabbato, Absolutio & Benedictiones quæ ibidem ponuntur.

PSAL-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS





# PSALTERIUM
## DISPOSITUM
## PER HEBDOMADAM,
Cum Ordinário Officij de Témpore.

## DOMINICA AD MATUTINUM.

Ante Matutinum, & omnes Horas, prætérquam ad Completorium, dicitur secréto.

PATER NOSTER, qui es in cælis: sanctificêtur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo, & in terra. Panem nostrum quotidiânum da nobis hodiè. Et dimítte nobis débita nostra, sicut & nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentationem. Sed líbera nos à malo. Amen.

AVE María, grátia plena: Dóminus tecum: Benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui Iesus. Sancta María, mater Dei, ora pro nobis peccatóribus nunc, & in hora mortis nostræ, Amen.

In princípio Matutini, & Primæ, ac in fine Completórij, dicitur étiam Sýmbolum Apostolórum.

CRedo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli & terræ. Et in Iesum Christum, Filium eius únicum Dóminum nostrum: qui concéptus est de Spíritu sancto, natus ex María vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifixus, mórtuus, & sepúltus: descéndit ad ínferos: tértia die resurréxit à mórtuis: ascéndit ad cælos; sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: indè ventúrus est iudicâre vivos & mórtuos. Credo in Spíritum sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctôrum communionem, remissionem peccatórum, carnis resurrectiónem, vitam ætérnam, Amen.

Deindè clara voce dicitur ℣.

DOmine lábia mea apéries. ℟. Et os meum annunciâbit laudem tuam. ℣. Deus in adiutórium meum inténde. ℟. Dómine ad adiuvándum me festína. Glória Patri, & Filio, & Spirítui sancto. Sicut erat in princípio, & nunc, & semper, & in sǽcula sæculórum, Amen. Allelúia.

Sic dicitur Allelúia. ad omnes Horas, per totum Annum, prætérquam à Dominica in Septua-

tuagésima usque ad Fériam v. in Cœna Dómini: tunc enim dícitur Laus tibi Dómine, Rex ætérnæ glóriæ.

Invitatórium sequens dícitur ab Octáva Epiphaníæ usque ad Domínicam Septuagésimæ & ab Octáva Pentecóstes usque ad Advéntum.

Invitatórium. Adorêmus Dóminum, * Qui fecit nos. Repétitur, Adorêmus Dóminum, qui fecit nos.

PSALMUS 94.

VENITE, exultêmus Dómino, iubilêmus Deo salutári nostro: præoccupêmus fáciem eius in confessióne, & in psalmis iubilêmus ei. Adorêmus Dóminum, qui fecit nos.

Quóniàm Deus magnus Dóminus, & Rex magnus super omnes deos: quóniàm non repéllet Dóminus plebem suam, quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitúdines móntium ipse cónspicit. Qui fecit nos.

Quóniàm ipsíus est mare, & ipse fecit illud, & áridam fundavérunt manus eius: veníte adorêmus, & procidâmus ante Deum: plorêmus coram Dómino, qui fecit nos, quia ipse est Dóminus Deus noster: nos autem pópulus eius, & oves páscuæ eius. Adorêmus Dóminum, qui fecit nos.

Hódiè si vocem eius audiéritis, nolíte obduráre corda vestra, sicut in exacerbatióne secúndùm diem tentatiónis in desérto: ubi tentavérunt me patres vestri, probavérunt, & vidérunt ópera mea. Qui fecit nos.

Quadragínta annis próximus fui generatióni huic, & dixi: Semper hi errant corde: ipsi verò non cognovérunt vias meas, quibus iurávi in ira mea, si introíbunt in réquiem meam. Adorêmus Dóminum, qui fecit nos. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto: Sicut erat in princípio, & nunc, & semper, & in sǽcula sæculórum, Amen. Qui fecit nos. Adorêmus Dóminum, qui fecit nos.

Sequens Hymnus dícitur ad Octáva Epiphaníæ usque ad Domínicam primam Quadragésimæ, & à Domínica proximióri Kaléndis Octóbris usque ad Advéntum.

HYMNUS.

PRimo die, quo Trínitas
Beáta mundum cóndidit,
Vel quo resúrgens Cónditor
Nos morte victa líberat.

Pulsis procul torpóribus
Surgâmus omnes ócyus,
Et nocte quærâmus Deum,
Prophéta sicut præcipit.

Nostras preces ut áudiat,
Suámque dextram pórrigat,
Et expiátos sórdibus
Reddat polórum sédibus:

Ut, quique sacratíssimo
Huius diéi témpore
Horis quiétis psállimus,
Donis beátis múneret.

Iam nunc patérna cláritas
Te postulâmus affatim;
Absint faces libídinis,
Et omnis actus nóxius.

Ne fœda sit, vel lúbrica





Compágo nostri córporis,
Ob cuius ignes ígnibus
Avérnus urat ácriùs.

Mundi Redémptor, quǽsumus,
Tu probra nostra díluas:
Nobísque largus cómmoda
Vitæ perénnis cónferas.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sǽculum.
Amen.

Sequens Hymnus dícitur ab Octáva Pentecóstes usque ad Domínicam proximiórem Kaléndis Octóbris.

HYMNUS.

NOcte surgéntes vigilêmus omnes,
Semper in psalmis meditêmur, atque
Voce concórdi Dómino canâmus
Dúlciter Hymnos.

Ut pio Regi páriter canéntes,
Cum suis Sanctis mereâmur aulam
Ingredi cæli, simul & perénnem
Dúcere vitam.

Præstet hoc nobis Déitas beáta
Patris, ac Nati, paritérque sancti
Spíritus, cuius résonat per omnem
Glória mundum. Amen.

Alijs tempóribus à supradíctis, Invitatórium & Hymnus dicúntur quæ habéntur in Próprio de Témpore, pro Officij varietáte: quod & in Capítulis & Hymnis ad Laudes, & in álijs simílibus servêtur.

## IN I. NOCTURNO.

In Advéntu Antíphona. Véniet ecce Rex.

Per Annum Antíphona. Servíte Dómino.

Témpore Pascháli, Antíphona. Allelúia.

Asteríscus * notat pausam cantus in Choro.

PSALMUS I.

BEátus vir, qui non ábijt in consílio impiórum, & in via peccatórum non stetit, * & in cáthedra pestiléntiæ non sedit:

Sed in lege Dómini volúntas eius, * & in lege eius meditábitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantâtum est secus decúrsus aquárum, * quod fructum suum dabit in témpore suo:

Et fólium eius non défluet: * & ómnia quæcúmque fáciet, prosperabúntur.

Non sic ímpij, non sic: * sed tamquam pulvis, quem prójicit ventus à fácie terræ.

Ideò non resúrgent ímpij in iudício: * neque peccatóres in concílio iustórum.

Quóniàm novit Dóminus viam iustórum: * & iter impiórum períbit.

Glória Patri, & Fílio, * & Spirítui sancto.

Sicut erat in princípio, & nunc & semper, * & in sǽcula sæculórum, Amen.

Hic Versus, Glória. semper dícitur in fine ómnium Psalmórum, nisi áliter notêtur.



UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

PSALMUS 2.

QUare fremuérunt Gentes, * & pópuli meditáti sunt inánia?

Astitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum * advérsus Dóminum, & advérsus Christum eius.

Dirumpâmus víncula eôrum: * & projiciâmus à nobis iugum ipsorum.

Qui hábitat in cælis irridêbit eos: * & Dóminus subsannâbit eos.

Tunc loquêtur ad eos in ira sua, * & in furóre suo conturbâbit eos.

Ego autem constitûtus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, * prædicans præcéptum eius.

Dóminus dixit ad me: * Fílius meus es tu, ego hódiè génui te.

Póstula à me, & dabo tibi Géntes hereditâtem tuam, * & possessiònem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, * & tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intellígite: * erudímini qui iudicâtis terram.

Servite Dómino in timóre: * & exultâte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplinam nequándo irascâtur Dóminus, * & pereâtis de via iusta.

Cum exarserit in brevi ira eius, * beáti omnes, qui confídunt in eo.

PSALMUS 3.

DOmine quid multiplicáti sunt qui tríbulant me? * multi insúrgunt advérsùm me.

Multi dicunt ánimæ meæ: * Non est salus ipsi in Deo eius.

Tu autem Dómine suscéptor meus es, * glória mea, & exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamávi: * & exaudívit me de monte sancto suo.

Ego dormívi, & soporâtus sum: * & exurréxi, quia Dóminus suscêpit me.

Non timêbo míllia pópuli circumdántis me: * exúrge Dómine, salvum me fac Deus meus.

Quóniàm tu percussísti omnes adversántes mihi sine causa: * dentes peccatórum contrivísti.

Dómini est salus: * & super pópulum tuum benedíctio tua.

PSALMUS 6.

DOmine, ne in furôre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me,

Miserêre mei Dómine, quóniàm infírmus sum: * sana me Dómine, quóniàm conturbâta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbâta est valdè: * sed tu Dómine usquequò?

Convértere Dómine, & éripe ánimam meam: * salvum me fac propter misericórdiam tuam,

Quóniàm non est in morte qui memor sit tui: * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavâbo per síngulas noctes lectum meum: * lácrymis meis stratum meum rigâbo.

Turbâtus est à furôre óculus meus: * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite à me omnes qui operámini iniquitâtem: * quóniàm exaudívit Dóminus vocem fletus mei.



Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam, * Dóminus oratiónem meam suscêpit.

Erubéscant, & conturbéntur veheménter omnes inimíci mei: * convertántur & erubéscant valdè velóciter.

In Advéntu, Aña. Véniet ecce Rex excélsus cum potestate magna ad salvándas gentes, allelúia.

Antíphona. Confortâte.

Per Annum, Antíphona. Servite Dómino in timóre: & exultâte ei cum tremóre.

Antíphona. Deus iudex iustus.

PSALMUS 7.

DOmine Deus meus in te sperávi: * salvum me fac ex ómnibus persequéntibus me, & líbera me.

Nequándo rápiat ùt leo ánimam meam, * dum non est qui rédimat, neque qui salvum fáciat.

Dómine Deus meus si feci istud, * si est iníquitas in mánibus meis:

Si réddidi retribuéntibus mihi mala, * décidam méritò ab inimícis meis inânis.

Persequâtur inimícus ánimam meam, & comprehéndat, & concúlcet in terra vitam meam, * & glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exúrge Dómine in ira tua: * & exaltâre in fínibus inimicórum meórum.

Et exúrge Dómine Deus meus in præcépto quod mandásti: * & synagôga populôrum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum regrédere: * Dóminus iúdicat pópulos.

Iúdica me Dómine secúndùm iustítiam meam, * & secúndùm innocéntiam meam super me.

Consumêtur nequítia peccatórum, & díriges iustum, * scrutans corda & renes Deus.

Iustum adiutórium meum à Dómino, * qui salvos facit rectos corde.

Deus iudex iustus, fortis, & pátiens: * numquid irascitur per síngulos dies?

Nisi convérsi fuerítis, gládium suum vibrâbit: * arcum suum teténdit, & parâvit illum.

Et in eo parâvit vasa mortis, * sagíttas suas ardéntibus effécit.

Ecce partúrijt iniustítiam: * concêpit dolórem, & péperit iniquitâtem.

Lacum apéruit, & effôdit eum: * & íncidit in fóveam, quam fecit.

Convertêtur dolor eius in caput eius: * & in vérticem ipsius iníquitas eius descéndet.

Confitêbor Dómino secúndùm iustítiam eius: * & psallam nómini Dómini altíssimi.

PSALMUS 8.

DOmine Dóminus noster, * quàm admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Quóniàm elevâta est magnificéntia tua, * super cælos.

Ex ore infántium & lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, * ut déstruas inimícum & ultórem.

Quóniàm vidêbo cælos tuos, ópera digitórum tuórum : * lunam & stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quòd memor es eius? * aut fílius hóminis, quóniàm vísitas eum?

Minuísti eum paulò minùs ab ángelis, glória & honôre coronásti eum: * & constituísti eum super ópera mánuum tuârum.

Omnia subiecísti sub pédibus eius, * oves & boves univérsas: insuper & pécora campi.

Vólucres cæli, & pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.

Dómine Dóminus noster, * quàm admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

PSALMUS 9.

CONfitêbor tibi Dómine in toto corde meo: * narrâbo ómnia mirabília tua.

Lætâbor & exultâbo in te: * psallam nómini tuo Altíssime,

In convertèndo inimícum meum retrórsum: * infirmabúntur, & períbunt à fácie tua.

Quóniàm fecísti iudícium meum & causam meam: * sedísti super thronum qui iúdicas iustítiam.

Increpásti Gentes, & périjt ímpius: * nomen eôrum delésti in ætérnum & in sæculum sæculi.

Inimíci defecérunt frámeæ in finem: * & civitátes eôrum destruxísti.

Périjt memória eôrum cum sónitu: * & Dóminus in ætérnum pérmanet.

Parâvit in iudício thronum suum: * & ipse iudicâbit orbem terræ in æquitâte, iudicâbit pópulos in iustítia.

Et factus est Dóminus refúgium páuperi: * adiútor in opportunitátibus, in tribulatióne.

Et sperent in te qui novérunt nomen tuum: * quóniàm non dereliquísti quærentes te Dómine.

Psállite Dómino, qui hábitat in Sion: * annunciâte inter Gentes stúdia eius:

Quóniàm requírens sánguinem eôrum recordâtus est: * non est oblítus clamôrem páuperum.

Miserêre mei Dómine: * vide humilitâtem meam de inimícis meis.

Qui exáltas me de portis mortis, * ut annúnciem omnes laudatiónes tuas in portis fíliæ Sion.

Exultâbo in salutári tuo: * infíxæ sunt Gentes in intéritu, quem fecérunt.

In láqueo isto, quem abscondérunt, * comprehénsus est pes eôrum.

Cognoscêtur Dóminus iudícia fáciens: * in opéribus mánuum suârum comprehénsus est peccâtor.

Convertántur peccatóres in inférnum, * omnes Gentes quæ obliviscúntur Deum.

Quóniàm non in finem oblívio erit páuperis: * patiéntia pauperum non peribit in finem.

Exúrge Dómine, non confortêtur homo: * iudicéntur Gentes in conspéctu tuo:

Constítue Dómine legislatôrem super eos: * ut sciant Gentes quóniàm hómines sunt.

Ut quid Dómine recessísti longè, * déspicis in opportunitátibus, in tribulatióne?

Dum



Dum supérbit ímpius, incénditur pauper: * comprehendúntur in consílijs quibus cógitant.

Quóniàm laudâtur peccâtor in desidérijs ánimæ suæ: * & iniquus benedícitur.

Exacerbâvit Dóminum peccâtor, * secúndùm multitúdinem iræ suæ non quæret.

Non est Deus in conspéctu eius: * inquinátæ sunt viæ illius in omni témpore.

Auferúntur iudícia tua à fácie eius: * ómnium inimicôrum suórum dominábitur.

Dixit enim in corde suo: * Non movêbor à generatióne in generatiónem, sine malo.

Cuius maledictióne os plenum est, & amaritúdine, & dolo: * sub lingua eius labor & dolor.

Sedet in insídijs cum divítibus in occúltis, * ut interfíciat innocéntem.

Oculi eius in páuperem respíciunt: * insidiâtur in abscóndito, quasi leo in spelúnca sua.

Insidiâtur ut rápiat páuperem: * rápere páuperem, dum áttrahit eum.

In láqueo suo humiliâbit eum, * inclinâbit se, & cadet cùm dominâtus fúerit páuperum.

Dixit enim in corde suo: Oblítus est Deus: * avértit fáciem suam ne vídeat in finem.

Exúrge Dómine Deus, exaltêtur manus tua: * ne obliviscâris páuperum.

Propter quid irritâvit ímpius Deum? * dixit enim in corde suo: Non requiret.

Vides, quóniàm tu labôrem & dolorem consíderas: * ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelíctus est pauper: * órphano tu eris adiútor.

Cóntere bráchium peccatôris & malígni: * quærétur peccâtum illius, & non inveniêtur.

Dóminus regnâbit in ætérnum, & in sæculum sæculi: * períbitis Gentes de terra illius.

Desidérium páuperum exaudívit Dóminus: * præparatiônem cordis eôrum audívit auris tua.

Iudicâre pupíllo & húmili, * ut non appônat ultrà magnificâre se homo super terram.

PSALMUS 10.

IN Dómino confído: quómodò dícitis ánimæ meæ: * Tránsmigra in montem sicut passer?

Quóniàm ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt sagíttas suas in pháretra, * ut sagíttent in obscúro rectos corde.

Quóniàm quæ perfecísti, destruxérunt: * iustus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo, * Dóminus in cælo sedes eius:

Oculi ejus in páuperem respíciunt: * pálpebræ eius intérrogant fílios hóminum.

Dóminus intérrogat iustum & ímpium: * qui autem díligit iniquitâtem, odit ánimam suam.

Pluet super peccatóres láqueos: * ignis, & sulphur, &



spi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

spíritus procellàrum pars cálicis eórum.

Quoniàm iustus Dóminus, & iustítias diléxit: * æquitátem vidit vultus eius.

In Advéntu, Aña. Confortáte manus dissolútas: confortámini, dícite: Ecce Deus noster véniet, & salvâbit nos, allelúia.

Antiphona. Gaudête omnes.

Per Annum, Antiphona. Deus iudex iustus, fortis & longánimis: numquid irascêtur per síngulos dies?

Antiphona. Tu Dómine.

### Psalmus 11.

Salvum me fac Dómine, quóniàm defécit sanctus: * quóniàm diminútæ sunt veritátes à filijs hóminum.

Vana locúti sunt unusquísque ad próximum suum: * lábia dolósa, in corde & corde locúti sunt.

Dispérdat Dóminus univérsa lábia dolósa, * & linguam magníloquam.

Qui dixérunt: Linguam nostram magnificábimus, lábia nostra à nobis sunt, * quis noster Dóminus est?

Propter misériam ínopum, & gémitum páuperum * nunc exúrgam, dicit Dóminus.

Ponam in salutári: * fiduciáliter agam in eo.

Elóquia Dómini, elóquia casta: * argéntum igne examinátum, probâtum terræ purgâtum séptuplum.

Tu Dómine servâbis nos: * & custódies nos à generatiône hac in ætérnum.

In circúitu ímpij ámbulant: * secúndùm altitúdinem tuam multiplicásti fílios hóminum.

### Psalmus 12.

Usquequò Dómine oblivíscéris me in finem? * Usquequò avértis fáciem tuam à me?

Quámdiu ponam consília in ánima mea, * dolórem in corde meo per diem?

Usquequò exaltábitur inimícus meus super me? * réspice, & exáudi me Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos ne umquam obdórmiam in morte: * nequándo dicat inimícus meus: Prævalui advérsùs eum.

Qui tríbulant me, exultábunt si motus fúero: * ego autem in misericórdia tua sperávi.

Exultábit cor meum in salutári tuo: cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi: * & psallam nómini Dómini altíssimi.

### Psalmus 13.

Dixit insípiens in corde suo: * Non est Deus.

Corrúpti sunt, & abominábiles facti sunt in stúdijs suis: * non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Dóminus de cælo prospéxit super fílios hóminum, * ut vídeat si est intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, simul inútiles facti sunt: * non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Sepúlchrum patens est guttur eórum: linguis suis dolóse agébant,



bant, * venênum áspidum sub lábijs eórum.

Quorum os maledictióne & amaritúdine plenum est: * velóces pedes eórum ad effundéndum sánguinem.

Contrítio & infelícitas in vijs eórum, & viam pacis non cognovérunt: * non est timor Dei ante óculos eórum.

Nonnè cognóscent omnes qui operántur iniquitátem, * qui dévorant plebem meam sicut escam panis?

Dóminum non invocavérunt, * illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniàm Dóminus in generatióne iusta est, consílium ínopis confudístis: * quóniàm Dóminus spes eius est.

Quis dabit ex Sion salutáre Israël? * cum avérterit Dóminus captivitátem plebis suæ, exultábit Iacob, & lætábitur Israël.

### Psalmus 14.

Dómine quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requiéscet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sine mácula, * & operátur iustítiam:

Qui lóquitur veritátem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit próximo suo malum, * & oppróbrium non accépit advérsùs próximos suos.

Ad níhilum dedúctus est in conspéctu eius malignus: * timéntes autem Dóminum glorificat:

Qui iurat próximo suo, & non décipit, * qui pecúniam suam non dedit ad usúram, & múnera super innocéntem non accêpit:

Qui facit hæc, * non movébitur in ætérnum.

In Advéntu, Aña. Gaudête omnes, & lætámini: ecce quia véniet Dóminus ultiónis, addúcet retributiónem: ipse véniet, & salvâbit nos. ℣. Ex Sion spécies decóris eius. ℟. Deus noster manifèstè véniet.

Per Annum, Aña. Tu Dómine servâbis nos, & custódies nos. ℣. Memor fui nocte nóminis tui Dómine. ℟. Et custodívi legem tuam.

In Quadragésima, ℣. Ipse liberávit me de láqueo venántium. ℟. Et à verbo áspero.

Témpore Passiónis, ℣. Erue à frámea Deus ánimam meam. ℟. Et de manu canis únicam meam.

Témpore Paschâli, Aña. Allelúia, Lapis revolûtus est, allelúia: ab óstio monuménti, allelúia, allelúia. ℣. Surréxit Dóminus de sepúlchro, allelúia. ℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.

Post Versiculum cuiúslibet Nocturni dícitur, Pater noster. secrétò. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo.

In primo Nocturno, & pro secúnda & quinta Féria, Absolútio.

Exáudi Dómine Iesu Christe preces servórum tuórum, & miserére nobis, qui cum Patre & Spíritu sancto vivis

vis & regnas in sǽcula sæculôrum. ℟. Amen.

℣. Iube domne benedícere.

Benedíctio. Benedictiône perpétua benedicat nos Pater ætérnus. ℟. Amen.

Deindè legúntur Lectiónes cum Responsorijs, ut in Proprio de Tempore assignántur.

Pro secunda Lectióne, Benedíctio.

Unigénitus Dei Fílius nos benedícere & adiuvâre dignétur. ℟. Amen.

Pro tértia Lectióne, Benedíctio.

Spíritus sancti grátia illúminet sensus & corda nostra. ℟. Amen.

## IN II. NOCTURNO.

In Advéntu, Antiphona. Gaude & lætâre.

Per Annum, Antiphona. Bonôrum meôrum.

Témpore Paschâli, Aña. Allelúia.

### PSALMUS 15.

COnsérva me Dómine, quóniàm sperávi in te. * Dixi Dómino: Deus meus es tu, quóniàm bonôrum meôrum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra eius, * mirificávit omnes voluntátes meas in eis.

Multiplicátæ sunt infirmitátes eôrum: * pósteà acceleravérunt.

Non congregábo conventícula eôrum de sanguínibus: * nec memor ero nóminum eôrum per lábia mea.

Dóminus pars hereditâtis meæ, & cálicis mei: * tu es, qui restítues hereditâtem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præcláris: * étenim heréditas mea præclâra est mihi.

Benedicam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum: * ínsuper & usque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dñm in conspéctu meo semper: * quóniàm à dextris est mihi, ne commóvear.

Propter hoc lætâtum est cor meum, & exultâvit lingua mea: * ínsuper & caro mea requiéscet in spe.

Quóniàm non derelínques ánimam meam in inférno: * nec dabis sanctum tuum vidêre corruptiônem.

Notas mihi fecísti vias vitæ, adimplébis me lætítia cum vultu tuo: * delectatiónes in déxtera tua usque in finem.

In Advéntu, Antiphona. Gaude & lætâre filia Ierúsalem: ecce Rex tuus véniet tibi: Sion noli timêre, quia citò véniet salus tua.

Antiphona. Rex noster.

Per Annum, Aña. Bonôrum meôrum non índiges, in te sperávi, consérva me Dómine.

Antiphona. Propter verba.

### PSALMUS 16.

EXáudi Dómine iustítiam meam: * inténde deprecatiônem meam:

Auribus pércipe oratiônem meam, * non in lábijs dolósis.

De vultu tuo iudícium meum pródeat: * óculi tui vídeant æquitátes.

Pro-



Probásti cor meum, & visitásti nocte: * igne me examinásti, & non est invénta in me iníquitas.

Ut non loquâtur os meum ópera hóminum: * propter verba labiôrum tuórum ego custodívi vias duras.

Pérfice gressus meos in sémitis tuis: * ut non moveántur vestígia mea.

Ego clamávi, quóniàm exaudísti me Deus: * inclina aurem tuam mihi, & exáudi verba mea.

Mirífica misericórdias tuas, * qui salvos facis sperántes in te.

A resisténtibus déxteræ tuæ custódi me, * ùt pupillam óculi.

Sub umbra alárum tuárum prótege me: * à fácie impiórum qui me afflixérunt.

Inimíci mei ánimam meam circumdedérunt, ádipem suum conclusérunt: * os eôrum locûtum est supérbiam.

Projiciéntes me nunc circumdedérunt me: * óculos suos statuérunt declinâre in terram.

Suscepérunt me sicut leo parâtus ad prædam: * & sicut cátulus leônis hábitans in ábditis.

Exúrge Dómine, præveni eum, & supplánta eum: * éripe ánimam meam ab ímpio, frámeam tuam ab inimícis manus tuæ.

Dómine à paucis de terra dívide eos in vita eôrum: * de abscónditis tuis adimplêtus est venter eôrum.

Saturáti sunt fílijs: * & dimisérunt relíquias suas párvulis suis.

Ego autem in iustítia apparêbo conspéctui tuo: * satiâbor cùm apparúerit glória tua.

In Advéntu, Antiphona. Rex noster advéniet Christus, quem Ioánnes prædicàvit Agnum esse ventùrum.

Antiphona. Ecce vénio.

Per Annum, Aña. Propter verba labiôrum tuôrum ego custodívi vias duras.

Antiphona. Díligam te.

Et non repétitur in Psalmo: quod semper fit, quando Aña. íncipit a primo versu Psalmi, & Psalmus tunc incipitur ab eo verbo, in quo désinit Aña. sive íntegra dicâtur, sive tantùm inchoâta; si tamen éadem sint verba, & continuétur Aña. cum Psalmo.

### PSALMUS 17.

DIligam te Dómine fortitûdo mea: * Dóminus firmaméntum meum, & refúgium meum, & liberâtor meus.

Deus meus adiútor meus, * & sperâbo in eum.

Protéctor meus, & cornu salûtis meæ, * & suscéptor meus.

Laudans invocâbo Dóminum: * & ab inimícis meis salvus ero.

Circumdedérunt me dolóres mortis: * & torréntes iniquitâtis conturbavérunt me.

Dolóres inférni circumdedérunt me: * præoccupavérunt me láquei mortis.

In tribulatiône mea invocávi Dóminum, * & ad Deum meum clamávi:

Et exaudívit de templo sancto suo vocem meam: * & clamor meus

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

meus in conspéctu eius, introivit in aures eius.

Commóta est, & contrémuit terra: * fundaménta móntium conturbâta sunt, & commóta sunt, quóniàm irâtus est eis.

Ascéndit fumus in ira eius: & ignis à facie eius exársit: * carbónes succénsi sunt ab eo.

Inclinâvit cælos, & descéndit: * & caligo sub pédibus eius.

Et ascéndit super chérubim, & volâvit: * volâvit super pennas ventórum.

Et pósuit ténebras latíbulum suum, in circúitu eius tabernáculum eius: * tenebrósa aqua in núbibus aëris.

Præ fulgóre in conspéctu eius nubes transiérunt, * grando & carbónes ignis.

Et intónuit de cælo Dóminus, & Altíssimus dedit vocem suam: * grando & carbónes ignis.

Et misit sagittas suas, & dissipâvit eos: * fúlgura multiplicâvit, & conturbâvit eos.

Et apparuérunt fontes aquârum, * & revelâta sunt fundaménta orbis terrârum:

Ab increpatióne tua Dómine, * ab inspiratióne spíritus iræ tuæ.

Misit de summo, & accêpit me: * & assúmpsit me de aquis multis.

Erípuit me de inimícis meis fortíssimis, & ab his qui odérunt me: * quóniàm confortáti sunt super me.

Prævenérunt me in die afflictiónis meæ: * & factus est Dóminus protéctor meus.

Et edúxit me in latitúdinem: * salvum me fecit, quóniàm vóluit me.

Et retríbuet mihi Dóminus secúndùm iustítiam meam, * & secúndùm puritâtem mánuum meârum retríbuet mihi:

Quia custodívi vias Dómini, * nec impiè gessi à Deo meo.

Quóniàm ómnia iudícia eius in conspéctu meo: * & iustítias eius non répuli à me.

Et ero immaculâtus cum eo: * & observâbo me ab iniquitâte mea.

Et retríbuet mihi Dóminus secúndùm iustítiam meam: * & secúndùm puritâtem mánuum meârum in conspéctu oculórum eius.

Cum sancto sanctus eris, * & cum viro innocénte ínnocens eris:

Et cum elécto eléctus eris: * & cum pervérso pervertêris.

Quóniàm tu pópulum húmilem salvum fácies: * & óculos superbórum humiliâbis.

Quóniàm tu illúminas lucérnam meam Dómine: * Deus meus illúmina ténebras meas.

Quóniàm in te erípiar à tentatióne, * & in Deo meo transgrédiar murum.

Deus meus impollúta via eius: elóquia Dómini igne examinâta: * protéctor est ómnium sperántium in se.

Quóniàm quis Deus præter Dóminum? * aut quis Deus præter Deum nostrum?



Deus qui præcinxit me virtûte: * & pósuit immaculâtam viam meam.

Qui perfécit pedes meos tamquam cervórum, * & super excélsa státuens me.

Qui docet manus meas ad prælium: * & posuísti, ùt arcum æreum, bráchia mea.

Et dedísti mihi protectiónem salûtis tuæ: * & déxtera tua suscêpit me:

Et disciplina tua corréxit me in finem: * & disciplina tua ipsa me docébit.

Dilatásti gressus meos subtus me: * & non sunt infirmâta vestigia mea:

Pérsequar inimícos meos, & comprehéndam illos: * & non convértar donec deficiant.

Confríngam illos, nec póterunt stare: * cadent subtus pedes meos.

Et præcinxísti me virtûte ad bellum: * & supplantásti insurgéntes in me subtus me.

Et inimícos meos dedísti mihi dorsum, * & odiéntes me disperdidísti.

Clamavérunt, nec erat qui salvos fáceret, ad Dóminum: * nec exaudívit eos.

Et comminuam eos, ùt púlverem ante fáciem venti: * ùt lutum plateârum delêbo eos.

Erípies me de contradictiónibus pópuli: * constítues me in caput Géntium.

Pópulus, quem non cognóvi, servívit mihi: * in audítu auris obedívit mihi.

Fílij alièni mentíti sunt mihi, * filij aliéni inveteráti sunt, & claudicavérunt à sémitis suis.

Vivit Dóminus, & benedíctus Deus meus, * & exaltêtur Deus salûtis meæ.

Deus qui das vindíctas mihi, & subdis pópulos sub me, * liberâtor meus de inimícis meis iracúndis.

Et ab insurgéntibus in me exaltâbis me: * à viro iníquo erípies me.

Proptéreà confitêbor tibi in natiónibus Dómine: * & nómini tuo psalmum dicam,

Magníficans salútes Regis eius, & fáciens misericórdiam christo suo David, * & sémini eius, usque in sæculum.

In Advéntu, Aña. Ecce vénio citò, & merces mea mecum est, dicit Dóminus, dare unicuique secúndùm ópera sua. ℣. Emitte Agnum Dómine Dominatórem terræ. ℟. De petra desérti ad montem fíliæ Sion.

Per Annum, Antíphona. Díligam te Dómine virtus mea. ℣. Quóniàm tu illúminas lucérnam meam Dómine. ℟. Deus meus illúmina ténebras meas.

In Quadragésima, ℣. Scápulis suis obumbrâbit tibi. ℟. Et sub pennis eius sperâbis.

Témpore Passiónis, ℣. De ore leónis líbera me Dómine. ℟. Et à córnibus unicórnium humilitâtem meam.

Témpore Paschâli, Aña. Allelúia, Quem quæris múlier? allelúia: vivéntem cum mórtuis, alle-

allelúia, allelúia. ℣. Surréxit Dóminus verè, allelúia. ℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

Pater noster. secrétò. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo.

In secúndo Noctúrno, & pro tértia & sexta Féria Absolútio.

IPsius píetas & misericórdia nos ádiuvet, qui cum Patre & Spíritu sancto vivit & regnat in sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Iube domne benedícere.

Benedíctio. Deus Pater omnípotens sit nobis propítius & clemens. ℟. Amen.

Pro quinta Lectióne, Benedíctio.

Christus perpétuæ det nobis gáudia vitæ. ℟. Amen.

Pro sexta Lectióne, Benedíctio.

Ignem sui amóris accéndat Deus in córdibus nostris.

℟. Amen.

IN III. NOCTURNO.

In Advéntu, Antíphona. Gabriël Angelus.

Per Annum, Antíphona. Non sunt loquélæ.

Témpore Pascháli, Antíphona. Allelúia.

PSALMUS 18.

CÆli enárrant glóriam Dei, * & ópera mánuum eius annúnciat firmaméntum.

Dies diéi erúctat verbum, * & nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque sermónes, * quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum: * & in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum: * & ipse tamquam sponsus procédens de thálamo suo:

Exultávit ùt gigas ad curréndam viam, * à summo cælo egréssio eius:

Et occúrsus eius usque ad summum eius: * nec est qui se abscóndat à calóre eius.

Lex Dómini immaculáta convértens ánimas: * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

Iustítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda: * præcéptum Dómini lúcidum; illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in sæculum sæculi: * iudícia Dómini vera, iustificáta in semetípsa.

Desiderabília super aurum & lápidem pretiósum multum: * & dulcióra super mel & favum.

Etenim servus tuus custódit ea, * in custodiéndis illis retribútio multa.

Delícta quis intélligit? ab occúltis meis munda me: * & ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero: * & emundábor à delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei: * & meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine adiútor meus, * & redémptor meus.





In Advéntu, Antíphona. Gabriël Angelus locútus est Maríæ, dicens: Ave grátia plena: Dóminus tecum: Benedícta tu inter mulíeres.

Antíphona. María dixit.

Per Annum, Antíphona. Non sunt loquélæ, neque sermónes, quorum non audiántur voces eórum.

Antíphona. Exáudiat.

PSALMUS 19.

EXáudiat te Dóminus in die tribulatiónis: * prótegat te nomen Dei Iacob.

Mittat tibi auxílium de sancto: * & de Sion tueátur te.

Memor sit omnis sacrifícij tui: * & holocáustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secúndùm cor tuum: * & omne consílium tuum confírmet.

Lætábimur in salutári tuo: * & in nómine Dei nostri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas: * nunc cognóvi quóniàm salvum fecit Dóminus Christum suum.

Exáudiet illum de cælo sancto suo: * in potentátibus salus déxteræ eius.

Hi in cúrribus, & hi in equis: * nos autem in nómine Dómini Dei nostri invocábimus.

Ipsi obligáti sunt, & cecidérunt: * nos autem surréximus & eréćti sumus.

Dómine salvum fac regem: * & exáudi nos in die, qua invocavérimus te.

In Advéntu, Antíphona. María dixit: Putas qualis est ista salutátio: quia conturbáta est ánima mea, & quia paritúra sum Regem, qui claustrum virginitátis meæ non violábit?

Antíphona. In Advéntu.

Per Annum, Aña. Exáudiat te Dóminus in die tribulatiónis.

Antíphona. Dómine.

PSALMUS 20.

DOmine in virtúte tua lætábitur rex: * & super salutáre tuum exultábit veheménter.

Desidérium cordis eius tribuísti ei: * & voluntáte labiórum eius non fraudásti eum.

Quóniàm prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis; * posuísti in cápite eius corónam de lápide pretióso.

Vitam pétijt à te: * & tribuísti ei longitúdinem diérum in sæculum, & in sæculum sæculi.

Magna est glória eius in salutári tuo: * glóriam & magnum decórem impónes super eum.

Quóniàm dabis eum in benedictiónem in sæculum sæculi: * lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniàm rex sperat in Dómino: * & in misericórdia Altíssimi non commovébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimícis tuis: * déxtera tua invéniat omnes, qui te odérunt.

Pones eos ùt clíbanum ignis in témpore vultus tui: * Dóminus



ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in ira sua conturbâbit eos, & devorâbit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes: * & semen eórum à filijs hóminum.

Quóniam declinavérunt in te mala: * cogitavérunt consília, quæ non potuérunt stabilíre.

Quóniam pones eos dorsum: * in relíquijs tuis præparâbis vultum eorum.

Exaltâre Dómine in virtûte tua: * cantábimus & psallêmus virtútes tuas.

In Advéntu, Antíphona. In advéntu summi Regis mundéntur corda hóminum, ut dignè ambulêmus in occúrsum illius, quia ecce véniet, & non tardâbit. ℣. Egrediêtur Dóminus de loco sancto suo. ℟. Véniet ut salvet pópulum suum.

Per Annum, Antíphona. Dómine in virtûte tua lætábitur rex. ℣. Exaltâre Dómine in virtûte tua. ℟. Cantábimus & psallêmus virtútes tuas.

In Quadragésima, ℣. Scuto circúmdabit te véritas eius. ℟. Non timêbis à timóre noctúrno.

Témpore Passiónis, ℣. Ne perdas cum ímpijs Deus ánimam meam. ℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.

Témpore Paschâli, Aña. Allelúia, Noli flere María, allelúia: resurréxit Dóminus, allelúia, allelúia. ℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia. ℟. Viso Dómino, allelúia. Pater noster. secrétò. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo.

In tértio Noctúrno, & pro Féria quarta & Sábbato, Absolútio.

A Vínculis peccatôrum nostrôrum absolvat nos omnípotens & misericors Dóminus. ℟. Amen.

℣. Iube domne benedícere.

Benedíctio. Evangélica léctio sit nobis salus & protéctio. ℟. Amen.

Pro viij. Lectiône, Benedíctio.

Divínum auxílium máneat semper nobíscum. ℟. Amen.

Pro ix. Lectiône, Benedíctio.

Ad societâtem cívium supernôrum perdûcat nos Rex Angelórum. ℟. Amen.

Sequens Hymnus semper dícitur post ultimam Lectiónem in ómnibus Domínicis & Festis tantùm (excépto festo SS. Innocéntium, quando non venit in Domínica) à Paschâte usque ad Advéntum, & à Nativitâte Dómini usque ad Septuagésimam. In Advéntu autem, & à Septuagésima usque ad Pascha non dícitur, nisi in Féstis: à Paschâte verò usque ad Pentecósten, dícitur etiam in feriâli Officio, excépta Féria secúnda Rogatiónum. Alio témpore nunquam dícitur in feriâli Officio. Quando verò non dícitur, eius loco pónitur nonum aut tértium Responsórium.

Hymnus sanctôrum Ambrósij & Augustíni.

TE Deum laudâmus: te Dóminum confitêmur.

Te ætérnum Patrem omnis terra venerâtur.

Ti-



Tibi omnes Angeli: tibi cæli, & univérsæ potestâtes:

Tibi Chérubim & Séraphim: incessábili voce proclámant.

Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cæli & terra: maiestâtis glóriæ tuæ.

Te gloriosus Apostolôrum chorus.

Te Prophetârum laudábilis númerus.

Te Mártyrum candidâtus laudat exércitus.

Te per orbem terrârum, sancta confitêtur Ecclésia.

Patrem imménsæ maiestâtis,

Venerándum tuum verum, & únicum Fílium,

Sanctum quoquè Paráclitum Spíritum.

Tu Rex glóriæ Christe.

Tu Patris sempitérnus es Fílius.

Tu ad liberándum susceptûrus hóminem: non horruísti Vírginis úterum.

Tu devícto mortis acúleo: aperuísti credéntibus regna cælórum.

Tu ad déxteram Dei sedes: in glória Patris.

Iudex créderis esse ventûrus.

Te ergo quǽsumus, tuis fámulis súbveni: quos pretióso Sánguine redemísti.

Ætérna fac cum sanctis tuis; in glória numerári.

Salvum fac pópulum tuum Dómine: & bénedic hereditáti tuæ.

Et rege eos: & extólle illos usque in ætérnum.

Per síngulos dies, benedícimus te.

Et laudâmus nomen tuum in sǽculum: & in sǽculum sǽculi.

Dignâre Dómine die isto: sine peccáto nos custodíre.

Miserêre nostri Dómine: miserêre nostri.

Fiat misericórdia tua Dómine super nos: quemádmodum sperávimus in te.

In te Dómine sperávi: non confúndar in ætérnum.

## AD LAUDES, ℣.

DEus in adiutórium meum inténde. ℟. Dómine ad adiuvándum me festína. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto. Sicut erat in princípio, & nunc, & semper, & in sǽcula sæculórum. Amen. Allelúia. vel Laus tibi Dómine, Rex ætérnæ glóriæ. pro témporis diversitâte.

A Domínica post Octávam Epiphaníæ usque ad Septuagésimam, & ab Octáva Pentecóstes usque ad Advéntum, & témpore Paschâli, Antíphona. Allelúia.

PSALMUS 92.

DOminus regnâvit, decórem indútus est: * indútus est Dóminus fortitúdinem, & præcinxit se.

Etenim firmâvit orbem terræ, * qui non commovébitur.

Paráta sedes tua ex tunc: * à sǽculo tu es.

Elevavérunt flúmina Dómine: * elevavérunt flúmina vocem suam

Elevavérunt flúmina fluctus suos, * à vócibus aquârum multârum.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Mirábiles elatiónes maris: * mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis: * domum tuam decet sanctitúdo Dómine in longitúdinem diérum.

PSALMUS 99.

Jubiláte Deo omnis terra: * servíte Dómino in lætítia.

Introíte in conspéctu eius, * in exultatióne.

Scitóte quóniàm Dóminus ipse est Deus: * ipse fecit nos, & non ipsi nos:

Pópulus eius, & oves páscuæ eius: * introíte portas eius in confessióne, átria eius in hymnis: confitémini illi.

Laudáte nomen eius: quóniàm suávis est Dóminus, in ætérnum misericórdia eius, * & usque in generatiónem & generatiónem véritas eius.

PSALMUS 62.

Deus Deus meus * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, * quàm multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta, & ínvia, & inaquósa: * sic in sancto appárui tibi, ut vidérem virtutem tuam, & glóriam tuam.

Quóniàm mélior est misericórdia tua super vitas: * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea: * & in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe & pinguédine repleátur ánima mea: * & lábijs exultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutínis meditábor in te: * quia fuisti adiútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exultábo, adhǽsit ánima mea post te: * me suscépit déxtera tua.

Ipsi verò in vanum quæsiérunt ánimam meam, introíbunt in inferióra terræ: * tradéntur in manus gládij, partes vúlpium erunt.

Rex verò lætábitur in Deo, laudabúntur omnes qui iurant in eo: * quia obstructum est os loquéntium iníqua.

Hic non dicitur Glória Patri.

PSALMUS 66.

Deus misereátur nostri, & benedícat nobis: * illúminet vultum suum super nos, & misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam: * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus: * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur & exúltent gentes: * quóniàm iúdicas pópulos in æquitáte, & gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus, confiteántur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus: * & métuant eum omnes fines terræ.

Glória Patri, & Fílio.

Tempore Paschali, Antiphona. Allelúia, allelúia, allelúia, al-



lelúia, allelúia, allelúia, allelúia, allelúia.

Antiphona. Surréxit Christus.

Per Annum, Antiphona. Allelúia, allelúia.

Antiphona. Tres púeri.

CANTICUM TRIUM PUERORUM.

*Dan. 3. e.*

Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino: * laudáte & superexaltáte eum in sǽcula.

Benedícite Angeli Dómini Dómino: * benedícite cæli Dómino.

Benedícite aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Dómino: * benedícite omnes virtútes Dómini Dómino.

Benedícite sol, & luna Dómino: * benedícite stellæ cæli Dómino.

Benedícite omnis imber, & ros Dómino: * benedícite omnes spíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis, & æstus Dómino: * benedícite frigus, & æstus Dómino.

Benedícite rores, & pruína Dómino: * benedícite gelu, & frigus Dómino.

Benedícite glácies, & nives Dómino: * benedícite noctes, & dies Dómino.

Benedícite lux, & ténebræ Dómino: * benedícite fúlgura, & nubes Dómino.

Benedícat terra Dóminum: * laudet, & superexáltet eum in sǽcula.

Benedícite montes, & colles Dómino: * benedícite univérsa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino: * benedícite mária, & flúmina Dómino.

Benedícite cete, & ómnia, quæ movéntur in aquis, Dómino: * benedícite omnes vólucres cæli Dómino.

Benedícite omnes béstiæ, & pécora Dómino: * benedícite filij hóminum Dómino.

Benedícat Israël Dóminum: * laudet & superexáltet eum in sǽcula.

Benedícite sacerdótes Dómini Dómino: * benedícite servi Dómini Dómino.

Benedícite spíritus, & ánimæ iustórum Dómino: * benedícite sancti, & húmiles corde Dómino.

Benedícite Anania, Azaria, Misaël Dómino: * laudáte & superexaltáte eum in sǽcula.

Benedicámus Patrem & Fílium cum sancto Spíritu: * laudémus & superexaltémus eum in sǽcula.

Benedictus es Dómine in firmaménto cæli, * & laudábilis, & gloriósus, & superexaltátus in sǽcula.

Hic non dicitur Glória Patri, neque Amen. In aliis Cánticis dicuntur.

Tempore Paschali, Antiphona. Surréxit Christus de sepúlchro, qui liberávit tres púeros de camíno ignis ardéntis, allelúia.

Antiphona. Allelúia.

Per Annum, Aña. Tres púeri iussu regis in fornácem missi sunt, non timéntes flammam ignis, dicéntes: Benedíctus Deus.

Antiphona. Allelúia.

PSALMUS 148.

LAudáte Dóminum de cælis: * laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum omnes Angeli eius: * laudáte eum omnes virtútes eius.

Laudáte eum sol & luna: * laudáte eum omnes stellæ, & lumen.

Laudáte eum cæli cælórum: * & aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandávit, & creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum, & in sǽculum sǽculi: * præcéptum pósuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra: * dracones, & omnes abýssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ fáciunt verbum eius:

Montes, & omnes colles: * ligna fructífera, & omnes cedri.

Béstiæ, & univérsa pécora: * serpéntes, & vólucres pennatæ:

Reges terræ, & omnes pópuli: * príncipes, & omnes iúdices terræ.

Iúvenes, & vírgines: senes cum iunióribus laudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen eius solius.

Conféssio eius super cælum, & terram: * & exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis eius: * fíliis Israël, pópulo appropinquanti sibi.

Hic non dícitur Glória Patri.

PSALMUS 149.

CAntáte Dómino cánticum novum: * laus eius in ecclésia sanctórum.

Lætétur Israël in eo, qui fecit eum: * & fílij Sion exúltent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro: * in týmpano, & psaltério psallant ei:

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo: * & exaltábit mansuétos in salútem.

Exultábunt sancti in glória: * lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum: * & gládij ancípites in mánibus eórum.

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus: * increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus: * & nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis iudícium conscríptum: * glória hæc est ómnibus sanctis eius.

Hic non dícitur Glória Patri.

PSALMUS 150.

LAudáte Dóminum in sanctis eius: * laudáte eum in firmaménto virtútis eius.

Laudáte eum in virtútibus eius: * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis eius.

Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério, & cíthara.

Laudáte eum in týmpano, & choro: * laudáte eum in chordis, & órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benè sonántibus: laudáte eum in cýmbalis iubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri, & Fílio.

Témpore Paschali & per Annum, Antiphona. Allelúia, allelúia, allelúia.

Sequens Capitulum dícitur in Domínicis, à secúnda post Epiphaníam usque ad Septuagésimam: & à Domínica tértia post Pentecosten usque ad Advéntum.

CAPITULUM. *Apoc. 7. c*

BEnedíctio, & cláritas, & sapiéntia, & gratiárum áctio, honor, virtus, & fortitúdo Deo nostro in sǽcula sæculórum, Amen. ℟. Deo grátias

Sic respondêtur in fine ómnium Capitulórum.

Quando ad Noctúrnum dícitur Hymnus. Primo die. ad Laudes dícitur sequens

HYMNUS.

ÆTérne rerum Cónditor,
Noctem diémque qui regis,
Et témporum das témpora,
Ut álleves fastídium.
Noctúrna lux viántibus
A nocte noctem ségregans,
Præco diéi iam sonat,
Iubárque solis évocat.
Hoc excitátus lúcifer
Solvit polum calígine;
Hoc omnis errónum cohors
Viam nocéndi déserit.
Hoc nauta vires cólligit,
Pontíque mitéscunt freta:
Hoc, ipsa petra Ecclésiæ
Canénte, culpam díluit.
Surgámus ergo strénuè,



Gallus iacéntes éxcitat,
Et somnoléntos íncrepat,
Gallus negántes árguit.
Gallo canénte spes redit,
Ægris salus refúnditur,
Mucro latrónis cónditur,
Lapsis fides revértitur.
Iesu labántes réspice,
Et nos vidéndo córrige:
Si réspicis, labes cadunt,
Fletúque culpa sólvitur.
Tu lux refúlge sénsibus,
Mentísque somnum díscute:
Te nostra vox primùm sonet,
Et vota solvámus tibi.
Deo Patri sit glória,
Eiúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, & per omne sǽculum.
Amen.

Per Annum, ℣. Dóminus regnávit, decórem índuit. ℟. Indúit Dóminus fortitúdinem, & præcínxit se virtúte.

A Septuagésima usque ad Quadragésimam, ℣. Dómine refúgium factus es nobis. ℟. A generatióne & progénie.

Quando ad Noctúrnum dícitur Hymnus. Nocte surgéntes. ad Laudes dícitur

HYMNUS.

ECce iam noctis tenuátur umbra,
Lux & auróræ rútilans coruscat:
Súpplices rerum Dóminum canóra
Voce precémur.
Ut reos culpæ miserátus, omnem
Pellat angórem, tríbuat salútem,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Donet & nobis bona sempitérnæ
Múnera pacis.
Præstet hoc nobis Déitas beâta Patris, ac Nati, paritérque sancti Spíritus, cuius résonat per omnem
Glória mundum. Amen.

Per Annum, ℣. Dóminus regnâvit, decôrem índuit. ℟. Induit Dóminus fortitúdinem, & præcinxit se virtûte.

In Advéntu, Hymnus. En clara vox. ℣. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini. ℟. Rectas fácite sémitas eius.

In Quadragésima, Hymnus. O sol salûtis. ℣. Angelis suis Deus mandâvit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus vijs tuis.

Témpore Passiónis, Hymnus Lustra sex. ℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus. ℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

Témpore Paschali, Hymnus Aurôra cælum púrpurat. ℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia. ℟. Cæli & terra læténtur, allelúia.

### CANTICUM ZACHARIÆ.

*Lucæ 1. g*

Benedíctus Dóminus Deus Israël, * quia visitâvit, & fecit redemptiónem plebis suæ:
Et eréxit cornu salûtis nobis: * in domo David púeri sui.
Sicut locûtus est per os sanctôrum, * qui à sǽculo sunt, prophetârum eius:
Salútem ex inimícis nostris, * & de manu ómnium, qui odérunt nos:
Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * & memorári testaménti sui sancti.
Iusiurándum, quod iurâvit ad Abraham patrem nostrum, * datûrum se nobis:
Ut sine timôre, de manu inimicôrum nostrôrum liberáti, * serviâmus illi.
In sanctitâte, & iustítia coram ipso, * ómnibus diêbus nostris.
Et tu puer, prophêta Altíssimi vocáberis: * præibis enim ante fáciem Dómini parâre vias eius:
Ad dandam sciéntiam salûtis plebi eius: * in remissiônem peccatôrum eôrum:
Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitâvit nos, óriens ex alto:
Illumináre his, qui in ténebris, & in umbra mortis sedent: * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.
Glória Patri, & Fílio.

Deindè dícitur Antíphona & Orátio própria, & post eam, si occúrrat eo die aliquod Festum simplex, fit de eo Commemorátio. Postrémò (si id tempus requírit) fiunt Commemoratiónes de sancta María, de Apóstolis, & de Patróno Ecclésiæ in órdine aliárum Commemoratiónum, secúndùm illius dignitâtem, & último loco de Pace, ùt infrà in Vésperis Sábbati.

In fine, si discedéndum sit à Choro, dícitur una ex Antiphonis B. Mariæ, ùt habêtur infrà post Completórium.



## DOMINICA AD PRIMAM.

Pater noster. Ave María. Credo. ℣. Deus in adiutórium. ùt suprà. 17.

### HYMNUS.

IAM lucis orto sídere
Deum precêmur súpplices,
Ut in diúrnis áctibus
Nos servet à nocéntibus.
Linguam refrǽnans témperet,
Ne litis horror ínsonet:
Visum fovéndo cóntegat,
Ne vanitátes háuriat.
Sint pura cordis íntima,
Absístat & vecórdia:
Carnis terat supérbiam
Potus, cibíque párcitas.
Ut cùm dies abscésserit,
Noctémque sors redúxerit,
Mundi per abstinéntiam
Ipsi canâmus glóriam.
Deo Patri sit glória,
Eiúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc & per omne sǽculum,
Amen.

In Domínicis per Annum, & témpore Paschali, Antíphona. Allelúia.

### PSALMUS 53.

Deus in nómine tuo salvum me fac: * & in virtûte tua iúdica me.
Deus exáudi oratiónem meam: * áuribus pércipe verba oris mei.
Quóniàm aliéni insurrexérunt advérsùm me, & fortes quæsiérunt ánimam meam: * & non proposuérunt Deum ànte conspéctum suum.
Ecce enim Deus ádiuvat me: * & Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.
Avérte mala inimícis meis: * & in veritâte tua dispérde illos.
Voluntáriè sacrificábo tibi, * & confitêbor nómini tuo Dómine: quóniàm bonum est:
Quóniàm ex omni tribulatiône eripuísti me: * & super inimícos meos despéxit óculus meus.

Sequens Psalmus. Confitémini Dómino. dícitur tantùm in Domínicis, quando fit Officium de Domínica, ùt in Psaltério, præterquam in Domínicis à Pascha usque ad Pentecósten. A Septuagésima verò usque ad Pascha eius loco dícitur Psalmus. Dóminus regnâvit. ùt suprà in Láudibus. 17.

### PSALMUS 117.

Confitémini Dómino quóniàm bonus: * quóniàm in sǽculum misericórdia eius.
Dicat nunc Israël quóniàm bonus: * quóniàm in sǽculum misericórdia eius.
Dicat nunc domus Aaron, * quóniàm in sǽculum misericórdia eius.
Dicant nunc qui timent Dóminum: * quóniàm in sǽculum misericórdia eius.
De tribulatiône invocávi Dóminum: * & exaudívit me in latitúdine Dóminus.
Dóminus mihi adiûtor: * non timêbo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adiútor: * & ego despíciam inimícos meos.

Bonum est confídere in Dómino, * quàm confídere in hómine:

Bonum est speráre in Dómino, * quàm speráre in princípibus.

Omnes gentes circuiérunt me: * & in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumdedérunt me: * & in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes, & exarsérunt sicut ignis in spinis: * & in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Impúlsus evérsus sum ut cáderem: * & Dóminus suscépit me.

Fortitúdo mea, & laus mea Dóminus: * & factus est mihi in salútem.

Vox exultatiónis, & salútis * in tabernáculis iustórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem: déxtera Dómini exaltávit me, * déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, sed vivam: * & narrábo ópera Dómini.

Castígans castigávit me Dóminus: * & morti non tradídit me.

Aperíte mihi portas iustítiæ, ingréssus in eas confitébor Dómino: * hæc porta Dómini, iusti intrábunt in eam.

Confitébor tibi quóniam exaudísti me: * & factus es mihi in salútem.

Lápidem, quem reprobavérunt ædificántes, * hic factus est in caput ánguli.

A Dómino factum est istud: * & est mirábile in óculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit Dóminus: * exultémus, & lætémur in ea.

O Dómine salvum me fac, ô Dómine benè prosperáre: * benedíctus, qui venit in nómine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini: * Deus Dóminus, & illúxit nobis.

Constitúite diem solémnem in condénsis, * usque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, & confitébor tibi: * Deus meus es tu, & exaltábo te.

Confitébor tibi quóniam exaudísti me: * & factus es mihi in salútem.

Confitémini Dómino quóniam bonus: * quóniam in sæculum misericórdia eius.

### PSALMUS 118.

Beáti immaculáti in via: * qui ámbulant in lege Dómini.

Beati, qui scrutántur testimónia eius: * in toto corde exquírunt eum.

Non enim qui operántur iniquitátem, * in vijs eius ambulavérunt.

Tu mandásti * mandáta tua custodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ, * ad custodiéndas iustificatiónes tuas.

Tunc



Tunc non confúndar, * cùm perspéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis: * in eo quòd dídici iudícia iustítiæ tuæ.

Iustificatiónes tuas custódiam: * non me derelínquas usquequáque.

In quo córrigit adolescéntior viam suam? * in custodiéndo sermónes tuos.

In toto corde meo exquisívi te: * ne repéllas me à mandátis tuis.

In corde meo abscóndi elóquia tua: * ut non peccem tibi.

Benedíctus es Dómine: * doce me iustificatiónes tuas.

In lábijs meis, * pronuntiávi ómnia iudícia oris tui.

In via testimoniórum tuórum delectátus sum, * sicut in ómnibus divítijs.

In mandátis tuis exercébor: * & considerábo vias tuas.

In iustificatiónibus tuis meditábor: * non oblivíscar sermónes tuos.

Retríbue servo tuo, vivífica me: * & custódiam sermónes tuos.

Revéla óculos meos: * & considerábo mirabília de lege tua.

Incola ego sum in terra: * non abscóndas à me mandáta tua.

Concupívit ánima mea desideráre iustificatiónes tuas, * in omni témpore.

Increpásti supérbos: * maledícti qui declínant à mandátis tuis.

Aufer à me oppróbrium, & contémptum: * quia testimónia tua exquisívi.

Etenim sedérunt príncipes, & advérsùm me loquebántur: * servus autem tuus exercebátur in iustificatiónibus tuis.

Nam & testimónia tua meditátio mea est: * & consílium meum iustificatiónes tuæ.

Adhǽsit paviménto ánima mea: * vivífica me secúndùm verbum tuum.

Vias meas enunciávi, & exaudísti me: * doce me iustificatiónes tuas.

Viam iustificatiónum tuárum ínstrue me: * & exercébor in mirabílibus tuis.

Dormitávit ánima mea præ tǽdio: * confírma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámove à me: * & de lege tua miserére mei.

Viam veritátis elégi: * iudícia tua non sum oblítus.

Adhǽsi testimónijs tuis Dómine: * noli me confúndere.

Viam mandatórum tuórum cucúrri, * cùm dilatásti cor meum.

*Sequens Sýmbolum dícitur in Domínicis tantum, quando fit Offícium de Domínica, ùt in Psaltério, & in Festo SS. Trinitátis.*

### Sýmbolum S. Athanásij.

Quicúmque vult salvus esse: * ante ómnia opus est, ùt téneat Cathólicam fidem.

Quam nisi quisque íntegram inviolatámque serváverit: * absque

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

que dúbio in ætérnum períbit.

Fides autem cathólica hæc est: * ut unum Deum in Trinitâte; & Trinitâtem in unitâte venerémur.

Neque confundéntes persónas: * neque substántiam separántes.

Alia est enim persóna Patris, ália Filij: * ália Spíritus sancti.

Sed Patris, & Filij, & Spíritus sancti una est divínitas: * æquális glória, coætérna maiéstas.

Qualis Pater, talis Filius: * talis Spíritus sanctus.

Increâtus Pater, increâtus Filius: * increâtus Spíritus sanctus.

Imménsus Pater, imménsus Filius: * imménsus Spíritus sanctus.

Ætérnus Pater, ætérnus Filius: * ætérnus Spíritus sanctus.

Et tamen non tres ætérni: * sed unus ætérnus.

Sicut non tres increâti, nec tres imménsi: * sed unus increâtus, & unus imménsus.

Simíliter omnípotens Pater, omnípotens Filius: * omnípotens Spíritus sanctus.

Et tamen non tres omnipoténtes: * sed unus omnípotens.

Ità Deus Pater, Deus Filius: * Deus Spíritus sanctus.

Et tamen non tres Dij: * sed unus est Deus.

Ità Dóminus Pater, Dóminus Filius: * Dóminus Spíritus sanctus.

Et tamen non tres Dómini: * sed unus est Dóminus.

Quia sicut singillâtim unamquámque persónam Deum ac Dóminum confitéri Christiána veritâte compéllimur: * ità tres Deos aut Dóminos dícere, Cathólica religiône prohibémur.

Pater à nullo est factus: * nec creâtus, nec génitus.

Filius à Patre solo est: * non factus, nec creâtus, sed génitus.

Spíritus sanctus à Patre & Filio: * non factus, nec creâtus, nec génitus, sed procédens.

Unus ergo Pater, non tres Patres, unus Filius, non tres Filij: * unus Spíritus sanctus, non tres Spíritus sancti.

Et in hac Trinitâte nihil prius aut postérius, nihil maius aut minus: * sed totæ tres persónæ coætérnæ sibi sunt, & coæquáles.

Ita ut per ómnia, sicut iam suprà dictum est: * & únitas in Trinitâte; & Trínitas in unitâte veneránda sit.

Qui vult ergo salvus esse: * ità de Trinitâte séntiat.

Sed necessárium est ad ætérnam salûtem: * ut incarnatiônem quoquè Dómini nostri Iesu Christi fidéliter credat.

Est ergo fides recta, ut credâmus & confiteâmur, * quia Dóminus noster Iesus Christus Dei Filius, Deus & homo est.

Deus est ex substántia Patris ante sæcula génitus: * & homo est ex substántia matris in sæculo natus.

Perféctus Deus, perféctus homo: * ex ánima rationáli, & hu-



humána carne subsistens.

Æquâlis Patri secúndùm divinitâtem: * minor Patre secúndùm humanitâtem.

Qui licèt Deus sit, & homo: * non duo tamen, sed unus est Christus.

Unus autem non conversiône divinitâtis in carnem: * sed assumptiône humanitâtis in Deum.

Unus omninò non confusiône substántiæ: * sed unitâte persónæ.

Nam sicut ánima rationâlis & caro unus est homo: * ità Deus & homo unus est Christus.

Qui passus est pro salûte nostra, descéndit ad ínferos: * tértia die resurréxit à mórtuis.

Ascéndit ad cælos, sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: * indè ventúrus est iudicâre vivos & mórtuos.

Ad cuius advéntum omnes hómines resúrgere habent cum corpóribus suis: * & redditúri sunt de factis própriis ratiônem.

Et qui bona egérunt, ibunt in vitam ætérnam: * qui verò mala, in ignem ætérnum.

Hæc est fides Cathólica: * quam nisi quisque fidéliter, firmitérque crediderit, salvus esse non póterit.

Glória Patri, & Filio.

Antiphona. Allelúia, allelúia, allelúia.

Tempore Paschâli, additur áliud Allelúia.

CAPITULUM. *1. Tim. 1. d*

Regi sæculôrum immortáli & invisíbili, soli Deo honor & glória in sǽcula sæculôrum, Amen.

℟. Deo grátias.

℟. breve. Christe Fili Dei vivi, * Miserêre nobis. & repétitur, Christe Fili Dei vivi, miserêre nobis. ℣. Qui sedes ad déxteram Patris. ℟. Miserêre nobis. ℣. Glória Patri, & Filio, & Spirítui sancto. ℟. Christe Fili Dei vivi, miserêre nobis. ℣. Exúrge Christe ádiuva nos. ℟. Et líbera nos propter nomen tuum.

Sequentes Preces non dicúntur in Duplícibus, nec infra Octávas; sed tunc dicto ℟. brevi, dicitur, Dóminus vobíscum. & Orátio. Dómine Deus omnípotens. ut infrà. 28.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. secrétò, usque ad ℣. Et ne nos indúcas in tentatiônem. ℟. Sed líbera nos à malo. Credo in Deum. secrétò, usque ad ℣. Carnis resurrectiônem. ℟. Vitam ætérnam, Amen. ℣. Et ego ad te Dómine clamávi. ℟. Et manè orátio mea prævéniet te. ℣. Repleâtur os meum laude. ℟. Ut cantem glóriam tuam, tota die magnitúdinem tuam. ℣. Dómine avérte fáciem tuam à peccátis meis. ℟. Et omnes iniquitâtes meas dele. ℣. Cor mundum crea in me Deus. ℟. Et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis. ℣. Ne projícias me à fácie tua. ℟. Et Spíritum sanctum tuum ne áuferas à me. ℣. Redde mihi lætítiam salutáris tui. ℟. Et spíritu principáli confírma me. ℣. Adiutórium

rium nostrum in nómine Dómini. ℟. Qui fecit cælum & terram.

Deindè Hebdomadárius facit Confessionem.

COnfiteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Ioánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro & Paulo, ómnibus Sanctis, & vobis fratres: quia peccávi nimis cogitatióne, verbo, & ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideò præcor beátam Maríam semper vírginem, beátum Michaëlem Archángelum, beátum Ioánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, & vos fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respóndet:

MIsereátur tui omnípotens Deus, & dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

Deindè repetit Confessiónem, & ubi dicitur vobis fratres. & vos fratres. dicatur tibi pater. & te pater.

Facta Confessióne à Choro Hebdomadárius dicit:

MIsereátur vestri omnípotens Deus, & dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

INdulgéntiam, absolutiónem, & remissiónem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens & miséricors Dóminus. ℟. Amen.

Et proséquitur, ℣. Dignáre Dómine die isto. ℟. Sine peccáto nos custodíre. ℣. Miserére nostri Dómine. ℟. Miserére nostri. ℣. Fiat misericórdia tua Dómine super nos. ℟. Quemádmodùm sperávimus in te. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. ORATIO.

DOmine Deus omnípotens, qui ad princípium huius diéi nos pervenire fecísti: tua nos hódiè salva virtúte: ut in hac die ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam iustítiam faciéndam nostra procédant elóquia, dirigántur cogitatiónes & ópera. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.
℟. Amen.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo. ℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Deindè in Choro légitur Martyrológium. Et quando dicénda est Prima de B. María, præpónitur Lectióni Martyrologii. Posteà Hebdomadárius dicit

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini. ℟. Mors sanctórum eius.

Et absolúte sine Orémus.

ORATIO.

SAncta María, & omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dóminum: ut nos mereámur ab



ab eo adiuvári & salvári, qui vivit & regnat in sǽcula sæculórum. ℟. Amen.
℣. Deus in adiutórium meum inténde. ℟. Dómine ad adiuvándum me festína.

Et dicitur ter: último additur Glória Patri. Sicut erat. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. secretò.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo. ℣. Réspice in servos tuos Dómine, & in ópera tua, & dírige fílios eórum. ℟. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, & ópera mánuum nostrárum dírige super nos, & opus mánuum nostrárum dírige.
℣. Glória Patri.
℟. Sicut erat.

Orémus. ORATIO.

DIrígere & sanctificáre, régere & gubernáre dignáre Dómine Deus Rex cæli & terræ, hódiè corda & córpora nostra, sensus, sermónes, & actus nostros in lege tua, & in opéribus mandatórum tuórum: ut hîc & in ætérnum, te auxiliánte, salvi & líberi esse mereámur, Salvátor mundi: Qui vivis & regnas in sǽcula sæculórum.
℟. Amen.
℣. Iube domne benedícere.

Benedictio. Dies & actus nostros in sua pace dispónat Dóminus omnípotens. ℟. Amen.

Ad Absolutiónem Capítuli in Domínicis & Férijs per Annum ab Octáva Epiphaníæ usque ad Domínicam j. Quadragésimæ & ab Octáva Pentecóstes usque ad Advéntum exclusivè.

Léctio brevis. 2. *Thess.* 3. *b*

DOminus autem dírigat corda & córpora nostra in charitáte Dei, & patiéntia Christi. Tu autem Dómine miserére nobis. ℟. Deo grátias.

A Domínica prima Advéntus usque ad Vigíliam Nativitátis Dómini exclusivè.

*Isaiæ* 33.

DOmine, miserére nostri: te enim expectávimus: esto bráchium nostrum in manè, & salus nostra in témpore tribulatiónis. Tu autem Dómine.

A Domínica prima Quadragésimæ usque ad Domínicam Passiónis exclusivè.

*Isaiæ* 55. *b*

QUærite Dóminum, dum inveníri potest: invocáte eum, dum propè est. Tu autem Dómine.

A Domínica Passiónis usque ad Fériam quintam in Cœna Dómini exclusivè.

*Isaiæ* 50. *c*

FAciem meam non avérti ab increpántibus, & conspuéntibus in me. Dóminus Deus auxiliátor meus, & ídeò non sum confúsus. Tu autem Dómine.

A Domínica Resurrectiónis usque ad Ascensiónem exclusivè.

*Colos.* 3.

SI consurrexístis cum Christo, quæ sursùm sunt quǽrite, ubi Christus est in déxtera Dei sedens: quæ sursùm sunt sa-

sápite, non quæ super terram. Tu autem Domine.

Post Lectiónem brevem dícitur ℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini. ℟. Qui fecit cælum & terram. ℣. Benedícite. ℟. Deus. Benedíctio. Dóminus nos benedícat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perdúcat ætérnam: & Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

## IN FERIALI OFFICIO

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

## AD PRIMAM.

Pater noster. Ave María. Credo. ℣. Deus in adiutórium, ut supra. 17.

HYMNUS.

IAM lucis orto sídere
Deum precêmur súpplices,
Ut in diúrnis áctibus
Nos servet à nocéntibus.

Linguam refrænans témperet,
Ne litis horror ínsonet:
Visum fovéndo cóntegat,
Ne vanitátes háuriat.

Sint pura cordis íntima,
Absistat & vecórdia:
Carnis terat supérbiam
Potus, cibíque párcitas.

Ut, cùm dies abscésserit,
Nóctémque sors redúxerit,
Mundi per abstinéntiam
Ipsi canâmus glóriam.

Deo Patri sit glória,
Eiúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, & per omne sæculum.
Amen.

Per Annum, Antíphona. Beáti qui ámbulant.

Témpore Advéntus, Antíphona de Láudibus Domínicæ, aut ex proprijs Láudibus.

Témpore Quadragésimæ, Antíphona. Vivo ego.

Témpore Passiónis, Antíphona. Líbera me Dómine.

PSALMUS 53.

DEus in nómine tuo salvum me fac: * & in virtúte tua iúdica me.

Deus exáudi oratiónem meam: * áuribus pércipe verba oris mei.

Quóniam alièni insurrexérunt advérsum me, & fortes quæsiérunt ánimam meam: * & non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus ádiuvat me: * & Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimícis meis: * & in veritáte tua dispérde illos.

Voluntáriè sacrificâbo tibi, * & confitébor nómini tuo Dómine: quóniam bonum est:

Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me: * & super inimícos meos despéxit óculus meus.

Post Psalmum. Deus in nómine tuo. loco Psalmi. Confitémini. dícitur unus ex infra scriptis Psalmis, secúndùm Férias distínctis. Sábbato autem dicúntur tantùm tres Psalmi, sicut in Festis.

## FERIA SECUNDA.

PSALMUS 23.

DOmini est terra, & plenitúdo eius: * orbis terrárum, & univérsi, qui hábitant in eo.

Quia



Quia ipse super mária fundâvit eum: * & super flúmina præparâvit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocens mánibus & mundo corde, * qui non accêpit in vano ánimam suam, nec iurâvit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem à Dómino: * & misericórdiam à Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Iacob.

Attóllite portas príncipes vestras, & elevámini portæ æternáles: * & introíbit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? * Dóminus fortis & potens: Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas príncipes vestras, & elevámini portæ æternáles: * & introíbit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est rex glóriæ.

## FERIA TERTIA.

PSALMUS 24.

AD te Dómine levávi ánimam meam: * Deus meus in te confído, non erubéscam:

Neque irrídeant me inimíci mei: * étenim univérsi, qui sústinent te, non confundéntur.

Confundántur omnes iníqua agéntes * supervácuè.

Vias tuas Dómine demónstra mihi: * & sémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua, & doce me: * quia tu es Deus salvátor meus, & te sustínui tota die.

Reminíscere miseratiónum tuárum Dómine, * & misericordiárum tuárum, quæ à sæculo sunt.

Delícta iuventútis meæ, * & ignorántias meas ne memíneris.

Secúndùm misericórdiam tuam meménto mei tu: * propter bonitátem tuam Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus: * propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

Díriget mansuétos in iudício: * docêbit mites vias suas.

Univérsæ viæ Dómini, misericórdia & véritas, * requiréntibus testaméntum eius & testimónia eius.

Propter nomen tuum Dómine propitiáberis peccáto meo: * multum est enim.

Quis est homo qui timet Dóminum? * legem státuit ei in via, quam elégit.

Anima eius in bonis demorábitur: * & semen eius hereditâbit terram.

Firmaméntum est Dóminus timéntibus eum: * & testaméntum ipsius ut manifestêtur illis.

Oculi mei semper ad Dóminum: * quóniam ipse evéllet de láqueo pedes meos.

Réspice in me, & miserêre mei: * quia únicus & pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sunt: * de necessitátibus meis érue me.

Vi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Vide humilitátem meam, & labórem meum: * & dimítte univérsa delícta mea.
Réspice inimícos meos quóniàm multiplicáti sunt, * & ódio iníquo odérunt me.
Custódi ánimam meam, & érue me: * non erubéscam quóniàm sperávi in te.
Innocéntes & recti adhæsérunt mihi: * quia sustínui te.
Líbera Deus Israël, * ex ómnibus tribulatiónibus suis.

## FERIA QUARTA.

### Psalmus 25.

Iudica me Dómine, quóniàm ego in innocéntia mea ingréssus sum: * & in Dómino sperans non infirmábor.
Proba me Dómine, & tenta me: * ure renes meos & cor meum.
Quóniàm misericórdia tua ante óculos meos est: * & complácui in veritáte tua.
Non sedi cum concílio vanitátis: * & cum iníqua geréntibus non introíbo.
Odívi ecclésiam malignántium * & cum ímpijs non sedébo.
Lavábo inter innocéntes manus meas: * & circúmdabo altáre tuum Dómine:
Ut áudiam vocem laudis, * & enárrem univérsa mirabília tua.
Dómine diléxi decórem domus tuæ, * & locum habitatiónis glóriæ tuæ.
Ne perdas cum ímpijs Deus ánimam meam, * & cum viris sánguinum vitam meam:
In quorum mánibus iniquitátes sunt: * déxtera eórum repléta est munéribus.
Ego autem in innocéntia mea ingréssus sum: * rédime me, & miserére mei.
Pes meus stetit in dirécto: * in ecclésijs benedicam te Dómine.

## FERIA QUINTA.

### Psalmus 22.

Dominus regit me, & nihil mihi déerit: * in loco páscuæ ibi me collocávit.
Super aquam refectiónis educávit me: * ánimam meam convértit.
Dedúxit me super sémitas iustítiæ, * propter nomen suum.
Nam, & si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala: * quóniàm tu mecum es.
Virga tua, & báculus tuus: * ipsa me consoláta sunt.
Parásti in conspéctu meo mensam, * advérsus eos, qui tríbulant me.
Impinguásti in óleo caput meum: * & calix meus inébrians quàm præclárus est!
Et misericórdia tua subsequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ:
Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

## FERIA SEXTA.

### Psalmus 21.

Deus Deus meus réspice in me: quare me dereliquísti? * longè à salúte mea verba delictórum meorum.

Deus



Deus meus clamábo per diem, & non exáudies: * & nocte, & non ad insipiéntiam mihi.
Tu autem in sancto hábitas, * Laus Israël.
In te speravérunt patres nostri: * speravérunt, & liberásti eos.
Ad te clamavérunt, & salvi facti sunt: * in te speravérunt, & non sunt confúsi.
Ego autem sum vermis, & non homo: * oppróbrium hóminum, & abiéctio plebis.
Omnes vidéntes me, derisérunt me: * locúti sunt lábijs, & movérunt caput.
Sperávit in Dómino, erípiat eum: * salvum fáciat eum, quóniàm vult eum.
Quóniàm tu es, qui extraxísti me de ventre: * spes mea ab ubéribus matris meæ. In te proiéctus sum ex útero:
De ventre matris meæ Deus meus es tu, * ne discésseris à me:
Quóniàm tribulátio próxima est: * quóniàm non est qui ádiuvet.
Circumdedérunt me vítuli multi: * tauri pingues obsedérunt me.
Aperuérunt super me os suum, * sicut leo rápiens & rúgiens.
Sicut aqua effúsus sum: * & dispérsa sunt ómnia ossa mea.
Factum est cor meum tamquam cera liquéscens * in médio ventris mei.
Aruit tamquam testa virtus mea, & lingua mea adhǽsit faucibus meis: * & in púlverem mortis deduxísti me.
Quóniàm circumdedérunt me canes multi: * concílium malignántium obsédit me.
Fodérunt manus meas & pedes meos: * dinumeravérunt ómnia ossa mea.
Ipsi verò consideravérunt & inspexérunt me: * divisérunt sibi vestiménta mea, & super vestem meam misérunt sortem.
Tu autem Dómine ne elongáveris auxílium tuum à me: * ad defensiónem meam cónspice.
Erue à frámea Deus ánimam meam: * & de manu canis únicam meam.
Salva me ex ore leónis: * & à córnibus unicórnium humilitátem meam.
Narrábo nomen tuum frátribus meis: * in médio ecclésiæ laudábo te.
Qui timétis Dóminum laudáte eum: * univérsum semen Iacob glorificáte eum:
Tímeat eum omne semen Israël: * quóniàm non sprevit, neque despéxit deprecatiónem páuperis:
Nec avértit fáciem suam à me: * & cùm clamárem ad eum exaudívit me.
Apud te laus mea in ecclésia magna: * vota mea reddam in conspéctu timéntium eum.
Edent páuperes, & saturabúntur: & laudábunt Dóminum qui requírunt eum: * vivent corda eórum in sæculum sæculi.
Reminiscéntur & converténtur ad Dóminum * univérsi fines terræ:
Et adorábunt in conspéctu

C eius

eius * univérsæ famíliæ Géntium.

Quoniàm Dómini est regnum : * & ipse dominábitur Géntium.

Manducavérunt & adoravérunt omnes pingues terræ:* in conspéctu eius cadent omnes qui descéndunt in terram.

Et ánima mea illi vivet : * & semen meum sérviet ipsi.

Annunciábitur Dómino generátio ventúra : * & annunciábunt cæli iustítiam eius pópulo qui nascétur, quem fecit Dóminus.

Sábbato nihil additur, ut suprà in Rúbrica. 30.

Deindè dicitur Psalmus 118.

BEáti immaculáti in via : * qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui scrutántur testimónia eius: * in toto corde exquírunt eum.

Non enim qui operántur iniquitâtem, * in vijs eius ambulavérunt.

Tu mandásti * mandâta tua custodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ, * ad custodiéndas iustificatiónes tuas.

Tunc non confúndar, * cùm perspéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitêbor tibi in directióne cordis : * in eo quòd dídici iudícia iustítiæ tuæ.

Iustificatiónes tuas custódiam: * non me derelínquas usquequâque.

In quo córrigit adolescéntior viam suam ? * in custodiéndo sermónes tuos.

In toto corde meo exquisívi te : * ne repéllas me à mandátis tuis.

In corde meo abscóndi elóquia tua : * ut non peccem tibi.

Benedíctus es Dómine : * doce me iustificatiónes tuas.

In lábijs meis,* pronuntiávi ómnia iudícia oris tui.

In via testimoniórum tuôrum delectâtus sum,* sicut in ómnibus divítijs.

In mandátis tuis exercêbor : * & considerâbo vias tuas.

In iustificatiónibus tuis meditâbor : * non obliviscar sermónes tuos.

RÉtríbue servo tuo, vivífica me : * & custódiam sermónes tuos.

Revéla óculos meos : * & considerâbo mirabília de lege tua.

Incola ego sum in terra : * non abscóndas à me mandâta tua.

Concupîvit ánima mea desiderâre iustificatiónes tuas, * in omni témpore.

Increpásti supérbos : * maledícti qui declínant à mandátis tuis.

Aufer à me oppróbrium,& contémptum : * quia testimónia tua exquisívi.

Etenim sedérunt príncipes, & advérsùm me loquebántur : * servus autem tuus exercebâtur in iustificatiónibus tuis.

Nam & testimónia tua meditátio mea est:* & consílium meum iustificatiónes tuæ.





Adhæsit paviménto ánima mea:* vivífica me secúndùm verbum tuum.

Vias meas enunciávi, & exaudísti me : * doce me iustificatiónes tuas.

Viam iustificatiônum tuârum ínstrue me : * & exercêbor in mirabílibus tuis.

Dormitâvit ánima mea præ tædio : * confírma me in verbis tuis.

Viam iniquitâtis ámove à me : * & de lege tua miserêre mei.

Viam veritâtis elégi : * iudícia tua non sum oblítus.

Adhæsi testimónijs tuis Dómine : * noli me confúndere.

Viam mandatôrum tuórum cucúrri, * cùm dilatásti cor meum.

Per Annum, Aña. Beáti qui ámbulant in lege tua Dómine.

Témpore Advéntus, Antíphona de Laudibus Domínicæ, aut ex proprijs Láudibus.

Témpore Quadragésimæ, Antíphona. Vivo ego, dicit Dóminus : nolo mortem peccatôris, sed ut magis convertâtur, & vivat.

Témpore Passiónis, Antíphona. Líbera me Dómine, & pone me iuxta te : & cuiúsvis manus pugnet contra me.

Capitulum. *Zachariæ* 8. d

PAcem & veritâtem dilígite, ait Dóminus omnípotens. ℟. Deo grátias.

℟. breve. Christe Fili Dei vivi, * Miserêre nobis. Et repétitur. Christe Fili Dei vivi, miserêre nobis. ℣. Qui sedes ad déxteram Patris. ℟. Miserêre nobis. ℣. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto. ℟. Christe Fili Dei vivi, miserêre nobis. ℣. Exúrge Christe, adiuva nos. ℟. Et líbera nos propter nomen tuum.

KYrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. secrétò. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo. Credo in Deum. secrétò. ℣. Carnis resurrectiónem. ℟. Vitam ætérnam, Amen. ℣. Et ego ad te Dómine clamávi. ℟. Et manè orátio mea prævéniet te. ℣. Repleâtur os meum laude. ℟. Ut cantem glóriam tuam, tota die magnitúdinem tuam. ℣. Dómine avérte fáciem tuam à peccátis meis. ℟. Et omnes iniquitátes meas dele. ℣. Cor mundum crea in me Deus. ℟. Et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis. ℣. Ne projícias me à fácie tua. ℟. Et spíritum sanctum tuum ne áuferas à me. ℣. Redde mihi lætítiam salutáris tui. ℟. Et spíritu principáli confírma me.

Quando ad Laudes non sunt dictæ Preces feriáles, statim dícitur. Adiutórium nostrum. & Confíteor Deo, &c. ut infrà. 36.

Quando autem ad Laudes dictæ sunt Preces feriáles inferius pósitæ post Laudes Fériæ secúndæ, tunc ad Primam prædíctæ Preces, & sequéntes dicúntur flexis génibus. ℣. Eripe me Dómine ab hómine malo. ℟. A viro iníquo éripe me.

℣. Eripe me de inimícis meis, Deus meus. ℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me. ℣. Eripe me de operántibus iniquitâtem. ℟. Et de viris sánguinum salva me. ℣. Sic psalmum dicam nómini tuo in sæculum sæculi. ℟. Ut reddam vota mea de die in diem. ℣. Exándi nos Deus salutâris noster. ℟. Spes ómnium fínium terræ, & in mari longè. ℣. Deus in adiutórium meum inténde. ℟. Dómine ad adiuvándum me festína. ℣. Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortâlis. ℟. Miserêre nobis. ℣. Bénedic ánima mea Dómino. ℟. Et ómnia quæ intra me sunt, nómini sancto eius. ℣. Bénedic ánima mea Dómino. ℟. Et noli oblivísci omnes retributiónes eius. ℣. Qui propitiâtur ómnibus iniquitátibus tuis. ℟. Qui sanat omnes infirmitâtes tuas. ℣. Qui rédimit de intéritu vitam tuam. ℟. Qui corônat te in misericórdia & miseratiónibus. ℣. Qui replet in bonis desidérium tuum. ℟. Renovábitur ùt áquilæ iuvéntus tua. ℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini. ℟. Qui fecit cælum & terram.

Deindè Hebdomadárius facit Confessionem.

CONfiteor Deo omnipoténti, beatæ Mariæ semper vírgini, beáto Michaêli Archangelo, beato Ioánni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro & Paulo, ómnibus Sanctis, & vobis fratres, quia peccávi nimis cogitatione, verbo, & ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideò precor beâtam Maríam semper vírginem, beâtum Michaêlem Archángelum, beâtum Ioánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, & vos fratres, orâre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respóndet:

MIsereâtur tui omnípotens Deus, & dimíssis peccátis tuis, perdûcat te ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

Deindè repétit Confessiônem, & ubi dicitur, vobis fratres. & vos fratres. dicâtur tibi pater. & te pater.

Facta Confessiône à Choro, Hebdomadárius dicit:

MIsereâtur vestri omnípotens Deus, & dimissis peccâtis vestris, perdûcat vos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

INdulgéntiam, absolutiônem, & remissiônem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens & miséricors Dóminus. ℟. Amen.

Et proséquitur, ℣. Dignâre Dómine die isto. ℟. Sine peccáto nos custodíre. ℣. Miserêre nostri Dómine. ℟. Miserêre nostri. ℣. Fiat misericórdia tua Dómine super nos. ℟. Quemádmodùm sperávimus in te. ℣. Dómine exáudi oratiônem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orêmus. ORATIO.

DOmine Deus omnípotens, qui ad princípium huius diéi nos pervenîre fecísti: tua

nos



nos hódiè salvá virtûte: ut in hac die ad nullum declinêmus peccâtum, sed semper ad tuam iustítiam faciéndam nostra procédant elóquia, dirigántur cogitatiónes & ópera. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit & regnat in unitâte Spíritus sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo. ℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Deindè in Choro légitur Martyrológium. Et quando dicénda est Prima de B. María, præpónitur Lectióni Martyrologij. Pósteà Hebdomadárius dicit, ℣. Pretiósa in conspéctu Dómini. ℟. Mors sanctórum eius.

Et absolútè sine Orêmus.

ORATIO.

SAncta María, & omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dóminum: ut nos mereâmur ab eo adiuvári & salvári, qui vivit & regnat in sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Deus in adiutórium meum inténde. ℟. Dómine ad adiuvándum me festína. Et dícitur ter: últimò ádditur Glória Patri. Sicut erat. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. secrétò. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiônem. ℟. Sed líbera nos à malo. ℣. Réspice in servos tuos Dómine, & in ópera tua, & dírige fílios eórum. ℟. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, & ópera mánuum nostrárum dírige super nos, & opus mánuum nostrárum dírige. ℣. Glória Patri. ℟. Sicut erat.

Orêmus. ORATIO.

DIrígere & sanctificâre, régere & gubernâre dignâre, Dómine Deus Rex cæli & terræ, hódiè corda & córpora nostra, sensus, sermónes, & actus nostros in lege tua, & in opéribus mandatórum tuórum: ut hic, & in ætérnum, te auxiliánte, salvi & líberi esse mereâmur, Salvâtor mundi. Qui vivis & regnas in sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Iube domne benedícere. Benedíctio. Dies & actus nostros in sua pace dispônat Dóminus omnípotens.

℟. Amen.

Ad Absolutiônem Capituli in Dominicis & Férijs per Annum, ab Octâva Epiphaniæ usque ad Domínicam primam Quadragésimæ, & ab Octâva Pentecóstes usque ad Advéntum exclusivè.

Lectio brevis. 2. *Thess.* 3. *b*

DOminus autem dírigat corda & córpora nostra in charitâte Dei, & patiéntia Christi. Tu autem Dómine miserêre nobis. ℟. Deo grátias.

A Dominica prima Advéntus usque ad Vigíliam Nativitâtis Dómini exclusivè. *Isaiæ* 33.

DOmine, miserêre nostri: te enim expectávimus: esto bráchium nostrum in manè, &

 sa-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

salus nostra in témpore tribulatiónis. Tu autem Dómine.

A Domínica prima Quadragésimæ usque ad Dominicam Passiónis exclusivè.

*Isaiæ 55. b*

QUǽrite Dóminum, dum inveníri potest: invocáte eum, dum propè est. Tu autem Dómine.

A Domínica Passiónis usque ad Fériam quintam in Cœna Dómini exclusivè.

*Isaiæ 50. c*

FAciem meam non avérti ab increpántibus, & conspuéntibus in me. Dóminus Deus auxiliátor meus, & ideò non sum confúsus. Tu autem Dómine.

A Domínica Resurrectiónis, usque ad Ascensiónem exclusivè.

*Colos. 3.*

SI consurrexístis cum Christo, quæ sursùm sunt quǽrite, ubi Christus est in déxtera Dei sedens: quæ sursùm sunt sápite, non quæ super terram. Tu autem Dómine.

Post Lectiónem brevem dícitur ℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini. ℟. Qui fecit cælum & terram. ℣. Benedícite. ℟. Deus. Benedíctio. Dóminus nos benedícat, & ab omni malo deféndat, & ad vitam perdúcat ætérnam: & Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.
℟. Amen.

IN FERIALI OFFICIO.

Témpore Pascháli & in Festis per Annum,

Post Psalmum Deus in nómine tuo. dícitur tantùm Psalmus. Beáti immaculáti. & Retríbue. 34. Deindè Antíphona cómpetens & réliqua ut suprà in Domínica, 27. sed in Duplícibus, & infra Octávas non dicúntur Preces. Dicto Benedicámus Dómino. dícitur Prima de beata María, si dicénda est, posteà légitur Martyrológium in Choro. Deindè dícitur ℣. Pretiósa. cum réliquis, ut suprà. 37.

Ad Absolutiónem Capítuli in Festis dícitur Capítulum Nonæ.

## AD TERTIAM.

Pater noster. Ave María. Deus in adiutórium. 17.

HYMNUS.

NUnc sancte nobis Spíritus,
Unum Patri cum Fílio,
Dignáre promptus íngeri
Nostro refúsus péctori.

Os, lingua, mens, sensus, vigor
Confessiónem pérsonent,
Flammescat igne cháritas,
Accéndat ardor próximos.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sǽculum.
Amen.

In Domínicis per Annum, & témpore Pascháli, Antíphona. Allelúia.

In feriáli Officio per Annum, Antíphona. Deduc me.

Témpore Advéntus, Antíphona de Láudibus Domínicæ, aut ex própriis Láudibus.

Témpore Quadragésimæ, Antíphona. Advenérunt nobis.

Témpore Passiónis, Antíphona. Iudicásti Dómine.

PSALMUS.



PSALMUS.

LEgem pone mihi Dómine viam iustificatiónum tuárum: * & exquíram eam semper.

Da mihi intelléctum, & scrutábor legem tuam: * & custódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in sémitam mandatórum tuórum: * quia ipsam vólui.

Inclína cor meum in testimónia tua: * & non in avarítiam.

Avérte óculos meos ne vídeant vanitátem: * in via tua vivífica me.

Státue servo tuo elóquium tuum, * in timóre tuo.

Ámputa oppróbrium meum, quod suspicátus sum: * quia iudícia tua iucúnda.

Ecce concupívi mandáta tua: * in æquitáte tua vivífica me.

Et véniat super me misericórdia tua Dómine: * salutáre tuum secúndùm elóquium tuum.

Et respondébo exprobrántibus mihi verbum: * quia sperávi in sermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis usquequáque: * quia in iudíciis tuis supersperávi.

Et custódiam legem tuam semper: * in sǽculum & in sǽculum sǽculi.

Et ambulábam in latitúdine: * quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar in testimóniis tuis in conspéctu regum: * & non confundébar.

Et meditábar in mandátis tuis, * quæ diléxi.

Et levávi manus meas ad mandáta tua, quæ diléxi: * & exercébar in iustificatiónibus tuis.

MEmor esto verbi tui servo tuo, * in quo mihi spem dedísti.

Hæc me consoláta est in humilitáte mea: * quia elóquium tuum vivificávit me.

Supérbi iníquè agébant usquequáque: * à lege autem tua non declinávi.

Memor fui iudiciórum tuórum à sǽculo Dómine: * & consolátus sum.

Deféctio ténuit me, * pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erant iustificatiónes tuæ, * in loco peregrinatiónis meæ.

Memor fui nocte nóminis tui Dómine: * & custodívi legem tuam.

Hæc facta est mihi: * quia iustificatiónes tuas exquisívi.

Pórtio mea Dómine, * dixi custodíre legem tuam.

Deprecátus sum fáciem tuam in toto corde meo: * miserére mei secúndùm elóquium tuum.

Cogitávi vias meas: * & convérti pedes meos in testimónia tua.

Parátus sum, & non sum turbátus: * ut custódiam mandáta tua.

Funes peccatórum circumpléxi sunt me: * & legem tuam non sum oblítus.

Média nocte surgébam ad confiténdum tibi, * super iudícia iustificatiónis tuæ.

Párticeps ego sum ómnium timén-

méntium te: * & custodiéntium mandáta tua.

Misericórdia tua Dómine plena est terra: * iustificatiónes tuas doce me.

BOnitátem fecísti cum servo tuo Dómine, * secúndùm verbum tuum.

Bonitátem, & disciplínam, & sciéntiam doce me: * quia mandátis tuis crédidi.

Priúsquam humiliárer ego delíqui: * proptéreà elóquium tuum custodívi.

Bonus es tu: * & in bonitáte tua doce me iustificatiónes tuas.

Multiplicáta est super me iníquitas superbórum: * ego autem in toto corde meo scrutábor mandáta tua.

Coagulátum est sicut lac cor eórum: * ego vero legem tuam meditátus sum.

Bonum mihi quia humiliásti me: * ut discam iustificatiónes tuas.

Bonum mihi lex oris tui, * super míllia auri, & argénti.

Manus tuæ fecérunt me, & plasmavérunt me: * da mihi intelléctum, & discam mandáta tua.

Qui timent te vidébunt me, & lætabúntur: * quia in verba tua supersperávi.

Cognóvi Dómine quia æquitas iudícia tua: * & in veritáte tua humiliásti me.

Fiat misericórdia tua ut consolétur me, * secúndùm elóquium tuum servo tuo.

Véniant mihi miseratiónes tuæ, & vivam: * quia lex tua meditátio mea est.

Confundántur supérbi, quia iniústè iniquitátem fecérunt in me: * ego autem exercébor in mandátis tuis.

Convertántur mihi timéntes te: * & qui novérunt testimónia tua.

Fiat cor meum immaculátum in iustificatiónibus tuis, * ut non confúndar.

Aña. Allelúia, allelúia, allelúia.

Témpore Pascháli ádditur áliud Allelúia.

Sequens Capítulum, & ália in áliis Horis, dicúntur in Domínicis à secúnda post Epiphaníam usque ad Septuagésimam, & à tértia post Pentecósten usque ad Advéntum: Responsória brévia etiam usque ad Domínicam primam Quadragésimæ, simíliter & quæ sequúntur de feriáli Officio.

CAPITULUM. 1. *Ioan.* 4. *c*

DEus cháritas est: & qui manet in charitáte, in Deo manet, & Deus in eo.

℟. breve. Inclina cor meum Deus, * In testimónia tua. Inclína. ℣. Avérte óculos meos, ne vídeant vanitátem: in via tua vivífica me. ℟. In testimónia tua. Glória Patri. Inclína cor. ℣. Ego dixi, Dómine, miserére mei. ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

In feriáli Officio per Annum, Aña. Deduc me Dómine in sémitam mandatórum tuórum.

CAPITULUM. *Ierem.* 17. *b*

SAna me Dómine, & sanábor, salvum me fac, & salvus ero: quóniàm laus mea tu es.





℟. breve. Sana ánimam meam. * Quia peccávi tibi. Sana. ℣. Ego dixi, Dómine miserére mei. ℟. Quia. Glória Patri. Sana. ℣. Adiútor meus esto, ne derelínquas me. ℟. Neque despícias me Deus salutáris meus.

Quando ad Matutínum dictæ sunt Preces, ad Tértiam, Sextam, & Nonam flexis génibus dicitur Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. secretò. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo. ℣. Dómine Deus virtútum convérte nos. ℟. Et osténde fáciem tuam, & salvi érimus. ℣. Exúrge Christe, ádiuva nos. ℟. Et líbera nos propter nomen tuum. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo. Orémus.

Orátio convéniens.

Témpore Advéntus in feriáli Officio, Antiphona de Láudibus Domínicæ, aut ex própriis Láudibus.

CAPITULUM. *Ierem.* 23.

ECce dies véniunt, dicit Dóminus, & suscitábo David germen iustum: & regnábit Rex, & sápiens erit: & fáciet iudícium & iustítiam in terra. ℟. Deo grátias.

℟. br. Veni ad liberándum nos, * Dómine Deus virtútum. Veni ad. ℣. Osténde fáciem tuam, & salvi érimus. Dómine Deus. Glória Patri. Veni ad liberándum. ℣. Timébunt Gentes nomen tuum Dómine. ℟. Et omnes reges terræ glóriam tuam. Kyrie eléison.

Orátio convéniens.

Témpore Quadragésimæ, in feriáli Officio, Antiphona. Advenérunt nobis dies pœniténtiæ, ad rediménda peccáta, ad salvándas ánimas.

CAPITULUM. *Ioëlis* 2. *c*

COnvertímini ad me in toto corde vestro in ieiúnio, & fletu, & planctu. Et scíndite corda vestra, & non vestiménta vestra, ait Dóminus omnípotens.

℟. breve. Ipse liberávit me, * De láqueo venántium. Ipse. ℣. Et à verbo áspero. De láqueo. Glória Patri. Ipse liberávit. ℣. Scápulis suis obumbrábit tibi. ℟. Et sub pennis eius sperábis. Kyrie eléison.

Orátio convéniens.

Témpore Passiónis in feriáli Officio, Antiphona. Iudicásti Dómine causam ánimæ meæ, defénsor vitæ meæ, Dómine Deus meus.

CAPITULUM. *Ierem.* 17. *b*

DOmine, omnes qui te derelínquunt, confundéntur: recedéntes à te, in terra scribéntur: quóniàm dereliquérunt venam aquárum vivéntium Dóminum.

℟. br. Erue à frámea, * Deus ánimam meam. Erue. ℣. Et de manu canis únicam meam. Deus ánimam meam. Erue à frámea. ℣. De ore leónis líbera me Dómine. ℟. Et à córnibus unicórnium humilitátem meam. Kyrie eléison.

Orátio convéniens.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Témpore Paschali, in feriali Officio, Antiphona. Allelúia, allelúia, allelúia, allelúia.

Capitulum. *Rom. 6. b*

CHristus resúrgens ex mórtuis iam non móritur, mors illi ultrà non dominábitur. Quòd enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo.

℟. breve. Surréxit Dóminus de sepúlchro, * Allelúia, allelúia. Surréxit. ℣. Qui pro nobis pepéndit in ligno. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Surréxit Dóminus.

℣. Surréxit Dóminus verè, allelúia. ℟. Et appáruit Simóni, allelúia. Oratio conveniens.

## AD SEXTAM.

Pater noster. Ave María. Deus in adiutórium. 17.

Hymnus.

REctor potens, verax Deus,
Qui témperas rerum vices,
Splendóre manè illúminas,
Et ígnibus merídiem.
Extíngue flammas lítium,
Aufer calórem nóxium,
Confer salútem córporum,
Verámque pacem córdium.
Præsta, Pater pijssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

In Domínicis per Annum, & témpore Paschali, Antiphona. Allelúia.

In feriali Officio per Annum, Antiphona. Adiuva me.

Témpore Advéntus, Antiphona de Láudibus Domínicæ, aut ex proprijs Láudibus.

Témpore Quadragésimæ, Antiphona. Commendémus nosmetipsos.

Témpore Passiónis, Antiphona. Pópule meus.

Psalmus.

DEfécit in salutáre tuum ánima mea: * & in verbum tuum supersperávi.

Defecérunt óculi mei in elóquium tuum, * dicéntes: Quando consolàberis me?

Quia factus sum sicut uter in pruína: * iustificatiónes tuas non sum oblítus.

Quot sunt dies servi tui: * quandò fácies de persequéntibus me iudícium?

Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes: * sed non ut lex tua.

Omnia mandáta tua véritas: * iníquè persecúti sunt me, ádiuva me.

Paulominùs consummavérunt me in terra: * ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secúndùm misericórdiam tuam vivífica me: * & custódiam testimónia oris tui.

In ætérnum Dómine, * verbum tuum pérmanet in cælo.

In generatiónem & generatiónem véritas tua: * fundásti terram, & pérmanet.

Ordinatióne tua persevêrat dies: * quóniàm ómnia sérviunt tibi.

Nisi quòd lex tua meditátio mea est: * tunc fortè perijssem in humilitáte mea.

In ætérnum non oblivíscar iustificatiónes tuas: * quia in ipsis vivificásti me.

Tuus sum ego, salvum me fac: * quóniàm iustificatiónes tuas exquisívi.



Me expectavérunt peccatóres ut pérderent me: * testimónia tua intelléxi.

Omnis consummatiónis vidi finem: * latum mandátum tuum nimis.

QUómodò diléxi legem tuam Dómine? * tota die meditátio mea est.

Super inimícos meos prudéntem me fecísti mandáto tuo: * quia in ætérnum mihi est.

Super omnes docéntes me intelléxi: * quia testimónia tua meditátio mea est.

Super senes intelléxi: * quia mandáta tua quæsívi.

Ab omni via mala prohíbui pedes meos: * ut custódiam verba tua.

A iudícijs tuis non declinávi: * quia tu legem posuísti mihi.

Quàm dúlcia faucibus meis elóquia tua, * super mel ori meo!

A mandátis tuis intelléxi: * proptérea odívi omnem viam iniquitátis.

Lucérna pédibus meis verbum tuum, * & lumen sémitis meis.

Iurávi, & státui * custodíre iudícia iustítiæ tuæ.

Humiliátus sum usquequâque Dómine: * vivífica me secúndùm verbum tuum.

Voluntária oris mei beneplácita fac Dómine: * & iudícia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis semper: * & legem tuam non sum oblítus.

Posuérunt peccatóres láqueum mihi: * & de mandátis tuis non errávi.

Hereditáte acquisívi testimónia tua in ætérnum: * quia exultátio cordis mei sunt.

Inclinávi cor meum ad faciéndas iustificatiónes tuas in ætérnum, * propter retributiónem.

INíquos ódio hábui: * & legem tuam diléxi.

Adiútor, & suscéptor meus es tu: * & in verbum tuum supersperávi.

Declináte à me maligni: * & scrutábor mandáta Dei mei.

Súscipe me secúndùm elóquium tuum, & vivam: * & non confúndas me ab expectatióne mea.

Adiuva me, & salvus ero: * & meditábor in iustificatiónibus tuis semper.

Sprevísti omnes discedéntes à iudícijs tuis: * quia iniústa cogitátio eórum.

Prævaricántes reputávi omnes peccatóres terræ: * ídeo diléxi testimónia tua.

Confige timóre tuo carnes meas: * à iudícijs enim tuis tímui.

Feci iudícium & iustítiam: * non tradas me calumniántibus me.

Súscipe servum tuum in bonum: * non calumniéntur me supérbi.

Oculi mei defecérunt in salutáre tuum: * & in elóquium iustítiæ tuæ.

Fac cum servo tuo secúndùm misericórdiam tuam: * & iustificatiónes tuas doce me.

Servus tuus sum ego: * da mihi in-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

intelléctum, ut ſciam teſtimónia tua.

Tempus faciéndi Dómine: * diſſipavérunt legem tuam.

Ideò diléxi mandâta tua, * ſuper aurum & topázion.

Proptéreà ad ómnia mandâta tua dirigêbar: * omnem viam iníquam ódio hábui.

Antiphona. Allelúia, allelúia, allelúia.

Témpore Paſchâli, additur aliud Allelúia.

Capitulum. *Galat.* 6.

Alter altérius ónera portâte, & ſic adimplébitis legem Chriſti.

℟. breve. In ætérnum Dómine, * Pérmanet verbum tuum. In ætérnum. ℣. In ſæculum ſæculi véritas tua. ℟. Pérmanet. Glória Patri. In ætérnum.

℣. Dóminus regit me, & nihil mihi déerit. ℟. In loco páſcuæ ibi me collocâvit.

In feriáli Officio per Annum, Antiphona. Adiuva me, & ſalvus ero Dómine. Capitulum. Alter altérius. ut ſuprà.

℟. breve. Benedícam Dóminum, * In omni témpore. Benedícam. ℣. Semper laus eius in ore meo. ℟. In omni. Glória Patri. Benedícam. ℣. Dóminus regit me, & nihil mihi déerit. ℟. In loco páſcuæ ibi me collocâvit.

Quando ad Matutinum dictæ ſunt Preces, flexis génibus dicitur Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. Pater noſter. ſecrétò. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo. ℣. Dómine Deus virtûtum convérte nos. ℟. Et oſténde fáciem tuam, & ſalvi érimus. ℣. Exúrge Chriſte, ádiuva nos. ℟. Et líbera nos propter nomen tuum. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo. Orêmus.

Orátio convéniens.

Témpore Advéntus in feriáli Officio, Antiphona de Laudibus Domínicæ, aut ex proprijs Laudibus.

Capitulum. *Ierem.* 23.

In diêbus illis ſalvábitur Iuda, & Iſraël habitâbit confidénter: & hoc eſt nomen, quod vocábunt eum, Dóminus iuſtus noſter.

℟. breve. Oſténde nobis Dómine, * Miſericórdiam tuam. Oſténde. ℣. Et ſalutâre tuum da nobis. Miſericórdiam. Glória Patri. Oſténde. ℣. Meménto noſtri Dómine in beneplácito pópuli tui. ℟. Víſita nos in ſalutári tuo. Kyrie eléiſon.

Orátio convéniens.

Témpore Quadragéſimæ, in feriáli Officio, Antiphona. Commendêmus noſmetípſos in multa patiéntia, in ieiúnijs multis, per arma iuſtítiæ.

Capitulum. *Iſaiæ* 55. *b*

Derelínquat ímpius viam ſuam, & vir iníquus cogitatiónes ſuas, & revertâtur ad Dóminum, & miſerébitur eius, & ad Deum noſtrum: quóniàm multus eſt ad ignoſcéndum.

℟. br. Scápulis ſuis, * Obumbrâbit tibi. Scápulis. ℣. Et ſub

pen-



pennis eius ſperâbis. Obumbrâbit tibi. Glória. Scápulis. ℣. Scuto circúmdabit te véritas eius. ℟. Non timêbis à timóre noctúrno. Kyrie eléiſon.

Orátio convéniens.

Témpore Paſſiónis, in feriáli Officio, Antiphona. Pópule meus, quid feci tibi, aut quid moléſtus fui? reſpónde mihi.

Capitulum. *Ierem.* 17. *c*

Confundántur, qui me perſequúntur, & non confúndar ego: páveant illi, & non páveam ego: induc ſuper eos diem afflictiónis, & dúplici contritióne cóntere eos, Dómine Deus noſter.

℟. br. De ore leônis, * Líbera me Dómine. De ore. ℣. Et à córnibus unicórnium humilitâtem meam. Líbera. De ore. ℣. Ne perdas cum ímpijs Deus ánimam meam. ℟. Et cum viris ſánguinum vitam meam. Kyrie eléiſon.

Orátio convéniens.

Témpore Paſchâli, in feriáli Officio, Antiphona. Allelúia, allelúia, allelúia, allelúia.

Capitulum. 1. *Cor.* 15. *c*

Chriſtus reſurréxit à mórtuis primítiæ dormiéntium, quóniàm quidem per hóminem mors, & per hóminem reſurréctio mortuórum. Et ſicut in Adam omnes moriúntur, ità & in Chriſto omnes vivificabúntur.

℟. br. Surréxit Dóminus verè, * Allelúia, allelúia. Surréxit. ℣. Et appáruit Simóni. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Surréxit. ℣. Gavíſi ſunt diſcípuli, allelúia. ℟. Viſo Dómino, allelúia.

Orátio convéniens.

## AD NONAM.

Pater noſter. Ave María. Deus in adiutórium. 17.

Hymnus.

Rerum Deum tenax vigor,
Immótus in te pérmanens,
Lucis diúrnæ témpora
Succéſſibus detérminans.

Largîre lumen véſpere,
Quo vita nuſquam décidat,
Sed præmium mortis ſacræ
Perénnis inſtet glória.

Præſta, Pater pijſſime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne ſæculum,
Amen.

In Domínicis per Annum, & témpore Paſchâli, Antiphona. Allelúia.

In feriáli Officio per Annum, Antiphona. Aſpice in me.

Témpore Advéntus, Antiphona de Laudibus Domínicæ, aut ex proprijs Laudibus.

Témpore Quadragéſimæ, Antiphona. Per arma iuſtítiæ.

Témpore Paſſiónis, Antiphona. Numquid rédditur.

Pſalmus.

Mirabília teſtimónia tua: * ídeò ſcrutâta eſt ea ánima mea.

Declarátio ſermônum tuôrum illúminat: * & intelléctum dat párvulis.

Os meum apérui, & attráxi ſpíritum: * quia mandâta tua deſiderâbam.

Aſpi-

Aspice in me, & miserêre mei, * secúndùm iudícium diligéntium nomen tuum.

Gressus meos dírige secúndùm elóquium tuum: * & non dominêtur mei omnis iniustítia.

Rédime me à calúmnijs hóminum: * ut custódiam mandâta tua.

Fáciem tuam illúmina super servum tuum: * & doce me iustificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei: * quia non custodiérunt legem tuam.

Iustus es Dómine: * & rectum iudícium tuum.

Mandásti iustítiam testimónia tua: * & veritâtem tuam nimis.

Tabéscere me fecit zelus meus: * quia oblíti sunt verba tua inimíci mei.

Ignitum elóquium tuum veheménter: * & servus tuus diléxit illud.

Adolescéntulus sum ego, & contémptus: * iustificatiónes tuas non sum oblítus.

Iustítia tua, iustítia in ætérnum: * & lex tua véritas.

Tribulátio, & angústia invenérunt me: * mandâta tua meditátio mea est.

Æquitas testimónia tua in ætérnum: * intelléctum da mihi, & vivam.

CLamávi in toto corde meo, exáudi me Dómine: * iustificatiónes tuas requîram.

Clamávi ad te, salvum me fac: * ut custódiam mandâta tua.

Prævéni in maturitâte, & clamávi: * quia in verba tua supersperávi.

Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo: * ut meditârer elóquia tua.

Vocem meam audi secúndùm misericórdiam tuam Dómine: * & secúndùm iudícium tuum vivífica me.

Appropinquavérunt persequéntes me iniquitáti: * à lege autem tua longè facti sunt.

Propè es tu Dómine: * & omnes viæ tuæ véritas.

Inítio cognóvi de testimónijs tuis: * quia in ætérnum fundásti ea.

Vide humilitâtem meam, & éripe me: * quia legem tuam non sum oblítus.

Iúdica iudícium meum, & rédime me: * propter elóquium tuum vivífica me.

Longè à peccatóribus salus: * quia iustificatiónes tuas non exquisiérunt.

Misericórdiæ tuæ multæ Dómine: * secúndùm iudícium tuum vivífica me.

Multi qui persequúntur me, & tríbulant me: * à testimónijs tuis non declinávi.

Vidi prævaricántes, & tabescêbam: * quia elóquia tua non custodiérunt.

Vide quóniàm mandâta tua diléxi Dómine: * in misericórdia tua vivífica me.

Princípium verbôrum tuôrum, véritas: * in ætérnum ómnia iudícia iustítiæ tuæ.

PRíncipes persecúti sunt me gratis: * & à verbis tuis formidâvit cor meum.



Lætâbor ego super elóquia tua: * sicut qui invênit spólia multa.

Iniquitâtem ódio hábui, & abominâtus sum: * legem autem tuam diléxi.

Sépties in die laudem dixi tibi, * super iudícia iustítiæ tuæ.

Pax multa diligéntibus legem tuam: * & non est illis scándalum.

Expectâbam salutâre tuum Dómine: * & mandâta tua diléxi.

Custodívit ánima mea testimónia tua: * & diléxit ea veheménter.

Servávi mandâta tua, & testimónia tua: * quia omnes viæ meæ in conspéctu tuo.

Appropínquet deprecátio mea in conspéctu tuo Dómine: * iuxta elóquium tuum da mihi intelléctum.

Intret postulátio mea in conspéctu tuo: * secúndùm elóquium tuum éripe me.

Eructâbunt lábia mea hymnum, * cùm docúeris me iustificatiónes tuas.

Pronuntiâbit lingua mea elóquium tuum: * quia ómnia mandâta tua æquitas.

Fiat manus tua ut salvet me: * quóniàm mandâta tua elégi.

Concupívi salutâre tuum Dómine: * & lex tua meditátio mea est.

Vivet ánima mea, & laudâbit te: * & iudícia tua adiuvâbunt me.

Errávi, sicut ovis, quæ périjt: * quære servum tuum, quia mandâta tua non sum oblítus.

Antíphona. Allelúia, allelúia, allelúia.

Témpore Paschâli, additur aliud Allelúia.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 6. *d*

EMpti enim estis prétio magno. Glorificâte & portâte Deum in córpore vestro.

℟. breve. Clamávi in toto corde meo, * Exáudi me Dómine. Clamávi. ℣. Iustificatiónes tuas requîram. ℟. Exáudi. Glória. Clamávi. ℣. Ab occúltis meis munda me Dómine. ℟. Et ab aliénis parce servo tuo.

In feriali Officio per Annum, Antíphona. Aspice in me, & miserêre mei Dómine. Capitulum. Empti enim estis.

℟. breve. Rédime me Dómine, * Et miserêre mei. Rédime. ℣. Pes enim meus stetit in via recta. ℟. Et miserêre. Glória Patri. Rédime. ℣. Ab occúltis meis munda me Dómine. ℟. Et ab aliénis parce servo tuo.

Quando ad Matutinum dictæ sunt Preces, flexis génibus dícitur Kyrie eléison. Christe eléison, Kyrie eléison. Pater noster. secrétò. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo. ℣. Dómine Deus virtútum convérte nos. ℟. Et osténde fáciem tuam, & salvi érimus. ℣. Exúrge Christe, ádiuva nos. ℟. Et líbera nos propter nomen tuum. ℣. Dómine exáudi oratiônem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orêmus. Orátio convéniens.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Témpore Advéntus in feriáli Officio, Antíphona de Láudibus Domínicæ, aut ex própriis Láudibus.

CAPITULUM. *Isaiæ* 14.

PRopè est ut véniat tempus eius, & dies eius non elongabúntur. Miserébitur enim Dóminus Iacob, & Israël salvábitur.

℟. breve. Super te Ierusalem, * Oriétur Dóminus. Super. ℣. Et glória eius in te vidébitur. Oriétur. Glória Patri. Super. ℣. Veni Dómine, & noli tardáre. ℟. Reláxa facínora plebi tuæ. Kyrie eléison.

Orátio convéniens.

Témpore Quadragésimæ, in feriáli Officio, Antíphona. Per arma iustítiæ virtûtis Dei commendêmus nosmetipsos in multa patiéntia.

CAPITULUM. *Isaiæ* 58. *c*

FRange esuriénti panem tuum, & egénos, vagósque induc in domum tuam: cum víderis nudum, óperi eum, & carnem tuam ne despéxeris.

℟. br. Scuto circúmdabit te, * Véritas eius. Scuto. ℣. Non timêbis à timóre noctúrno. Véritas. Glória Patri. Scuto. ℣. Angelis suis Deus mandávit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Kyrie eléison.

Orátio convéniens.

Témpore Passiónis, in feriáli Officio, Antíphona. Numquid rédditur pro bono malum, quia fodérunt fóveam ánimæ meæ?

CAPITULUM. *Ierem.* 18. *d*

REcordáre quòd stéterim in conspéctu tuo, ut lóquerer pro eis bonum, & avérterem indignatiónem tuam ab eis.

℟. br. Ne perdas cum ímpiis, * Deus ánimam meam. Ne perdas. ℣. Et cum viris sánguinum vitam meam. Deus. Ne perdas. ℣. Eripe me Dómine ab hómine malo. ℟. A viro iníquo éripe me. Kyrie eléison.

Orátio convéniens.

Témpore Paschali in feriáli Officio, Antíphona. Allelúia, allelúia, allelúia, allelúia.

CAPITULUM. 1. *Pet.* 3. *d*

CHristus semel pro peccátis nostris mórtuus est, iustus pro iniustis, ut nos offérret Deo, mortificátus quidem carne, vivificátus autem spíritu.

℟. breve. Gavísi sunt discípuli, * Allelúia, allelúia. Gavísi. ℣. Viso Dómino. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Gavísi sunt. ℣. Manè nobíscum, Dómine, allelúia. ℟. Quóniàm advesperáscit, allelúia.

Orátio convéniens.

Vésperæ in Domínica, & in feriis, habéntur inferiùs post Laudes Sábbati. 125.

## FERIA SECUNDA

### Ad Matutínum.

Pater noster. Ave María. Credo. ℣. Dómine lábia mea apéries. ut suprà. 1.

Invitatórium. Veníte, * Exultêmus Dómino. Psalmus. Iubilêmus Deo salutári nostro. ut suprà. 2.





HYMNUS.

SOmno reféctis ártubus,
Spreto cubíli súrgimus:
Nobis, Pater, canéntibus
Adésse te depóscimus.

Te lingua primùm cóncinat,
Te mentis ardor ámbiat:
Ut, áctuum sequéntium
Tu, sancte, sis exórdium.

Cedant tenébræ lúmini,
Et nox diúrno síderi:
Ut culpa, quam nox íntulit,
Lucis labáscat múnere.

Precàmur iidem súpplices,
Noxas ut omnes ámputes,
Et ore te canéntium
Laudêris omni témpore.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

Invitatória per Férias dicúntur in feriáli Officio ab Octáva Epiphaníæ usque ad Domínicam Passiónis, & ab Octáva Pentecostes usque ad Advéntum. Hymni verò tam ad Matutínum, quàm ad Laudes & Vésperas usque ad Domínicam primam Quadragésimæ: Antíphonæ autem Nocturnôrum per totum annum, ut infrà.

Antíphona. Dóminus defénsor.

Témpore Paschali, Antíphona. Allelúia. Sub qua una Antíphona dicúntur omnes Psalmi Nocturnórum.

PSALMUS 26.

DOminus illuminátio mea, & salus mea, * quem timêbo?

Dóminus protéctor vitæ meæ, * à quo trepidâbo?

Dum apprópiant super me nocéntes, * ut edant carnes meas:

Qui tríbulant me inimíci mei, * ipsi infirmáti sunt & cecidérunt.

Si consístant advérsùm me castra, * non timébit cor meum.

Si exúrgat advérsùm me prælium, * in hoc ego sperâbo.

Unam pétii à Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diêbus vitæ meæ:

Ut vídeam voluptâtem Dómini, * & vísitem templum eius.

Quóniàm abscóndit me in tabernáculo suo: * in die malórum protéxit me in abscóndito tabernáculi sui.

In petra exaltâvit me: * & nunc exaltâvit caput meum super inimícos meos.

Circuívi, & immolávi in tabernáculo eius hóstiam vociferatiónis: * cantâbo, & psalmum dicam Dómino.

Exáudi Dómine vocem meam, qua clamávi ad te: * miserêre mei, & exáudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisívit te fácies mea: * fáciem tuam Dómine requîram.

Ne avértas fáciem tuam à me: * ne declínes in ira à servo tuo.

Adiûtor meus esto: * ne derelínquas me, neque despícias me Deus salutâris meus.

Quóniàm pater meus, & mater mea dereliquérunt me: * Dóminus autem assúmpsit me.

Legem pone mihi Dómine in via tua: * & dírige me in sémi-

tam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me: * quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, & mentíta est iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Expécta Dóminum, viríliter age: * & confortétur cor tuum, & sústine Dóminum.

### PSALMUS 27.

AD te Dómine clamábo, Deus meus ne síleas à me: * nequándo táceas à me, & assimilábor descendéntibus in lacum.

Exáudi Dómine vocem deprecatiónis meæ dum oro ad te: * dum extóllo manus meas ad templum sanctum tuum.

Ne simul trahas me cum peccatóribus: * & cum operántibus iniquitátem ne perdas me:

Qui loquúntur pacem cum próximo suo, * mala autem in córdibus eórum.

Da illis secúndùm ópera eórum, * & secúndùm nequítiam adinventiónum ipsórum.

Secúndùm ópera mánuum eórum tribue illis: * redde retributiónem eórum ipsis.

Quóniam non intellexérunt ópera Dómini, & in ópera mánuum eius * déstrues illos, & non ædificábis eos.

Benedíctus Dóminus: * quóniam exaudívit vocem deprecatiónis meæ.

Dóminus adiútor meus, & protéctor meus: * in ipso sperávit cor meum, & adiútus sum.

Et reflóruit caro mea: * & ex voluntáte mea confitébor ei.

Dóminus fortitúdo plebis suæ: * & protéctor salvatiónum christi sui est.

Salvum fac pópulum tuum Dómine, & bénedic hereditáti tuæ: * & rege eos, & extólle illos usque in ætérnum.

Antiphona. Dóminus defénsor vitæ meæ.

Antiphona. Adoráte.

### PSALMUS 28.

AFférte Dómino filij Dei: * afférte Dño fílios aríetum:

Afférte Dómino glóriam & honórem, afférte Dómino glóriam nómini eius: * adoráte Dóminum in átrio sancto eius.

Vox Dómini super aquas, Deus maiestátis intónuit: * Dóminus super aquas multas.

Vox Dómini in virtúte: * vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringéntis cedros: * & confringet Dóminus cedros Líbani:

Et commínuet eas tamquam vítulum Líbani: * & diléctus quemádmodùm fílius unicórnium.

Vox Dómini intercidéntis flammam ignis: * Vox Dómini concutiéntis desértum: & commovébit Dóminus desértum Cades.

Vox Dómini præparántis cervos, & revelábit condénsa: * & in templo eius omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúvium inhabitáre facit: * & sedébit Dóminus rex in ætérnum.





Dóminus virtútem pópulo suo dabit: * Dóminus benedícet pópulo suo in pace.

### PSALMUS 29.

EXaltábo te Dómine quóniam suscepísti me: * nec delectásti inimícos meos super me.

Dómine Deus meus clamávi ad te, * & sanásti me.

Dómine eduxísti ab inférno ánimam meam: * salvásti me à descendéntibus in lacum.

Psállite Dómino sancti eius: * & confitémini memóriæ sanctitátis eius.

Quóniam ira in indignatióne eius: * & vita in voluntáte eius.

Ad vésperum demorábitur fletus: * & ad matutínum lætítia.

Ego autem dixi in abundántia mea: * Non movébor in ætérnum.

Dómine in voluntáte tua, * præstitísti decóri meo virtútem.

Avertísti fáciem tuam à me, * & factus sum conturbátus.

Ad te Dómine clamábo: * & ad Deum meum deprecábor.

Quæ utílitas in sánguine meo, * dum descéndo in corruptiónem?

Numquid confitébitur tibi pulvis, * aut annunciábit veritátem tuam?

Audívit Dóminus, & misértus est mei: * Dóminus factus est adiútor meus.

Convertísti planctum meum in gáudium mihi: * conscidísti saccum meum, & circumdedísti me lætítia:

Ut cantet tibi glória mea; & non compúngar: * Dómine Deus meus in ætérnum confitébor tibi.

Antiphona. Adoráte Dóminum in aula sancta eius.

Antiphona. In tua iustítia.

### PSALMUS 30.

IN te Dómine sperávi non confúndar in ætérnum: * in iustítia tua líbera me.

Inclína ad me aurem tuam, * accélera ut éruas me.

Esto mihi in Deum protectórem: & in domum refúgij, * ut salvum me fácias.

Quóniam fortitúdo mea, & refúgium meum es tu: * & propter nomen tuum dedúces me, & enútries me.

Edúces me de láqueo hoc, quem abscondérunt mihi: * quóniam tu es protéctor meus.

In manus tuas comméndo spíritum meum: * redemísti me Dómine Deus veritátis.

Odísti observántes vanitátes, * supervácuè.

Ego autem in Dómino sperávi: * exultábo, & lætábor in misericórdia tua.

Quóniam respexísti humilitátem meam, * salvásti de necessitátibus ánimam meam.

Nec conclusísti me in mánibus inimíci: * statuísti in loco spatióso pedes meos.

Miserére mei Dómine quóniam tríbulor: * conturbátus est in ira óculus meus, ánima mea, & venter meus:

Quóniam defécit in dolóre vita mea:



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mea: * & anni mei in gemítibus.
Infirmâta est in paupertâte virtus mea: * & ossa mea conturbâta sunt.
Super omnes inimícos meos factus sum oppróbrium & vicínis meis valde: * & timor notis meis.
Qui vidébant me, foras fugérunt à me: * oblivióni datus sum, tamquam mórtuus à corde.
Factus sum tamquam vas pérditum: * quóniàm audívi vituperatiónem multórum commorántium in circúitu.
In eo dum convenírent simul advérsùm me, * accípere ánimam meam consiliáti sunt.
Ego autem in te sperávi Dómine: * dixi: Deus meus es tu: in mánibus tuis sortes meæ.
Eripe me de manu inimicórum meórum, * & à persequéntibus me.
Illústra fáciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericórdia tua: * Dómine non confúndar, quóniàm invocávi te.
Erubéscant ímpij, & deducántur in inférnum: * muta fiant lábia dolósa.
Quæ loquúntur advérsùs iustum iniquitátem, * in supérbia, & in abusióne.
Quàm magna multitúdo dulcédinis tuæ Dómine, * quàm abscondísti timéntibus te.
Perfecísti eis, qui sperant in te, * in conspéctu filiórum hóminum.
Abscóndes eos in abscóndito fáciéi tuæ * à conturbatióne hóminum.
Próteges eos in tabernáculo tuo * à contradictióne linguárum.
Benedíctus Dóminus: * quóniàm mirificávit misericórdiam suam mihi in civitâte munita.
Ego autem dixi in excéssu mentis meæ: * Proiéctus sum à fácie oculórum tuórum.
Ideò exaudísti vocem oratiónis meæ, * dum clamárem ad te.
Dilígite Dóminum omnes sancti eius: * quóniàm veritâtem requíret Dóminus, & retríbuet abundánter faciéntibus supérbiam.
Viríliter ágite, & confortétur cor vestrum, * omnes qui sperátis in Dómino.

### Psalmus 31.

Beáti, quorum remíssæ sunt iniquitátes: * & quorum tecta sunt peccáta.
Beátus vir, cui non imputávit Dóminus peccátum, * nec est in spíritu eius dolus.
Quóniàm tácui, inveteravérunt ossa mea, * dum clamárem tota die.
Quóniàm die ac nocte gravâta est super me manus tua: * convérsus sum in ærúmna mea, dum confígitur spina.
Delíctum meum cógnitum tibi feci: * & iniustítiam meam non abscóndi.
Dixi: Confitébor advérsùm me iniustítiam meam Dómino: * & tu remisísti impietátem peccáti mei.





Pro hac orábit ad te omnis sanctus, * in témpore opportúno.
Verúmtamen in dilúvio aquárum multárum, * ad eum non approximábunt.
Tu es refúgium meum à tribulatióne, quæ circúmdedit me: * exultátio mea érue me à circumdántibus me.
Intelléctum tibi dabo, & ínstruam te in via hac, qua gradiéris: * firmábo super te óculos meos.
Nolíte fíeri sicut equus & mulus, * quibus non est intelléctus.
In camo & fræno maxíllas eórum constrínge, * qui non appróximant ad te.
Multa flagélla peccatóris, * sperántem autem in Dómino misericórdia circúmdabit.
Lætámini in Dómino & exultâte iusti, * & gloriámini omnes recti corde.
Antiphona. In tua iustítia líbera me Dómine.
Antiphona. Rectos decet.

### Psalmus 32.

Exultâte iusti in Dómino: * rectos decet collaudátio.
Confitémini Dómino in cíthara: * in psaltério decem chordárum psállite illi.
Cantáte ei cánticum novum: * benè psállite ei in vociferatióne.
Quia rectum est verbum Dómini, * & ómnia ópera eius in fide.
Díligit misericórdiam & iudícium: * misericórdia Dómini plena est terra.
Verbo Dómini cæli firmáti sunt: * & spíritus oris eius omnis virtus eórum.
Cóngregans sicut in utre aquas maris: * ponens in thesáuris abýssos.
Tímeat Dóminum omnis terra: * ab eo autem commoveántur omnes inhabitántes orbem.
Quóniàm ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandávit, & creâta sunt.
Dóminus díssipat consília géntium: * réprobat autem cogitatiónes populórum, & réprobat consília príncipum.
Consílium autem Dómini in ætérnum manet: * cogitatiónes cordis eius in generatiónem & generatiónem.
Beáta gens, cuius est Dóminus, Deus eius: * pópulus, quem elégit in hereditátem sibi.
De cælo respéxit Dóminus: * vidit omnes fílios hóminum.
De præparáto habitáculo suo * respéxit super omnes, qui hábitant terram.
Qui finxit sigillátim corda eórum: * qui intélligit ómnia ópera eórum.
Non salvâtur rex per multam virtútem: * & gigas non salvábitur in multitúdine virtútis suæ.
Fallax equus ad salútem: * in abundántia autem virtútis suæ non salvábitur.
Ecce óculi Dómini super metuéntes eum: * & in eis, qui sperant super misericórdia eius.
Ut éruat à morte ánimas eórum: * & alat eos in fame.

Anima nostra sústinet Dóminum: * quóniàm adiútor & protéctor noster est.

Quia in eo lætábitur cor nostrum: * & in nómine sancto eius sperávimus.

Fiat misericórdia tua Dómine super nos: * quemádmodùm sperávimus in te.

PSALMUS 33.

BEnedicam Dóminum in omni témpore: * semper laus eius in ore meo.

In Dómino laudábitur ánima mea: * áudiant mansuéti, & læténtur.

Magnificâte Dóminum mecum: * & exaltêmus nomen eius in idipsum.

Exquisívi Dóminum, & exaudîvit me: * & ex ómnibus tribulatiónibus meis erípuit me.

Accéditead eum, & illuminámini: * & fácies vestræ non confundéntur.

Iste pauper clamâvit, & Dóminus exaudívit eum: * & de ómnibus tribulatiónibus eius salvâvit eum.

Immíttet ángelus Dómini in circúitu timéntium eum: * & erípiet eos.

Gustâte, & vidête quóniàm suâvis est Dóminus: * beâtus vir, qui sperat in eo.

Timête Dóminum omnes sancti eius: * quóniàm non est inópia timéntibus eum.

Dívites eguérunt & esuriérunt: * inquiréntes autem Dóminum non minuéntur omni bono.

Venîte filij, audíte me: * timôrem Dómini docêbo vos.

Quis est homo qui vult vitam: * díligit dies vidêre bonos?

Próhibe linguam tuam à malo: * & lábia tua ne loquántur dolum.

Divérte à malo, & fac bonum: * inquîre pacem, & perséquere eam.

Oculi Dómini super iustos: * & aures eius in preces eórum.

Vultus autem Dómini super faciéntes mala: * ut perdat de terra memóriam eôrum.

Clamavérunt iusti, & Dóminus exaudívit eos: * & ex ómnibus tribulatiónibus eôrum liberávit eos.

Iuxtà est Dóminus ijs, qui tribuláto sunt corde: * & húmiles spíritu salvâbit.

Multæ tribulatiónes iustôrum: * & de ómnibus his liberâbit eos Dóminus.

Custódit Dóminus ómnia ossa eôrum: * unum ex his non conterêtur.

Mors peccatôrum péssima: * & qui odérunt iustum delínquent.

Rédimet Dóminus ánimas servôrum suôrum: * & non delínquent omnes qui sperant in eo.

Antíphona. Rectos decet collaudátio.

Antíphona. Expúgna.

PSALMUS 34.

IUdica Dómine nocéntes me, * expúgna impugnántes me.

Appreheride arma & scutum: * & exúrge in adiutórium mihi.

Effúnde frámeam, & conclûde advérsùs eos, qui persequúntur me: * dic ánimæ meæ: Salus tua ego sum.





Confundántur & revereántur, * quærêntes ánimam meam.

Avertántur retrórsum, & confundántur * cogitántes mihi mala.

Fiant tamquam pulvis ante fáciem venti: * & ángelus Dómini coárctans eos.

Fiat via illórum ténebræ & lúbricum: * & ángelus Dómini pérsequens eos.

Quóniàm gratis abscondérunt mihi intéritum láquei sui: * supervácuè exprobravérunt ánimam meam.

Véniat illi láqueus, quem ignôrat: & cáptio, quam abscóndit, apprehéndat eum: * & in láqueum cadat in ipsum.

Anima autem mea exultâbit in Dómino: * & delectâbitur super salutári suo.

Omnia ossa mea dicent: * Dómine, quis símilis tibi?

Erípiens ínopem de manu fortiórum eius: * egênum & páuperem à diripiéntibus eum.

Surgéntes testes iníqui, * quæ ignorâbam interrogábant me.

Retribuébant mihi mala pro bonis: * sterilitâtem ánimæ meæ.

Ego autem cùm mihi molésti essent, * induêbar cilício.

Humiliábam in ieiúnio ánimam meam: * & orátio mea in sinu meo convertêtur.

Quasi próximum, & quasi fratrem nostrum, sic complacêbam: * quasi lugens & contristâtus sic humiliâbar.

Et advérsùm me lætáti sunt, & convenérunt: * congregâta sunt super me flagélla, & ignorávi.

Dissipáti sunt, nec compuncti, tentavérunt me, subsannavérunt me subsannatióne: * frenduérunt super me déntibus suis.

Dómine quando respícies? * restítue ánimam meam à malignitâte eórum, à leónibus únicam meam.

Confitêbor tibi in ecclésia magna, * in pópulo gravi laudâbo te.

Non supergáudeant mihi qui adversántur mihi iníquè: * qui odérunt me gratìs & ánnuunt óculis.

Quóniàm mihi quidem pacíficè loquebántur: * & in iracúndia terræ loquéntes, dolos cogitábant.

Et dilatavérunt super me os suum: * dixérunt: Euge, euge, vidérunt óculi nostri.

Vidísti Dómine, ne síleas: * Dómine ne discédas à me.

Exúrge & inténde iudício meo: * Deus meus, & Dóminus meus in causam meam.

Iúdica me secúndùm iustítiam tuam Dómine Deus meus, * & non supergáudeant mihi.

Non dicant in córdibus suis: Euge, euge, ánimæ nostræ: * nec dicant: Devorávimus eum.

Erubéscant & revereántur simul, * qui gratulántur malis meis.

Induántur confusiône & reveréntia * qui magna loquúntur super me.

Exúltent & læténtur qui volunt iustítiam meam: * & dicant semper: Magnificêtur Dóminus, qui volunt pacem servi eius.

Et lingua mea meditábitur iustítiam tuam, * tota die laudem tuam.

### PSALMUS 35.

Dixit iniústus ut delínquat in semetípso: * non est timor Dei ante óculos eius.
Quóniàm dolóse egit in conspéctu eius: * ut inveniâtur iníquitas eius ad ódium.
Verba oris eius iníquitas, & dolus: * nóluit intellígere ut bene ágeret.
Iniquitâtem meditâtus est in cubíli suo: * ástitit omni viæ non bonæ, malítiam autem non odívit.
Dómine in cælo misericórdia tua: * & véritas tua usque ad nubes.
Iustítia tua sicut montes Dei: * iudícia tua abýssus multa.
Hómines,& iuménta salvâbis Dómine: * quemádmodùm multiplicásti misericórdiam tuam Deus.
Fílij autem hóminum,* in tégmine alârum tuârum sperabunt.
Inebriabúntur ab ubertâte domus tuæ: * & torrénte voluptátis tuæ potâbis eos.
Quóniàm apud te est fons vitæ: * & in lúmine tuo vidébimus lumen.
Prætende misericórdiam tuam sciéntibus te,* & iustítiam tuam his, qui recto sunt corde.
Non véniat mihi pes supérbiæ: * & manus peccatóris non móveat me.
Ibi cecidérunt qui operántur iniquitâtem: * expúlsi sunt, nec potuérunt stare.

Antiphona. Expúgna impugnántes me.

Antiphona. Revéla.

### PSALMUS 36.

Noli æmulári in malignántibus: * neque zeláveris faciéntes iniquitâtem.
Quóniàm tamquam fœnum velóciter aréscent: * & quemádmodùm ólera herbârum citò décident.
Spera in Dómino, & fac bonitâtem: * & inhábita terram, & pascéris in divítijs eius.
Delectáre in Dómino: * & dabit tibi petitiónes cordis tui.
Revéla Dómino viam tuam, & spera in eo: * & ipse fáciet.
Et edúcet quasi lumen iustítiam tuam: & iudícium tuum tamquam merídiem: * súbditus esto Dómino, & ora eum.
Noli æmulári in eo, qui prosperátur in via sua: * in hómine faciénte iniustítias.
Désine ab ira,& derelínque furôrem: * noli æmulári ut malignêris.
Quóniàm qui malignántur, exterminabúntur: * sustinéntes autem Dóminum, ipsi hereditábunt terram.
Et adhuc pusíllum, & non erit peccâtor: * & quæres locum eius, & non invénies.
Mansuéti autem hereditábunt terram, * & delectabúntur in multitúdine pacis.
Observâbit peccâtor iustum: * stridêbit super eum déntibus suis.

Dó-



Dóminus autem irridêbit eum:* quóniàm próspicit quòd véniet dies eius.
Gládium evaginavérunt peccatóres: * intendérunt arcum suum,
Ut deíjciant páuperem & ínopem: * ut trucídent rectos corde.
Gládius eôrum intret in corda ipsórum: * & arcus eôrum confringâtur.
Mélius est módicum iusto,* super divítias peccatórum multas.
Quóniàm bráchia peccatórum conteréntur: * confírmat autem iustos Dóminus.
Novit Dóminus dies immaculatórum: * & heréditas eórum in ætérnum erit.
Non confundéntur in témpore malo, & in diébus famis saturabúntur: * quia peccatóres períbunt.
Inimíci verò Dómini mox ut honorificáti fúerint & exaltáti: * deficiéntes, quemádmodùm fumus defícient.
Mutuábitur peccâtor, & non solvet: * iustus autem miserêtur & tríbuet.
Quia benedicéntes ei hereditábunt terram: * maledicéntes autem ei disperíbunt.
Apud Dóminum gressus hóminis dirigéntur: * & viam eius volet.
Cùm cecíderit, non collidêtur: * quia Dóminus suppónit manum suam.
Iúnior fui, étenim sénui: * & non vidi iustum derelíctum, nec semen eius quærens panem.
Tota die miserêtur & cómmodat: * & semen illíus in benedictiône erit.
Declína à malo, & fac bonum: * & inhábita in sæculum sæculi.
Quia Dóminus amat iudícium, & non derelínquet sanctos suos: * in ætérnum conservabúntur.
Iniústi puniéntur: * & semen impiôrum períbit.
Iusti autem hereditábunt terram: * & inhabitábunt in sæculum sæculi super eam.
Os iusti meditábitur sapiéntiam,* & lingua eius loquêtur iudícium.
Lex Dei eius in corde ipsíus: * & non supplantabúntur gressus eius.
Considerat peccâtor iustum: * & quærit mortificâre eum.
Dóminus autem non derelínquet eum in mánibus eius:* nec damnâbit eum cùm iudicábitur illi.
Expécta Dóminum, & custódi viam eius: & exaltâbit te ut hereditâte cápias terram: * cùm períerint peccatóres vidébis.
Vidi ímpium superexaltâtum,* & elevâtum sicut cedros Líbani.
Et transívi, & ecce non erat:* & quæsívi eum, & non est invéntus locus eius.
Custódi innocéntiam, & vide æquitâtem: * quóniàm sunt relíquiæ hómini pacífico.
Iniústi autem disperíbunt simul: * relíquiæ impiôrum interíbunt.
Salus autem iustôrum à Dómino:

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

no: * & protéctor eórum in témpore tribulatiónis.

Et adiuvâbit eos Dóminus, & liberâbit eos: * & éruet eos à peccatôribus, & salvâbit eos: quia speravérunt in eo.

PSALMUS 37.

Domine ne in furôre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Quóniàm sagíttæ tuæ infíxæ sunt mihi: * & confirmásti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea à fácie iræ tuæ: * non est pax óssibus meis à fácie peccatôrum meórum.

Quóniàm iniquitátes meæ supergréssæ sunt caput meum: * & sicut onus grave gravatæ sunt super me.

Putruérunt & corrúptæ sunt cicatríces meæ, * à fácie insipiéntiæ meæ.

Miser factus sum, & curvátus sum usque in finem: * tota die contristâtus ingrediêbar.

Quóniàm lumbi mei impléti sunt illusiónibus: * & non est sánitas in carne mea.

Afflíctus sum, & humiliâtus sum nimis: * rugiêbam à gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desidérium meum: * & gémitus meus à te non est abscónditus.

Cor meum conturbâtum est, derelíquit me virtus mea: * & lumen oculòrum meórum, & ipsum non est mecum.

Amíci mei, & próximi mei * advérsùm me appropinquavérunt, & stetérunt.

Et qui iuxta me erant, de longè stetérunt: * & vim faciébant qui quærébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala mihi, locúti sunt vanitátes: * & dolos tota die meditabántur.

Ego autem tamquam surdus non audiêbam: * & sicut mutus non apériens os suum.

Et factus sum sicut homo non áudiens: * & non habens in ore suo redargutiónes.

Quóniàm in te Dómine sperávi: * tu exáudies me Dómine Deus meus.

Quia dixi: Nequándo supergáudeant mihi inimíci mei: * & dum commovéntur pedes mei, super me magna locúti sunt.

Quóniàm ego in flagélla parâtus sum: * & dolor meus in conspéctu meo semper.

Quóniàm iniquitâtem meam annunciâbo: * & cogitâbo pro peccâto meo.

Inimíci autem mei vivunt, & confirmáti sunt super me: * & multiplicáti sunt qui odérunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahébant mihi: * quóniám sequébar bonitátem.

Ne derelínquas me Dómine Deus meus: * ne discésseris à me.

Inténde in adiutórium meum, * Dómine Deus salûtis meæ.

Antiphona. Revéla Dómino viam tuam.

Per Annum, ℣. Dómine in cælo misericórdia tua. ℟. Et véritas tua usque ad nubes.

In



In Advéntu, ℣. Ex Sion spécies decôris eius. ℟. Deus noster maniféstè véniet.

In Quadragésima, ℣. Ipse liberâvit me de láqueo venántium. ℟. Et à verbo áspero.

Témpore Passiônis, ℣. Erue à frámea Deus ánimam meam. ℟. Et de manu canis únicam meam.

Témpore Paschâli, Antíphona. Allelúia, allelúia, allelúia. ℣. Surréxit Dóminus de sepúlchro, allelúia. ℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.

Pro uno, vel plúribus Martýribus témpore Paschâli. ℣. Sancti & iusti in Dómino gaudête, allelúia. ℟. Vos elègit Deus in hereditâtem sibi, allelúia.

Pro uno Mártyre extrà tempus Paschale, ℣. Glória & honôre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera manuum tuârum.

Pro plúribus Martýribus, ℣. Lætámini in Dómino, & exultâte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Pro Confessôre Pontífice, & non Pontífice, ℣. Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum. ℟. Stolam glóriæ induit eum.

Pro una Sancta, ℣. Specie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procêde, & regna.

## AD LAUDES,

℣. Deus in adiutórium meum inténde. 17.

Témpore Paschâli dicúntur Psalmi & Antíphonæ de Domínica, 18. Capítulum verò, Hymnus, ℣. & Aña. ad Benedictus, ut in Próprio de Témpore. Aliis tempóribus per Annum quando non assignántur própriæ Antíphonæ, dicitur Antíphona. Miserêre.

PSALMUS 50.

Miserêre mei Deus, * secúndùm magnam misericórdiam tuam.

Et secúndùm multitúdinem miseratiónum tuârum, * dele iniquitâtem meam.

Amplìùs lava me ab iniquitâte mea: * & à peccáto meo munda me.

Quóniàm iniquitâtem meam ego cognósco: * & peccâtum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: * ut iustificêris in sermónibus tuis, & vincas cùm iudicâris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum: * & in peccâtis concêpit me mater mea.

Ecce enim veritâtem dilexísti: * incérta, & occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, & mundâbor: * lavâbis me, & super nivem dealbâbor.

Audítui meo dabis gáudium & lætítiam: * & exultábunt ossa humiliâta.

Avérte fáciem tuam à peccâtis meis: * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * & spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua: *

&

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

& spíritum sanctum tuum ne áuferas à me.

Redde mihi lætítiam salutâris tui: * & spíritu principáli confirma me.

Docêbo iníquos vias tuas: * & ímpij ad te convertêntur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salûtis meæ: * & exultâbit lingua mea iustítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: * & os meum annunciâbit laudem tuam.

Quóniàm si voluísses sacrifícium dedíssem útique: * holocáustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulâtus: * cor contrítum, & humiliâtum Deus non despícies.

Benignè fac Dómine in bona voluntâte tua Sion: * ut ædificéntur muri Ierúsalem.

Tunc acceptâbis sacrifícium iustítiæ, oblatiónes, & holocausta: * tunc impónent super altâre tuum vítulos.

Antíphona. Miserêre mei Deus.

Antíphona. Intéllige.

PSALMUS 5.

VErba mea áuribus pércipe Dómine, * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, * Rex meus & Deus meus.

Quóniàm ad te orábo: * Dómine manè exáudies vocem meam.

Manè astábo tibi & vidêbo: * quóniàm non Deus volens iniquitâtem tu es.

Neque habitâbit iuxta te malignus: * neque permanêbunt iniústi ante óculos tuos.

Odísti omnes, qui operántur iniquitâtem: * perdes omnes, qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinum & dolósum abominábitur Dóminus: * ego autem in multitúdine misericórdiæ tuæ.

Introíbo in domum tuam: * adorâbo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in iustítia tua: * propter inimícos meos dírige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniàm non est in ore eôrum véritas: * cor eórum vanum est.

Sepúlchrum patens est guttur eórum, linguis suis dolosè agébant, * iúdica illos Deus.

Décidant à cogitatiónibus suis, secúndum multitúdinem impietâtum eórum expélle eos, * quóniàm irritavérunt te Dómine.

Et læténtur omnes, qui sperant in te, * in ætérnum exultábunt: & habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum, * quóniàm tu benedíces iusto.

Dómine, ùt scuto bonæ voluntâtis tuæ * coronásti nos.

Antíphona. Intéllige clamôrem meum Dómine.

Antíphona. Deus Deus meus ad te de luce vígilo. Psalmus idem ùt suprà. 18.

Antíphona. Convérsus est.

CANTICUM ISAIÆ PROPHETÆ. *Cap.* 12.

COnfitêbor tibi Dómine, quóniàm irâtus es mihi: * convérsus est furor tuus, & consolâtus es me.



Ecce Deus salvâtor meus, * fiduciáliter agam, & non timêbo:

Quia fortitûdo mea, & laus mea Dóminus, * & factus est mihi in salûtem.

Hauriêtis aquas in gáudio de fóntibus salvatóris: * & dicêtis in die illa: Confitémini Dómino, & invocâte nomen eius:

Notas fácite in pópulis adinventiónes eius: * mementóte quóniàm excélsum est nomen eius.

Cantâte Dómino quóniàm magníficè fecit: * annunciâte hoc in univérsa terra.

Exúlta, & lauda habitátio Sion: * quia magnus in médio tui sanctus Israël.

Antíphona. Convérsus est furor tuus Dómine, & consolâtus es me.

Aña. Laudâte Dóminum de cælis. Psalmus idem ùt suprà. 20.

Capitulum sequens dícitur in feriáli Offício, ab Octáva Pentecóstes usque ad Advéntum, & ab Octáva Epiphaníæ usque ad Domínicam primam Quadragésimæ, alijs tempóribus habéntur própria.

CAPITULUM. *Rom.* 13. *d*

NOX præcéssit, dies autem appropinquâvit. Abiiciâmus ergo ópera tenebrárum, & induâmur arma lucis. Sicut in die honéstè ambulêmus.

HYMNUS.

SPlendor patérnæ glóriæ,
De luce lucem próferens,
Lux lucis, & fons lúminis,
Diem dies illúminans:
Verúsque sol illábere,
Micans nitóre pérpeti:
Iubárque sancti Spíritus
Infúnde nostris sénsibus.

Votis vocêmus & Patrem,
Patrem poténtis grátiæ,
Patrem perénnis glóriæ,
Culpam relêget lúbricam.

Confírmet actus strénuos:
Dentes retúndat ínvidi:
Casus secúndet ásperos:
Agénda rectè dírigat.

Mentem gubérnet, & regat:
Sit pura nobis cástitas;
Fides calóre férveat:
Fraudis venêna nésciat.

Christúsque nobis sit cibus,
Potúsque noster sit fides,
Læti bibâmus sóbriam
Profusiônem Spíritus.

Lætus dies hic tránseat:
Pudor sit ùt dilúculum:
Fides velut merídies:
Crepúsculum mens nésciat.

Auróra lucem próvehit,
Cum luce nobis pródeat,
In Patre totus Fílius,
totus in Verbo Pater.

Deo Patri sit glória,
Eiúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, & per omne sæculum.
Amen.

Per Annum, ℣. Repléti sumus manè misericórdia tua. ℟. Exultávimus, & delectâti sumus.

Ad Benedíctus, Antíphona. Benedíctus Dóminus Deus Israël.

In Férijs Advéntus, Quadragésimæ, Quatuor Témporum, & Vigiliârum quæ ieiunántur (ex-

(excépta Vigília Nativitátis Dómini, & Vigília ac Quatuor Tempóribus Pentecóstes) post Antíphonam ad Benedíctus, & in Vésperis ad Magníficat dicúntur sequéntes Preces flexis génibus: alijs tempóribus non dicúntur.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. totum dícitur clara voce, etiam in Vésperis. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℞. Sed líbera nos à malo. ℣. Ego dixi, Dómine miserére mei. ℞. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi. ℣. Convértere Dómine úsquequò. ℞. Et deprecábilis esto super servos tuos. ℣. Fiat misericórdia tua Dómine super nos. ℞. Quemádmodum sperávimus in te. ℣. Sacerdótes tui induántur iustítiam. ℞. Et sancti tui exúltent. ℣. Dómine salvum fac Regem. ℞. Et exáudi nos in die, qua invocavérimus te. ℣. Salvum fac pópulum tuum Dómine, & bénedic hæreditáti tuæ. ℞. Et rege eos, & extólle illos usque in ætérnum. ℣. Meménto congregatiónis tuæ. ℞. Quam possedísti ab inítio. ℣. Fiat pax in virtúte tua. ℞. Et abundántia in túrribus tuis. ℣. Orémus pro fidélibus defúnctis. ℞. Réquiem ætérnam dona eis Dómine, & lux perpétua lúceat eis. ℣. Requiéscant in pace. ℞. Amen. ℣. Pro frátribus nostris abséntibus. ℞. Salvos fac servos tuos, Deus meus sperántes in te. ℣. Pro afflíctis & captívis. ℞. Líbera eos Deus Israël ex ómnibus tribulatiónibus suis. ℣. Mitte eis Dómine auxílium de sancto. ℞. Et de Sion tuére eos. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℞. Et clamor meus ad te véniat.

Deindè dícitur Psalmus. De profúndis. qui infrà habétur in Vésperis Fériæ quartæ; 135. & in fine Glória Patri. in Vésperis eius loco dícitur Psalmus. Miserére. 59. Finito Psalmo dícitur, ℣. Dómine Deus virtútum convérte nos. ℞. Et osténde fáciem tuam, & salvi érimus. ℣. Exúrge Christe, ádiuva nos. ℞. Et líbera nos propter nomen tuum. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℞. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spíritu tuo.

Deindè dícitur Orátio própria.

Et quando in feriáli Officio fiunt Commemoratiónes commúnes de sancta Maria, de Apóstolis & de Pace, ante eas tam in Láudibus, quàm in Vésperis fit sequens Commemorátio de Cruce.

Antíphona. Per signum Crucis de inimícis nostris, líbera nos Deus noster. ℣. Omnis terra adóret te, & psallat tibi. ℞. Psalmum dicat nómini tuo Dómine.

Orémus. Orátio.

Perpétua nos, quǽsumus Dómine, pace custódi: quos per lignum sanctæ Crucis redímere dignátus es.

Quæ Commemorátio de Cruce fit étiam, quando non dicúntur Preces in feriáli tantum Officio.

Tém-



Témpore Paschali fit ália commemorátio de Cruce, quæ habétur féria secúnda post Domínicam in Albis omissis alijs Commemoratiónibus, ùt suprà.

## FERIA TERTIA
### Ad Matutinum.

Invitator. Iubilémus Deo,* Salutári nostro. Psalmus. Venite, exultémus. ùt suprà. 2.

### Hymnus.

Consors Patérni lúminis,
Lux ipse lucis, & dies,
Noctem canéndo rúmpimus,
Assíste postulántibus.
Aufer ténebras méntium:
Fuga catérvas dǽmonum:
Expélle somnoléntiam,
Ne pigritántes óbruat.
Sic Christe nobis ómnibus,
Indúlgeas credéntibus,
Ut prosit exorántibus,
Quod præcinéntes psállimus.
Præsta, Pater píissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sǽculum.
Amen.

Antíphona. Ut non delínquam.

Témpore Paschali, Antíphona. Allelúia.

### Psalmus 38.

Dixi: Custódiam vias meas: * ut non delínquam in lingua mea.

Pósui ori meo custódiam, * cùm consísteret peccátor advérsùm me.

Obmútui, & humiliàtus sum, & sílui à bonis: * & dolor meus renovátus est.

Concáluit cor meum intra me: * & in meditatióne mea exardéscet ignis.

Locútus sum in lingua mea: * Notum fac mihi Dómine finem meum,

Et númerum diérum meórum quis est? * ut sciam quid desit mihi.

Ecce mensurábiles posuísti dies meos: * & substántia mea tamquam níhilum ante te.

Verúmtamen univérsa vánitas, * omnis homo vivens.

Verúmtamen in imágine pertránsit homo: * sed & frustrà conturbátur.

Thesaurizat: * & ignórat cui congregábit ea.

Et nunc quæ est expectátio mea? nónne Dóminus? * & substántia mea apud te est.

Ab ómnibus iniquitátibus meis érue me: * oppróbrium insipiénti dedísti me.

Obmútui, & non apérui os meum, quóniàm tu fecísti: * ámove à me plagas tuas.

A fortitúdine manus tuæ ego defécì in increpatiónibus: * propter iniquitátem corripuísti hóminem.

Et tabéscere fecísti sicut aráneam ánimam eius: * verúmtamen vanè conturbátur omnis homo.

Exáudi oratiónem meam Dómine, & deprecatiónem meam: * áuribus pércipe lácrymas meas.

Ne síleas: quóniàm ádvena ego sum apud te, & peregrinus,

(excépta Vigília Nativitátis Dómini, & Vigília ac Quatuor Tempóribus Pentecóstes) post Antíphonam ad Benedíctus, & in Vésperis ad Magníficat dicúntur sequéntes Preces flexis génibus: alijs tempóribus non dicúntur.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. totum dícitur clara voce, etiam in Vésperis. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo. ℣. Ego dixi, Dómine miserére mei. ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi. ℣. Convértere Dómine úsquequò. ℟. Et deprecábilis esto super servos tuos. ℣. Fiat misericórdia tua Dómine super nos. ℟. Quemádmodùm sperávimus in te. ℣. Sacerdótes tui induántur iustítiam. ℟. Et sancti tui exúltent. ℣. Dómine salvum fac Regem. ℟. Et exáudi nos in die, qua invocavérimus te. ℣. Salvum fac pópulum tuum Dómine, & bénedic hæreditáti tuæ. ℟. Et rege eos, & extólle illos usque in ætérnum. ℣. Meménto congregatiónis tuæ. ℟. Quam possedísti ab inítio. ℣. Fiat pax in virtúte tua. ℟. Et abundántia in túrribus tuis. ℣. Orémus pro fidélibus defúnctis. ℟. Réquiem ætérnam dona eis Dómine, & lux perpétua lúceat eis. ℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen. ℣. Pro frátribus nostris abséntibus. ℟. Salvos fac servos tuos, Deus meus sperántes in te. ℣. Pro afflíctis & captívis. ℟. Líbera eos Deus Israël ex ómnibus tribulatiónibus suis. ℣. Mitte eis Dómine auxílium de sancto. ℟. Et de Sion tuére eos. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat.

Deindè dícitur Psalmus. De profúndis. qui infrà habétur in Vésperis Fériæ quartæ; 135. & in fine Glória Patri. in Vésperis eius loco dícitur Psalmus. Miserére. 59. Finito Psalmo dícitur, ℣. Dómine Deus virtútum convérte nos. ℟. Et osténde fáciem tuam, & salvi érimus. ℣. Exúrge Christe, ádiuva nos. ℟. Et líbera nos propter nomen tuum. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Deindè dícitur Orátio própria.

Et quando in feriáli Officio fiunt Commemoratiónes commúnes de sancta María, de Apóstolis & de Pace, ante eas tam in Láudibus, quàm in Vésperis fit sequens Commemorátio de Cruce.

Antíphona. Per signum Crucis de inimícis nostris, líbera nos Deus noster. ℣. Omnis terra adóret te, & psallat tibi. ℟. Psalmum dicat nómini tuo Dómine.

Orémus. Orátio.

Perpétua nos, quǽsumus Dómine, pace custódi: quos per lignum sanctæ Crucis redímere dignátus es.

Quæ Commemorátio de Cruce fit etiam, quando non dicúntur Preces in feriáli tantum Officio.

Tem-



Témpore Paschháli fit ália commemorátio de Cruce, quæ habétur féria secúnda post Domínicam in Albis omissis alijs Commemoratiónibus, ùt suprà.

## FERIA TERTIA

### Ad Matutínum.

Invitator. Iubilémus Deo,* Salutári nostro. Psalmus. Veníte, exultémus. ùt suprà. 2.

### Hymnus.

Consors Patérni lúminis,
Lux ipse lucis, & dies,
Noctem canéndo rúmpimus,
Assíste postulántibus.

Aufer tenébras méntium:
Fuga catérvas dæmonum:
Expélle somnoléntiam,
Ne pigritántes óbruat.

Sic Christe nobis ómnibus,
Indúlgeas credéntibus,
Ut prosit exorántibus,
Quod præcinéntes psállimus,

Præsta, Pater pijssime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sǽculum.
Amen.

Antíphona. Ut non delínquam.

Témpore Paschháli, Antíphona. Allelúia.

### Psalmus 38.

Dixi: Custódiam vias meas: * ut non delínquam in lingua mea.

Posui ori meo custódiam, * cùm consísteret peccátor advérsùm me.

Obmútui, & humiliátus sum, & sílui à bonis: * & dolor meus renovátus est.

Concáluit cor meum intra me: * & in meditatióne mea exardéscet ignis.

Locútus sum in lingua mea: * Notum fac mihi Dómine finem meum,

Et númerum diérum meórum quis est? * ut sciam quid desit mihi.

Ecce mensurábiles posuísti dies meos: * & substántia mea tamquam níhilum ante te.

Verùmtamen univérsa vánitas, * ómnis homo vivens.

Verùmtamen in imágine pertránsit homo: * sed & frustrà conturbátur.

Thesaurizat: * & ignórat cui congregábit ea.

Et nunc quæ est expectátio mea? nónne Dóminus? * & substántia mea apud te est.

Ab ómnibus iniquitátibus meis érue me: * oppróbrium insipiénti dedísti me.

Obmútui, & non apérui os meum, quóniàm tu fecísti: * ámove à me plagas tuas.

A fortitúdine manus tuæ ego deféci in increpatiónibus: * propter iniquitátem corripuísti hóminem.

Et tabéscere fecísti sicut aráneam ánimam eius: * verùmtamen vanè conturbátur omnis homo.

Exáudi oratiónem meam Dómine, & deprecatiónem meam: * áuribus pércipe lácrymas meas.

Ne síleas: quóniàm ádvena ego sum apud te, & peregrinus,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nus, * sicut omnes patres mei.

Remítte mihi, ut refrígerer prius quàm ábeam, * & ámpliùs non ero.

### Psalmus 39

Expéctans expectávi Dóminum, * & inténdit mihi.

Et exaudívit preces meas: * & edúxit me de lacu misériæ, & de luto fæcis.

Et státuit super petram pedes meos: * & diréxit gressus meos.

Et immísit in os meum cánticum novum, * carmen Deo nostro.

Vidébunt multi, & timébunt: * & sperábunt in Dómino.

Beátus vir, cuius est nomen Dómini spes eius: * & non respéxit in vanitátes & insánias falsas.

Multa fecísti tu Dómine Deus meus mirabília tua: * & cogitatiónibus tuis non est qui símilis sit tibi.

Annunciávi & locútus sum: * multiplicáti sunt super númerum.

Sacrifícium & oblatiónem noluísti: * aures autem perfecísti mihi.

Holocáustum & pro peccáto non postulásti: * tunc dixi: Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me ut fácerem voluntátem tuam: * Deus meus vólui, & legem tuam in médio cordis mei.

Annunciávi iustítiam tuam in ecclésia magna, * ecce lábia mea non prohibébo: Dómine tu scisti.

Iustítiam tuam non abscóndi in corde meo: * veritátem tuam & salutáre tuum dixi.

Non abscóndi misericórdiam tuam, & veritátem tuam * à concílio multo.

Tu autem Dómine ne longè fácias miseratiónes tuas à me: * misericórdia tua & véritas tua semper suscepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est númerus: * comprehendérunt me iniquitátes meæ, & non pótui ut vidérem.

Multiplicátæ sunt super capíllos cápitis mei: * & cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi Dómine ut éruas me: * Dómine, ad adiuvándum me réspice.

Confundántur & revereántur simul, qui quærunt ánimam meam, * ut áuferant eam.

Convertántur retrórsùm, & revereántur * qui volunt mihi mala.

Ferant conféstim confusiónem suam, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exúltent & læténtur super te omnes quæréntes te: * & dicant semper: Magnificétur Dóminus: qui díligunt salutáre tuum.

Ego autem méndicus sum, & pauper: * Dóminus sollícitus est mei.

Adiútor meus, & protéctor meus tu es: * Deus meus ne tardáveris.

Antíphona. Ut non delínquam in lingua mea.

An-



Antíphona. Sana.

### Psalmus 40.

Beátus qui intélligit super egénum, & páuperem: * in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus consérvet eum, & vivíficet eum, & beátum fáciat eum in terra: * & non tradat eum in ánimam inimicórum eius.

Dóminus opem ferat illi super lectum dolóris eius: * univérsum stratum eius versásti in infirmitáte eius.

Ego dixi: Dómine miserére mei: * sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi: * Quando moriétur, & períbit nomen eius?

Et si ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur, * cor eius congregávit iniquitátem sibi.

Egrediebátur foras, * & loquebátur in idípsum.

Advérsùm me susurrábant omnes inimíci mei: * advérsùm me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum constituérunt advérsùm me: * Numquid qui dormit non adjíciet ut resúrgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo sperávi: * qui edébat panes meos, magnificávit super me supplantatiónem.

Tu autem Dómine miserére mei, & resúscita me: * & retríbuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluísti me: * quóniam non gaudébit inimícus meus super me.

Me autem propter innocéntiam suscepísti: * & confirmásti me in conspéctu tuo in ætérnum.

Benedíctus Dóminus Deus Israël à sǽculo, & usque in sǽculum: * fiat, fiat.

### Psalmus 41.

Quemádmodùm desíderat cervus ad fontes aquárum: * ità desíderat ánima mea ad te Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum: * quando véniam & apparébo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte: * dum dícitur mihi quotídie: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordátus sum, & effúdi in me ánimam meam: * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei:

In voce exultatiónis, & confessiónis: * sonus epulántis.

Quare tristis es ánima mea? * & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * salutáre vultus mei, & Deus meus.

Ad meípsum ánima mea conturbáta est: * proptéreà memor ero tui de terra Iordánis, & Hermóniim à monte módico.

Abýssus abýssum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélsa tua, & fluctus tui * super me transiérunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam: * & nocte cánticum eius.

Apud me orátio Deo vitæ meæ,* dicam Deo: Suscéptor meus es,

Quare oblítus es mei? * & quare contristátus incédo, dum affligit me inimícus?

Dum confringúntur ossa mea,* exprobravérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei:

Dum dicunt mihi per síngulos dies: Ubi est Deus tuus? * quare tristis es ánima mea? & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniàm adhuc confitébor illi:* salutáre vultus mei, & Deus meus.

Antiphona. Sana Dómine ánimam meam, quia peccávi tibi.

Antiphona. Eructávit.

### Psalmus 43.

Deus áuribus nostris audívimus:* patres nostri annunciavérunt nobis.

Opus, quod operátus es in diébus eórum: * & in diébus antíquis.

Manus tua gentes dispérdidit, & plantásti eos: * afflixísti pópulos, & expulísti eos:

Nec enim in gládio suo possedérunt terram, * & bráchium eórum non salvávit eos:

Sed déxtera tua, & bráchium tuum,& illuminátio vultus tui:* quóniàm complacuísti in eis.

Tu es ipse Rex meus & Deus meus, * qui mandas salútes Iacob.

In te inimícos nostros ventilábimus cornu, * & in nómine tuo spernémus insurgéntes in nobis.

Non enim in arcu meo sperábo: * & gládius meus non salvábit me.

Salvásti enim nos de affligéntibus nos: * & odiéntes nos confudísti.

In Deo laudábimur tota die : * & in nómine tuo confitébimur in sæculum.

Nunc autem repulísti & confudísti nos: * & non egrediéris Deus in virtútibus nostris.

Avertísti nos retrórsùm post inimícos nostros: * & qui odérunt nos, diripiébant sibi.

Dedísti nos tamquàm oves escárum : * & in géntibus dispersísti nos.

Vendidísti pópulum tuum sine prétio : * & non fuit multitúdo in commutatiónibus eórum.

Posuísti nos oppróbrium vicínis nostris, * subsannatiónem & derísum his, qui sunt in circúitu nostro.

Posuísti nos in similitúdinem Géntibus: * commotiónem cápitis in pópulis.

Tota die verecúndia mea contra me est, * & confúsio faciéi meæ coopéruit me.

A voce exprobrántis, & obloquéntis : * à fácie inimíci, & persequéntis.

Hæc ómnia venérunt super nos, nec oblíti sumus te: * & iníque non égimus in testaménto tuo.

Et non recéssit retrò cor nostrum : * & declinásti sémitas nostras à via tua:

Quóniàm humiliásti nos in loco afflictiónis, * & coopéruit nos umbra mortis.

Si oblíti sumus nomen Dei nostri, * & si expándimus manus nostras ad Deum aliénum:



Nonne Deus requíret ista? * ipse enim novit abscóndita cordis.

Quóniàm propter te mortificámur tota die: * æstimáti sumus sicut oves occisiónis.

Exúrge, quare obdórmis Dómine? * exúrge, & ne repéllas in finem.

Quare fáciem tuam avértis, * oblivísceris inópiæ nostræ & tribulatiónis nostræ?

Quóniàm humiliáta est in púlvere ánima nostra:* conglutinátus est in terra venter noster.

Exúrge Dómine, ádiuva nos : * & rédime nos propter nomen tuum.

### Psalmus 44.

Eructávit cor meum verbum bonum: * dico ego ópera mea regi.

Lingua mea cálamus scribæ, * velóciter scribéntis.

Speciósus forma præ filijs hóminum, diffúsa est grátia in lábijs tuis : * proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Accíngere gládio tuo super femur tuum, * potentíssimè,

Spécie tua & pulchritúdine tua * inténde, prósperè procéde, & regna,

Propter veritátem & mansuetúdinem, & iustítiam: * & dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

Sagíttæ tuæ acútæ, pópuli sub te cadent, * in corda inimicórum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi: * virga directiónis virga regni tui.

Dilexísti iustítiam, & odísti iniquitátem: * proptéreà unxit te Deus, Deus tuus óleo lætítiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cásia à vestiméntis tuis, à dómibus ebúrneis: * ex quibus delectavérunt te fíliæ regum in honóre tuo.

Astitit regína à dextris tuis in vestítu deauráto : * circúmdata varietáte.

Audi fília, & vide, & inclína aurem tuam:* & obliviscere pópulum tuum, & domum pátris tui.

Et concupíscet rex decórem tuum: * quóniàm ipse est Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum.

Et fíliæ Tyri in munéribus * vultum tuum deprecabúntur: omnes dívites plebis.

Omnis glória eius fíliæ regis ab intus, * in fimbrijs áureis circumamícta varietátibus.

Adducéntur regi vírgines post eam: * próximæ eius afferéntur tibi.

Afferéntur in lætítia & exultatióne: * adducéntur in templum Regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi filij: * constítues eos príncipes super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui * in omni generatióne & generatiónem.

Proptéreà pópuli confitebúntur tibi in ætérnum: * & in sæculum sæculi.

Antiphona. Eructávit cor meum verbum bonum.

Antiphona. Adiútor.

### PSALMUS 45.

DEus noster refúgium, & virtus: * adiútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis.

Proptéreà non timébimus dum turbábitur terra: * & transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, & turbátæ sunt aquæ eórum: * conturbáti sunt montes in fortitúdine eius.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio eius, non commovébitur: * adiuvábit eam Deus manè dilúculo.

Conturbátæ sunt gentes, & inclináta sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobíscum: * suscéptor noster Deus Iacob.

Venite, & vidéte ópera Dómini, quæ pósuit prodígia super terram: * áuferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confringet arma: * & scuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniàm ego sum Deus: * exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíscum: * suscéptor noster Deus Iacob.

### PSALMUS 46.

OMnes Gentes pláudite mánibus: * iubiláte Deo in voce exultatiónis.

Quóniàm Dóminus excélsus, terríbilis: * Rex magnus super omnem terram.

Subiécit pópulos nobis: * & gentes sub pédibus nostris.

Elégit nobis hereditátem suam: * spéciem Iacob, quam diléxit.

Ascéndit Deus in iúbilo: * & Dóminus in voce tubæ.

Psállite Deo nostro, psállite: * psállite Regi nostro, psállite.

Quóniàm Rex omnis terræ Deus: * psállite sapiénter.

Regnábit Deus super gentes: * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Príncipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham: * quóniàm dij fortes terræ veheménter eleváti sunt.

Antiphona. Adiútor in tribulatiónibus.

Antiphona. Magnus Dóminus.

### PSALMUS 47.

MAgnus Dóminus, & laudábilis nimis * in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius.

Fundátur exultatióne univérsæ terræ mons Sion,* látera Aquilónis, cívitas Regis magni.

Deus in dómibus eius cognoscétur, * cùm suscípiet eam.

Quóniàm ecce reges terræ congregáti sunt: * convenérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, conturbáti sunt, commóti sunt: * tremor apprehéndit eos.

Ibi dolóres ut parturiéntis, * in spíritu veheménti cónteres naves Tharsis.

Sicut audívimus, sic vídimus in ci-



civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei nostri: * Deus fundávit eam in ætérnum.

Suscépimus Deus misericórdiam tuam, * in médio templi tui.

Secúndùm nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ: * iustítia plena est déxtera tua.

Lætétur mons Sion, & exúltent fíliæ Iudæ, * propter iudícia tua Dómine.

Circúmdate Sion, & complectímini eam: * narráte in túrribus eius.

Pónite corda vestra in virtúte eius: * & distribúite domos eius, ut enarrétis in progénie áltera.

Quóniàm hic est Deus, Deus noster in ætérnum, & in sǽculum sǽculi: * ipse reget nos in sǽcula.

### PSALMUS 48.

AUdite hæc omnes Gentes: * áuribus percípite omnes, qui habitátis orbem:

Quique terrígenæ, & fílij hóminum: * simul in unum dives & pauper.

Os meum loquétur sapiéntiam: * & meditátio cordis mei prudéntiam.

Inclinábo in parábolam aurem meam: * apériam in psaltério propositiónem meam.

Cur timébo in die mala? * iníquitas calcánei mei circúmdabit me:

Qui confídunt in virtúte sua: * & in multitúdine divitiárum suárum gloriántur.

Frater non rédimit, rédimet homo: * non dabit Deo placatiónem suam.

Et prétium redemptiónis ánimæ suæ: * & laborábit in ætérnum, & vivet adhuc in finem.

Non vidébit intéritum, cùm víderit sapiéntes moriéntes: * simul insípiens, & stultus períbunt.

Et relínquent aliénis divítias suas: * & sepúlchra eórum domus illórum in ætérnum.

Tabernácula eórum in progénie & progénie: * vocavérunt nómina sua in terris suis.

Et homo, cùm in honóre esset, non intelléxit: * comparátus est iuméntis insipiéntibus, & símilis factus est illis.

Hæc via illórum scándalum ipsis: * & posteà in ore suo complacébunt.

Sicut oves in inférno pósiti sunt: * mors depáscet eos.

Et dominabúntur eórum iusti in matutino: * & auxílium eórum veteráscet in inférno à glória eórum.

Verúmtamen Deus rédimet ánimam meam de manu ínferi, * cùm accéperit me.

Ne timúeris cùm dives factus fúerit homo: * & cùm multiplicáta fúerit glória domus eius.

Quóniàm cùm interíerit, non sumet ómnia: * neque descéndet cum eo glória eius.

Quia ánima eius in vita ipsíus benedicétur: * confitébitur tibi cùm benefeceris ei.

Introíbit usque in progénies patrum suórum: * & usque in ætérnum non vidébit lumen.

Homo, cùm in honôre esset, non intelléxit: * comparâtus est iuméntis insipiéntibus, & símilis factus est illis.

Antíphona. Magnus Dóminus, & laudábilis nimis.

Antíphona. Deus deórum.

PSALMUS 49.

DEus deórum Dóminus locútus est: * & vocávit terram.

A solis ortu usque ad occásum: * ex Sion spécies decóris eius.

Deus manifésté véniet: * Deus noster & non silébit.

Ignis in conspéctu eius exardéscet: * & in circúitu eius tempéstas válida.

Advocábit cælum desúrsùm: * & terram discérnere pópulum suum.

Congregâte illi sanctos eius: * qui ordinant testaméntum eius super sacrifícia.

Et annunciábunt cæli iustítiam eius: * quóniàm Deus iudex est.

Audi pópulus meus, & loquar: Israël, & testificâbor tibi: * Deus Deus tuus ego sum.

Non in sacrifíciis tuis árguam te: * holocáusta autem tua in conspéctu meo sunt semper.

Non accípiam de domo tua vítulos: * neque de grégibus tuis hircos.

Quóniàm meæ sunt omnes feræ silvárum, * iuménta in móntibus & boves.

Cognóvi ómnia volatília cæli: * & pulchritúdo agri mecum est.

Si esuríero, non dicam tibi: * meus est enim orbis terræ, & plenitúdo eius.

Numquid manducâbo carnes taurórum? * aut sánguinem hircórum potábo?

Immola Deo sacrifícium laudis: * & redde Altíssimo vota tua.

Et ínvoca me in die tribulatiónis: * éruam te, & honorificábis me.

Peccatóri autem dixit Deus: * Quare tu enárras iustítias meas, & assúmis testaméntum meum per os tuum?

Tu verò odísti disciplínam: * & proiecísti sermónes meos retrorsùm:

Si vidébas furem, currébas cum eo: * & cum adúlteris portiónem tuam ponébas.

Os tuum abundávit malítia: * & lingua tua concinnábat dolos.

Sedens advérsùs fratrem tuum loquebâris, & adversùs fílium matris tuæ ponébas scándalum: * hæc fecísti, & tácui.

Existimásti iniquè quòd ero tui símilis: * árguam te, & státuam contra fáciem tuam.

Intellígite hæc qui obliviscímini Deum: * nequándo rápiat, & non sit qui erípiat.

Sacrifícium laudis honorificábit me: * & illic iter, quo osténdam illi salutáre Dei.

PSALMUS 51.

QUid gloriáris in malítia, * qui potens es in iniquitáte?

Tota die iniustítiam cogitávit lingua tua: * sicut novácula acúta fecísti dolum.

Dilexísti malítiam super benignitâtem: * iniquitâtem magis quàm loqui æquitâtem.



Dilexísti ómnia verba præcipitatiónis, * lingua dolósa.

Proptéreà Deus déstruet te in finem, * evéllet te, & emigrábit te de tabernáculo tuo: & radícem tuam de terra vivéntium.

Vidébunt iusti, & timébunt, & super eum ridébunt, & dicent: * ecce homo, qui non pósuit Deum adiutórem suum:

Sed sperávit in multitúdine divitiárum suárum: * & prævaluit in vanitáte sua.

Ego autem, sicut oliva fructífera in domo Dei, * sperávi in misericórdia Dei in ætérnum: & in sæculum sæculi.

Confitêbor tibi in sæculum quia fecísti: * & expectâbo nomen tuum, quóniàm bonum est in conspéctu sanctórum tuórum.

Antíphona. Deus deórum Dóminus locútus est.

Per Annum, ℣. Immola Deo sacrifícium laudis. ℟. Et redde Altíssimo vota tua.

In Advéntu, ℣. Emítte Agnum Dómine Dominatórem terræ. ℟. De petra desérti ad montem fíliæ Sion.

In Quadragésima, ℣. Scápulis suis obumbrâbit tibi. ℟. Et sub pennis eius sperábis.

Témpore Passiónis, ℣. De ore leónis líbera me Dómine. ℟. Et à córnibus unicórnium humilitátem meam.

Témpore Paschâli, Antíphona. Allelúia, allelúia, allelúia. ℣. Surréxit Dóminus verè, allelúia. ℟. Et appáruit Simóni allelúia.

Pro uno, vel plúribus Martýribus témpore Paschali, ℣. Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine, allelúia. ℟. Et ætérnitas témporum, allelúia.

Pro uno Mártyre extra tempus Paschále, ℣. Posuísti Dómine super caput eius. ℟. Corónam de lápide pretióso.

Pro plúribus Martýribus, ℣. Exúltent iusti in conspéctu Dei. ℟. Et delecténtur in lætítia.

Pro Confessôre Pontífice, ℣. Elégit eum Dóminus sacerdótem sibi. ℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

Pro Confessôre non Pontífice, ℣. Os iusti meditábitur sapiéntiam. ℟. Et lingua eius loquêtur iudícium.

Pro una Sancta, ℣. Adiuvábit eam Deus vultu suo. ℟. Deus in médio eius, non commovébitur.

AD LAUDES.

Antíphona. Dele Dómine iniquitátem meam. Psalmus. Miserére mei. ut supra. 59.

Antíphona. Salutáre.

PSALMUS 42.

IUdica me Deus, & discérne causam meam de gente non sancta, * ab hómine iníquo, & dolóso érue me.

Quia tu es Deus fortitúdo mea: * quare me repulísti? & quare tristis incédo, dum afflígit me inimícus?

Emítte lucem tuam & veritátem tuam: * ipsa me deduxérunt, & adduxérunt in montem sanctum tuum, & in tabernácula tua.



ALERE FLAMMAM VERITATIS UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS UANL ®

Et introibo ad altâre Dei : * ad Deum, qui lætíficat iuventûtem meam.

Confitêbor tibi in cíthara Deus Deus meus : * quare tristis es ánima mea? & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniàm adhuc confitêbor illi : * salutâre vultus mei, & Deus meus.

Antiphona. Salutâre vultus mei, & Deus meus.

Antiphona. Ad te de luce vígilo Deus.

Psalmus. Deus Deus meus 18.

Antiphona. Cunctis diêbus.

## CANTICUM EZECHIÆ.

*Isaiæ 38. b*

EGO dixi : In dimídio diêrum meorum * vadam ad portas ínferi.

Quæsivi resíduum annôrum meorum. * Dixi : Non vidêbo Dominum Deum in terra vivéntium.

Non aspíciam hóminem ultrà, * & habitatórem quiêtis.

Generátio mea abláta est, & convoluta est à me, * quasi tabernáculum pastórum:

Præcisa est velut à texénte, vita mea : dum adhuc ordírer, succidit me: * de manè usque ad vésperam finies me.

Sperâbam usque ad manè, * quasi leo sic contrîvit ómnia ossa mea:

De manè usque ad vésperam finies me : * sicut pullus hirúndinis sic clamâbo, meditâbor ùt columba:

Attenuáti sunt óculi mei, * suspiciéntes in excélsum:

Dómine vim pátior, respónde pro me. * Quid dicam, aut quid respondêbit mihi, cùm ipse fécerit?

Recogitàbo tibi omnes annos meos * in amaritúdine ánimæ meæ.

Dómine si sic vívitur, & in tálibus vita spíritus mei, corrípies me, & vivificâbis me. * Ecce in pace amaritûdo mea amaríssima:

Tu autem eruísti ánimam meam ut non períret, * proiecísti post tergum tuum ómnia peccáta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi, neque mors laudâbit te : * non expectâbunt qui descéndunt in lacum, veritâtem tuam.

Vivens vivens ipse confitébitur tibi, sicut & ego hódiè : * pater filijs notam fáciet veritâtem tuam.

Dómine salvum me fac, * & psalmos nostros cantábimus cunctis diêbus vitæ nostræ in domo Dómini.

Antiphona. Cunctis diêbus vitæ nostræ salvos nos fac Dómine.

Antiphona. Omnes Angeli eius laudâte Dóminum de cælis.

Psalmus. Laudâte Dóminum de cælis. 20.

CAPITULUM. *Rom. 13. b*

NOX præcéssit, dies autem appropinquâvit. Abjiciâmus ergo ópera tenebrârum, & induâmur arma lucis. Sicut in die honéstè ambulêmus.

HYM-



HYMNUS.

ALes diéi núncius,
Lucem propínquam præcinit:
Nos excitâtor méntium
Iam Christus ad vitam vocat.
Auférte, clamat, léctulos,
Ægro sopore désides,
Castíque, recti, ac sóbrij
Vigilâte : iam sum próximus.
Iesum ciâmus vócibus,
Flentes, precántes, sóbrij:
Inténta supplicátio
Dormire cor mundum vetat.
Tu Christe somnum discute:
Tu rumpe noctis víncula:
Tu solve peccâtum vetus,
Novúmque lumen íngere.
Deo Patri sit glória,
Eiúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, & per omne sæculum.
Amen.

℣. Repléti sumus manè misericórdia tua. ℟. Exultávimus, & delectáti sumus.

Ad Benedictus, Antíphona.

Eréxit nobis Dóminus cornu salûtis in domo David púeri sui.

Preces quando dicúntur habéntur suprà in Féria ii. 62.

# FERIA QUARTA

## Ad Matutinum.

Invitatórium. In manu tua Dómine, * Omnes fines terræ.

Psalmus. Venîte, exultêmus. 2.

HYMNUS.

RErum Creâtor óptime,
Rectórque noster áspice:
Nos à quiête nóxia
Mersos sopôre líbera.
Te, sancte Christe, póscimus,
Ignósce culpis ómnibus:
Ad confiténdum súrgimus,
Morásque noctis rúmpimus.
Mentes manúsque tóllimus,
Prophêta sicut nóctibus
Nobis geréndum præcipit,
Paulúsque gestis cénsuit.
Vides malum, quod fécimus:
Occúlta nostra pándimus:
Preces geméntes fúndimus:
Dimítte quod peccávimus.
Præsta, Pater pijssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito,
Regnans per omne sæculum.
Amen.

Antiphona. Avértit Dóminus.

Tempore Paschâli, Antíphona. Allelúia.

## PSALMUS 52.

DIxit insípiens in corde suo : * Non est Deus.

Corrúpti sunt, & abominábiles facti sunt in iniquitâtibus : * non est qui fáciat bonum.

Deus de cælo prospéxit super filios hóminum : * ut vídeat si est intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, simul inútiles facti sunt: * non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Nónne scient omnes qui operántur iniquitâtem, * qui dévorant plebem meam ùt cibum panis?

Deum non invocavérunt: * illic trepidavérunt timôre, ubi non erat timor.

Quó-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Quóniàm Deus dissipâvit ossa eórum qui homínibus placent:* confúsi sunt, quóniàm Deus sprevit eos.

Quis dabit ex Sion salutâre Isráël? * cùm convérterit Deus captivitâtem plebis suæ, exultâbit Iacob, & lætábitur Israël.

## PSALMUS 54.

Exáudi Deus oratiônem meam, & ne despéxeris deprecatiônem meam: * inténde mihi, & exáudi me.

Contristâtus sum in exercitatióne mea: * & conturbâtus sum à voce inimíci, & à tribulatióne peccatóris.

Quóniàm declinavérunt in me iniquitâtes: * & in ira molésti erant mihi.

Cor meum conturbatum est in me: * & formído mortis cécidit super me.

Timor & tremor venérunt super me: * & contexérunt me ténebræ:

Et dixi: Quis dabit mihi pennas sicut colúmbæ, * & volâbo, & requiéscam?

Ecce elongávi fúgiens: * & mansi in solitúdine.

Expectâbam eum, qui salvum me fecit * à pusillanimitâte spíritus, & tempestâte.

Præcipita Dómine, dívide linguas eórum: * quóniàm vidi iniquitâtem, & contradictiônem in civitâte.

Die ac nocte circúmdabit eam super muros eius iníquitas: * & labor in médio eius, & iniustítia.

Et non defécit de platéis eius * usúra, & dolus.

Quóniàm si inimícus meus maledixísset mihi, * sustinuíssem útique.

Et si is, qui óderat me, super me magna locútus fuísset: * abscondíssem me forsitan ab eo.

Tu verò homo unánimis: * dux meus, & notus meus:

Qui simul mecum dulces capiébas cibos: * in domo Dei ambulávimus cum consénsu.

Véniat mors super illos: * & descéndant in inférnum vivéntes:

Quóniàm nequítiæ in habitáculis eórum: * in médio eórum.

Ego autem ad Deum clamávi: * & Dóminus salvâbit me.

Véspere, & manè, & merídie narrâbo & annunciâbo: * & exáudiet vocem meam.

Rédimet in pace ánimam meam ab his, qui appropinquant mihi: * quóniàm inter multos erant mecum.

Exáudiet Deus, & humiliâbit illos, * qui est ante sǽcula.

Non enim est illis commutátio, & non timuérunt Deum: * exténdit manum suam in retribuéndo.

Contaminavérunt testaméntum eius, divísi sunt ab ira vultus eius: * & appropinquâvit cor illíus.

Mollíti sunt sermónes eius super óleum: * & ipsi sunt iácula.

Iacta super Dóminum curam tuam, & ipse te enútriet: * non dabit in ætérnum fluctuatiônem iusto.

Tu



Tu verò Deus dedúces eos, * in púteum intéritus.

Viri sánguinum, & dolósi non dimidiábunt dies suos: * ego autem sperâbo in te Dómine.

Antíphona. Avérte Dóminus captivitâtem plebis suæ.

Antíphona. Quóniàm.

## PSALMUS 55.

Miserêre mei Deus, quóniàm conculcâvit me homo: * tota die impúgnans tribulâvit me.

Conculcavérunt me inimíci mei tota die: * quóniàm multi bellántes advérsùm me.

Ab altitúdine diéi timêbo: * ego verò in te sperâbo.

In Deo laudâbo sermônes meos, in Deo sperávi: * non timêbo, quid fáciat mihi caro.

Tota die verba mea execrabántur: * advérsùm me omnes cogitatiónes eórum, in malum.

Inhabitábunt & abscóndent: * ipsi calcáneum meum observábunt.

Sicut sustinuérunt ánimam meam, pro níhilo salvos fácies illos: * in ira pópulos confrínges.

Deus, vitam meam annunciávi tibi: * posuísti lácrymas meas in conspéctu tuo,

Sicut & in promissiône tua: * tunc converténtur inimíci mei retrórsùm:

In quacúmque die invocávero te: * ecce cognóvi quóniàm Deus meus es.

In Deo laudâbo verbum, in Dómino laudâbo sermônem: * in Deo sperávi, non timêbo quid fáciat mihi homo.

In me sunt Deus vota tua, * quæ reddam, laudatiónes tibi.

Quóniàm eripuísti ánimam meam de morte, & pedes meos de lapsu: * ut pláceam coram Deo in lúmine vivéntium.

## PSALMUS 56.

Miserêre mei Deus, miserêre mei: * quóniàm in te confídit ánima mea.

Et in umbra alârum tuârum sperâbo, * donec tránseat iníquitas.

Clamâbo ad Deum altíssimum: * Deum qui benefécit mihi.

Misit de cælo, & liberâvit me: * dedit in oppróbrium conculcántes me.

Misit Deus misericórdiam suam, & veritâtem suam, * & erípuit ánimam meam de médio catulórum leônum: dormívi conturbâtus.

Filij hóminum dentes eôrum arma & sagíttæ: * & lingua eórum gládius acútus.

Exaltâre super cælos Deus: * & in omnem terram glória tua.

Láqueum paravérunt pédibus meis: * & incurvavérunt ánimam meam.

Fodérunt ante fáciem meam fóveam: * & incidérunt in eam.

Parâtum cor meum Deus, parâtum cor meum: * cantâbo, & psalmum dicam.

Exúrge glória mea, exúrge psaltérium & cíthara: * exúrgam dilúculò.

Con-

Confitêbor tibi in pópulis Dómine: * & psalmum dicam tibi in Géntibus:
Quóniàm magnificâta est usque ad cælos misericórdia tua, * & usque ad nubes véritas tua.
Exaltâre super cælos Deus: * & super omnem terram glória tua.
Antiphona. Quóniàm in te confídit ánima mea.
Antiphona. Iusta iudicâte.

### Psalmus 57.

SI verè útique iustítiam loquímini: * recta iudicâte fílij hóminum.
Etenim in corde iniquitátes operámini: * in terra iniustítias manus vestræ concinnant.
Alienáti sunt peccatóres à vulva, erravérunt ab útero: * locúti sunt falsa.
Furor illis secúndùm similitúdinem serpéntis: * sicut áspidis surdæ, & obturántis aures suas,
Quæ non exáudiet vocem incantántium: * & venéfici incantántis sapiénter.
Deus cónteret dentes eórum in ore ipsórum: * molas leónum confrínget Dóminus.
Ad nihilum devénient tamquam aqua decúrrens: * inténdit arcum suum donec infirméntur.
Sicut cera, quæ fluit, auferéntur: * supercécidit ignis, & non vidérunt solem.
Priúsquam intellígerent spinæ vestræ rhamnum: * sicut vivéntes, sic in ira absórbet eos.
Lætábitur iustus cùm víderit vindíctam: * manus suas lavâbit in sánguine peccatóris.
Et dicet homo: Si útique est fructus iusto: * útique est Deus iúdicans eos in terra.

### Psalmus 58.

ERipe me de inimícis meis Deus meus: * & ab insurgéntibus in me líbera me.
Eripe me de operántibus iniquitátem: * & de viris sánguinum salva me.
Quia ecce cepérunt ánimam meam: * irruérunt in me fortes.
Neque iníquitas mea, neque peccátum meum Dómine: * sine iniquitâte cucúrri, & diréxi.
Exúrge in occúrsum meum, & vide: * & tu Dómine Deus virtútum, Deus Israël,
Inténde ad visitándas omnes gentes: * non misereâris ómnibus, qui operántur iniquitâtem.
Converténtur ad vésperam: & famem patiéntur ùt canes, * & circuíbunt civitâtem.
Ecce loquéntur in ore suo, & gládius in lábijs eórum: * quóniàm quis audívit?
Et tu Dómine deridêbis eos: * ad nihilum dedúces omnes gentes.
Fortitúdinem meam ad te custódiam, quia Deus suscéptor meus es: * Deus meus misericórdia eius prævéniet me.
Deus osténdet mihi super inimícos meos, ne occídas eos: * nequándo obliviscántur pópuli mei.

Dis-



Dispérge illos in virtûte tua: * & depone eos protéctor meus Dómine:
Delíctum oris eórum, sermônem labiórum ipsórum: * & comprehendántur in supérbia sua.
Et de execratiône & mendácio annunciabúntur in consummatiône: * in ira consummatiônis, & non erunt.
Et scient quia Deus dominábitur Iacob: * & fínium terræ.
Converténtur ad vésperam, & famem patiéntur ùt canes: * & circuíbunt civitâtem.
Ipsi dispergéntur ad manducándum: * si verò non fúerint saturáti, & murmurábunt.
Ego autem cantábo fortitúdinem tuam: * & exultâbo manè misericórdiam tuam.
Quia factus es suscéptor meus, * & refúgium meum, in die tribulatiônis meæ.
Adiûtor meus tibi psallam, quia Deus suscéptor meus es: * Deus meus misericórdia mea.
Antiphona. Iusta iudicâte filii hóminum.
Antiphona. Da nobis.

### Psalmus 59.

DEus repulísti nos, & destruxísti nos: * irâtus es, & misértus es nobis.
Commovísti terram, & conturbásti eam: * sana contritiónes eius, quia commóta est.
Osténdisti pópulo tuo dura: * potásti nos vino compunctiônis.
Dedísti metuéntibus te significatiônem: * ut fúgiant à fácie arcus.
Ut liberéntur dilécti tui: * salvum fac déxtera tua, & exáudi me.
Deus locûtus est in sancto suo: * Lætábor, & partíbor Síchimam: & convállem tabernaculórum metíbor.
Meus est Gálaad, & meus est Manásses: * & Ephraïm fortitúdo cápitis mei.
Iuda rex meus: * Moab olla spei meæ.
In Idumæam exténdam calceaméntum meum: * mihi alienígenæ súbditi sunt.
Quis dedúcet me in civitâtem munítam? * quis dedúcet me usque in Idumæam?
Nonne tu Deus, qui repulísti nos: * & non egrediêris Deus in virtútibus nostris?
Da nobis auxílium de tribulatiône: * quia vana salus hóminis.
In Deo faciêmus virtûtem: * & ipse ad níhilum dedúcet tribulántes nos.

### Psalmus 60.

EXáudi Deus deprecatiônem meam: * inténde oratióni meæ.
A fínibus terræ ad te clamávi: * dum anxiarêtur cor meum, in petra exaltásti me.
Deduxísti me, quia factus es spes mea: * turris fortitúdinis à fácie inimíci.
Inhabitâbo in tabernáculo tuo in sǽcula: * prótegar in velaménto alârum tuárum.
Quóniàm tu Deus meus exaudísti oratiônem meam: * dedís-

ti

ti hereditátem timéntibus nomen tuum.

Dies super dies regis adjícies: * annos eius usque in diem generatiónis & generatiónis.

Pérmanet in ætérnum in conspéctu Dei: * misericórdiam & veritátem eius quis requíret?

Sic psalmum dicam nómini tuo in sæculum sæculi: * ut reddam vota mea de die in diem.

Antíphona. Da nobis Dómine auxílium de tribulatióne.

Antíphona. Nónne Deo.

## Psalmus 61.

Nonne Deo subiécta erit ánima mea? * ab ipso enim salutáre meum.

Nam & ipse Deus meus, & salutáris meus: * suscéptor meus, non movébor ámplius.

Quoúsque irrúitis in hóminem? * interfícitis univérsi vos: tamquam parieti inclinato & macériæ depúlsæ?

Verúmtamen prétium meum cogitavérunt repéllere, cucúrri in siti: * ore suo benedicébant, & corde suo maledicébant.

Verúmtamen Deo subiécta esto ánima mea: * quóniàm ab ipso patiéntia mea.

Quia ipse Deus meus, & salvátor meus: * adiútor meus non emigrábo.

In Deo salutáre meum, & glória mea: * Deus auxílij mei, & spes mea in Deo est.

Speráte in eo omnis congregátio pópuli, effúndite coram illo corda vestra: * Deus adiútor noster in ætérnum.

Verúmtamen vani filij hóminum, mendáces filij hominum in statéris: * ut decípiant ipsi de vanitáte in idípsum.

Nolíte speráre in iniquitáte, & rapínas nolíte concupíscere: * divítiæ si áffluant, nolíte cor appónere.

Semel locútus est Deus, duo hæc audívi, quia potéstas Dei est, & tibi Dómine misericórdia: * quia tu reddes unicuíque iuxta ópera sua.

## Psalmus 63.

Exáudi Deus oratiónem meam cùm déprecor: * à timóre inimíci éripe ánimam meam.

Protexísti me à convéntu malignántium: * à multitúdine operántium iniquitátem.

Quia exacuérunt ùt gládium linguas suas: * intendérunt arcum rem amáram, ut sagíttent in occúltis immaculátum.

Súbitò sagittábunt eum, & non timébunt: * firmavérunt sibi sermónem nequam.

Narravérunt ut abscónderent láqueos: * dixérunt: Quis vidébit eos?

Scrutáti sunt iniquitátes: * defecérunt scrutántes scrutínio.

Accédet homo ad cor altum: * & exaltábitur Deus.

Sagíttæ parvulórum factæ sunt plagæ eórum: * & infirmátæ sunt contra eos linguæ eórum.

Conturbáti sunt omnes qui vidébant eos: * & tímuit omnis homo.

Et



Et annunciavérunt ópera Dei: * & facta eius intellexérunt.

Lætábitur iustus in Dómino, & sperábit in eo,* & laudabúntur omnes recti corde.

Antíphona. Nónne Deo subiécta erit ánima mea?

Antíphona. Benedícite.

## Psalmus 65.

Iubiláte Deo omnis terra, psalmum dícite nómini eius: * date glóriam laudi eius.

Dícite Deo quàm terribília sunt ópera tua Dómine! * in multitúdine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, & psallat tibi: * psalmum dicat nómini tuo.

Veníte, & vidéte ópera Dei: * terríbilis in consílijs super fílios hóminum.

Qui convértit mare in áridam, in flúmine pertransíbunt pede: * ibi lætábimur in ipso.

Qui dominátur in virtúte sua in ætérnum, óculi eius super gentes respíciunt: * qui exásperant non exalténtur in semetípsis.

Benedícite Gentes Deum nostrum: * & audítam fácite vocem laudis eius,

Qui pósuit ánimam meam ad vitam: * & non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniàm probásti nos Deus: * igne nos examinásti, sicut examinátur argéntum.

Induxísti nos in láqueum, posuísti tribulatiónes in dorso nostro: * imposuísti hómines super cápita nostra.

Transívimus per ignem & aquam: * & eduxísti nos in refrigérium.

Introíbo in domum tuam in holocáustis: * reddam tibi vota mea, quæ distinxérunt lábia mea.

Et locútum est os meum, * in tribulatióne mea.

Holocáusta medullâta ófferam tibi cum incénso aríetum: * ófferam tibi boves cum hircis.

Veníte, audíte, & narrábo, omnes qui timétis Deum, * quanta fecit ánimæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamávi, * & exaltávi sub lingua mea.

Iniquitátem si aspéxi in corde meo, * non exáudiet Dóminus.

Proptérea exaudívit Deus, * & atténdit voci deprecatiónis meæ.

Benedíctus Deus,* qui non amóvit oratiónem meam, & misericórdiam suam à me.

## Psalmus 67.

Exúrgat Deus, & dissipéntur inimíci eius, * & fúgiant qui odérunt eum, à fácie eius.

Sicut déficit fumus, defíciant: * sicut fluit cera à fácie ignis, sic péreant peccatóres à fácie Dei.

Et iusti epuléntur, & exúltent in conspéctu Dei: * & delecténtur in lætítia.

Cantáte Deo, psalmum dícite nómini eius: * iter fácite ei, qui ascéndit super occásum: Dóminus nomen illi.

Exultáte in conspéctu eius, * turbabúntur à fácie eius, patris orphanórum, & iúdicis viduárum.

Deus

Deus in loco sancto suo: * Deus qui inhabitâre facit unius moris in domo:

Qui edúcit vinctos in fortitúdine, * simíliter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

Deus cùm egrederêris in conspéctu pópuli tui, * cùm pertransíres in desérto:

Terra mota est, étenim cæli distillavérunt à fácie Dei Sinaï, * à fácie Dei Israël.

Plúviam voluntáriam segregábis Deus hereditáti tuæ: * & infirmáta est, tu verò perfecísti eam.

Animália tua habitábunt in ea: * parásti in dulcédine tua páuperi, Deus.

Dóminus dabit verbum evangelizántibus, * virtúte multa.

Rex virtútum dilécti dilécti: * & speciéi domus divídere spólia.

Si dormiâtis inter médios cleros, pennæ colúmbæ deargentátæ, * & posterióra dorsi eius in pallóre auri.

Dum discérnit cæléstis reges super eam, nive dealbabúntur in Selmon: * mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulátus, mons pinguis: * ut quid suspicámini montes coagulátos?

Mons, in quo beneplácitum est Deo habitâre in eo: * étenim Dóminus habitábit in finem.

Currus Dei decem míllibus múltiplex, míllia lætántium: * Dóminus in eis in Sina in sancto.

Ascendísti in altum, cepísti captivitátem: * accepísti dona in homínibus:

Etenim non credéntes, * inhabitâre Dóminum Deum.

Benedíctus Dóminus die quotídie: * prósperum iter fáciet nobis Deus salutárium nostrórum.

Deus noster, Deus salvos faciéndi: * & Dómini, Dómini éxitus mortis.

Verùmtamen Deus confrínget cápita inimicórum suórum: * vérticem capílli perambulántium in delíctis suis.

Dixit Dóminus: Ex Basan convértam, * convértam in profúndum maris:

Ut intingátur pes tuus in sánguine: * lingua canum tuórum ex inimícis, ab ipso.

Vidérunt ingréssus tuos Deus, * ingréssus Dei mei: regis mei qui est in sancto.

Prævenérunt príncipes coniúncti psalléntibus, * in médio iuvenculárum tympanistriárum.

In ecclésijs benedícite Deo Dómino, * de fóntibus Israël.

Ibi Béniamin adolescéntulus, * in mentis excéssu.

Príncipes Iuda: duces eórum: * príncipes Zábulon, príncipes Néphthali.

Manda Deus virtúti tuæ: * confírma hoc Deus, quod operâtus es in nobis.

A templo tuo in Ierúsalem, * tibi ófferent reges múnera.

Incrépa feras arúndinis, congregátio taurórum in vaccis populórum: * ut exclúdant eos, qui probáti sunt argénto.

Díssipa gentes, quæ bella volunt: vénient legáti ex Ægypto: * Æthiópia prevéniet manus eius Deo.



Regna terræ, cantâte Deo: * psállite Dómino:

Psállite Deo, qui ascéndit super cælum cæli, * ad Oriéntem.

Ecce dabit voci suæ vocem virtútis, date glóriam Deo super Israël, * magnificéntia eius, & virtus eius in núbibus.

Mirábilis Deus in sanctis suis, Deus Israël ipse dabit virtútem, & fortitúdinem plebi suæ, * benedíctus Deus.

Antíphona. Benedícite Gentes Deum nostrum.

Per Annum, ℣. Deus vitam meam annunciávi tibi. ℟. Posuísti lácrymas meas in conspéctu tuo.

In Advéntu, ℣. Egrediêtur Dóminus de loco sancto suo. ℟. Véniet ut salvet pópulum suum.

In Quadragésima, ℣. Scuto circúmdabit te véritas eius. ℟. Non timébis à timóre noctúrno.

Témpore Passiônis, ℣. Ne perdas cum ímpijs Deus ánimam meam. ℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.

Témpore Paschâli, Antíphona. Allelúia, allelúia, allelúia. ℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia. ℟. Viso Dómino, allelúia.

Pro uno, vel plúribus Martýribus témpore Paschâli, ℣. Lætítia sempitérna super cápita eórum, allelúia. ℟. Gáudium & exultatiônem obtinébunt, allelúia.

Pro uno Mártyre extra tempus Paschâle, ℣. Magna est glória eius in salutári tuo. ℟. Glóriam & magnum decórem impones super eum.

Pro plúribus Martýribus, ℣. Iusti autem in perpétuum vivent. ℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

Pro Confessôre Pontífice, ℣. Tu es sacérdos in ætérnum. ℟. Secúndùm órdinem Melchísedech.

Pro Confessôre non Pontífice, ℣. Lex Dei eius in corde ipsíus. ℟. Et non supplantabuntur gressus eius.

Pro una Sancta, ℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitâre facit eam.

## AD LAUDES.

Antíphona. Ampliùs lava me Dómine ab iniustítia mea.

Psalmus. Miserére. 59.

Antíphona. Te decet.

### PSALMUS 64.

TE decet hymnus Deus in Sion: * & tibi reddêtur votum in Ierúsalem.

Exáudi oratiônem meam: * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt super nos: * & impietátibus nostris tu propitiáberis.

Beátus, quem elegísti, & assumpsísti: * inhabitábit in átrijs tuis.

Replébimur in bonis domus tuæ: * sanctum est templum tuum, mirábile in æquitâte.

Exáudi nos Deus salutáris noster, *



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ter, * spes ómnium fínium terræ, & in mari longè.

Præparans montes in virtúte tua, accínctus poténtia: * qui contúrbas profúndum maris, sonum flúctuum eius.

Turbabúntur gentes, & timébunt qui hábitant términos à signis tuis: * éxitus matutíni & véspere delectábis.

Visitásti terram, & inebriásti eam: * multiplicásti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis, parásti cibum illórum: * quóniàm ità est præparátio eius.

Rivos eius inébria, multíplica genímina eius: * in stillicídijs eius lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ: * & campi tui replebúntur ubertáte.

Pinguéscent speciósa desérti: * & exultatióne colles accingéntur.

Indúti sunt aríetes óvium, & valles abundábunt fruménto: * clamábunt, etenim hymnum dicent.

Antiphona. Te decet hymnus Deus in Sion.

Antiphona. Lábia mea laudábunt te in vita mea, Deus meus.

Psalmus. Deus Deus meus * ad te. 18.

Antiphona. Dóminus iudicábit.

CANTICUM ANNÆ.

1. *Reg.* 2.

EXultávit cor meum in Dómino, * & exaltátum est cornu meum in Deo meo:

Dilatátum est os meum super inimícos meos: * quia lætáta sum in salutári tuo.

Non est sanctus, ùt est Dóminus: neque enim est álius extra te, * & non est fortis sicut Deus noster.

Nolíte multiplicáre loqui sublímia, * gloriántes:

Recédant vétera de ore vestro: quia Deus scientiárum, Dóminus est, * & ipsi præparántur cogitatiónes.

Arcus fórtium superátus est, * & infírmi accíncti sunt róbore.

Repléti prius, pro pánibus se locavérunt: * & famélici saturáti sunt,

Donec stérilis péperit plúrimos: * & quæ multos habébat fílios, infirmáta est.

Dóminus mortíficat & vivíficat, * dedúcit ad ínferos & redúcit.

Dóminus páuperem facit & dítat, * humíliat & súblevat.

Súscitat de púlvere egénum, * & de stércore élevat páuperem:

Ut sédeat cum princípibus, * & sólium glóriæ téneat.

Dómini enim sunt cárdines terræ, * & pósuit super eos orbem.

Pedes sanctórum suórum servábit, & ímpij in ténebris conticéscent: * quia non in fortitúdine sua roborábitur vir.

Dóminum formidábunt adversárij eius: * & super ipsos in cælis tonábit:

Dóminus iudicábit fines Terræ, & dabit impérium regi suo, * & sublimábit cornu Christi sui.





Antiphona. Dóminus iudicábit fines terræ.

Antiphona. Cæli cælórum laudáte Deum.

Psalmus. Laudáte Dóminum de cælis. 20.

CAPITULUM. *Rom.* 13. *d*

NOX præcéssit, dies autem appropinquávit. Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, & induámur arma lucis. Sicut in die honéstè ambulémus.

HYMNUS.

NOX, & tenébræ, & núbila,
Confúsa mundi, & túrbida:
Lux intrat, albéscit polus:
Christus venit: discédite.

Calígo terræ scínditur
Percússa solis spículo,
Rebúsque iam color redit,
Vultu niténtis síderis.

Te, Christe, solum nóvimus,
Te mente pura & símplici,
Flendo, & canéndo, quæsumus,
Inténde nostris sénsibus.

Sunt multa fucis íllita,
Quæ luce purgéntur tua:
Tu vera lux cæléstium,
Vultu seréno illúmina.

Deo Patri sit glória,
Eiúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, & per omne sæculum.
Amen.

℣. Repléti sumus manè misericórdia tua. ℟. Exultávimus, & delectáti sumus.

Ad Benedictus, Antiphona.

De manu ómnium qui odérunt nos, líbera nos Dómine.

Preces quando dicúntur habéntur suprà in secúnda Féria. 62.

# FERIA QUINTA

## Ad Matutinum.

Invitatórium. Dóminum, qui fecit nos, * Venite adorémus.

Psalmus. Venite, exultémus. 2.

HYMNUS.

NOX atra rerum cóntegit
Terræ colóres ómnium:
Nos confiténtes póscimus
Te, iuste iudex córdium.

Ut áuferas píacula,
Sordésque mentis ábluas;
Donésque, Christe, grátiam,
Ut arceántur crímina.

Mens ecce torpet ímpia,
Quam culpa mordet nóxia,
Obscúra gestit tóllere,
Et te, Redémptor, quǽrere.

Repélle tu calíginem
Intrínsecus quàm máximè;
Ut in beáto gáudeat
Se collocári lúmine.

Præsta, Pater pijssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

Antiphona. Dómine Deus.

Tempore Paschali, Antiphona. Allelúia.

PSALMUS 68.

SAlvum me fac Deus: * quóniàm intravérunt aquæ usque ad ánimam meam.

Infíxus sum in limo profúndi: * & non est substántia.

Veni in altitúdinem maris: * & tempéstas demérsit me.

Laborávi clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ: * defecérunt ocu-



UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

óculi mei, dum spero in Deum meum.
Multiplicáti sunt super capíllos cápitis mei, * qui odérunt me gratis.
Confortáti sunt qui persecúti sunt me inimíci mei iniústè: * quæ non rapui, tunc exolvêbam.
Deus tu scis insipiéntiam meam: * & delícta mea à te non sunt abscóndita.
Non erubéscant in me qui expéctant te Dómine, * Dómine virtútum.
Non confundántur super me * qui quærunt te, Deus Israël.
Quóniam propter te sustínui oppróbrium: * opéruit confúsio fáciem meam.
Extráneus factus sum frátribus meis, * & peregrínus filijs matris meæ.
Quóniam zelus domus tuæ comédit me: * & oppróbria exprobrántium tibi, cecidérunt super me.
Et opérui in ieiúnio ánimam meam: * & factum est in oppróbrium mihi.
Et pósui vestiméntum meum cilícium: * & factus sum illis in parábolam.
Advérsum me loquebántur qui sedébant in porta: * & in me psallébant qui bibébant vinum.
Ego verò oratiónem meam ad te Dómine: * tempus benepláciti Deus.
In multitúdine misericórdiæ tuæ exáudi me, * in veritáte salútis tuæ:
Eripe me de luto, ut non infígar: * líbera me ab ijs, qui odérunt me, & de profúndis aquárum.
Non me demérgat tempéstas aquæ, neque absórbeat me profúndum: * neque úrgeat super me púteus os suum.
Exáudi me Dómine, quóniam benígna est misericórdia tua: * secúndùm multitúdinem miseratiónum tuárum réspice in me.
Et ne avértas fáciem tuam à púero tuo: * quóniam tríbulor, velóciter exáudi me.
Inténde ánimæ meæ, & líbera eam: * propter inimícos meos éripe me.
Tu scis impropérium meum, & confusiónem meam, * & reveréntiam meam.
In conspéctu tuo sunt omnes qui tríbulant me, * impropérium expectávit cor meum, & misériam.
Et sustínui qui simul contristarêtur, & non fuit: * & qui consolarêtur, & non invéni.
Et dedérunt in escam meam fel: * & in siti mea potavérunt me acéto.
Fiat mensa eórum coram ipsis in láqueum, * & in retributiónes, & in scándalum.
Obscuréntur óculi eórum ne vídeant: * & dorsum eórum semper incúrva.
Effúnde super eos iram tuam: * & furor iræ tuæ comprehéndat eos.
Fiat habitátio eórum desérta: * & in tabernáculis eórum non sit qui inhábitet.

Quó-



Quóniam quem tu percussísti, persecúti sunt: * & super dolórem vúlnerum meórum addidérunt.
Appône iniquitâtem super iniquitâtem eórum: * & non intrent in iustítiam tuam.
Deleántur de libro vivéntium: * & cum iustis non scribántur.
Ego sum pauper & dolens: * salus tua Deus suscépit me.
Laudábo nomen Dei cum cántico: * & magnificábo eum in laude:
Et placêbit Deo super vítulum novéllum: * córnua producéntem & úngulas.
Vídeant páuperes & læténtur: * quǽrite Deum, & vivet ánima vestra:
Quóniam exaudívit páuperes Dóminus: * & vinctos suos non despéxit.
Laudent illum cæli & terra, * mare, & ómnia reptília in eis.
Quóniam Deus salvam fáciet Sion: * & ædificabúntur civitátes Iuda.
Et inhabitábunt ibi, * & hereditâte acquírent eam.
Et semen servórum eius possidébit eam, * & qui díligunt nomen eius, habitábunt in ea.

## Psalmus 69.

Deus in adiutórium meum inténde: * Dómine ad adiuvándum me festína.
Confundántur, & revereántur, * qui quærunt ánimam meam:
Avertántur retrórsùm, & erubéscant, * qui volunt mihi mala:
Avertántur statim erubescéntes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.
Exúltent & læténtur in te omnes qui quærunt te, * & dicant semper: Magnificêtur Dóminus: qui díligunt salutáre tuum.
Ego verò egênus, & pauper sum: * Deus ádiuva me.
Adiútor meus, & liberátor meus es tu: * Dómine ne moréris.
Antíphona. Dómine Deus in adiutórium meum inténde.
Antíphona. Esto mihi.

## Psalmus 70.

In te Dómine sperávi, non confúndar in ætérnum: * in iustítia tua líbera me, & éripe me.
Inclína ad me aurem tuam, * & salva me.
Esto mihi in Deum protectórem, & in locum munítum: * ut salvum me fácias,
Quóniam firmaméntum meum, * & refúgium meum es tu.
Deus meus éripe me de manu peccatóris, * & de manu contra legem agéntis & iníqui:
Quóniam tu es patiéntia mea Dómine: * Dómine spes mea à iuventúte mea.
In te confirmátus sum ex útero: * de ventre matris meæ tu es protéctor meus:
In te cantátio mea semper: * tamquam prodígium factus sum multis: & tu adiútor fortis.
Repleátur os meum laude, ut cantem glóriam tuam: * tota die magnitúdinem tuam.

 Ne

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ne projícias me in témpore senectútis: * cùm defécerit virtus mea, ne derelínquas me.

Quia dixérunt inimíci mei mihi: * & qui custodiébant ánimam meam, consílium fecérunt in unum,

Dicéntes: Deus derelíquit eum, persequímini, & comprehéndite eum: * quia non est qui erípiat.

Deus ne elongêris à me: * Deus meus in auxílium meum réspice.

Confundántur, & defíciant detrahéntes ánimæ meæ: * operiántur confusióne, & pudóre qui quærunt mala mihi.

Ego autem semper sperábo: * & adjíciam super omnem laudem tuam.

Os meum annunciábit iustítiam tuam: * tota die salutáre tuum.

Quóniam non cognóvi litteratúram, introíbo in poténtias Dómini: * Dómine memorábor iustítiæ tuæ solíus.

Deus docuísti me à iuventúte mea: * & usque nunc pronunciábo mirabília tua.

Et usque in senéctam & sénium: * Deus ne derelínquas me,

Donec annúnciem bráchium tuum * generatióni omni, quæ ventúra est:

Poténtiam tuam, & iustítiam tuam Deus usque in altíssima, quæ fecísti magnália: * Deus quis símilis tibi?

Quantas ostendísti mihi tribulatiónes multas, & malas: & convérsus vivificásti me: * & de abýssis terræ íterum reduxísti me:

Multiplicásti magnificéntiam tuam: * & convérsus consolátus es me.

Nam & ego confitébor tibi in vasis psalmi veritátem tuam: * Deus psallam tibi in cíthara, sanctus Israël.

Exultábunt lábia mea cùm cantávero tibi: * & ánima mea, quam redemísti.

Sed & lingua mea tota die meditábitur iustítiam tuam: * cùm confúsi & revériti fúerint qui quærunt mala mihi.

## PSALMUS 71.

Deus iudícium tuum regi da: * & iustítiam tuam fílio regis:

Iudicáre pópulum tuum in iustítia, * & páuperes tuos in iudício.

Suscípiant montes pacem pópulo: * & colles iustítiam.

Iudicábit páuperes pópuli, & salvos fáciet fílios páuperum: * & humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum sole, & ante lunam, * in generatióne & generatiónem.

Descéndet sicut plúvia in vellus: * & sicut stillicídia stillántia super terram.

Oriétur in diébus eius iustítia, & abundántia pacis: * donec auferátur luna.

Et dominábitur à mari usque ad mare: * & à flúmine usque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthíopes: * & inimíci eius terram lingent.



Reges Tharsis, & ínsulæ múnera ófferent: * reges Arabum, & Saba dona addúcent:

Et adorábunt eum omnes reges terræ: * omnes gentes sérvient ei:

Quia liberábit páuperem à poténte: * & páuperem, cui non erat adiútor.

Parcet páuperi & ínopi: * & ánimas páuperum salvas fáciet.

Ex usúris & iniquitáte rédimet ánimas eórum: * & honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, & dábitur ei de auro Arábiæ, & adorábunt de ipso semper: * tota die benedícent ei.

Et erit firmaméntum in terra in summis móntium, superextollêtur super Líbanum fructus eius: * & florébunt de civitáte sicut fœnum terræ.

Sit nomen eius benedíctum in sæcula: * ante solem pérmanet nomen eius.

Et benedicéntur in ipso omnes tribus terræ: * omnes gentes magnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus Deus Israël, * qui facit mirabília solus:

Et benedíctum nomen maiestátis eius in ætérnum: * & replébitur maiestáte eius omnis terra: fiat, fiat.

Antiphona. Esto mihi Dómine in Deum protectórem.

Antiphona. Liberásti virgam.

## PSALMUS 72.

Quàm bonus Israël Deus * his, qui recto sunt corde!

Mei autem penè moti sunt pedes: * penè effúsi sunt gressus mei.

Quia zelávi super iníquos, * pacem peccatórum videns.

Quia non est respéctus morti eórum: * & firmaméntum in plaga eórum.

In labóre hóminum non sunt, * & cum homínibus non flagellabúntur:

Ideò ténuit eos supérbia, * opérti sunt iniquitáte & impietáte sua.

Pródiit quasi ex ádipe iníquitas eórum: * transiérunt in afféctum cordis.

Cogitavérunt, & locúti sunt nequítiam: * iniquitátem in excélso locúti sunt.

Posuérunt in cælum os suum: * & lingua eórum transívit in terra.

Ideò convertêtur pópulus meus hic: * & dies pleni inveniéntur in eis.

Et dixérunt: Quómodo scit Deus, * & si est sciéntia in excélso?

Ecce ipsi peccatóres, & abundántes in sæculo, * obtinuérunt divítias.

Et dixi: Ergo sine causa iustificávi cor meum, * & lavi inter innocéntes manus meas:

Et fui flagellátus tota die, * & castigátio mea in matutínis.

Si dicébam: Narrábo sic: * ecce natiónem filiórum tuórum reprobávi.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Existimâbam ut cognóscerem hoc, * labor est ante me:
Donec intrem in sanctuárium Dei: * & intélligam in novíssimis eórum.
Verúmtamen propter dolos posuísti eis: * deiecísti eos dum allevaréntur.
Quómodo facti sunt in desolatiónem, súbitò defecérunt: * periérunt propter iniquitâtem suam.
Velut sómnium surgéntium Dómine, * in civitâte tua imáginem ipsórum ad níhilum rédiges.
Quia inflammâtum est cor meum, & renes mei commutâti sunt: * & ego ad níhilum redáctus sum, & nescívi.
Ut iuméntum factus sum apud te: * & ego semper tecum.
Tenuísti manum déxteram meam: & in voluntâte tua deduxísti me, * & cum glória suscepísti me.
Quid enim mihi est in cælo? * & à te quid vólui super terram?
Defécit caro mea, & cor meum:* Deus cordis mei, & pars mea Deus in ætérnum.
Quia ecce, qui elóngant se à te, períbunt: * perdidísti omnes, qui fornicántur abs te.
Mihi autem adhærére Deo bonum est: * pónere in Dómino Deo spem meam:
Ut annúnciem omnes prædicatiónes tuas, * in portis fíliæ Sion.

### Psalmus 73.

Ut quid Deus repulísti in finem: * irátus est furor tuus super oves páscuæ tuæ?
Memor esto congregatiônis tuæ, * quam possedísti ab inítio.
Redemísti virgam hereditâtis tuæ: * mons Sion, in quo habitásti in eo.
Leva manus tuas in supérbias eórum in finem: * quanta malignâtus est inimícus in sancto!
Et gloriáti sunt qui odérunt te:* in médio solemnitâtis tuæ.
Posuérunt signa sua, signa: * & non cognovérunt sicut in éxitu super summum.
Quasi in silva lignórum secúribus excidérunt iánuas eius in idípsum: * in secúri, & áscia deiecérunt eam.
Incendérunt igni Sanctuárium tuum: * in terra pollnérunt tabernáculum nóminis tui.
Dixérunt in corde suo cognátio eórum simul: * quiéscere faciâmus omnes dies festos Dei à terra.
Signa nostra non vídimus, iam non est prophêta: * & nos non cognóscet ámpliùs.
Usquequò Deus improperâbit inimícus: * irrítat adversárius nomen tuum in finem?
Ut quid avértis manum tuam, & déxteram tuam, * de médio sinu tuo in finem?
Deus autem rex noster ante sæcula: * operâtus est salûtem in médio terræ.
Tu confirmásti in virtûte tua mare: * contribulásti cápita dracônum in aquis.
Tu confregísti cápita dracônis:* dedísti eum escam pópulis Æthiopum.





Tu dirupísti fontes, & torréntes: * tu siccásti flúvios Ethan.
Tuus est dies, & tua est nox: * tu fabricâtus es auróram & solem.
Tu fecísti omnes términos terræ: * æstâtem & ver tu plasmásti ea.
Memor esto huius, inimícus improperâvit Dómino: * & pópulus insípiens incitâvit nomen tuum.
Ne tradas béstijs ánimas confiténtes tibi, * & ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.
Réspice in testaméntum tuum:* quia repléti sunt, qui obscurâti sunt terræ dómibus iniquitâtum.
Ne avertâtur húmilis factus confúsus: * pauper & inops laudábunt nomen tuum.
Exúrge Deus, iúdica causam tuam: * memor esto impropériórum tuórum, eórum quæ ab insipiénte sunt tota die.
Ne obliviscáris voces inimicórum tuórum:* supérbia eórum, qui te odérunt, ascéndit semper.
Antíphona. Liberásti virgam hereditâtis tuæ.
Antíphona. Et invocábimus.

### Psalmus 74.

Confitébimur tibi Deus: * confitébimur, & invocábimus nomen tuum.
Narrábimus mirabília tua: * cùm accépero tempus, ego iustítias iudicábo.
Liquefácta est terra, & omnes qui hábitant in ea: * ego confirmávi colúmnas eius.
Dixi iníquis: Nolíte iníquè ágere: * & delinquéntibus: Nolíte exaltâre cornu:
Nolíte extóllere in altum cornu vestrum: * nolíte loqui advérsus Deum iniquitâtem.
Quia neque ab Oriénte, neque ab Occidénte, neque à desértis móntibus: * quóniam Deus iudex est.
Hunc humíliat, & hunc exáltat: * quia calix in manu Dómini vini meri plenus misto.
Et inclinâvit ex hoc in hoc: verúmtamen fæx eius non est exinanîta: * bibent omnes peccatóres terræ.
Ego autem annunciâbo in sæculum: * cantâbo Deo Iacob.
Et ómnia córnua peccatórum confríngam: * & exaltabúntur córnua iusti.

### Psalmus 75.

Notus in Iudæa Deus: * in Israël magnum nomen eius.
Et factus est in pace locus eius: * & habitátio eius in Sion.
Ibi confrêgit poténtias árcuum, * scutum, gládium, & bellum.
Illúminans tu mirabíliter à móntibus ætérnis: * turbâti sunt omnes insipiéntes corde.
Dormiérunt somnum suum:* & nihil invenérunt omnes viri divitiárum in mánibus suis.
Ab increpatióne tua Deus Iacob * dormitavérunt qui ascendérunt equos.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Tu terríbilis es, & quis resístet tibi? * ex tunc ira tua.
De cælo audítum fecisti indícium: * terra tremuit & quiêvit,
Cum exúrgeret in iudícium Deus, * ut salvos fáceret omnes mansuétos terræ.
Quóniàm cogitátio hóminis confitébitur tibi:* & relíquiæ cogitatiónis diem festum agent tibi.
Vovéte, & réddite Dómino Deo vestro: * omnes qui in circúitu eius affértis múnera.
Terríbili & ei qui aufert spíritum príncipum, * terríbili apud reges terræ.
Antiphona. Et invocábimus nomen tuum Dómine.
Antiphona. Tu es Deus.

Psalmus 76.

VOce mea ad Dóminum clamávi: * voce mea ad Deum, & inténdit mihi.
In die tribulatiónis meæ Deum exquisívi, mánibus meis nocte contra eum: * & non sum decéptus.
Rénuit consolári ánima mea, * memor fui Dei, & delectâtus sum, & exercitâtus sum: & defécit spíritus meus.
Anticipavérunt vigílias óculi mei: * turbâtus sum, & non sum locûtus.
Cogitávi dies antíquos: * & annos ætérnos in mente hábui.
Et meditâtus sum nocte cum corde meo, * & exercitâbar, & scopêbam spíritum meum.
Numquid in ætérnum projíciet Deus: * aut non appónet ut complacítior sit adhuc?
Aut in finem misericórdiam suam abscíndet, * à generatióne in generatiónem?
Aut obliviscétur miseréri Deus?* aut continêbit in ira sua misericórdias suas?
Et dixi: Nunc cœpi: * hæc mutátio déxteræ Excélsi.
Memor fui óperum Dómini: * quia memor ero ab inítio mirabílium tuórum,
Et meditâbor in ómnibus opéribus tuis: * & in adinventiónibus tuis exercêbor.
Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? * tu es Deus qui facis mirabília.
Notam fecísti in pópulis virtûtem tuam: * redemísti in bráchio tuo pópulum tuum, filios Iacob, & Ioseph.
Vidérunt te aquæ Deus, vidérunt te aquæ: * & timuérunt, & turbâtæ sunt abýssi.
Multitûdo sónitus aquârum: * vocem dedérunt nubes.
Etenim sagittæ tuæ tránseunt: * vox tonitrui tui in rota.
Illuxérunt coruscatiónes tuæ orbi terræ: * commóta est, & contrémuit terra.
In mari via tua, & sémitæ tuæ in aquis multis: * & vestígia tua non cognoscéntur.
Deduxísti sicut oves pópulum tuum, * in manu Moysi & Aaron.

Psalmus 77.

ATténdite pópule meus legem meam: * inclinâte aurem vestram in verba oris mei.

Apé-



Apériam in parábolis os meum:* loquar propositiónes ab inítio.
Quanta audívimus & cognóvimus ea: * & patres nostri narravérunt nobis.
Non sunt occultâta à filijs eorum, * in generatióne altera.
Narrántes laudes Dómini, & virtútes eius, * & mirabília eius quæ fecit.
Et suscitâvit testimónium in Iacob: * & legem pósuit in Israël.
Quanta mandâvit pátribus nostris nota fácere ea filijs suis: * ut cognóscat generátio áltera.
Fílij qui nascéntur, & exúrgent, * & narrábunt filijs suis,
Ut ponant in Deo spem suam, & non obliviscántur óperum Dei: * & mandáta eius exquírant:
Ne fiant sicut patres eórum: * generátio prava & exásperans.
Generátio, quæ non diréxit cor suum: * & non est créditus cum Deo spíritus eius.
Fílij Ephrem intendéntes & mitténtes arcum: * convérsi sunt in die belli.
Non custodiérunt testaméntum Dei: * & in lege eius noluérunt ambulâre.
Et oblíti sunt benefactôrum eius, * & mirabílium eius quæ osténdit eis.
Coram pátribus eôrum fecit mirabília in terra Ægýpti, * in campo Táneos.
Interrûpit mare, & perdúxit eos: * & státuit aquas quasi in utre.
Et dedúxit eos in nube diéi: * & tota nocte in illuminatióne ignis.
Interrûpit petram in erémo: * & adaquávit eos velut in abýsso multa.
Et edúxit aquam de petra: * & deduxit tamquam flúmina aquas.
Et apposuérunt adhuc peccare ei: * in iram excitavérunt Excélsum in inaquóso.
Et tentavérunt Deum in córdibus suis: * ut péterent escas animâbus suis.
Et malè locúti sunt de Deo: * dixérunt: Numquid póterit Deus parâre mensam in desérto?
Quóniàm percússit petram, & fluxérunt aquæ, * & torréntes inundavérunt.
Numquid & panem póterit dare,* aut parâre mensam pópulo suo?
Ideò audivit Dóminus, & distulit: * & ignis accénsus est in Iacob, & ira ascéndit in Israël:
Quia non credidérunt in Deo,* nec speravérunt in salutári eius:
Et mandávit nubibus désuper,* & iánuas cæli apéruit.
Et pluit illis manna ad manducándum, * & panem cæli dedit eis.
Panem Angelórum manducâvit homo: * cibária misit eis in abundántia.
Tránstulit austrum de cælo: * & indúxit in virtûte sua Africum.
Et pluit super eos sicut púlverem carnes: * & sicut arênam maris volatília pennâta.
Et cecidérunt in médio castrô-

rum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rum eórum: * circa tabernácula eórum.

Et manducavérunt & saturáti sunt nimis, & desidérium eórum áttulit eis: * non sunt fraudáti à desidério suo.

Adhuc escæ eórum erant in ore ipsórum * & ira Dei ascéndit super eos.

Et occídit pingues eórum, * & eléctos Israël impedivit.

In ómnibus his peccavérunt adhuc: * & non credidérunt in mirabílibus eius.

Et defecérunt in vanitáte dies eórum: * & anni eórum cum festinatióne.

Cùm occíderet eos, quærébant eum: * & revertebántur, & dilúculo veniébant ad eum.

Et rememoráti sunt quia Deus adiútor est eórum: * & Deus excélsus redémptor eórum est.

Et dilexérunt eum in ore suo, * & lingua sua mentíti sunt ei:

Cor autem eórum non erat rectum cum eo: * nec fidéles hábiti sunt in testaménto eius.

Ipse autem est miséricors, & propítius fiet peccátis eórum: * & non dispérdet eos.

Et abundávit ut avérteret iram suam: * & non accéndit omnem iram suam:

Et recordátus est quia caro sunt: * spíritus vadens, & non rédiens.

Quóties exacerbavérunt eum in desérto, * in iram concitavérunt eum in inaquóso?

Et convérsi sunt, & tentavérunt Deum: * & sanctum Israël exacerbavérunt.

Non sunt recordáti manus eius, * die qua redémit eos de manu tribulántis,

Sicut pósuit in Ægýpto signa sua, * & prodígia sua in campo Táneos.

Et convértit in sánguinem flúmina eórum, * & imbres eórum, ne bíberent.

Misit in eos cœnomyíam, & comédit eos: * & ranam, & dispérdidit eos.

Et dedit ærúgini fructus eórum: * & labóres eórum locústæ.

Et occídit in grándine víneas eórum: * & moros eórum in pruína.

Et trádidit grándini iuménta eórum: * & possessiónem eórum igni.

Misit in eos iram indignatiónis suæ, * indignatiónem, & iram, & tribulatiónem: immissiónes per ángelos malos.

Viam fecit sémitæ iræ suæ: non pepércit à morte animábus eórum: * & iuménta eórum in morte conclúsit.

Et percússit omne primogénitum in terra Ægýpti: * primítias omnis labóris eórum in tabernáculis Cham.

Et ábstulit sicut oves pópulum suum: * & perdúxit eos tamquam gregem in desérto.

Et dedúxit eos in spe, & non timuérunt: * & inimícos eórum opéruit mare.

Et indúxit eos in montem sanctificatiónis suæ, * montem, quem acquisívit déxtera eius.

Et eiécit á fácie eórum Gentes: *

tes: *



tes: * & sorte divísit eis terram in funículo distributiónis:

Et habitáre fecit in tabernáculis eórum * tribus Israël.

Et tentavérunt, & exacerbavérunt Deum excélsum: * & testimónia eius non custodiérunt.

Et avertérunt se, & non servavérunt pactum: * quemádmodùm patres eórum, convérsi sunt in arcum pravum.

In iram concitavérunt eum in cóllibus suis: * & in sculptílibus suis ad æmulatiónem eum provocavérunt.

Audívit Deus, & sprevit: * & ad níhilum redégit valdè Israël.

Et répulit tabernáculum Silo, * tabernáculum suum, ubi habitávit in homínibus.

Et trádidit in captivitátem virtútem eórum: * & pulchritúdinem eórum in manus inimíci.

Et conclúsit in gládio pópulum suum: * & hereditátem suam sprevit.

Iúvenes eórum comédit ignis: * & vírgines eórum non sunt lamentátæ.

Sacerdótes eórum in gládio cecidérunt: * & víduæ eórum non plorabántur.

Et excitátus est tamquam dórmiens Dóminus, * tamquam potens crapulátus à vino.

Et percússit inimícos suos in posterióra: * oppróbrium sempitérnum dedit illis.

Et répulit tabernáculum Ioseph: * & tribum Ephraim non elégit:

Sed elégit tribum Iuda, * montem Sion quem diléxit.

Et ædificávit sicut unicórnium sanctifícium suum in terra, * quam fundávit in sæcula.

Et elégit David servum suum, & sústulit eum de grégibus óvium: * de post fœtántes accépit eum,

Páscere Iacob servum suum, * & Israël hereditátem suam:

Et pavit eos in innocéntia cordis sui: * & in intelléctibus mánuum suárum dedúxit eos.

Antiphona. Tu es Deus, qui facis mirabília.

Antiphona. Propítius esto.

### PSALMUS 78.

DEus venérunt Gentes in hereditátem tuam, polluérunt templum sanctum tuum: * posuérunt Ierúsalem in pomórum custódiam.

Posuérunt morticína servórum tuórum, escas volatílibus cæli: * carnes sanctórum tuórum béstiis terræ.

Effudérunt sánguinem eórum tamquam aquam in circúitu Ierúsalem: * & non erat qui sepelíret.

Facti sumus oppróbrium vicínis nostris: * subsannátio & illúsio his, qui in circúitu nostro sunt.

Usquequò Dómine irascéris in finem: * accendétur velut ignis zelus tuus?

Effúnde iram tuam in Gentes, quæ te non novérunt: * & in regna, quæ nomen tuum non invocavérunt:

Quia

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Quia comedérunt Iacob: * & locum eius desolavérunt.

Ne memíneris iniquitàtum nostrârum antiquàrum, citò antícipent nos misericórdiæ tuæ: * quia páuperes facti sumus nimis.

Adiuva nos Deus salutàris noster: & propter glóriam nóminis tui Domine libera nos: * & propítius esto peccàtis nostris, propter nomen tuum:

Ne forte dicant in Géntibus: Ubi est Deus eòrum? * & innotéscat in natiónibus coram óculis nostris.

Ultio sánguinis servòrum tuórum, qui effusus est: * introëat in conspéctu tuo gémitus compeditórum.

Secúndum magnitúdinem bráchij tui, * póssidc fílios mortificatorum.

Et redde vicínis nostris séptuplum in sinu eòrum: * impropérium ipsòrum, quod exprobravérunt tibi Dómine.

Nos autem pópulus tuus, & oves páscuæ tuæ, * confitébimur tibi in sæculum:

In generatiónem & generatiónem * annunciábimus laudem tuam.

PSALMUS 79.

QUI regis Israël, inténde: * qui dedúcis velut ovem Ioseph.

Qui sedes super chérubim, * manifestàre coram Ephraïm, Béniamin, & Manásse.

Excita poténtiam tuam, & veni, * ut salvos fácias nos.

Deus convérte nos: * & osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

Dómine Deus virtûtum, * quoúsque irascèris super oratiónem servi tui?

Cibàbis nos pane lacrymârum: * & potum dabis nobis in lácrymis in mensúra?

Posuísti nos in contradictiònem vicínis nostris: * & inimíci nostri subsannavérunt nos.

Deus virtútum convérte nos: * & osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

Víneam de Ægýpto transtulísti: * eiecísti Gentes, & plantásti eam.

Dux itíneris fuísti in conspéctu eius: * plantásti radíces eius, & implévit terram.

Opéruit montes umbra eius: * & arbusta eius cedros Dei.

Extendit pálmites suos usque ad mare: * & usque ad flumen propágines eius.

Ut quid destruxísti macériam eius: * & vindémiant eam omnes, qui prætergrediúntur viam?

Exterminàvit eam aper de silva: * & singulàris ferus depástus est eam.

Deus virtútum convértere: * réspice de cælo, & vide, & vísita víneam istam.

Et pérfice eam, quam plantávit déxtera tua: * & super fílium hóminis, quem confirmásti tibi.

Incénsa igni, & suffóssa * ab increpatióne vultus tui períbunt.

Fiat manus tua super virum déx-



déxteræ tuæ: * & super fílium hóminis, quem confirmásti tibi.

Et non discédimus à te, vivificâbis nos: * & nomen tuum invocábimus.

Dómine Deus virtûtum convérte nos: * & osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

Antíphona. Propítius esto peccátis nostris Dómine.

Per Annum, ℣. Gaudébunt lábia mea, cùm cantávero tibi. ℟. Et ánima mea, quam redemísti.

In Adventu, ℣. Ex Sion spécies decôris eius. ℟. Deus noster manifésté véniet.

In Quadragésima, ℣. Ipse liberàvit me de láqueo venántium. ℟. Et à verbo áspero.

Tempore Passiónis, ℣. Erue à framea Deus ánimam meam. ℟. Et de manu canis únicam meam.

Tempore Paschàli, Antíphona. Allelúia, allelúia, allelúia. ℣. Surréxit Dóminus de sepúlchro, allelúia. ℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.

Pro uno, vel plúribus Martýribus témpore Paschàli, ℣. Sancti & iusti in Dómino gaudête, allelúia. ℟. Vos elégit Deus in hereditàtem sibi, allelúia.

Pro uno Mártyre extra tempus Paschále, ℣. Glória & honôre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuârum.

Pro plúribus Martýribus ℣. Lætámini in Dómino, & exultàte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Pro Confessóre Pontífice, & non Pontífice, ℣. Amàvit eum Dóminus, & ornàvit eum. ℟. Stolam glóriæ induit eum.

Pro una Sancta, ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procéde, & regna.

## AD LAUDES,

Antíphona. Tibi soli peccávi, Dómine miserére mei. Psalmus. Miserêre. 59.

Antíphona. Dómine.

PSALMUS 89.

DOmine, refúgium factus es nobis: * à generatióne in generatiónem.

Priúsquam montes fíerent, aut formarêtur terra, & orbis: * à sæculo & usque in sæculum tu es Deus.

Ne avértas hóminem in humilitàtem: * & dixísti: Convertímini filij hóminum.

Quóniàm mille anni ante óculos tuos, * tamquam dies hestérna, quæ prætérijt,

Et custódia in nocte, * quæ pro nihilo habéntur, eòrum anni erunt.

Manè sicut herba tránseat, manè flòreat, & tránseat: * véspere décidat, indûret, & aréscat.

Quia defécimus in ira tua, * & in furóre tuo turbàti sumus.

Posuísti iniquitàtes nostras in conspéctu tuo: * sæculum nostrum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

trum in illuminatióne vultus tui.

Quóniàm omnes dies nostri defecérunt: * & in ira tua defécimus.

Anni nostri sicut aránea meditabúntur: * dies annorum nostrórum in ipsis, septuagínta anni.

Si autem in potentátibus octogínta anni: * & ámpliùs eórum, labor & dolor.

Quóniàm supervênit mansuetúdo: * & corripiêmur.

Quis novit potestátem iræ tuæ:* & præ timore tuo iram tuam dinumeráre?

Déxteram tuam sic notam fac: * & erudítos corde in sapiéntia.

Convértere Dómine úsquequo? * & deprecábilis esto super servos tuos.

Repléti sumus manè misericórdia tua: * & exultávimus, & delectáti sumus ómnibus diébus nostris.

Lætáti sumus pro diébus, quibus nos humiliásti: * annis, quibus vídimus mala.

Réspice in servos tuos, & in ópera tua: * & dírige fílios eórum.

Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, & ópera mánuum nostrárum dírige super nos: * & opus mánuum nostrárum dírige.

Antiphona. Dómine refúgium factus es nobis.

Antiphona. In matutínis meditábor in te. Psalmus Deus Deus meus * ad te. 18.

Antiphona. Cantêmus.

### Canticum Moysi.

*Exodi* 15.

Cantêmus Dómino: gloriósè enim magnificátus est, * equum & ascensórem deiécit in mare.

Fortitúdo mea, & laus mea Dóminus, * & factus est mihi in salútem:

Iste Deus meus, & glorificábo eum: * Deus patris mei, & exaltábo eum.

Dóminus quasi vir pugnâtor, Omnípotens nomen eius.* Currus Pharaónis & exércitum eius proiécit in mare:

Elécti príncipes eius submérsi sunt in mari Rubro. * Abýssi operuérunt eos, descendérunt in profúndum quasi lapis.

Déxtera tua Dómine magnificáta est in fortitúdine: déxtera tua, Dómine, percússit inimícum. * Et in multitúdine glóriæ tuæ deposuísti adversários tuos:

Misísti iram tuam, quæ devorâvit eos sicut stípulam. * Et in spíritu furóris tui congregátæ sunt aquæ:

Stetit unda fluens, * congregátæ sunt abýssi in médio mari.

Dixit inimícus: Pérsequar & comprehéndam, * dívidam spólia, implébitur ánima mea:

Evaginâbo gládium meum, * interfíciet eos manus mea.

Flavit spíritus tuus, & opéruit eos mare: * submérsi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis



Quis símilis tui in fórtibus Dómine? * quis símilis tui, magníficus in sanctitáte, terríbilis atque laudábilis, fáciens mirabília?

Extendísti manum tuam, & devorávit eos terra. * Dux fuísti in misericórdia tua pópulo quem redemísti:

Et portásti eum in fortitúdine tua, * ad habitáculum sanctum tuum.

Ascendérunt pópuli, & iráti sunt: * dolóres obtinuérunt habitatóres Philisthijm.

Tunc conturbáti sunt príncipes Edom, robústos Moab obtínuit tremor: * obriguérunt omnes habitatóres Chanaan.

Irruat super eos formído & pavor, * in magnitúdine bráchij tui:

Fiant immóbiles quasi lapis, donec pertránseat pópulus tuus Dómine, * donec pertránseat pópulus tuus iste, quem possedísti.

Introdúces eos, & plantábis in monte hereditátis tuæ, * firmíssimo habitáculo tuo quod operátus es Dómine:

Sanctuárium tuum Dómine, quod firmavérunt manus tuæ. * Dóminus regnábit in ætérnum & ultrà.

Ingréssus est enim eques Phárao cum cúrribus & equítibus eius in mare: * & redúxit super eos Dóminus aquas maris:

Filij autem Israël ambulavérunt per siccum * in médio eius.

Antiphona. Cantêmus Dómino gloriósè.

Antiphona. In sanctis eius laudáte Deum. Psalmus. Laudáte Dóminum de cælis. 20.

Capitulum. *Rom.* 13. *d*

Nox præcéssit, dies autem appropinquávit. Abiiciámus ergo ópera tenebrárum, & induámur arma lucis. Sicut in die honéstè ambulêmus.

### Hymnus.

Lux ecce surgit áurea:
Pallens facéssat cæcitas,
Quæ nosmet in præceps diù
Erróre traxit dévio.

Hæc lux serênum cónferat,
Purósque nos præstet sibi:
Nihil loquâmur súbdolum:
Volvâmus obscúrum nihil.

Sic tota decúrrat dies,
Ne lingua mendax, ne manus,
Oculíve peccent lúbrici,
Ne noxa corpus ínquinet.

Speculátor adstat désuper,
Qui nos diébus ómnibus,
Actúsque nostros próspicit
A luce prima in vésperum.

Deo Patri sit glória,
Eiúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito
Nunc, & per omne sæculum.
Amen.

℣. Repléti sumus manè misericórdia tua. ℟. Exultávimus, & delectáti sumus.

Ad Benedíctus Antíphona. In sanctitáte serviámus Dómino, & liberábit nos ab inimícis nostris.

Preces quando dicéndæ sunt, habéntur suprà in ij. Féria. 62.

## FERIA SEXTA

### Ad Matutinum.

Invitatórium. Adorémus Dómi-

G

trum in illuminatióne vultus tui.

Quóniàm omnes dies nostri defecérunt : * & in ira tua defécimus.

Anni nostri sicut aránea meditabúntur : * dies annorum nostrórum in ipsis, septuagínta anni.

Si autem in potentátibus octogínta anni : * & ámpliùs eórum, labor & dolor.

Quóniàm supervênit mansuetúdo : * & corripiémur.

Quis novit potestátem iræ tuæ:* & præ timore tuo iram tuam dinumeráre?

Déxteram tuam sic notam fac : * & erudítos corde in sapiéntia.

Convértere Dómine úsquequo ? * & deprecábilis esto super servos tuos.

Repléti sumus manè misericórdia tua : * & exultávimus, & delectáti sumus ómnibus diébus nostris.

Lætáti sumus pro diébus, quibus nos humiliásti : * annis, quibus vídimus mala.

Réspice in servos tuos, & in ópera tua : * & dírige fílios eórum.

Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, & ópera mánuum nostrárum dírige super nos: * & opus mánuum nostrárum dírige.

Antiphona. Dómine refúgium factus es nobis.

Antiphona. In matutínis meditábor in te. Psalmus Deus Deus meus * ad te. 18.

Antiphona. Cantêmus.

## CANTICUM MOYSI.

*Exodi* 15.

Cantêmus Dómino: gloriósè enim magnificátus est, * equum & ascensórem deiécit in mare.

Fortitúdo mea, & laus mea Dóminus, * & factus est mihi in salútem:

Iste Deus meus, & glorificábo eum: * Deus patris mei, & exaltábo eum.

Dóminus quasi vir pugnâtor, Omnipotens nomen eius. * Currus Pharaónis & exércitum eius proiécit in mare:

Elécti príncipes eius submérsi sunt in mari Rubro. * Abýssi operuérunt eos, descendérunt in profúndum quasi lapis.

Déxtera tua Dómine magnificáta est in fortitúdine: déxtera tua, Dómine, percússit inimícum. * Et in multitúdine glóriæ tuæ deposuísti adversários tuos:

Misísti iram tuam, quæ devorávit eos sicut stípulam. * Et in spíritu furóris tui congregátæ sunt aquæ:

Stetit unda fluens, * congregátæ sunt abýssi in médio mari.

Dixit inimícus : Pérsequar & comprehéndam, * dívidam spólia, implébitur ánima mea:

Evaginábo gládium meum, * interfíciet eos manus mea.

Flavit spíritus tuus, & opéruit eos mare: * submérsi sunt quasi plumbum in aquis vehementíbus.

Quis



Quis símilis tui in fórtibus Dómine? * quis símilis tui, magníficus in sanctitáte, terríbilis atque laudábilis, fáciens mirabília?

Extendísti manum tuam, & devorávit eos terra. * Dux fuísti in misericórdia tua pópulo quem redemísti:

Et portásti eum in fortitúdine tua, * ad habitáculum sanctum tuum.

Ascendérunt pópuli, & iráti sunt: * dolóres obtinuérunt habitatóres Philísthijm.

Tunc conturbáti sunt príncipes Edom, robústos Moab obtínuit tremor: * obriguérunt omnes habitatóres Chánaan.

Irruat super eos formído & pavor, * in magnitúdine bráchij tui:

Fiant immóbiles quasi lapis, donec pertránseat pópulus tuus Dómine, * donec pertránseat pópulus tuus iste, quem possedísti.

Introdúces eos, & plantábis in monte hereditátis tuæ, * firmíssimo habitáculo tuo quod operâtus es Dómine:

Sanctuárium tuum Dómine, quod firmavérunt manus tuæ. * Dóminus regnábit in ætérnum & ultrà.

Ingréssus est enim eques Phárao cum cúrribus & equítibus eius in mare: * & redúxit super eos Dóminus aquas maris:

Fílij autem Israël ambulavérunt per siccum * in médio eius.

Antiphona. Cantêmus Dómino gloriósè.

Antiphona. In sanctis eius laudâte Deum. Psalmus. Laudâte Dóminum de cælis. 20.

CAPITULUM. *Rom.* 13. *d*

Nox præcéssit, dies autem appropinquávit. Abiiciámus ergo ópera tenebrârum, & induâmur arma lucis. Sicut in die honéstè ambulêmus.

## HYMNUS.

Lux ecce surgit áurea:
Pallens facéssat cæcitas,
Quæ nosmet in præceps diù
Erróre traxit dévio.

Hæc lux serênum cónferat,
Purósque nos præstet sibi:
Nihil loquâmur súbdolum:
Volvâmus obscúrum nihil.

Sic tota decúrrat dies,
Ne lingua mendax, ne manus,
Oculíve peccent lúbrici,
Ne noxa corpus ínquinet.

Speculátor adstat désuper,
Qui nos diébus ómnibus,
Actúsque nostros próspicit
A luce prima in vésperum.

Deo Patri sit glória,
Eiúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito
Nunc, & per omne sæculum.
Amen.

℣. Repléti sumus manè misericórdia tua. ℟. Exultávimus, & delectáti sumus.

Ad Benedictus Antiphona. In sanctitáte serviâmus Dómino, & liberábit nos ab inimícis nostris.

Preces quando dicéndæ sunt, habéntur suprà in ij. Féria. 62.

# FERIA SEXTA

## Ad Matutinum.

Invitatórium. Adorémus Dómi-



mi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

minum, *Quóniàm ipse fecit nos. Psalmus. Venite, exultémus. 2.

### Hymnus.

TU Trinitâtis Unitas,
Orbem poténter quæ regis,
Atténde laudis cánticum,
Quod excubántes psállimus.

Nam léctulo consúrgimus
Noctis quiéto tempore,
Ut flagitémus ómnium
A te medêlam vúlnerum.

Quò fraude quidquid dæmonum
In nóctibus delíquimus;
Abstérgat illud cælitus
Tuæ potéstas glóriæ.

Ne corpus adstet sórdidum,
Nec torpor instet córdium,
Nec críminis contágio
Tepéscat ardor spíritus.

Ob hoc Redémptor, quǽsumus,
Reple tuo nos lúmine,
Per quod diêrum círculis,
Nullis ruámus áctibus.

Præsta, Pater piíssime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sǽculum.
Amen.

Antíphona. Exultâte.

Tempore Paschali, Antíphona. Allelúia.

### Psalmus 80.

EXultâte Deo adiutóri nostro: * Iubilâte Deo Iacob.

Súmite psalmum, & date týmpanum: * psaltérium iucúndum cum cíthara.

Buccinâte in Neoménia tuba, * in insígni die solemnitâtis vestræ.

Quia præcéptum in Israël est: * & iudícium Deo Iacob.

Testimónium in Ioseph pósuit illud, cùm exíret de terra Ægýpti: * linguam quam non nóverat, audívit.

Divértit ab onéribus dorsum eius: * manus eius in cóphino serviérunt.

In tribulatióne invocásti me, & liberávi te: * exaudívi te in abscóndito tempestâtis: probávi te apud aquam contradictiônis.

Audi pópulus meus, & contestâbor te: * Israël si audíeris me, non erit in te deus recens, neque adorâbis deum aliênum.

Ego enim sum Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de terra Ægýpti: * dilâta os tuum, & implébo illud.

Et non audívit pópulus meus vocem meam: * & Israël non inténdit mihi.

Et dimísi eos secúndùm desidéria cordis eórum, * ibunt in adinventiónibus suis.

Si pópulus meus audísset me: * Israël si in viis meis ambulásset:

Pro níhilo fórsitan inimícos eórum humiliássem, * & super tribulántes eos misíssem manum meam.

Inimíci Dómini mentíti sunt ei: * & erit tempus eórum in sǽcula.

Et cibâvit eos ex ádipe fruménti: * & de petra melle saturâvit eos.





### Psalmus 81.

DEus stetit in synagóga deôrum: * in médio autem deos diiúdicat.

Usquequò iudicâtis iniquitâtem: * & fácies peccatórum súmitis?

Iudicáte egéno, & pupíllo: * húmilem, & páuperem iustificâte.

Erípite páuperem: * & egênum de manu peccatòris liberâte.

Nesciérunt, neque intellexérunt, in ténebris ámbulant: * movebúntur ómnia fundaménta terræ.

Ego dixi: Dii estis, * & filii excélsi omnes.

Vos autem sicut hómines moriémini: * & sicut unus de princípibus cadêtis.

Surge Deus, iúdica terram: * quóniàm tu hereditâbis in ómnibus Géntibus.

Antíphona. Exultâte Deo adiutóri nostro.

Antíphona. Tu solus.

### Psalmus 82.

DEus, quis símilis erit tibi? * ne táceas, neque compescâris Deus:

Quóniàm ecce inimíci tui sonuérunt: * & qui odérunt te, extulérunt caput.

Super pópulum tuum malignavérunt consílium: * & cogitavérunt advérsùs sanctos tuos.

Dixérunt: Veníte, & disperdâmus eos de gente: * & non memorêtur nomen Israël ultrà.

Quóniàm cogitavérunt unanímiter: * simul advérsùm te testaméntum disposuérunt, tabernácula Idumæórum & Ismahelítæ:

Moab, & Agaréni, Gebal, & Ammon, & Amalec: * alienígenæ cum habitántibus Tyrum.

Etenim Assur venit cum illis: * facti sunt in adiutórium fíliis Lot.

Fac illis sicut Mádian, & Sísaræ: * sicut Iabin in torrénte Cisson.

Disperiérunt in Endor: * facti sunt ùt stercus terræ.

Pone príncipes eórum sicut Oreb, & Zeb, * & Zébee, & Sálmana:

Omnes príncipes eôrum: * qui dixérunt: Hereditâte possideâmus Sanctuárium Dei.

Deus meus pone illos ùt rotam: * & sicut stípulam ante fáciem venti.

Sicut ignis, qui combûrit silvam: * & sicut flamma combúrens montes:

Ità persequêris illos in tempestâte tua: * & in ira tua turbábis eos.

Imple fácies eôrum ignomínia: * & quærent nomen tuum, Dómine.

Erubéscant, & conturbéntur in sǽculum sǽculi: * & confundántur, & péreant.

Et cognóscant quia nomen tibi Dóminus: * tu solus Altíssimus in omni terra.

### Psalmus 83.

QUàm diléćta tabernácula tua Dómine virtútum: * concupíscit, & déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum, & caro mea * exultavérunt in Deum vivum.
Etenim passer invénit sibi domum: * & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.
Altária tua Dómine virtútum: * rex meus, & Deus meus.
Beati, qui hábitant in domo tua Dómine: * in sǽcula sæculórum laudábunt te.
Beátus vir, cuius est auxílium abs te: * ascensiónes in corde suo dispósuit, in valle lacrymárum in loco, quem pósuit.
Etenim benedictiónem dabit legislátor, ibunt de virtúte in virtútem: * vidébitur Deus deórum in Sion.
Dómine Deus virtútum exáudi oratiónem meam: * áuribus pércipe Deus Iacob.
Protéctor noster áspice Deus: * & réspice in fáciem Christi tui:
Quia mélior est dies una in átrijs tuis, * super míllia.
Elégi abiéctus esse in domo Dei mei: * magis quam habitáre in tabernáculis peccatórum.
Quia misericórdiam, & veritátem díligit Deus: * grátiam, & glóriam dabit Dóminus.
Non privábit bonis eos, qui ámbulant in innocéntia: * Dómine virtútum, beátus homo, qui sperat in te.
Antíphona. Tu solus Altíssimus super omnem terram.
Antíphona. Benedixísti.

### PSALMUS 84.

Benedixísti Dómine terram tuam: * avertísti captivitátem Iacob.
Remisísti iniquitátem plebis tuæ: * operuísti ómnia peccáta eórum.
Mitigásti omnem iram tuam: * avertísti ab ira indignatiónis tuæ.
Convérte nos Deus salutáris noster: * & avérte iram tuam à nobis.
Numquid in ætérnum irascéris nobis? * aut exténdes iram tuam à generatióne in generatiónem?
Deus tu convérsus vivificábis nos: * & plebs tua lætábitur in te.
Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam: * & salutáre tuum da nobis.
Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus: * quóniàm loquétur pacem in plebem suam.
Et super sanctos suos, * & in eos, qui convertúntur ad cor.
Verúmtamen prope timéntes eum salutáre ipsius: * ut inhábitet glória in terra nostra.
Misericórdia, & véritas obviavérunt sibi: * iustítia, & pax osculátæ sunt.
Véritas de terra orta est: * & iustítia de cælo prospéxit.
Etenim Dóminus dabit benignitátem: * & terra nostra dabit fructum suum.
Iustítia ante eum ambulábit: * & ponet in via gressus suos.

### PSALMUS 85.

Inclína Dómine aurem tuam, & exáudi me: * quóniàm inops, & pauper sum ego.
Custódi ánimam meam, quóniàm



niàm sanctus sum: * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te.
Miserére mei Dómine, quóniàm ad te clamávi tota die: * lætífica ánimam servi tui, quóniàm ad te Dómine ánimam meam levávi.
Quóniàm tu Dómine suávis, & mitis: * & multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.
Auribus pércipe Dómine oratiónem meam: * & inténde voci deprecatiónis meæ.
In die tribulatiónis meæ clamávi ad te: * quia exaudísti me.
Non est símilis tui in dijs Dómine: * & non est secúndùm ópera tua.
Omnes gentes quascúmque fecísti, vénient, & adorábunt coram te Dómine: * & glorificábunt nomen tuum.
Quóniàm magnus es tu, & fáciens mirabília: * tu es Deus solus.
Deduc me Dómine in via tua, & ingrédiar in veritáte tua: * lætétur cor meum ut tímeat nomen tuum.
Confitébor tibi Dómine Deus meus in toto corde meo, * & glorificábo nomen tuum in ætérnum:
Quia misericórdia tua magna est super me: * & eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.
Deus, iníqui insurrexérunt super me, & synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam: * & non proposuérunt te in conspéctu suo.
Et tu Dómine Deus miserátor & miséricors, * pátiens, & multæ misericórdiæ, & verax,
Réspice in me, & miserére mei, * da impérium tuum púero tuo: & salvum fac fílium ancíllæ tuæ.
Fac mecum signum in bonum, ut vídeant qui odérunt me, & confundántur: * quóniàm tu Dómine adiuvísti me, & consolátus es me.
Antíphona. Benedixísti Dómine terram tuam.
Antíphona. Fundaménta eius.

### PSALMUS 86.

Fundaménta eius in móntibus sanctis: * díligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Iacob.
Gloriósa dicta sunt de te, * cívitas Dei.
Memor ero Rahab, & Babylónis * sciéntium me.
Ecce alienígenæ, & Tyrus, & pópulus Æthiopum, * hi fuérunt illic.
Numquid Sion dicet: Homo, & homo natus est in ea: * & ipse fundávit eam Altíssimus?
Dóminus narrábit in scriptúris populórum, & príncipum: * horum, qui fuérunt in ea.
Sicut lætántium ómnium * habitátio est in te.

### PSALMUS 87.

Domine Deus salútis meæ: * in die clamávi, & nocte coram te.
Intret in conspéctu tuo orátio mea: *

mea: * inclína aurem tuam ad precem meam:
Quia repléta est malis ánima mea: * & vita mea inférno appropinquávit.
Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum: * factus sum sicut homo sine adiutório, inter mórtuos liber,
Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlchris, quorum non es memor ámplius: * & ipsi de manu tua repúlsi sunt.
Posuérunt me in lacu inferióri: * in tenebrósis, & in umbra mortis.
Super me confirmátus est furor tuus: * & omnes fluctus tuos induxísti super me.
Longè fecísti notos meos à me: * posuérunt me abominatiónem sibi.
Tráditus sum, & non egrediébar: * óculi mei languérunt præ inópia.
Clamávi ad te Dómine tota die: * expándi ad te manus meas.
Numquid mórtuis fácies mirabília: * aut médici suscitábunt, & confitebúntur tibi?
Numquid narrábit áliquis in sepúlchro misericórdiam tuam, * & veritátem tuam in perditióne?
Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília tua: * & iustítia tua in terra obliviónis?
Et ego ad te Dómine clamávi: * & manè orátio mea prævéniet te.
Ut quid Dómine repéllis oratiónem meam: * avértis fáciem tuam à me?
Pauper sum ego, & in labóribus à iuventúte mea: * exaltátus autem, humiliátus sum & conturbátus.
In me transiérunt iræ tuæ: * & terróres tui conturbavérunt me.
Circumdedérunt me sicut aqua tota die: * circumdedérunt me simul.
Elongásti à me amícum, & próximum: * & notos meos à miséria.
Antiphona. Fundaménta eius in móntibus sanctis.
Antiphona. Benedíctus.

### PSALMUS 88.

Misericórdias Dómini * in ætérnum cantábo.
In generatiónem & generatiónem * annunciábo veritátem tuam, in ore meo.
Quóniam dixísti: In ætérnum misericórdia ædificábitur in cælis: * præparábitur véritas tua in eis.
Dispósui testaméntum eléctis meis, iurávi David servo meo: * usque in ætérnum præparábo semen tuum.
Et ædificábo in generatiónem, & generatiónem * sedem tuam.
Confitebúntur cæli mirabília tua Dómine: * étenim veritátem tuam in ecclésia sanctórum.
Quóniam quis in núbibus æquábitur Dómino: * símilis erit Deo in filijs Dei?
Deus, qui glorificátur in consílio sanctórum: * magnus & ter-



terríbilis super omnes qui in circúitu eius sunt.
Dómine Deus virtútum quis símilis tibi? * potens es Dómine, & véritas tua in circúitu tuo.
Tu domináris potestáti maris: * motum autem flúctuum eius tu mítigas.
Tu humiliásti sicut vulnerátum, supérbum: * in bráchio virtútis tuæ dispersísti inimícos tuos.
Tui sunt cæli, & tua est terra, orbem terræ & plenitúdinem eius tu fundásti: * aquilónem, & mare tu creásti.
Thabor & Hermon in nómine tuo exultábunt: * tuum bráchium cum poténtia.
Firmétur manus tua, & exaltétur déxtera tua: * iustítia & iudícium præparátio sedis tuæ.
Misericórdia & véritas præcédent fáciem tuam: * beátus pópulus, qui scit iubilatiónem.
Dómine, in lúmine vultus tui ambulábunt, & in nómine tuo exultábunt tota die: * & in iustítia tua exaltabúntur.
Quóniam glória virtútis eórum tu es: * & in beneplácito tuo exaltábitur cornu nostrum.
Quia Dómini est assúmptio nostra: * & sancti Israël regis nostri.
Tunc locútus es in visióne sanctis tuis, & dixísti: * Pósui adiutórium in poténte: & exaltávi eléctum de plebe mea.
Invéni David servum meum: * óleo sancto meo unxi eum.
Manus enim mea auxiliábitur ei: * & bráchium meum confortábit eum.
Nihil profíciet inimícus in eo, * & fílius iniquitátis non appónet nocére ei.
Et concídam à fácie ipsíus inimícos eius: * & odiéntes eum in fugam convértam.
Et véritas mea, & misericórdia mea cum ipso: * & in nómine meo exaltábitur cornu eius.
Et ponam in mari manum eius: * & in flumínibus déxteram eius.
Ipse invocábit me: Pater meus es tu: * Deus meus, & suscéptor salútis meæ.
Et ego primogénitum ponam illum * excélsum præ régibus terræ.
In ætérnum servábo illi misericórdiam meam: * & testaméntum meum fidéle ipsi.
Et ponam in sæculum sæculi semen eius: * & thronum eius sicut dies cæli.
Si autem dereliquerint fílij eius legem meam: * & in iudícijs meis non ambuláverint:
Si iustítias meas profanáverint: * & mandáta mea non custodíerint:
Visitábo in virga iniquitátes eórum: * & in verbéribus peccáta eórum.
Misericórdiam autem meam non dispérgam ab eo: * neque nocébo in veritáte mea:
Neque profanábo testaméntum meum: * & quæ procédunt de lábijs meis non fáciam írrita.
Semel iurávi in sancto meo, si David méntiar: * semen eius in ætérnum manébit.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Et thronus eius sicut Sol in conspéctu meo, * & sicut Luna perfécta in ætérnum: & testis in cælo fidélis.
Tu verò repulísti & despexísti: * distulísti Christum tuum.
Evertísti testaméntum servi tui: * profanásti in terra Sanctuárium eius.
Destruxísti omnes sepes eius: * posuísti firmaméntum eius formídinem.
Diripuérunt eum omnes transeúntes viam: * factus est oppróbrium vicínis suis.
Exaltásti déxteram depriméntium eum: * lætificásti omnes inimícos eius.
Avertísti adiutórium gládij eius: * & non es auxiliatus ei in bello.
Destruxísti eum ab emundatióne: * & sedem eius in terram collisísti.
Minorásti dies témporis eius: * perfudísti eum confusióne.
Usquequò Dómine avértis in finem: * exardéscet sicut ignis ira tua?
Memoráre quæ mea substántia: * numquid enim vanè constituísti omnes fílios hóminum?
Quis est homo, qui vivet, & non vidébit mortem: * eruet ánimam suam de manu ínferi?
Ubi sunt misericórdiæ tuæ antíquæ Dómine, * sicut iurásti David in veritáte tua?
Memor esto Dómine oppróbrij servórum tuórum * (quod contínui in sinu meo) multárum géntium.
Quod exprobravérunt inimíci tui Dómine,* quod exprobravérunt commutatiónem Christi tui.
Benedíctus Dóminus in ætérnum: * fiat, fiat.

### PSALMUS 93.

Deus ultiónum Dóminus: * Deus ultiónum liberè egit.
Exaltáre qui iúdicas terram: * redde retributiónem supérbis.
Usquequò peccatóres Dómine: * usquequò peccatóres gloriabúntur:
Effabúntur, & loquéntur iniquitátem: * loquéntur omnes, qui operántur iniustítiam?
Pópulum tuum Dómine humiliavérunt:* & hereditátem tuam vexavérunt.
Víduam, & ádvenam interfecérunt: * & pupíllos occidérunt.
Et dixérunt: non vidébit Dóminus, * nec intélliget Deus Iacob.
Intellígite insipiéntes in pópulo: * & stulti aliquándo sápite.
Qui plantávit aurem, non áudiet? * aut qui finxit óculum, non consíderat?
Qui córripit gentes, non árguet: * qui docet hóminem sciéntiam?
Dóminus scit cogitatiónes hóminum, * quóniam vanæ sunt.
Beátus homo, quem tu erudíeris Dómine: * & de lege tua docúeris eum.

Ut



Ut mítiges ei à diébus malis: * donec fodiátur peccatóri fóvea.
Quia non repéllet Dóminus plebem suam: * & hereditátem suam non derelínquet.
Quoadúsque iustítia convertátur in iudícium: * & qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde.
Quis consúrget mihi advérsùs malignántes? * aut quis stabit mecum advérsùs operántes iniquitátem?
Nisi quia Dóminus adiúvit me: * paulóminùs habitásset in inférno ánima mea.
Si dicébam: Motus est pes meus: * misericórdia tua Dómine adiuvábat me.
Secúndùm multitúdinem dolórum meórum in corde meo: * consolatiónes tuæ lætificavérunt ánimam meam.
Numquid adhǽret tibi sedes iniquitátis: * qui fingis labórem in præcépto?
Captábunt in ánimam iusti: * & sánguinem innocéntem condemnábunt.
Et factus est mihi Dóminus in refúgium: * & Deus meus in adiutórium spei meæ.
Et reddet illis iniquitátem ipsórum: & in malítia eórum dispérdet eos: * dispérdet illos Dóminus Deus noster.
Antiphona. Benedíctus Dóminus in ætérnum.
Antiphona. Cantáte.

### PSALMUS 95.

Cantáte Dómino cánticum novum: * cantáte Dómino omnis terra.
Cantáte Dómino, & benedícite nómini eius: * annunciáte de die in diem salutáre eius.
Annunciáte inter Gentes glóriam eius, * in omnibus pópulis mirabília eius.
Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis: * terríbilis est super omnes deos.
Quóniam omnes dij Géntium dæmónia: * Dóminus autem cælos fecit.
Conféssio, & pulchritúdo in conspéctu eius: * sanctimónia, & magnificéntia in sanctificatióne eius.
Afférte Dómino pátriæ géntium, afférte Dómino glóriam & honórem: * afférte Dómino glóriam nómini eius.
Tóllite hóstias, & introíte in átria eius: * adoráte Dóminum in átrio sancto eius.
Commoveátur à fácie eius univérsa terra: * dícite in Géntibus quia Dóminus regnávit.
Etenim corréxit orbem terræ qui non commovébitur: * iudicábit pópulos in æquitáte.
Læténtur cæli, & exúltet terra, commoveátur mare, & plenitúdo eius: * gaudébunt campi, & ómnia, quæ in eis sunt.
Tunc exultábunt ómnia ligna silvárum à fácie Dómini, quia venit: * quóniam venit iudicáre terram.
Iudicábit orbem terræ in æquitáte, * & pópulos in veritáte sua.

### PSALMUS 96.

Dominus regnávit, exúltet terra: * læténtur ínsulæ multæ.

Nu-

UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Nubes, & caligo in circúitu eius: * iustítia, & iudícium corréctio sedis eius.

Ignis ante ipsum præcédet, * & inflammâbit in circúitu inimícos eius.

Illuxérunt fúlgura eius orbi terræ: * vidit, & commota est terra.

Montes, sicut cera fluxérunt à fácie Dómini: * à fácie Dómini omnis terra.

Annunciavérunt cæli iustítiam eius: * & vidérunt omnes pópuli glóriam eius.

Confundántur omnes, qui adórant sculptília: * & qui gloriántur in simulachris suis.

Adoráte eum omnes Angeli eius: * audivit, & lætáta est Sion.

Et exultavérunt fíliæ Iudæ, * propter iudícia tua Dómine:

Quoniàm tu Dóminus altíssimus super omnem terram: * nimis exaltâtus es super omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum: * custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum, de manu peccatóris liberâbit eos.

Lux orta est iusto, * & rectis corde lætítia.

Lætámini iusti in Dómino: * & confitémini memóriæ sanctificatiónis eius.

Antíphona. Cantâte Dómino, & benedícite nómini eius.

Per Annum, ℣. Intret orátio mea in conspéctu tuo Dómine.

℟. Inclina aurem tuam ad precem meam.

In Advéntu, ℣. Emítte Agnum Dómine Dominatórem terræ. ℟. De Petra desérti ad montem fíliæ Sion.

In Quadragésima, ℣. Scápulis suis obumbrâbit tibi. ℟. Et sub pennis eius sperâbis.

Témpore Passiónis, ℣. De ore leónis líbera me Dómine. ℟. Et à córnibus unicórnium humilitâtem meam.

Témpore Paschâli, Antíphona. Allelúia, allelúia, allelúia. ℣. Surréxit Dóminus verè, allelúia. ℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

Pro uno, vel plúribus Martýribus témpore Paschâli, ℣. Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine, allelúia. ℟. Et ætérnitas témporum, allelúia.

Pro uno Mártyre extra tempus Paschâle, ℣. Posuísti Dómine super caput eius. ℟. Corônam de lápide pretióso.

Pro plúribus Martýribus, ℣. Exúltent iusti in conspéctu Dei. ℟. Et delecténtur in lætítia.

Pro Confessóre Pontífice, ℣. Elégit eum Dóminus sacerdótem sibi. ℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

Pro Confessóre, non Pontífice, ℣. Os iusti meditâbitur sapiéntiam. ℟. Et lingua eius loquêtur iudícium.

Pro una Sancta, ℣. Adiuvâbit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio eius, non commovébitur.

## AD LAUDES.

Antíphona. Spíritu principáli confírma cor meum Deus.



Psalmus. Miserêre 59.

Antíphona. In veritâte.

### PSALMUS 142.

Domine exáudi oratiónem meam: áuribus pércipe obsecratiónem meam in veritâte tua: * exáudi me in tua iustítia.

Et non intres in iudícium cum servo tuo: * quia non iustificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimícus ánimam meam: * humiliâvit in terra vitam meam.

Collocâvit me in obscúris sicut mórtuos sæculi: * & anxiâtus est super me spíritus meus, in me turbâtum est cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, meditâtus sum in ómnibus opéribus tuis: * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expándi manus meas ad te: * ánima mea sicut terra sine aqua tibi:

Velóciter exáudi me Dómine: * defécit spíritus meus.

Non avértas fáciem tuam à me: * & símilis ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè misericórdiam tuam: * quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem: * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis Dómine, ad te confúgi: * doce me fácere voluntâtem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedûcet me in terram rectam: * propter nomen tuum Dómine vivificâbis me, in æquitâte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam: * & in misericórdia tua dispérdes inimícos meos.

Et perdes omnes, qui tríbulant ánimam meam: * quóniàm ego servus tuus sum.

Antíphona. In veritâte tua exáudi me Dómine.

Antíphona. Illúmina Dómine vultum tuum super nos.

Psalmus. Deus Deus meus * ad te. 17.

Antíphona. Dómine.

*Cap.* 3.

### CANTICUM HABACUC.

Domine audívi auditiónem tuam, * & tímui.

Dómine opus tuum * in médio annórum vivífica illud:

In médio annórum notum fácies: * cùm irâtus fúeris, misericórdiæ recordáberis.

Deus ab Austro véniet, * & sanctus de monte Pharan:

Opéruit cælos glória eius: * & laudis eius plena est terra.

Splendor eius ùt lux erit: * córnua in mánibus eius:

Ibi abscóndita est fortitúdo eius: ante fáciem eius ibit mors.

Et egrediêtur diábolus ante pedes eius. * Stetit, & mensus est terram.

Aspéxit, & dissólvit Gentes: * & contríti sunt montes sæculi.

Incurvâti sunt colles mundi, * ab itinéribus æternitâtis eius.

Pro iniquitâte vidi tentória Æthió-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Æthiópiæ, * turbabúntur pelles terræ Madian.
Numquid in fluminibus irâtus es Domine? * aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua?
Qui ascéndes super equos tuos:* & quadrígæ tuæ salvátio.
Súscitans suscitâbis arcum tuum:* iuraménta tribubus quæ locútus es:
Flúvios scindes terræ: vidérunt te, & doluérunt montes: * gurges aquârum transijt.
Dedit abýssus vocem suam: * altitúdo manus suas levâvit.
Sol, & luna stetérunt in habitáculo suo, * in luce sagittârum tuârum, ibunt in splendóre fulgurántis hastæ tuæ.
In frémitu concul'câbis terram:* & in furóre obstupefácies Gentes.
Egréssus es in salûtem pópuli tui: * in salûtem cum Christo tuo:
Percussísti caput de domo ímpij: * denudásti fundaméntum eius usque ad collum.
Maledixísti sceptris eius, cápiti bellatórum eius, * veniéntibus ùt turbo ad dispergéndum me.
Exultátio eórum * sicut eius, qui dévorat páuperem in abscóndito.
Viam fecísti in mari equis tuis,* in luto aquârum multârum.
Audívi, & conturbâtus est venter meus: * à voce contremuérunt lábia mea.
Ingrediâtur putrêdo in óssibus meis, * & subter me scáteat.
Ut requiéscam in die tribulatiónis: * ut ascéndam ad pópulum accínctum nostrum.
Ficus enim non florêbit:* & non erit germen in víneis.
Mentiêtur opus olívæ: * & arva non áfferent cibum.
Abscindêtur de ovili pecus: * & non erit arméntum in præsépibus.
Ego autem in Dómino gaudêbo: * & exultábo in Deo Iesu meo.
Deus Dóminus fortitúdo mea:* & ponet pedes meos quasi cervórum,
Et super excélsa mea dedûcet me victor * in psalmis canéntem.
Antíphona. Dómine audívi auditum tuum, & tímui.
Antíphona. In týmpano& choro, in chordis & órgano laudâte Deum. Psalmus. Laudâte Dóminum de cælis. 20.

Capitulum. *Rom. 13. d*

NOX præcéssit, dies autem appropinquâvit. Abijciámus ergo ópera tenebrârum, & induâmur arma lucis. Sicut in die honéstè ambulêmus.

Hymnus.

ÆTérna cæli glória,
Beâta spes mortálium,
Summi Tonántis Unice,
Castǽque proles Vírginis:
Da déxteram surgéntibus,
Exúrgat & mens sóbria,
Flagrans & in laudem Dei
Grates repéndat débitas.
Ortus refúlget lúcifer,
Præítque solem núncius:
Ca-



Cadunt tenébræ nóctium:
Lux sancta nos illúminet.
Manénsque nostris sénsibus,
Noctem repéllat sǽculi,
Omníque fine témporis
Purgâta servet péctora.
Quæsíta iam primùm Fides
In corde radíces agat;
Secúnda Spes congáudeat,
Qua maior extat Cháritas.
Deo Patri sit glória,
Eiúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, & per omne sǽculum.
Amen.
℣. Repléti sumus manè misericórdia tua. ℟. Exultávimus, & delectáti sumus.
Ad Benedíctus, Antíphona. Per víscera misericórdiæ Dei nostri visitâvit nos Oriens ex alto.
Preces quando dicéndæ sunt, habéantur suprà in Féria secúnda. 62.

## SABBATO
### Ad Matutínum.

Invitatórium. Dóminum Deum nostrum, * Venite adorêmus. Psalmus. Venite, exultêmus. 2.

Hymnus.

SUmmæ Parens cleméntiæ,
Mundi regis qui máchinam
Uníus & substántiæ,
Trinúsque persónis Deus.
Nostros pius cum cánticis
Fletus benígnè súscipe;
Ut corde puro sórdium
Te perfruâmur lárgiùs.
Lumbos, iecúrque mórbidum
Flammis adûre cóngruis;
Accíncti ut artus éxcubent
Luxu remóto péssimo.
Quicúmque ut horas nóctium
Nunc concinéndo rumpimus,
Ditêmur omnes áffatim
Donis beátæ pátriæ.
Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sǽculum.
Amen.
Antíphona. Quia mirabília.
Témpore Paschâli, Antíphona. Allelúia.

Psalmus 97.

CAntâte Dómino cánticum novum: * quia mirabília fecit.
Salvâbit sibi déxtera eius: * & bráchium sanctum eius.
Notum fecit Dóminus salutâre suum: * in conspéctu Géntium revelâvit iustítiam suam.
Recordâtus est misericórdiæ suæ, * & veritâtis suæ dómui Israël.
Vidérunt omnes términi terræ * salutâre Dei nostri.
Iubilâte Deo omnis terra: * cantâte, & exultâte, & psállite.
Psállite Dómino in cíthara, in cíthara & voce psalmi: * in tubis ductílibus, & voce tubæ córneæ.
Iubilâte in conspéctu regis Dómini: * moveâtur mare, & plenitúdo eius: orbis terrárum, & qui hábitant in eo.
Flúmina plaudent manu, simul montes exultábunt à conspéctu Dó-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Dómini : * quóniàm venit iudicâre terram.

Iudicâbit orbem terrârum in iustitia , * & pópulos in æquitâte.

PSALMUS 98.

DOminus regnâvit , iráscántur pópuli: * qui sedet super chérubim , moveâtur terra.

Dóminus in Sion magnus : * & excélsus super omnes pópulos.

Confiteántur nómini tuo magno : quóniàm terríbile , & sanctum est : * & honor regis iudícium díligit.

Tu parásti directiónes : * iudícium & iustitiam in Iacob tu fecisti.

Exaltâte Dóminum Deum nostrum , & adorâte scabéllum pedum eius : * quóniàm sanctum est.

Moyses , & Aaron in sacerdótibus eius : * & Samuel inter eos, qui ínvocant nomen eius:

Invocâbant Dóminum , & ipse exaudiêbat eos : * in colúmna nubis loquebâtur ad eos.

Custodiêbant testimónia eius , * & præcéptum quod dedit illis.

Dómine Deus noster tu exaudiébas eos : * Deus tu propítius fuísti eis, & ulcíscens in omnes adinventiónes eórum.

Exaltâte Dóminum Deum nostrum, & adorâte in monte sancto eius : * quóniàm sanctus Dóminus Deus noster.

Antíphona. Quia mirabília fecit Dóminus.

Sequens Aña. & Psalm. Iubilâte, hic prætermittitur, quándo dícitur in Láudibus ùt in Sabbatis , in quibus fit Officium de Sancta Maria , & in Vigília Nativitâtis Dómini in Sábbato occurrénte ; & eius loco dícitur Antíphona & Psalmus Bonum est confitéri Dómino.

Antíphona. Iubilâte.

PSALMUS 99.

IUbilâte Deo omnis terra : * servite Dómino in lætítia.

Introíte in conspéctu eius , * in exultatióne.

Scitóte quóniàm Dóminus ipse est Deus : * ipse fecit nos , & non ipsi nos:

Pópulus eius , & oves páscuæ eius : * introíte portas eius in confessióne , átria eius in hymnis : confitémini illi.

Laudâte nomen eius : quóniàm suâvis est Dóminus, in ætérnum misericórdia eius , * & usque in generatiónem & generatiónem véritas eius.

VEL PSALMUS 91.

BOnum est confitéri Dómino : * & psállere nómini tuo Altíssime:

Ad annunciándum manè misericórdiam tuam : * & veritâtem tuam per noctem.

In decachórdo , psaltério : * cum cántico , in cíthara.

Quia delectásti me Dómine in factúra tua : * & in opéribus mánuum tuârum exultábo.

Quàm magnificâta sunt ópera tua Dómine ! * nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes tuæ.



Vir insípiens non cognóscet : * & stultus non intélliget hæc.

Cùm exórti fúerint peccatóres sicut fœnum : * & apparuérint omnes , qui operántur iniquitâtem:

Ut intéreant in sǽculum sǽculi : * tu autem Altíssimus in ætérnum Dómine.

Quóniàm ecce inimíci tui Dómine , quóniàm ecce inimíci tui períbunt: * & dispergéntur omnes , qui operántur iniquitâtem.

Et exaltábitur sicut unicórnis cornu meum : * & senéctus mea in misericórdia úberi.

Et despéxit óculus meus inimícos meos : * & in insurgéntibus in me malignántibus áudiet auris mea.

Iustus, ùt palma florêbit : * sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Plantáti in domo Dómini , * in átrijs domus Dei nostri florébunt.

Adhuc multiplicabúntur in senécta úberi : * & benè patiéntes erunt , ut annúncient:

Quóniàm rectus Dóminus Deus noster : * & non est iníquitas in eo.

PSALMUS 110.

MIsericórdiam, & iudícium * cantábo tibi Dómine:

Psallam , & intélligam in via immaculáta , * quando vénies ad me.

Perambulâbam in innocéntia cordis mei , * in médio domus meæ.

Non proponêbam ante óculos meos rem iniústam : * faciéntes prævaricatiónes odívi.

Non adhǽsit mihi cor pravum:* declinántem à me malignum non cognoscêbam.

Detrahéntem secrétò próximo suo , * hunc persequêbar.

Supérbo óculo, & insatiábili corde, * cum hoc non edêbam.

Oculi mei ad fidéles terræ ut sédeant mecum: * ámbulans in via immaculáta , hic mihi ministrâbat.

Non habitâbit in médio domus meæ qui facit supérbiam: * qui lóquitur iníqua , non diréxit in conspéctu oculórum meórum.

In matutíno interficiébam omnes peccatóres terræ : * ut dispérderem de civitâte Dómini omnes operántes iniquitâtem.

Antíphona. Iubilâte Deo omnis terra.

Vel Antíphona. Bonum est confitéri Dómino.

Antíphona. Clamor meus.

PSALMUS 101.

DOmine exáudi oratiônem meam : * & clamor meus ad te véniat.

Non avértas fáciem tuam à me:* in quacúmque die tríbulor , inclína ad me aurem tuam.

In quacúmque die invocávero te , * velóciter exáudi me.

Quia defecérunt sicut fumus dies mei : * & ossa mea sicut crémium aruérunt.

Percússus sum ùt fœnum , & áruit

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

áruit cor meum: * quia oblítus sum comédere panem meum.

A voce gémitus mei * adhæsit os meum carni meæ.

Símilis factus sum pellicáno solitúdinis: * factus sum sicut nycticorax in domicílio.

Vigilávi, * & factus sum sicut passer solitárius in tecto.

Tota die exprobrábant mihi inimíci mei: * & qui laudábant me, advérsum me iurábant.

Quia cínerem tamquam panem manducábam, * & potum meum cum fletu miscêbam.

A fácie iræ & indignatiónis tuæ: * quia élevans allisísti me.

Dies mei sicut umbra declinavérunt: * & ego sicut fœnum árui.

Tu autem Dómine in ætérnum pérmanes: * & memoriále tuum in generatiónem & generatiónem.

Tu exúrgens miseréberis Sion: * quia tempus miseréndi eius, quia venit tempus.

Quóniàm placuérunt servis tuis lápides eius: * & terræ eius miserebúntur.

Et timébunt Gentes nomen tuum Dómine, * & omnes reges terræ glóriam tuam.

Quia ædificávit Dóminus Sion: * & vidébitur in glória sua.

Respéxit in oratiónem humílium: * & non sprevit precem eórum.

Scribántur hæc in generatióne áltera: * & pópulus, qui creábitur, laudábit Dóminum:

Quia prospéxit de excélso sancto suo: * Dóminus de cælo in terram aspéxit:

Ut audíret gémitus compeditórum: * ut sólveret fílios interemptórum:

Ut annúncient in Sion nomen Dómini: * & laudem eius in Ierúsalem.

In conveniéndo pópulos in unum, * & reges ut sérviant Dómino.

Respóndit ei in via virtûtis suæ: * Paucitâtem diêrum meórum núncia mihi.

Ne révoces me in dimídio diêrum meórum: * in generatiónem & generatiónem anni tui.

Inítio tu Dómine terram fundásti: * & ópera mánuum tuárum sunt cæli.

Ipsi períbunt, tu autem pérmanes: * & omnes sicut vestiméntum veteráscent.

Et sicut opertórium mutábis eos, & mutabúntur: * tu autem idem ipse es, & anni tui non defícient.

Fílij servôrum tuôrum habitábunt, * & semen eórum in sǽculum dirigêtur.

### PSALMUS 102.

Benedic ánima mea Dómino: * & ómnia, quæ intra me sunt, nómini sancto eius.

Bénedic ánima mea Dómino: * & noli oblivísci omnes retributiónes eius:

Qui propitiàtur ómnibus iniquitátibus tuis: * qui sanat omnes infirmitátes tuas.

Qui rédimit de intéritu vitam tuam: *



tuam: * qui corônat te in misericórdia & miseratiónibus.

Qui replet in bonis desidérium tuum: * renovábitur ùt áquilæ iuvéntus tua:

Fáciens misericórdias Dóminus: * & iudícium ómnibus iniúriam patiéntibus.

Notas fecit vias suas Móysi, * fílijs Israël voluntátes suas.

Miserátor, & miséricors Dóminus: * longánimis, & multùm miséricors.

Non in perpétuum irascêtur: * neque in ætérnum comminábitur.

Non secúndùm peccâta nostra fecit nobis: * neque secúndùm iniquitátes nostras retríbuit nobis.

Quóniàm secúndùm altitúdinem cæli à terra: * corroborávit misericórdiam suam super timéntes se.

Quantum distat Ortus ab Occidénte: * longè fecit à nobis iniquitátes nostras.

Quómodò miserêtur pater filiórum, misértus est Dóminus timéntibus se: * quóniàm ipse cognóvit figméntum nostrum.

Recordàtus est quóniàm pulvis sumus: * homo sicut fœnum dies eius, tamquam flos agri sic efflorêbit.

Quóniàm spíritus pertransíbit in illo, & non subsístet: * & non cognóscet ámpliùs locum suum.

Misericórdia autem Dómini ab ætérno, * & usque in ætérnum super timéntes eum.

Et iustítia illius in fílios filiórum, * his qui servant testaméntum eius:

Et mémores sunt mandatôrum ipsíus, * ad faciéndum ea.

Dóminus in cælo parávit sedem suam: * & regnum ipsíus ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino omnes ángeli eius: * poténtes virtûte, faciéntes verbum illíus, ad audiéndam vocem sermónum eius.

Benedícite Dómino omnes virtútes eius: * minístri eius, qui fácitis voluntâtem eius.

Benedícite Dómino ómnia ópera eius: * in omni loco dominatiónis eius, bénedic ánima mea Dómino.

Antiphona. Clamor meus ad te véniat Deus.

Antiphona. Bénedic.

### PSALMUS 103.

Benedic ánima mea Dómino: * Dómine Deus meus magnificâtus es veheménter.

Confessiónem, & decórem induísti: * amíctus lúmine sicut vestiménto:

Exténdens cælum sicut pellem: * qui tegis aquis superióra eius.

Qui ponis nubem ascénsum tuum: * qui ámbulas super pennas ventórum.

Qui facis ángelos tuos, spíritus: * & minístros tuos ignem uréntem.

Qui fundásti terram super stabilitâtem suam: * non inclinábitur in sǽculum sǽculi.

Abýssus, sicut vestiméntum, amíctus eius: * super montes stabunt aquæ.

Ab increpatióne tua fúgient: * à voce tonítrui tui formidábunt.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ascéndunt montes: & descéndunt campi * in locum, quem fundásti eis.
Términum posuísti, quem non transgrediéntur: * neque converténtur operíre terram.
Qui emíttis fontes in convállibus: * inter médium móntium pertransíbunt aquæ.
Potâbunt omnes béstiæ agri: * expectâbunt ónagri in siti sua.
Super ea vólucres cæli habitábunt: * de médio petrârum dabunt voces.
Rigans montes de superióribus suis: * de fructu óperum tuórum satiábitur terra:
Prodúcens fœnum juméntis, * & herbam servitúti hóminum:
Ut edúcas panem de terra: * & vinum lætíficet cor hóminis:
Ut exhiláret fáciem in óleo: * & panis cor hóminis confírmet.
Saturabúntur ligna campi, & cedri Líbani, quas plantâvit: * illic passeres nidificábunt.
Heródij domus dux est eórum: * montes excélsi cervis: petra refúgium herinácijs.
Fecit lunam in témpora: * sol cognóvit occâsum suum.
Posuísti ténebras, & facta est nox: * in ipsa pertransíbunt omnes béstiæ silvæ.
Cátuli leónum rugiéntes, ut rápiant, * & quærant à Deo escam sibi.
Ortus est sol, & congregáti sunt: * & in cubílibus suis collocabúntur.
Exíbit homo ad opus suum: * & ad operatiónem suam usque ad vésperum.

Quàm magnificâta sunt ópera tua Dómine! * ómnia in sapiéntia fecísti: implêta est terra possessióne tua.
Hoc mare magnum, & spatiôsum mánibus: * illic reptília, quorum non est númerus.
Animália pusílla cum magnis: * illic naves pertransíbunt:
Draco iste, quem formásti ad illudéndum ei: * ómnia à te expéctant ut des illis escam in témpore.
Dante te illis, cólligent: * aperiénte te manum tuam, ómnia implebúntur bonitâte.
Averténte autem te fáciem, turbabúntur: * áuferes spíritum eórum, & defícient, & in púlverem suum reverténtur.
Emíttes spíritum tuum, & creabúntur: * & renovábis fáciem terræ.
Sit glória Dómini in sǽculum: * lætábitur Dñs in opéribus suis:
Qui réspicit terram, & facit eam trémere: * qui tangit montes, & fúmigant.
Cantâbo Dómino in vita mea: * psallam Deo meo quámdiu sum.
Jucúndum sit ei elóquium meum: * ego verò delectâbor in Dómino.
Defíciant peccatóres à terra, & iníqui ita ut non sint: * bénedic ánima mea Dómino.

### Psalmus 104.

Confitémini Dómino, & invocâte nomen eius: * annunciâte inter Gentes ópera eius.

Can-



Cantâte ei, & psállite ei: * narrâte ómnia mirabília eius.
Laudámini in nómine sancto eius: * lætêtur cor quæréntium Dóminum.
Quǽrite Dóminum, & confirmámini: * quǽrite fáciem eius semper.
Mementóte mirabílium eius, quæ fecit: * prodígia eius, & iudícia oris eius.
Semen Abraham, servi eius: * filij Iacob elécti eius.
Ipse Dóminus Deus noster: * in univérsa terra iudícia eius.
Memor fuit in sǽculum testaménti sui: * verbi, quod mandâvit in mille generatiónes:
Quod dispósuit ad Abraham: * & iuraménti sui ad Isaac:
Et státuit illud Iacob in præcéptum: * & Israël in testaméntum ætérnum:
Dicens: Tibi dabo terram Chánaan, * funículum hereditátis vestræ.
Cùm essent número brevi, * paucíssimi & íncolæ eius:
Et pertransiérunt de gente in gentem, * & de regno ad pópulum álterum.
Non relíquit hóminem nocére eis: * & corrípuit pro eis reges.
Nolíte tángere christos meos: * & in prophétis meis nolíte malignári.
Et vocâvit famem super terram: * & omne firmaméntum panis contrívit.
Misit ante eos virum: * in servum venúmdatus est Ioseph.
Humiliavérunt in compédibus pedes eius, ferrum pertránsijt ánimam eius, * donec veníret verbum eius.
Elóquium Dómini inflammâvit eum: * misit rex, & solvit eum; princeps populórum, & dimísit eum.
Constítuit eum dóminum domus suæ: * & príncipem omnis possessiônis suæ:
Ut erudíret príncipes eius sicut semetípsum: * & senes eius prudéntiam docéret.
Et intrâvit Israël in Ægýptum: * & Iacob áccola fuit in terra Cham.
Et auxit pópulum suum veheménter: * & firmâvit eum super inimícos eius.
Convértit cor eórum ut odírent pópulum eius: * & dolum fácerent in servos eius.
Misit Móysen servum suum: * Aaron, quem elégit ipsum.
Pósuit in eis verba signórum suórum, * & prodigiórum in terra Cham.
Misit ténebras, & obscurâvit: * & non exacerbâvit sermónes suos.
Convértit aquas eórum in sánguinem: * & occídit pisces eórum.
Edídit terra eórum ranas * in penetrálibus regum ipsórum.
Dixit, & venit cænomyia, * & cinífes in ómnibus fínibus eórum.
Pósuit plúvias eórum grándinem: * ignem comburéntem in terra ipsórum.
Et percússit víneas eórum, & ficúlneas eórum: * & contrívit lignum fínium eórum.

H 2 Dixit,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Dixit, & venit locústa, & bruchus, * cuius non erat númerus:
Et comêdit omne fœnum in terra eôrum: * & comêdit omnem fructum terræ eôrum.
Et percússit omne primogénitum in terra eôrum: * primítias omnis labôris eôrum.
Et edúxit eos cum argénto & auro: * & non erat in tríbubus eôrum infírmus.
Lætáta est Ægýptus in profectióne eôrum: * quia incúbuit timor eôrum super eos.
Expándit nubem in protectiónem eôrum, * & ignem ut lucéret eis per noctem.
Petiérunt, & venit cotúrnix: * & pane cæli saturâvit eos.
Dirúpit petram, & fluxérunt aquæ: * abiérunt in sicco flúmina;
Quóniam memor fuit verbi sancti sui, * quod hábuit ad Abraham púerum suum.
Et edúxit pópulum suum in exultatióne, * & eléctos suos in lætítia.
Et dedit illis regiónes Géntium: * & labóres populôrum possedérunt:
Ut custódiant iustificatiónes eius, * & legem eius requírant.
Antiphona. Bénedic ánima mea Dómino.
Antiphona. Vísita nos.

Psalmus 105.

Confitémini Dómino quóniam bonus: * quóniam in sǽculum misericórdia eius.
Quis loquêtur poténtias Dómini, * audítas fáciet omnes laudes eius?
Beáti, qui custódiunt iudícium, * & fáciunt iustítiam in omni témpore.
Meménto nostri Dómine in beneplácito pópuli tui: * vísita nos in salutári tuo:
Ad vidéndum in bonitáte electôrum tuôrum, ad lætándum in lætítia gentis tuæ: * ut laudêris cum hereditáte tua.
Peccávimus cum pátribus nostris: * iniúste égimus, iniquitátem fécimus.
Patres nostri in Ægýpto non intellexérunt mirabília tua: * non fuérunt mémores multitúdinis misericórdiæ tuæ.
Et irritavérunt ascendéntes in mare, * Mare rubrum.
Et salvâvit eos propter nomen suum: * ut notam fáceret poténtiam suam.
Et incrépuit Mare rubrum, & exiccâtum est: * & dedúxit eos in abýssis sicut in desérto.
Et salvâvit eos de manu odiéntium: * & redêmit eos de manu inimíci.
Et opéruit aqua tribulántes eos: * unus ex eis non remánsit.
Et credidérunt verbis eius: * & laudavérunt laudem eius.
Citò fecérunt, oblíti sunt óperum eius: * & non sustinuérunt consílium eius.
Et concupiérunt concupiscéntiam in desérto: * & tentavérunt Deum in inaquóso.
Et dedit eis petitiónem ipsôrum: * & misit saturitátem in ánimas eôrum.
Et irritavérunt Móysen in castris: * Aaron sanctum Dómini.



Apérta est terra, & deglutívit Dathan: * & opéruit super congregatiônem Abíron.
Et exársit ignis in synagóga eôrum: * flamma combússit peccatóres.
Et fecérunt vítulum in Horeb: * & adoravérunt sculptíle.
Et mutavérunt glóriam suam * in similitúdinem vítuli comedéntis fœnum.
Oblíti sunt Deum, qui salvâvit eos, * qui fecit magnália in Ægýpto, mirabília in terra Cham: terribília in mari rubro.
Et dixit ut dispérderet eos: * si non Móyses eléctus eius stetísset in confractióne in conspéctu eius:
Ut avérteret iram eius, ne dispérderet eos: * & pro níhilo habuérunt terram desiderábilem:
Non credidérunt verbo eius, & murmuravérunt in tabernáculis suis: * non exaudiérunt vocem Dómini.
Et elevâvit manum suam super eos: * ut prostérneret eos in desérto:
Et ut deíceret semen eôrum in Natiónibus: * & dispérgeret eos in regiónibus.
Et initiáti sunt Beélphegor: * & comedérunt sacrifícia mortuôrum.
Et irritavérunt eum in adinventiónibus suis: * & multiplicâta est in eis ruína.
Et stetit Phínees, & placâvit: * & cessâvit quassátio.
Et reputátum est ei in iustítiam, * in generatiônem & generatiônem usque in sempitérnum.
Et irritavérunt eum ad Aquas contradictiônis: * & vexâtus est Móyses propter eos: quia exacerbavérunt spíritum eius.
Et distínxit in lábijs suis, * non disperdidérunt gentes, quas dixit Dóminus illis.
Et commísti sunt inter gentes, & didicérunt ópera eôrum: & serviérunt sculptílibus eôrum: * & factum est illis in scándalum.
Et immolavérunt fílios suos, * & fílias suas dæmónijs.
Et effudérunt sánguinem innocéntem: * sánguinem filiórum suórum & filiárum suárum, quas sacrificavérunt sculptílibus Chánaan.
Et inf écta est terra in sanguínibus, & contamináta est in opéribus eôrum: * & fornicáti sunt in adinventiónibus suis.
Et irâtus est furore Dóminus in pópulum suum: * & abominâtus est hereditâtem suam.
Et trádidit eos in manus géntium: * & domináti sunt eôrum, qui odérunt eos.
Et tribulavérunt eos inimíci eôrum, & humiliáti sunt sub mánibus eôrum: * sæpè liberâvit eos.
Ipsi autem exacerbavérunt eum in consílio suo: * & humiliâti sunt in iniquitátibus suis.
Et vidit cùm tribularéntur: * & audívit oratiônem eôrum.
Et memor fuit testaménti sui: * pœnítuit eum secúndum multi-

túdinem misericórdiæ suæ.
Et dedit eos in misericórdias * in conspéctu ómnium qui céperant eos.
Salvos nos fac Dómine Deus noster: * & cóngrega nos de Natiónibus:
Ut confiteámur nómini sancto tuo: * & gloriémur in laude tua.
Benedíctus Dóminus Deus Israël à sæculo & usque in sæculum: * & dicet omnis pópulus: Fiat, fiat.

### PSALMUS 106.

Confitémini Dómino quóniam bonus: * quóniam in sæculum misericórdia eius.
Dicant qui redémpti sunt à Dómino, quos redêmit de manu inimíci: * & de regiónibus congregâvit eos:
A solis ortu, & occásu: * ab aquilóne, & mari.
Erravérunt in solitúdine in inaquóso: * viam civitâtis habitáculi non invenérunt,
Esuriéntes, & sitiéntes: * ánima eôrum in ipsis defécit.
Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularéntur: * & de necessitátibus eórum erípuit eos.
Et dedúxit eos in viam rectam: * ut irent in civitâtem habitatiónis.
Confiteántur Dómino misericórdiæ eius: * & mirabília eius fíliis hóminum.
Quia satiâvit ánimam inânem: * & ánimam esuriéntem satiâvit bonis.
Sedéntes in ténebris, & umbra mortis: * vinctos in mendicitâte, & ferro.
Quia exacerbavérunt elóquia Dei: * & consílium Altíssimi irritavérunt.
Et humiliâtum est in labóribus cor eórum: * infirmâti sunt, nec fuit qui adiuváret.
Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularéntur: * & de necessitátibus eórum liberâvit eos.
Et edúxit eos de ténebris, & umbra mortis: * & víncula eórum disrúpit.
Confiteántur Dómino misericórdiæ eius: * & mirabília eius fíliis hóminum.
Quia contrívit portas æreas: * & vectes férreos confrégit.
Suscêpit eos de via iniquitâtis eórum: * propter iniustítias enim suas humiliâti sunt.
Omnem escam abomináta est ánima eórum: * & appropinquavérunt usque ad portas mortis.
Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularéntur: * & de necessitátibus eôrum liberâvit eos.
Misit verbum suum, & sanâvit eos: * & erípuit eos de interitiónibus eórum.
Confiteántur Dómino misericórdiæ eius: * & mirabília eius fíliis hóminum.
Et sacrifícent sacrifícium laudis: * & annúncient ópera eius in exultatióne.
Qui descéndunt mare in návibus, * faciéntes operatiônem in aquis multis.





Ipsi vidérunt ópera Dómini, * & mirabília eius in profúndo.
Dixit, & stetit spíritus procéllæ: * & exaltâti sunt fluctus eius.
Ascéndunt usque ad cælos, & descéndunt usque ad abýssos: * ánima eórum in malis tabescêbat.
Turbâti sunt, & moti sunt sicut ébrius: * & omnis sapiéntia eórum devoráta est.
Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularéntur, * & de necessitátibus eórum edúxit eos.
Et státuit procéllam eius in auram: * & siluérunt fluctus eius.
Et lætâti sunt quia siluérunt: * & dedúxit eos in portum voluntâtis eórum.
Confiteántur Dómino misericórdiæ eius: * & mirabília eius fíliis hóminum.
Et exáltent eum in ecclésia plebis: * & in cáthedra seniórum laudent eum.
Pósuit flúmina in desértum: * & éxitus aquârum in sitim.
Terram fructíferam in salsúginem, * à malítia inhabitántium in ea.
Pósuit desértum in stagna aquârum: * & terram sine aqua in éxitus aquârum.
Et collocâvit illic esuriéntes: * & constituérunt civitâtem habitatiónis.
Et seminavérunt agros, & plantavérunt víneas: * & fecérunt fructum nativitâtis.
Et benedíxit eis, & multiplicâti sunt nimis: * & iuménta eórum non minorâvit.
Et pauci facti sunt: * & vexâti sunt à tribulatióne malórum, & dolóre.
Effúsa est contémptio super príncipes: * & erráre fecit eos in ínvio, & non in via.
Et adiûvit páuperem de inópia: * & pósuit sicut oves famílias.
Vidébunt recti, & lætabúntur: * & omnis iníquitas oppilâbit os suum.
Quis sápiens & custódiet hæc? * & intélliget misericórdias Dómini?
Antíphona. Vísita nos Dómine in salutári tuo.
Antíphona. Confitêbor Dómino.

### PSALMUS 107.

Parâtum cor meum Deus, parâtum cor meum: * cantâbo, & psallam in glória mea.
Exúrge glória mea, exúrge psaltérium, & cíthara: * exúrgam dilúculo.
Confitébor tibi in pópulis Dómine: * & psallam tibi in natiónibus.
Quia magna est super cælos misericórdia tua: * & usque ad nubes véritas tua.
Exaltâre super cælos Deus, & super omnem terram glória tua: * ut liberéntur dilécti tui.
Salvum fac déxtera tua, & exáudi me: * Deus locútus est in sancto suo:
Exultâbo, & dívidam Síchimam, * & convállem tabernaculórum dimétiar.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Meus est Gálaad, & meûs est Manásses: * & Ephraim suscéptio cápitis mei.
Iuda rex meus: * Moab leves spei meæ.
In Idumǽam exténdam calceaméntum meum: * mihi alienígenæ amíci facti sunt.
Quis dedúcet me in civitátem munítam? * quis dedúcet me usque in Idumǽam?
Nonne tu Deus, qui repulísti nos, * & non exíbis Deus in virtútibus nostris?
Da nobis auxílium de tribulatióne: * quia vana salus hóminis.
In Deo faciémus virtútem: * & ipse ad níhilum dedúcet inimícos nostros.

PSALMUS 108.

Deus laudem meam ne tacúeris: * quia os peccatóris, & os dolósi super me apértum est.
Locúti sunt advérsùm me lingua dolósa, & sermónibus ódij circumdedérunt me: * & expugnavérunt me gratis.
Pro eo ut me dilígerent, detrahébant mihi: * ego autem orábam.
Et posuérunt advérsùm me mala pro bonis: * & ódium pro dilectióne mea.
Constítue super eum peccatórem: * & diábolus stet à dextris eius.
Cùm iudicátur, éxeat condemnátus: * & orátio eius fiat in peccátum.
Fiant dies eius pauci: * & episcopátum eius accípiat alter.
Fiant fílij eius órphani: * & uxor eius vídua.
Nutántes transferántur fílij eius, & mendícent: * & ejiciántur de habitatiónibus suis.
Scrutétur fœnerátor omnem substántiam eius: * & dirípiant aliéni labóres eius.
Non sit illi adiútor: * nec sit qui misereátur pupíllis eius.
Fiant nati eius in intéritum: * in generatióne una deleátur nomen eius.
In memóriam rédeat iníquitas patrum eius in conspéctu Dómini: * & peccátum matris eius non deleátur.
Fiant contra Dóminum semper, & dispéreat de terra memória eórum: * pro eo quòd non est recordátus fácere misericórdiam.
Et persecútus est hóminem inopem, & mendícum, * & compúnctum corde mortificáre.
Et diléxit maledictiónem, & véniet ei: * & nóluit benedictiónem, & elongábitur ab eo.
Et índuit maledictiónem sicut vestiméntum, * & intrávit sicut aqua in interióra eius, & sicut óleum in óssibus eius.
Fiat ei sicut vestiméntum, quo operítur: * & sicut zona, qua semper præcíngitur.
Hoc opus eórum, qui détrahunt mihi apud Dóminum: * & qui loquúntur mala advérsùs ánimam meam.
Et tu Dómine, Dómine, fac mecum propter nomen tuum: * quia suávis est misericórdia tua.
Lí-



Líbera me quia egénus, & pauper ego sum: * & cor meum conturbátum est intra me.
Sicut umbra cùm declínat, ablátus sum: * & excússus sum sicut locústæ.
Génua mea infirmáta sunt à ieiúnio: * & caro mea immutáta est propter óleum.
Et ego factus sum oppróbrium illis: * vidérunt me, & movérunt cápita sua.
Adiuva me Dómine Deus meus: * salvum me fac secúndùm misericórdiam tuam.
Et sciant quia manus tua hæc: * & tu Dómine fecísti eam.
Maledícent illi, & tu benedíces: * qui insúrgunt in me, confundántur: servus autem tuus lætábitur.
Induántur qui détrahunt mihi, pudóre: * & operiántur sicut diplóide confusióne sua.
Confitébor Dómino nimis in ore meo: * & in médio multórum laudábo eum.
Quia astítit à dextris páuperis, * ut salvam fáceret à persequéntibus ánimam meam.
Antiphona. Confitébor Dómino nimis in ore meo.
Per Annum, ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat.
In Adventu, ℣. Egrediétur Dóminus de loco sancto suo. ℟. Véniet ut salvet pópulum suum.
In Quadragésima, ℣. Scuto circúmdabit te véritas eius. ℟. Non timébis à timóre noctúrno.
Témpore Passiónis, ℣. Ne perdas cum ímpijs Deus ánimam meam. ℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.
Témpore Paschali, Antiphona. Allelúia, allelúia, allelúia.
Pro beata Maria, ℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis, ℟. Proptereà benedíxit te Deus in ætérnum.

AD LAUDES

Antiphona. Benignè fac in bona voluntáte tua Dómine.
Psalm. Miserére mei Deus. 59.
Antiphona. Bonum est.

PSALMUS 91.

Bonum est confitéri Dómino, * & psállere nómini tuo Altíssime:
Ad annunciándum manè misericórdiam tuam: * & veritátem tuam per noctem.
In decachórdo, psaltério: * cum cántico, in cíthara.
Quia delectásti me Dómine in factúra tua: * & in opéribus mánuum tuárum exultábo.
Quàm magnificáta sunt ópera tua Dómine! * nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes tuæ.
Vir insípiens non cognóscet: * & stultus non intélliget hæc.
Cùm exórti fúerint peccatóres sicut fœnum: * & apparúerint omnes, qui operántur iniquitátem:
Ut intéreant in sǽculum sǽculi: * tu autem Altíssimus in ætérnum Dómine.
Quóniam ecce inimíci tui Dómine, quóniam ecce inimíci tui peribunt: * & dispergéntur om-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

omnes, qui operántur iniquitátem.

Et exaltábitur sicut unicórnis cornu meum: * & senéctus mea in misericórdia úberi.

Et despéxit óculus meus inimícos meos: * & in insurgéntibus in me malignántibus áudiet auris mea.

Iustus, ùt palma florébit: * sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Plantáti in domo Dómini, * in átrijs domus Dei nostri florébunt.

Adhuc multiplicabúntur in senécta úberi: * & benè patiéntes erunt, ut annúncient:

Quóniàm rectus Dóminus Deus noster: * & non est iníquitas in eo.

Antiphona. Bonum est confitéri Dómino.

Antiphona. Métuant Dóminum omnes fines terræ. Psalmus Deus Deus meus * ad te. 18.

Antiphona. Date magnitúdinem.

### Canticum Moysi.

*Deut.* 32.

Audite cæli quæ loquor, * áudiat terra verba oris mei.

Concréscat ùt plúvia doctrína mea, * fluat ùt ros elóquium meum,

Quasi imber super herbam, & quasi stillæ super grámina. * Quia nomen Dómini invocábo:

Date magnificéntiam Deo nostro. * Dei perfécta sunt ópera, & omnes viæ eius iudícia:

Deus fidélis, & absque ulla iniquitáte, iustus & rectus. * Peccavérunt ei, & non fílij eius in sórdibus:

Generátio prava atque pervérsa. * Hǽccine reddis Dómino pópule stulte & insípiens?

Numquid non ipse est pater tuus, * qui possédit te, & fecit, & creávit te?

Meménto diérum antiquôrum, * cógita generatiónes síngulas:

Intérroga patrem tuum, & annunciábit tibi: * maióres tuos, & dicent tibi.

Quando dividébat Altíssimus gentes: * quando separábat fílios Adam,

Constítuit términos populôrum * iuxta númerum filiórum Israël.

Pars autem Dómini, pópulus eius: * Iacob funículus hereditátis eius.

Invênit eum in terra desérta, * in loco horróris, & vastæ solitúdinis:

Circumdúxit eum, & dócuit: * & custodívit quasi pupíllam óculi sui.

Sicut áquila próvocans ad volándum pullos suos, * & super eos vólitans,

Expándit alas suas, & assúmpsit eum, * atque portávit in húmeris suis.

Dóminus solus dux eius fuit: * & non erat cum eo deus aliênus.

Constítuit eum super excélsam terram: * ut coméderet fructus agrórum,

Ut súgeret mel de petra, * oleúmque de saxo duríssimo.

Butýrum de arménto, & lac de óvi-



óvibus * cum ádipe agnôrum, & aríetum filiórum Basan:

Et hircos cum medúlla trítici, * & sánguinem uvæ bíberet meracíssimum.

Incrassátus est diléctus, & recalcitrávit: * incrassátus, impinguátus, dilatátus,

Dereliquit Deum factôrem suum, * & recéssit à Deo salutári suo.

Provocavérunt eum in dijs aliénis, * & in abominatiónibus ad iracúndiam concitavérunt.

Immolavérunt dæmónijs & non Deo, * dijs, quos ignorábant:

Novi recentésque venérunt, * quos non coluérunt patres eórum.

Deum qui te génuit dereliquísti, * & oblítus es Dómini creatóris tui.

Vidit Dóminus, & ad iracúndiam concitâtus est: * quia provocavérunt eum fílij sui & fíliæ.

Et ait: Abscóndam fáciem meam ab eis, * & considerábo novíssima eórum:

Generátio enim pervérsa est, * & infidéles fílij.

Ipsi me provocavérunt in eo, qui non erat Deus, * & irritavérunt in vanitátibus suis:

Et ego provocábo eos in eo, qui non est pópulus, * & in gente stulta irritábo illos.

Ignis succénsus est in furôre meo, * & ardébit usque ad inférni novíssima:

Devorabítque terram cum gérmine suo, * & móntium fundaménta combûret.

Congregábo super eos mala, * & sagíttas meas complébo in eis.

Consuméntur fame, * & devorábunt eos aves morsu amaríssimo:

Dentes bestiárum immíttam in eos, * cum furôre trahéntium super terram, atque serpéntium.

Foris vastábit eos gládius, & intus pavor, * iúvenem simul ac vírginem, lacténtem cum hómine sene.

Dixi: Ubinam sunt? * cessâre fáciam ex homínibus memóriam eórum.

Sed propter iram inimicôrum distuli: * ne fortè superbírent hostes eórum,

Et dícerent: Manus nostra excélsa, & non Dóminus, * fecit hæc ómnia.

Gens absque consílio est, & sine prudéntia. * Utinam sáperent, & intellígerent, ac novíssima providérent.

Quómodò persequâtur unus mille, * & duo fugent decem míllia?

Nónne ideò, quia Deus suus véndidit eos, * & Dóminus conclúsit illos?

Non enim est Deus noster ùt dij eórum: * & inimíci nostri sunt iúdices.

De vínea Sodomôrum, vínea eórum, * & de suburbánis Gomórrhæ:

Uva eórum uva fellis, * & botri amaríssimi.

Fel dracónum vinum eórum, * & venênum áspidum insanábile.

Nón-

UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Nónne hæc cóndita sunt apud me, * & signâta in thesâuris meis?

Mea est ultio & ego retríbuam in témpore, * ut labâtur pes eôrum:

Iuxta est dies perditiônis, * & adésse festínant témpora.

Iudicâbit Dóminus pópulum suum, * & in servis suis miserébitur:

Vidêbit quòd infirmâta sit manus, * & clausi quoque defecérunt, residuíque consúmpti sunt.

Et dicet: Ubi sunt dij eôrum, * in quibus habébant fidúciam?

De quorum víctimis comedébant ádipes, * & bibébant vinum libaminum:

Surgant, & opituléntur vobis, * & in necessitâte vos prótegant.

Vidête quòd ego sim solus, * & non sit alius Deus præter me:

Ego occídam, & ego vívere fáciam: percútiam, & ego sanâbo, * & non est qui de manu mea possit erúere.

Levâbo ad cælum manũ meam, & dicam:* Vivo ego in ætérnum.

Si acúero ut fulgur gládium meum, * & arripúerit iudícium manus mea:

Reddam ultiônem hóstibus meis, * & his qui odérunt me retríbuam.

Inebriâbo sagíttas meas sánguine, * & gládius meus devorâbit carnes,

De cruôre occisôrum, * & de captivitâte, nudâti inimicôrum cápitis.

Laudâte gentes pópulum eius, * quia sánguinem servôrum suôrum ulciscêtur:

Et vindíctam retríbuet in hostes eôrum, * & propítius erit terræ pópuli sui.

Antíphona. Date magnitúdinem Deo nostro.

Aña. In cýmbalis benesonántibus laudâte Deum. Psalm. Laudâte Dóminum de cælis. 20.

CAPITULUM. *Rom. 13. d*

NOX præcéssit, dies autem appropinquâvit. Abjiciâmus ergo ópera tenebrârum, & induâmur arma lucis. Sicut in die honéstè ambulêmus.

HYMNUS.

AUrôra iam spargit polum:
Terris dies illábitur:
Lucis resúltat spículum:
Discêdat omne lúbricum.
Phantásma noctis éxulet:
Mentis reâtus córruat:
Quidquid tenébris hórridum
Nox áttulit culpæ, cadat.
Ut manè, quod nos últimum
Hic deprecámur cérnui,
Cum luce nobis éffluat,
Hoc dum canóre cóncrepat.
Deo Patri sit glória,
Eiúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito
Nunc, & per omne sæculum.
Amen.

℣. Repléti sumus manè misericórdia tua. ℟. Exultávimus, & delectâti sumus.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Illuminâre Dómine his, qui in ténebris sedent: & dírige pedes nostros in viam pacis, Deus Israël.

Pre-



Preces, quando dicéndæ sunt, habéntur suprà in Féria secunda. 62.

## DOMINICA AD VESPERAS.

Pater noster. Ave María. ℣. Deus in adiutórium. 17.

Antiphona. Dixit Dóminus.

Témpore Paschâli, Antiphona. Allelúia.

Sub qua sola Antíphona dicúntur omnes Psalmi Vesperârum, tàm in Domínicis, quàm in Férijs.

PSALMUS 109.

DIxit Dóminus Dómino meo: * Sede à dextris meis:

Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuôrum.

Virgam virtûtis tuæ emíttet Dóminus ex Sion: * dominâre in médio inimicôrum tuôrum.

Tecum princípium in die virtûtis tuæ in splendóribus sanctôrum: * ex útero ante lucíferum génui te.

Iurâvit Dóminus, & non pœnitêbit eum: * Tu es sacérdos in ætérnum secúndùm órdinem Melchísedech.

Dóminus à dextris tuis, * confrêgit in die iræ suæ reges.

Iudicâbit in natiónibus, implêbit ruínas: * conquassâbit cápita in terra multôrum.

De torrénte in via bibet: * proptéreà exaltâbit caput.

Antiphona. Dixit Dóminus Dómino meo: Sede à dextris meis.

Antiphona. Fidélia.

PSALMUS 110.

COnfitêbor tibi Dómine in toto corde meo: * in consílio iustôrum, & congregatióne.

Magna ópera Dómini: * exquisíta in omnes voluntátes eius.

Conféssio & magnificéntia opus eius: * & iustítia eius manet in sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, miséricors & miserâtor Dóminus: * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sæculum testaménti sui: * virtûtem óperum suórum annunciâbit pópulo suo.

Ut det illis hereditâtem géntium: * ópera mánuum eius véritas, & iudícium.

Fidélia omnia mandâta eius: confirmâta in sæculum sæculi, * facta in veritâte & æquitâte.

Redemptiônem misit pópulo suo: * mandâvit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum, & terríbile nomen eius: * inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum: * laudâtio eius manet in sæculum sæculi.

Antiphona. Fidélia ómnia mandâta eius, confirmâta in sæculum sæculi.

Antiphona. In mandátis.

PSALMUS 111.

BEâtus vir, qui timet Dóminum: * in mandátis eius volet nimis.

Potens in terra erit semen eius: *

ge-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

generátio rectórum benedicêtur.

Glória, & divítiæ in domo eius: * & iustítia eius manet in sǽculum sǽculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis: * miséricors, & miserátor, & iustus.

Iucúndus homo qui miserêtur & cómmodat, dispônet sermónes suos in iudício: * quia in ætérnum non commovébitur.

In memória ætérna erit iustus: * ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor eius speráre in Dómino, confirmátum est cor eius: * non commovébitur donec despíciat inimícos suos.

Dispérsit, dedit paupéribus: iustítia eius manet in sǽculum sǽculi, * cornu eius exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, & irascêtur, déntibus suis fremet & tabéscet: * desidérium peccatórum períbit.

Antíphona. In mandátis eius cupit nimis.

Antíphona. Sit nomen Dómini.

### Psalmus 112.

Laudáte púeri Dóminum: * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, & usque in sǽculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * & super cælos glória eius.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * & humília réspicit in cælo & in terra?

Súscitans à terra ínopem, * & de stércore érigens páuperem:

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.

Antíphona. Sit nomen Dómini benedíctum in sǽcula.

Antíphona. Nos qui vívimus.

### Psalmus 113.

In éxitu Israël de Ægýpto, * domus Iacob de pópulo bárbaro:

Facta est Iudǽa sanctificátio eius, * Israël potéstas eius.

Mare vidit, & fugit: * Iordánis convérsus est retrórsum.

Montes exultavérunt ut aríetes: * & colles sicut agni óvium.

Quid est tibi mare quòd fugísti: * & tu Iordánis, quia convérsus es retrórsum?

Montes exultástis sicut aríetes, * & colles sicut agni óvium.

A fácie Dómini mota est terra, * à fácie Dei Iacob.

Qui convértit petram in stagna aquárum, * & rupem in fontes aquárum.

Non nobis Dómine, non nobis: * sed nómini tuo da glóriam.

Super misericórdia tua, & veritâte tua: * nequándo dicant Gentes: Ubi est Deus eórum?

Deus autem noster in cælo: * ómnia quæcúmque vóluit, fecit.



Simuláchra géntium argéntum, & aurum, * ópera mánuum hóminum.

Os habent, & non loquéntur: * óculos habent, & non vidébunt.

Aures habent, & non áudient: * nares habent, & non odorábunt.

Manus habent, & non palpábunt: pedes habent, & non ambulábunt: * non clamábunt in gutture suo.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea: * & omnes qui confídunt in eis.

Domus Israël sperâvit in Dómino: * adiútor eórum & protéctor eórum est.

Domus Aaron sperâvit in Dómino: * adiútor eórum & protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum, speravérunt in Dómino: * adiútor eórum & protéctor eórum est.

Dóminus memor fuit nostri: * & benedixit nobis:

Benedixit dómui Israël: * benedixit dómui Aaron.

Benedixit ómnibus, qui timent Dóminum, * pusíllis cum maióribus.

Adiíciat Dóminus super vos: * super vos, & super fílios vestros.

Benedícti vos à Dómino, * qui fecit cælum, & terram.

Cælum cæli Dómino: * terram autem dedit filijs hóminum.

Non mórtui laudábunt te Dómine: * neque omnes, qui descéndunt in inférnum.

Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino, * ex hoc nunc & usque in sǽculum.

Antíphona. Nos qui vívimus, benedícimus Dómino.

Témpore Paschâli, Antíphona. Allelúia, allelúia, allelúia.

Capitulum. 2. *Cor.* 1.

Benedíctus Deus & Pater Dómini nostri Iesu Christi, Pater misericordiárum, & Deus totíus consolatiónis, qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

### Hymnus.

Lucis Creátor óptime,
Lucem diêrum próferens,
Primórdijs lucis novæ,
Mundi parans oríginem.

Qui manè iunctum vésperi
Diem vocári prǽcipis,
Illábitur tetrum chaos,
Audi preces cum flétibus.

Ne mens gravâta crímine,
Vitæ sit exul múnere,
Dum nil perénne cógitat,
Seséque culpis ílligat.

Cæléste pulset óstium:
Vitále tollat prǽmium:
Vitêmus omne nóxium:
Purgêmus omne péssimum.

Præsta, Pater pijssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sǽculum.
Amen.

℣. Dirigâtur Dómine orátio mea. ℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Prædíctus Hymnus cum suo Versu dícitur à Domínica ii. post

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

post Epiphaníam usque ad Domínicam primam Quadragésimæ, & à Domínica iii. post Pentecósten usque ad Advéntum. Capitulum verò prædictum dicitur in eisdem Domínicis post Pentecósten & Epiphaníam, usque ad Septuagésimam tantum. Dicitur étiam in feriáli Officio ab Octáva Pentecóstes usque ad Advéntum, & ab Octáva Epiphaníæ usque ad Domínicam primam Quadragésimæ. Simíliter & Versículi: Antíphonæ autem cum Psalmis semper dicúntur ut suprà, quando fit Officium de Domínica, excéptis Domínicis Advéntus, quæ habent Antíphonas próprias.

CANTICUM B. MARIÆ VIRGINIS.

*Lucæ* 1. c

Magníficat * ánima mea Dóminum:

Et exultávit spíritus meus * in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * & sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius à progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * & exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * & dívites dimísit inánes.

Suscépit Israël púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, & sémini eius in sæcula.

Glória Patri, & Fílio.

Deindè dícitur Antíphona, & Orátio própria.

## FERIA SECUNDA ad Vésperas.

Antíphona. Inclinávit.

Témpore Paschali, Antíphona. Allelúia.

PSALMUS 114.

Diléxi, quóniàm exáudiet Dóminus * vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem suam mihi: * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis: * & perícula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni: * & nomen Dómini invocávi.

O Dómine líbera ánimam meam: * miséricors Dóminus, & iustus, & Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus: * humiliátus sum, & liberávit me.

Convértere ánima mea in réquiem tuam: * quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de morte: * óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapsu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

Antíphona. Inclinávit Dóminus aurem suam mihi.

An-



Antíphona. Crédidi.

PSALMUS 115.

Crédidi, propter quod locútus sum: * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo: * Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino, * pro ómnibus, quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: * & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo eius: * pretiósa in conspéctu Dómini mors Sanctórum eius:

O Dómine quia ego servus tuus: * ego servus tuus, & fílius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea: * tibi sacrificábo hóstiam laudis, & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli eius: * in átrijs domus Dómini, in médio tui Ierúsalem.

Antíphona. Crédidi, propter quod locútus sum.

Antíphona. Laudáte.

PSALMUS 116.

Laudáte Dóminum omnes Gentes: * laudáte eum omnes pópuli:

Quóniàm confirmáta est super nos misericórdia eius: * & véritas Dómini manet in ætérnum.

Antíphona. Laudáte Dóminum omnes Gentes.

Antíphona. Clamávi.

CANTICUM GRADUUM.

PSALMUS 119.

Ad Dóminum cùm tribulárer clamávi: * & exaudívit me.

Dómine líbera ánimam meam à lábijs iníquis, * & à lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolósam?

Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatórijs.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est: habitávi cum habitántibus Cedar: * multùm íncola fuit ánima mea.

Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: * cùm loquébar illis, impugnábant me gratìs.

Antíphona. Clamávi, & exaudívit me.

Antíphona. Undè véniet.

PSALMUS 120.

Levávi óculos meos in montes, * undè véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cælum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum: * neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit neque dórmiet, * qui custódit Israël.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te: * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo: * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum tuum, & éxitum tuum: * ex hoc nunc, & usque in sæculum.



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Antiphona. Undè véniet auxílium mihi.

Témpore Paschâli, Antiphona. Allelúia, allelúia, allelúia.

CAPITULUM. 2. *Cor.* 1.

BEnedíctus Deus & Pater Dómini nostri Iesu Christi, Pater misericordiàrum, & Deus totius consolatiònis, qui consolàtur nos in omni tribulatióne nostra.

HYMNUS.

IMménse cæli Cónditor,
Qui mixta ne confúnderent,
Aquæ fluénta dívidens,
Cælum dedísti límitem.

Firmans locum Cæléstibus,
Simúlque terræ rívulis;
Ut unda flammas témperet,
Terræ solum ne díssipent.

Infunde nunc, pijssime,
Donum perénnis gratiæ,
Fraudis novæ ne càsibus
Nos error àtterat vetus.

Lucem Fides adáugeat:
Sic lúminis iubar ferat:
Hæc vana cuncta próterat:
Hanc falsa nulla cómprimant.

Præsta, Pater pijssime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

℣. Dirigàtur Dómine orátio mea. ℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magníficat, Antiphona. Magníficat ánima mea Dóminum, quia respéxit Deus humilitátem meam.

In Férijs Advéntus, Quadragésimæ, Quatuor Témporum, (excéptis Quatuor Tempóribus Pentecóstes) post Antiphonam ad Magníficat dicúntur sequéntes Preces flexis génibus si dicéndæ sint.

KYrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. totum dícitur clara voce, ℣. Et ne nos indúcas in tentatiònem. ℟. Sed líbera nos à malo. ℣. Ego dixi, Dómine miserère mei. ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi. ℣. Convértere Dómine, úsquequò. ℟. Et deprecábilis esto super servos tuos. ℣. Fiat misericórdia tua Dómine super nos. ℟. Quemadmodùm sperávimus in te. ℣. Sacerdótes tui induántur iustítiam. ℟. Et sancti tui exúltent. ℣. Dómine salvum fac Regem. ℟. Et exáudi nos in die, qua invocaverimus te. ℣. Salvum fac pópulum tuum Dómine, & bénedic hereditàti tuæ. ℟. Et rege eos, & extólle illos usque in ætérnum. ℣. Meménto congregatiònis tuæ. ℟. Quam posedísti ab inítio. ℣. Fiat pax in virtúte tua. ℟. Et abundántia in túrribus tuis. ℣. Orêmus pro fidélibus defúnctis. ℟. Réquiem ætérnam dona eis Dómine, & lux perpétua lúceat eis. ℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen. ℣. Pro fràtribus nostris absséntibus. ℟. Salvos fac servos tuos, Deus meus sperántes in te. ℣. Pro afflíctis & captívis. ℟. Líbera eos Deus Israël ex ómnibus tribulatiónibus suis. ℣. Mitte eis Dómine auxílium de sancto. ℟. Et de Sion tuêre eos. ℣. Dómine exáudi oratiònem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat.

Deindè dícitur PSALMUS 50.

MIserêre mei Deus, * secúndùm magnam misericórdiam tuam.

Et secúndùm multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitâtem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitâte mea: * & à peccáto meo munda me.

Quóniàm iniquitâtem meam ego cognósco: * & peccàtum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, & malum coram te feci: * ut iustificéris in sermónibus tuis, & vincas cùm iudicàris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum: * & in peccàtis concépit me mater mea.

Ecce enim veritàtem dilexísti: * incérta, & occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, & mundàbor: * lavàbis me, & super nivem dealbàbor.

Audítui meo dabis gáudium & lætítiam: * & exultàbunt ossa humiliàta.

Avérte fáciem tuam à peccàtis meis: * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * & spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua: * & spíritum sanctum tuum nè áuferas à me.

Redde mihi lætítiam salutàris tui: * & spíritu principáli confírma me.

Docêbo iníquos vias tuas: * & impij ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis meæ: * & exultàbit lingua mea iustítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: * & os meum annunciàbit laudem tuam.

Quóniàm si voluísses sacrifícium, dedíssem útique: * holocáustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulàtus: * cor contrítum, & humiliàtum Deus non despícies.

Benígnè fac Dómine in bona voluntàte tua Sion: * ut ædificéntur muri Ierúsalem.

Tunc acceptàbis sacrifícium iustítiæ, oblatiónes, & holocáusta: * tunc impónent super altàre tuum vítulos.

Glória Patri, & Fílio.

Finito Psalmo dícitur ℣. Dómine Deus virtútum convérte nos. ℟. Et osténde fáciem tuam, & salvi érimus. ℣. Exúrge Christe, ádiuva nos. ℟. Et líbera nos propter nomen tuum. ℣. Dómine exáudi oratiònem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orátio, quando própria non assignátur, dícitur de Domínica præcedénti, ùt habêtur in Próprio de Témpore.

Antiphonæ cum Psalmis semper dicúntur ad Vésperas in Offício Feriáli, ùt hìc in Psaltério. Hymni verò ab Octàva Pentecóstes usque ad Advéntum, &

& ab Octâva Epiphaniæ usque ad Domínicam primam Quadragésimæ. Antiphonæ autem ad Magníficat eisdem tempóribus usque ad Septuagésimam.

## FERIA TERTIA
### ad Vésperas.

Antíphona. In domum Dómini.

Témpore Paschâli, Antíphona. Allelúia.

Psalmus 121.

LÆtâtus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átrijs tuis Ierúsalem.

Ierúsalem, quæ ædificátur ùt cívitas: * cuius participátio eius in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini: * testimónium Israël ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in iudício, * sedes super domum David.

Rogate quæ ad pacem sunt Ierúsalem: * & abundántia diligéntibus te:

Fiat pax in virtûte tua: * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meos, * loquêbar pacem de te:

Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsívi bona tibi.

Antíphona. In domum Dómini lætántes íbimus.

Antíphona. Qui hábitas.

Psalmus 122.

AD te levávi óculos meos, * qui hábitas in cælis.

Ecce sicut óculi servôrum, * in mánibus dominôrum suôrum,

Sicut óculi ancíllæ in mánibus dóminæ suæ: * ità óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum donec misereâtur nostri.

Miserêre nostri Dómine, miserêre nostri: * quia multùm replêti sumus despectiône:

Quia multùm replêta est ánima nostra: * oppróbrium abundántibus, & despéctio supérbis.

Antíphona. Qui hábitas in cælis, miserêre nobis.

Antíphona. Adiutórium.

Psalmus 123.

NIsi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israël: * nisi quia Dóminus erat in nobis,

Cùm exúrgerent hómines in nos, * fortè vivos deglutíssent nos:

Cùm irascerêtur furor eôrum in nos, * fórsitan aqua absorbuísset nos.

Torréntem pertransívit ánima nostra: * fórsitan pertransísset ánima nostra aquam intolerábilem.

Benedíctus Dóminus * qui non dedit nos, in captiónem déntibus eorum.

Anima nostra sicut passer erépta est * de láqueo venántium:

Láqueus contrîtus est, * & nos liberáti sumus.

Adiutórium nostrum in nómine Dómini, * qui fecit cælum & terram.

Antíphona. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.

Antíphona. Bénefac.



Psalmus 124.

QUI confídunt in Dómino, sicut mons Sion: * non commovébitur in ætérnum, qui hábitat in Ierúsalem.

Montes in circúitu eius: * & Dóminus in circúitu pópuli sui, ex hoc nunc & usque in sæculum.

Quia non relínquet Dóminus virgam peccatórum super sortem iustórum: * ut non exténdant iusti ad iniquitâtem manus suas.

Bénefac Dómine bonis, * & rectis corde.

Declinántes autem in obligatiónes, addúcet Dóminus cum operántibus iniquitâtem: * pax super Israël.

Antíphona. Bénefac Dómine bonis & rectis corde.

Antíphona. Facti sumus.

Psalmus 125.

IN converténdo Dóminus captivitâtem Sion: * facti sumus sicut consoláti:

Tunc replêtum est gáudio os nostrum: * & lingua nostra exultatiône.

Tunc dicent inter gentes: * Magnificâvit Dóminus fácere cum eis.

Magnificâvit Dóminus fácere nobíscum: * facti sumus lætántes.

Convérte Dómine captivitâtem nostram, * sicut torrens in Austro.

Qui séminant in lácrymis, * in exultatiône metent.

Eúntes ibant & flebant, * mitténtes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum exultatiône, * portántes manípulos suos.

Antíphona. Facti sumus sicut consoláti.

Témpore Paschâli, Antíphona. Allelúia, allelúia, allelúia.

Capitulum. 2. *Cor.* 1.

BEnedíctus Deus & Pater Dómini nostri Iesu Christi, Pater misericordiárum, & Deus totius consolatiônis, qui consolâtur nos in omni tribulatiône nostra.

Hymnus.

TEllûris alme Cónditor,
Mundi solum qui séparans,
Pulsis aquæ moléstijs
Terram dedísti immóbilem.

Ut germen aptum próferens
Fulvis decóra flóribus,
Fœcúnda fructu sísteret,
Pastúmque gratum rédderet.

Mentis perústæ vúlnera,
Munda viróre grátiæ,
Ut facta fletu díluat,
Motúsque pravos átterat.

Iussis tuis obtémperet:
Nullis malis appróximet:
Bonis repléri gáudeat,
Et mortis ictum nésciat.

Præsta, Pater pijssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

℣. Dirigátur Dómine orátio mea. ℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magníficat, Antiphona.

Exúltet spíritus meus in Deo salutári meo.

Preces, si dicéndæ sint, habéntur suprà in Vésperis Fériæ secúndæ. 130.

## FERIA QUARTA
### Ad Vesperas.

Antiphona. Non confundétur.

Témpore Paschali, Antiphona. Allelúia.

Psalmus 126.

Nisi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædifícant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitâtem, * frustrà vígilat qui custôdit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolôris.

Cùm déderit diléctis suis somnum: * ecce heréditas Dómini fílij: merces, fructus ventris.

Sicut sagíttæ in manu poténtis: * ità fílij excussórum.

Beátus vir qui implêvit desidérium suum ex ipsis: * non confundêtur cùm loquêtur inimícis suis in porta.

Aña. Non confundêtur cùm loquêtur inimícis suis in porta.

Antiphona. Beáti.

Psalmus 127.

Beáti omnes, qui timent Dóminum, * qui ámbulant in vijs eius.

Labóres mánuum tuârum quia manducábis: * beátus es, & benè tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abúndans, * in latéribus domus tuæ.

Fílij tui sicut novéllæ olivârum, * in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicêtur homo, * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion: * & vídeas bona Ierúsalem ómnibus diêbus vitæ tuæ.

Et vídeas fílios filiôrum tuórum, * pacem super Israël.

Antiphona. Beáti omnes, qui timent Dóminum.

Antiphona. Sæpè.

Psalmus 128.

Sæpè expugnavérunt me à iuventúte mea, * dicat nunc Israël:

Sæpè expugnavérunt me à iuventûte mea: * étenim non potuérunt mihi.

Supra dorsum meum fabricavérunt peccatóres: * prolongavérunt iniquitâtem suam.

Dóminus iustus concídit cervíces peccatórum: * confundántur & convertántur retrorsùm omnes, qui odérunt Sion.

Fiant sicut fœnum tectórum: * quod priúsquam evellâtur, exáruit:

De quo non implêvit manum suam qui metit, * & sinum suum qui manípulos cólligit.

Et non dixérunt qui præteríbant: Benedíctio Dómini super vos: * benedíximus vobis in nómine Dómini.

An-



Antiphona. Sæpè expugnavérunt me à iuventûte mea.

Antiphona. De profúndis.

Psalmus 129.

De profúndis clamávi ad te Dómine: * Dómine exáudi vocem meam:

Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine: * Dómine quis sustinêbit?

Quia apud te propitiátio est: * & propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo eius: * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem: * speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: * & copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israël, * ex ómnibus iniquitátibus eius.

Antiphona. De profúndis clamávi ad te Dómine.

Antiphona. Speret.

Psalmus 130.

Dómine non est exaltâtum cor meum: * neque eláti sunt óculi mei.

Neque ambulávi in magnis: * neque in mirabílibus super me.

Si non humíliter sentiêbam: * sed exaltávi ánimam meam:

Sicut ablactâtus est super matre sua, * ità retribútio in ánima mea.

Speret Israël in Dómino, * ex hoc nunc & usque in sæculum.

Antiphona. Speret Israël in Dómino.

Témpore Paschali, Antiphona. Allelúia, allelúia, allelúia.

Capitulum. 2. *Cor.* 1.

Benedíctus Deus & Pater Dómini nostri Iesu Christi, Pater misericordiârum, & Deus totíus consolatiónis, qui consolâtur nos in omni tribulatióne nostra.

Hymnus.

Cæli Deus sanctíssime,
Qui lúcidas mundi plagas,
Candóre pingis ígneo,
Augens decóro lúmine.

Quarto die qui flámmeam
Dum solis accéndis rotam,
Lunæ minístras órdinem,
Vagósque cursus síderum.

Ut nóctibus, vel lúmini
Direptiónis términum
Primórdijs & ménsium
Signum dares notíssimum.

Expelle noctem córdium:
Abstérge sordes méntium:
Resólve culpæ vínculum:
Evérte moles críminum.

Præsta, Pater pijssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea. ℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magníficat, Antíphona.

Respéxit Dóminus humilitâtem meam, & fecit in me magna, qui potens est.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Preces, quando dicéndæ sunt, habéntur suprà in Vésperis Fériæ secúndæ. 130.

## FERIA QUINTA
### ad Vésperas.

Antíphona. Et omnis.

Témpore Paschâli, Antíphona. Allelúia.

### Psalmus 131.

Meménto Dómine David, * & omnis mansuetúdinis eius:

Sicut iurâvit Dómino, * votum vovit Deo Iacob:

Si introíero in tabernáculum domus meæ, * si ascéndero in lectum strati mei:

Si dédero somnum óculis meis,* & pálpebris meis dormitatiónem:

Et réquiem tempóribus meis: donec invéniam locum Dómino, * tabernáculum Deo Iacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata: * invénimus eam in campis silvæ.

Introíbimus in tabernáculum eius: * adorábimus in loco, ubi stetérunt pedes eius.

Surge Dómine in réquiem tuam, * tu & arca sanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induántur iustítiam: * & sancti tui exúltent.

Propter David servum tuum, * non avértas fáciem Christi tui.

Iurâvit Dóminus David veritâtem, & non frustrábitur eam: * de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodíerint fílij tui testaméntum meum,* & testimónia mea hæc, quæ docébo eos:

Et fílij eórum usque in sæculum, * sedébunt super sedem tuam.

Quóniàm elégit Dóminus Sion:* elégit eam in habitatiónem sibi.

Hæc réquies mea in sæculum sæculi: * hic habitâbo quóniàm elégi eam.

Víduam eius benedícens benedícam: * páuperes eius saturâbo pánibus.

Sacerdótes eius índuam salutári: * & sancti eius exultatióne exultábunt.

Illuc prodúcam cornu David, * parávi lucérnam Christo meo.

Inimícos eius índuam confusióne: * super ipsum autem efflorébit sanctificátio mea.

Antíphona. Et omnis mansuetúdinis eius.

Antíphona. Ecce.

### Psalmus 132.

Ecce quàm bonum, & quàm iucúndum * habitâre fratres in unum:

Sicut unguéntum in cápite, * quod descéndit in barbam, barbam Aaron,

Quod descéndit in oram vestiménti eius:* sicut ros Hermon, qui descéndit in montem Sion.

Quóniàm illic mandâvit Dóminus benedictiónem, * & vitam usque in sæculum.

Antíphona. Ecce quàm bonum, & quàm iucúndum habitâre fratres in unum.

An-



Antíphona. Omnia.

### Psalmus 134.

Laudâte nomen Dómini, * laudâte servi Dóminum.

Qui statis in domo Dómini, * in átrijs domus Dei nostri.

Laudâte Dóminum, quia bonus Dóminus: * psállite nómini eius, quóniàm suâve.

Quóniàm Iacob elégit sibi Dóminus, * Israël in possessiónem sibi.

Quia ego cognóvi quòd magnus est Dóminus, * & Deus noster præ ómnibus dijs.

Omnia quæcúmque vóluit, Dóminus fecit in cælo, & in terra, * in mari, & in ómnibus abyssis.

Edúcens nubes ab extrémo terræ: * fúlgura in plúviam fecit.

Qui prodúcit ventos de thesáuris suis: * qui percússit primogénita Ægypti ab hómine usque ad pecus.

Et misit signa, & prodigia in médio tui Ægypte: * in Pharaónem, & in omnes servos eius.

Qui percússit gentes multas: * & occídit reges fortes:

Sehon regem Amorrhæórum, & Og regem Basan, * & ómnia regna Chanaan.

Et dedit terram eórum hereditâtem, * hereditâtem Israël pópulo suo.

Dómine nomen tuum in ætérnum: * Dómine memoriâle tuum in generatiónem & generatiónem.

Quia iudicâbit Dóminus pópulum suum: * & in servis suis deprecábitur.

Simulâchra Géntium argéntum, & aurum, * ópera mánuum hóminum.

Os habent, & non loquéntur: * óculos habent, & non vidébunt.

Aures habent, & non áudient: * neque enim est spíritus in ore ipsórum.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea: * & omnes, qui confídunt in eis.

Domus Israël benedícite Dómino: * domus Aaron benedícite Dómino.

Domus Levi benedícite Dómino: * qui timétis Dóminum, benedícite Dómino.

Benedíctus Dóminus ex Sion: * qui hábitat in Ierúsalem.

Antíphona. Omnia quæcúmque vóluit, Dóminus fecit.

Antíphona. Quóniàm in ætérnum.

### Psalmus 135.

Confitémini Dómino quóniàm bonus: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.

Confitémini Deo deórum: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.

Confitémini Dómino dominórum: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.

Qui facit mirabília magna solus: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.

Qui fecit cælos in intelléctu: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.

Qui firmâvit terram super aquas: *

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

aquas: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
Qui fecit luminária magna: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
Solem in potestâtem diéi:* quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
Lunam, & stellas in potestâtem noctis: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
Qui percússit Ægyptum cum primogénitis eôrum:* quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
Qui edúxit Israël de médio eórum: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
In manu poténti, & bráchio excélso: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
Qui divísit Mare rubrum in divisiónes: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
Et edúxit Israël per médium eius: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
Et excússit Pharaônem, & virtútem eius in Mari rubro: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
Qui tradúxit pópulum suum per desértum: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
Qui percússit reges magnos: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
Et occidit reges fortes: * quóniàm in ætérnũ misericórdia eius.
Sehon regem Amorrhæôrum: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
Et Og regem Basan: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
Et dedit terram eôrum hereditâtem: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
Hereditâtem Israël servo suo: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
Quia in humilitâte nostra memor fuit nostri: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
Et redêmit nos ab inimícis nostris: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
Qui dat escam omni carni: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
Confitémini Deo cæli: * quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
Confitémini Dómino dominôrum:* quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
Antíphona. Quóniàm in ætérnum misericórdia eius.
Antíphona. Hymnum cantâte.

### Psalmus 136.

Super flúmina Babylônis, illic sédimus & flévimus: * cùm recordarêmur Sion:
In salícibus in médio eius, * suspéndimus órgana nostra.
Quia illic interrogavérunt nos, qui captívos duxérunt nos, * verba cantiónum:
Et qui abduxérunt nos: * Hymnum cantâte nobis de cánticis Sion.
Quómodò cantábimus cánticum Dómini * in terra aliéna?
Si oblítus fúero tui Ierúsalem, * oblivióni detur déxtera mea.
Adhæreat lingua mea fáucibus meis, * si non meminero tui:
Si



Si non proposúero Ierúsalem, * in princípio lætítiæ meæ.
Memor esto Dómine filiórum Edom, * in die Ierúsalem:
Qui dicunt: Exinaníte, exinaníte * usque ad fundaméntum in ea.
Fília Babylônis mísera: * beátus, qui retríbuet tibi retributiónem tuam, quam retribuísti nobis.
Beâtus, qui tenêbit, * & allídet párvulos tuos ad petram.
Antíphona. Hymnum cantâte nobis de cánticis Sion.
Témpore Paschâli, Antíphona. Allelúia, allelúia, allelúia.

Capitulum. 2. *Cor.* 1.

Benedíctus Deus & Pater Dómini nostri Iesu-Christi, Pater misericordiàrum, & Deus totíus consolatiónis, qui consolâtur nos in omni tribulatióne nostra.

### Hymnus.

Magnæ Deus poténtiæ,
Qui fértili natos aqua
Partim relínquis gúrgiti,
Partim levas in áëra.
Demérsa lymphis ímprimens,
Subvecta cælis érigens:
Ut stirpe ab una pródita
Divérsa répleant loca.
Largíre cunctis sérvulis,
Quos mundat unda sánguinis,
Nescíre lapsus críminum,
Nec ferre mortis tædium.
Ut culpa nullum déprimat:
Nullum éfferat iactántia:
Elísa mens ne cóncidat:
Elâta mens ne córruat.
Præsta, Pater piíssime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

℣. Dirigâtur Dómine orátio mea. ℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.
Ad Magnificat, Antíphona.
Fac Deus poténtiam in bráchio tuo: dispérde supérbos, & exálta húmiles.
Preces, quando dicéndæ sunt, habéntur suprà in Vésperis Fériæ secúndæ. 130.

## FERIA SEXTA
### Ad Vésperas.

Antíphona. In conspéctu.
Témpore Paschâli, Antíphona. Allelúia.

### Psalmus 137.

Confitêbor tibi Dómine in toto corde meo: * quóniàm audísti verba oris mei.
In conspéctu angelórum psallam tibi: * adorâbo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.
Super misericórdia tua, & veritâte tua: * quóniàm magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.
In quacúmque die invocávero te, exáudi me: * multiplicábis in ánima mea virtûtem.
Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ: * quia audiérunt ómnia verba oris tui:
Et cantent in vijs Dómini: * quóniàm magna est glória Dómini.
Quóniàm excélsus Dóminus, & hu-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

humília réspicit:* & alta à longè cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificâbis me:* & super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, & salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me: * Dómine misericórdia tua in sæculum: ópera mánuum tuárum ne despícias.

Antiphona. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.

Antiphona. Dómine.

### PSALMUS 138.

DOmine probásti me, & cognovísti me:* tu cognovísti sessiónem meam, & resurrectiónem meam.

Intellexísti cogitatiónes meas de longè: * sémitam meam, & funículum meum investigásti.

Et omnes vias meas prævidísti:* quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Dómine tu cognovísti ómnia novíssima, & antíqua: * tu formásti me, & posuísti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me:* confortáta est, & non pótero ad eam.

Quò ibo à spíritu tuo? * & quò à fácie tua fúgiam?

Si ascéndero in cælum, tu illic es:* si descéndero in inférnum, ades.

Si súmpsero pennas meas dilúculò, * & habitávero in extrémis maris:

Etenim illuc manus tua dedúcet me: * & tenêbit me déxtera tua.

Et dixi: Fórsitan ténebræ conculcabunt me: * & nox illuminátio mea in delícijs meis.

Quia ténebræ non obscurabúntur à te, & nox sicut dies illuminábitur: * sicut ténebræ eius, ità & lumen eius.

Quia tu possedísti renes meos:* suscepísti me de útero matris meæ.

Confitêbor tibi quia terribíliter magnificàtus es: * mirabília ópera tua, & ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultâtum os meum à te, quod fecísti in occúlto: * & substántia mea in inferióribus terræ.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui, & in libro tuo omnes scribéntur: * dies formabúntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui, Deus: * nimis confortàtus est principàtus eòrum.

Dinumerâbo eos, & super arenam multiplicabúntur: * exurréxi, & adhuc sum tecum.

Si occíderis Deus peccatóres:* viri sánguinum declinâte à me:

Quia dícitis in cogitatiône: * accípient in vanitâte civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te Dómine, óderam: * & super inimícos tuos tabescêbam?

Perfécto ódio óderam illos: * & inimíci facti sunt mihi.

Proba me Deus, & scito cor meum: *



meum:* intérroga me, & cognósce sémitas meas.

Et vide, si via iniquitâtis in me est: * & deduc me in via ætérna.

Antiphona. Dómine probásti me, & cognovísti me.

Antiphona. A viro iníquo.

### PSALMUS 139.

ERipe me Dómine ab hómine malo: * à viro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes in corde: * tota die constituébant prælia.

Acuérunt linguas suas sicut serpéntis: * venénum áspidum sub lábijs eórum.

Custódi me Dómine de manu peccatóris: * & ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt supplantâre gressus meos: * abscondérunt supérbi láqueum mihi:

Et funes extendérunt in láqueum: * iuxta iter scándalum posuérunt mihi.

Dixi Dómino: Deus meus es tu: * exáudi Dómine vocem deprecatiónis meæ.

Dómine, Dómine virtus salútis meæ: * obumbrásti super caput meum in die belli:

Ne tradas me Dómine à desidério meo peccatóri: * cogitavérunt contra me, ne derelínquas me, ne fortè exalténtur.

Caput circúitus eòrum: * labor labiórum ipsorum opériet eos.

Cadent super eos carbónes, in ignem dejícies eos: * in misérijs non subsistent.

Vir linguósus non dirigêtur in terra: * virum iniústum mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciet Dóminus iudícium ínopis: * & vindíctam páuperum.

Verúmtamen iusti confitebúntur nómini tuo: * & habitábunt recti cum vultu tuo.

Antiphona. A viro iníquo líbera me Dómine.

Antiphona. Dómine.

### PSALMUS 140.

DOmine clamávi ad te, exáudi me: * inténde voci meæ, cum clamávero ad te.

Dirigâtur orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo: * elevátio mánuum meârum sacrifícium vespertínum.

Pone Dómine custódiam ori meo: * & óstium circumstántiæ lábijs meis.

Non declínes cor meum in verba malítiæ, * ad excusándas excusatiónes in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem: * & non communicâbo cum eléctis eòrum.

Corrípiet me iustus in misericórdia, & increpâbit me: * óleum autem peccatóris non impínguet caput meum.

Quóniàm adhuc & orátio mea in beneplácitis eórum: * absórpti sunt iuncti petræ iúdices eórum.

Audient verba mea quóniàm potuérunt: * sicut crassitúdo terræ erúpta est super terram.

Dis-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Dissipâta sunt ossa nostra secus inférnum: * quia ad te Dómine, Dómine óculi mei: in te sperávi, non áuferas ánimam meam.
Custódi me à láqueo, quem statuérunt mihi: * & à scándalis operántium iniquitâtem.
Cadent in retiáculo eius peccatóres: * singuláriter sum ego donec tránseam.
Antíphona. Dómine clamávi ad te, exáudi me.
Antíphona. Pórtio mea.

PSALMUS 141.

VOce mea ad Dóminum clamávi: * voce mea ad Dóminum deprecâtus sum:
Effúndo in conspéctu eius oratiônem meam, * & tribulatiônem meam ante ipsum pronúncio.
In deficiéndo ex me spíritum meum, * & tu cognovísti sémitas meas.
In via hac, qua ambulâbam, * abscondérunt láquem mihi.
Considerâbam ad déxteram, & vidêbam: * & non erat qui cognósceret me.
Périjt fuga à me, * & non est qui requírat ánimam meam.
Clamávi ad te Dómine, * dixi: Tu es spes mea, pórtio mea in terra vivéntium.
Inténde ad deprecatiònem meam: * quia humiliàtus sum nimis.
Líbera me à persequéntibus me: * quia confortáti sunt super me.
Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo: * me expéctant iusti, donec retríbuas mihi.
Antíphona. Pórtio mea Dómine sit in terra vivéntium.
Témpore Paschâli, Antíphona. Allelúia, allelúia, allelúia.

CAPITULUM. 2. *Cor.* 1.

BEnedíctus Deus & Pater Dómini nostri Iesu Christi, Pater misericordiárum, & Deus totius consolatiònis, qui consolâtur nos in omni tribulatiòne nostra.

HYMNUS.

HOminis supérne Cónditor,
Qui cuncta solus órdinans,
Humum iubes prodúcere
Reptántis & feræ genus:
Et magna rerum córpora,
Dictu iubéntis vívida,
Per témporum certas vices
Obtemperâre sérvulis.
Repelle, quod cupídinis
Ciénte vi, nos ímpetit,
Aut móribus se súggerit,
Aut áctibus se intérserit.
Da gaudiórum prǽmia:
Da gratiárum múnera:
Dissólve litis víncula,
Adstrínge pacis fœ́dera.
Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sǽculum.
Amen.

℣. Dirigâtur Dómine orátio mea. ℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.
Ad Magníficat, Antíphona. Depósuit poténtes, sanctos persequéntes, & exaltâvit húmiles Christum confiténtes.

Preces quando dicéndæ sunt, habéntur suprà in Vésperis Fériæ secúndæ. 130.

# SABBATO
## Ad Vésperas.



Antíphona. Benedíctus.
Témpore Paschâli, Antíphona. Allelúia.

PSALMUS 143.

BEnedíctus Dóminus Deus meus, qui docet manus meas ad prǽlium, * & dígitos meos ad bellum.
Misericórdia mea, & refúgium meum: * suscéptor meus & liberâtor meus:
Protéctor meus, & in ipso sperávi: * qui subdit pópulum meum sub me.
Dómine quid est homo, quia innotuísti ei? * aut fílius hóminis, quia réputas eum?
Homo vanitáti símilis factus est: * dies eius sicut umbra prætéreunt.
Dómine inclína cælos tuos, & descénde: * tange montes, & fumigábunt.
Fúlgura coruscatiônem, & dissipâbis eos: * emítte sagíttas tuas, & conturbâbis eos:
Emítte manum tuam de alto, éripe me, & líbera me de aquis multis: * de manu filiórum alienórum.
Quorum os locûtum est vanitátem: * & déxtera eórum, déxtera iniquitâtis.
Deus cánticum novum cantâbo tibi: * in psaltério decachórdo psallam tibi.
Qui das salûtem régibus: * qui redemísti David servum tuum de gládio malígno: éripe me.
Et érue me de manu filiórum alienòrum, quorum os locûtum est vanitâtem: * & déxtera eórum, déxtera iniquitâtis:
Quorum filij, sicut novéllæ plantatiónes * in iuventúte sua.
Fíliæ eôrum compósitæ: * circumornátæ ùt similitúdo templi.
Promptuária eôrum plena, * eructántia ex hoc in illud.
Oves eôrum fœtósæ, abundántes in egréssibus suis: * boves eôrum crassæ.
Non est ruína macériæ, neque tránsitus; * neque clamor in platéis eôrum.
Beâtum dixérunt pópulum, cui hæc sunt: * beâtus pópulus, cuius Dóminus Deus eius.
Antíphona. Benedíctus Dóminus Deus meus.
Antíphona. Per síngulos dies.

PSALMUS 144.

EXaltâbo te Deus meus Rex: * & benedícam nómini tuo in sǽculum, & in sǽculum sǽculi.
Per síngulos dies benedícam tibi: * & laudâbo nomen tuum in sǽculum, & in sǽculum sǽculi.
Magnus Dóminus & laudábilis nimis: * & magnitúdinis eius non est finis.
Generátio & generátio laudábit ópera tua: * & poténtiam tuam pronunciábunt.
Magnificéntiam glóriæ sanctitâtis tuæ loquéntur: * & mirabília tua narrábunt.
Et virtûtem terribílium tuórum di-

Dissipâta sunt ossa nostra secus inférnum: * quia ad te Dómine, Dómine óculi mei: in te sperávi, non áuferas ánimam meam.

Custódi me à láqueo, quem statuérunt mihi: * & à scándalis operántium iniquitâtem.

Cadent in retiáculo eius peccatóres: * singuláriter sum ego donec tránseam.

Antíphona. Dómine clamávi ad te, exáudi me.

Antíphona. Pórtio mea.

PSALMUS 141.

Voce mea ad Dóminum clamávi: * voce mea ad Dóminum deprecâtus sum:

Effúndo in conspéctu eius oratiônem meam, * & tribulatiônem meam ante ipsum pronúncio.

In deficiéndo ex me spíritum meum, * & tu cognovísti sémitas meas.

In via hac, qua ambulâbam, * abscondérunt láqueum mihi.

Considerâbam ad déxteram, & vidêbam: * & non erat qui cognósceret me.

Périjt fuga à me, * & non est qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te Dómine, * dixi: Tu es spes mea, pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecatiônem meam: * quia humiliâtus sum nimis.

Líbera me à persequéntibus me: * quia confortáti sunt super me.

Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo: * me expéctant iusti, donec retríbuas mihi.

Antíphona. Pórtio mea Dómine sit in terra vivéntium.

Témpore Paschâli, Antíphona. Allelúia, allelúia, allelúia.

CAPITULUM. 2. *Cor.* 1.

Benedíctus Deus & Pater Dómini nostri Iesu Christi, Pater misericordiârum, & Deus totius consolatiônis, qui consolâtur nos in omni tribulatiône nostra.

HYMNUS.

Hóminis supérne Cónditor,
Qui cuncta solus órdinans,
Humum iubes prodúcere
Reptántis & feræ genus:

Et magna rerum córpora,
Dictu iubéntis vívida,
Per témporum certas vices
Obtemperâre sérvulis.

Repélle, quod cupídinis
Ciénte vi, nos ímpetit,
Aut móribus se súggerit,
Aut áctibus se intérserit.

Da gaudiórum præmia:
Da gratiârum múnera:
Dissólve litis víncula,
Adstrínge pacis fœdera.

Præsta, Pater píissime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

℣. Dirigâtur Dómine orátio mea. ℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magníficat, Antíphona. Depósuit poténtes, sanctos persequéntes, & exaltâvit húmiles Christum confiténtes.

Pre-



Preces quando dicéndæ sunt, habéntur suprà in VéspeYris Fériæ secúndæ. 130.

## SABBATO

### Ad Vésperas.

Antíphona. Benedíctus.

Témpore Paschâli, Antíphona. Allelúia.

PSALMUS 143.

Benedíctus Dóminus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, * & dígitos meos ad bellum.

Misericórdia mea, & refúgium meum: * suscéptor meus & liberâtor meus:

Protéctor meus, & in ipso sperávi: * qui subdit pópulum meum sub me.

Dómine quid est homo, quia innotuísti ei? * aut fílius hóminis, quia réputas eum?

Homo vanitáti símilis factus est: * dies eius sicut umbra prætéreunt.

Dómine inclína cælos tuos, & descénde: * tange montes, & fumigábunt.

Fúlgura coruscatiônem, & dissipâbis eos: * emítte sagíttas tuas, & conturbâbis eos:

Emítte manum tuam de alto, éripe me, & líbera me de aquis multis: * de manu filiórum alienórum.

Quorum os locûtum est vanitâtem: * & déxtera eórum, déxtera iniquitâtis.

Deus cánticum novum cantâbo tibi: * in psaltério decachórdo psallam tibi.

Qui das salûtem régibus: * qui redemísti David servum tuum de gládio malígno: éripe me.

Et érue me de manu filiórum alienôrum, quorum os locûtum est vanitâtem: * & déxtera eôrum, déxtera iniquitâtis:

Quorum fílij, sicut novéllæ plantatiónes * in iuventúte sua.

Fíliæ eôrum compósitæ: * circumornatæ ùt similitúdo templi.

Promptuária eôrum plena, * eructántia ex hoc in illud.

Oves eôrum fœtósæ, abundántes in egréssibus suis: * boves eôrum crassæ.

Non est ruína macériæ, neque tránsitus; * neque clamor in platéis eôrum.

Beâtum dixérunt pópulum, cui hæc sunt: * beâtus pópulus, cuius Dóminus Deus eius.

Antíphona. Benedíctus Dóminus Deus meus.

Antíphona. Per síngulos dies.

PSALMUS 144.

Exaltâbo te Deus meus Rex: * & benedícam nómini tuo in sæculum, & in sæculum sæculi.

Per síngulos dies benedícam tibi: * & laudábo nomen tuum in sæculum, & in sæculum sæculi.

Magnus Dóminus & laudábilis nimis: * & magnitúdinis eius non est finis.

Generátio & generátio laudábit ópera tua: * & poténtiam tuam pronunciábunt.

Magnificéntiam glóriæ sanctitâtis tuæ loquéntur: * & mirabília tua narrábunt.

Et virtûtem terribílium tuôrum di-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dícent: * & magnitúdinem tuam narrabunt.

Memóriam abundántiæ suavitátis tuæ eructábunt: * & iustítia tua exultabunt.

Miserátor & miséricors Dóminus: * pátiens, & multùm miséricors.

Suávis Dóminus univérsis: * & miseratiónes eius super ómnia ópera eius.

Confiteántur tibi Dómine ómnia ópera tua: & sancti tui benedícant tibi.

Glóriam regni tui dicent: * & poténtiam tuam loquéntur:

Ut notam fáciant filijs hóminum poténtiam tuam: * glóriam magnificéntiæ regni tui.

Regnum tuum, regnum ómnium sæculórum: * & dominátio tua in omni generatióne & generatiónem.

Fidélis Dóminus in ómnibus verbis suis: * & sanctus in ómnibus opéribus suis.

Allevat Dóminus omnes qui córruunt: * & érigit omnes elisos.

Oculi ómnium in te sperant Dómine: * & tu das escam illórum in témpore opportúno.

Aperis tu manum tuam: * & imples omne ánimal benedictióne.

Iustus Dóminus in ómnibus vijs suis: * & sanctus in ómnibus opéribus suis.

Propè est Dóminus ómnibus invocántibus eum: * ómnibus invocántibus eum in veritáte.

Voluntátem timéntium se fáciet, * & deprecatiónem eórum exáudiet: & salvos fáciet eos.

Custódit Dóminus omnes diligéntes se: * & omnes peccatóres dispérdet.

Laudatiónem Dómini loquêtur os meum: * & benedicat omnis caro nómini sancto eius in sæculum, & in sæculum sæculi.

Antiphona. Per singulos dies benedicam te Dómine.

Antiphona. Laudábo.

PSALMUS 145.

LAuda ánima mea Dóminum, laudábo Dóminum in vita mea: * psallam Deo meo quámdiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus: * in filijs hóminum, in quibus non est salus.

Exibit spíritus eius, & revertêtur in terram suam: * in illa die peribunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus, cuius Deus Iacob adiûtor eius, spes eius in Dómino Deo ipsius, * qui fecit cælum & terram, mare, & ómnia quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in sæculum, facit iudícium iniúriam patiéntibus: * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compeditos: * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elisos, * Dóminus díligit iustos.

Dóminus custódit ádvenas, pupíllum & víduam suscípiet: * & vias peccatórum dispérdet.

Regnábit Dóminus in sæcula, Deus tuus Sion, * in generatiónem & generatiónem.

Antiphona. Laudábo Deum meum in vita mea.

An-



Antiphona. Deo nostro.

PSALMUS 146.

LAudáte Dóminum quóniàm bonus est psalmus: * Deo nostro sit iucúnda, decoràque laudátio.

Ædíficans Ierúsalem Dóminus: * dispersiónes Israëlis congregábit.

Qui sanat contrítos corde: * & álligat contritiónes eórum.

Qui númerat multitúdinem stellàrum: * & ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, & magna virtus eius: * & sapiéntiæ eius non est númerus.

Suscípiens mansuétos Dóminus: * humílians autem peccatóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in confessióne: * psállite Deo nostro in cíthara.

Qui óperit cælum núbibus: * & parat terræ plúviam.

Qui prodúcit in móntibus fœnum: * & herbam servitúti hóminum.

Qui dat iuméntis escam ipsòrum: * & pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntàtem habébit: * nec in tíbijs viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum est Dómino super timéntes eum: * & in eis, qui sperant super misericórdia eius.

Antiphona. Deo nostro iucúnda sit laudátio.

Antiphona. Lauda.

PSALMUS 147.

LAuda Ierúsalem Dóminum: * lauda Deum tuum Sion.

Quóniàm confortávit seras portàrum tuàrum: * benedíxit filijs tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem: * & ádipe fruménti sátiat te.

Qui emittit elóquium suum terræ: * velóciter currit sermo eius.

Qui dat nivem sicut lanam: * nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit crystállum suam sicut buccéllas: * ante fáciem frígoris eius quis sustinêbit?

Emittet verbum suum, & liquefáciet ea: * flabit spíritus eius, & fluent aquæ.

Qui annúnciat verbum suum Iacob: * iustítias, & iudícia sua Israël.

Non fecit táliter omni natióni: * & iudícia sua non manifestàvit eis.

Antiphona. Lauda Ierúsalem Dóminum.

Témpore Paschâli, Antiphona. Allelúia, allelúia, allelúia.

CAPITULUM. *Rom. 11. d*

O Altitúdo divitiàrum sapiéntiæ, & sciéntiæ Dei: quàm incomprehensibília sunt iudícia eius, & investigábiles viæ eius!

HYMNUS.

IAm sol recédit ígneus:
Tu lux perénnis Unitas,
Nostris, beáta Trínitas,
Infúnde amórem córdibus.

Te manè laudum cármine,
Te deprecámur véspere,
Dignéris, ut te súpplices
Laudémus inter Cælites.

Patri, simúlque Fílio,
Tibíque sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit iúgiter

Sæclum per omne glória.
Amen.

℣. Vespertina orátio ascéndat ad te Dómine. ℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Ad Magnificat, Antiphona.

Suscêpit Deus Israël puerum suum sicut locûtus est ad Abraham, & semen eius: exaltâre húmiles usque in sæculum.

Capitulum. O altitûdo. dicitur in Vésperis Sabbati ab Octâva Pentecóstes usque ad Advéntum, & ab Octâva Epiphaniæ usque ad Septuagésimam. Hymnus & Versiculi etiam usque ad Quadragésimam, Aña. ad Magnificat, ab Octâva Epiphaniæ usque ad Septuagésimam tantùm. Post Antiphonam dicitur Orátio propria.

Deindè fiunt sequentes Commemorationes communes, seu Suffrágia Sanctorum, quæ dicúntur etiam ad Laudes.

## COMMEMORATIO
De Cruce in feriali tantùm Officio.

Ad Vésperas, & Laudes, Aña.

Per signum Crucis de inimícis nostris libera nos Deus noster.

℣. Omnis terra adóret te, & psallat tibi. ℟. Psalmum dicat nomini tuo Dómine.

Orêmus. ORATIO.

PErpétua nos, quǽsumus Domine, pace custódi, quos per lignum sanctæ Crucis redímere dignâtus es.

## COMMEMORATIONES
Communes, sive Suffrágia Sanctorum.

De sancta Maria, quando non dicitur eius Officium parvum.

Ad Vésperas, & Laudes, Aña.

Sancta María, succúrre míseris, iuva pusillánimes, réfove flébiles, ora pro pópulo, intérveni pro clero, intercêde pro devóto femineo sexu: séntiant omnes tuum iuvâmen, quicúmque célebrant tuam sanctam commemoratiônem. ℣. Ora pro nobis sancta Dei génitrix. ℟. Ut digni efficiâmur promissiónibus Christi.

Orêmus. ORATIO.

COncêde nos fâmulos tuos, quǽsumus Dómine Deus, perpétua mentis & córporis sanitâte gaudêre: & gloriôsa beátæ Mariæ semper vírginis intercessiône, à præsénti liberári tristítia, & ætérna pérfrui lætítia.

Ab Octâva Epiphaníæ usque ad Purificatiônem dicitur.

℣. Post partum virgo inviolâta permansísti. ℟. Dei génitrix intercêde pro nobis.

Orêmus. ORATIO.

DEus, qui salûtis ætérnæ beátæ Maríæ virginitâte fœcúnda, humáno géneri prǽmia præstitísti: tribue quǽsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiâmus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

De Apóstolis.

Ad Vésperas, Antiphona.

Petrus Apóstolus, & Paulus Doctor Géntium, ipsi nos docuérunt legem tuam Dómine.

℣. Cons-



℣. Constítues eos príncipes super omnem terram. ℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Ad Laudes, Antiphona.

Gloriósi príncipes terræ, quómodò in vita sua dilexérunt se, ità & in morte non sunt separáti. ℣. In omnem terram exîvit sonus eôrum. ℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Orêmus. ORATIO.

DEus, cuius déxtera beâtum Petrum ambulántem in flúctibus ne mergerêtur, eréxit: & coapóstolum eius Paulum, tértiò naufragántem, de profúndo pélagi liberâvit: exáudi nos propítius, & concêde; ut ambórum méritis æternitátis glóriam consequâmur.

De Patrôno, vel Titulári Ecclésiæ fiat Commemor. consuéta ante vel post Commemoratiónes prædictas, pro dignitate illius: & último loco de Pace.

Ad Vésperas, & Laudes, Aña.

Da pacem Dómine in diêbus nostris, quia non est álius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster. ℣. Fiat pax in virtúte tua. ℟. Et abundántia in túrribus tuis.

Orêmus. ORATIO.

DEus, à quo sancta desidéria, recta consília, & iusta sunt ópera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut & corda nostra mandátis tuis dédita, & hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquilla. Per Dóminum nostrum.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo. ℣. Benedicâmus Dómino. ℟. Deo grátias. ℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

Deindè dícitur secrétò Pater noster.

Sic terminâtur Officium, ubi ália non sequâtur Hora, ùt dícitur in Rubr. de Oratione Domínica.

Dictæ Commemoratiônes, seu Suffrágia, dicúntur ab Octâva Pentecóstes usque ad Advéntum, & ab Octâva Epiphaníæ usque Domínicam Passiónis, excéptis Duplícibus, & intra Octâvas.

Quando dícitur Officium beátæ Maríæ, non fit ália Commemorátio de ea.

In feriali Officio ante Commemorationes de Sancta Maria, & de Apóstolis, primò fit Commemorátio de Cruce, quæ habétur supra 146.

## AD COMPLETORIUM.

Lector incipit ℣. Iube domne benedícere. Benedictio. Noctem quiêtam, & finem perféctum concédat nobis Dóminus omnípotens. ℟. Amen.

LECTIO BREVIS. *1. Pet. 5. e*

FRatres, Sóbrij estóte, & vigilâte: quia adversárius vester diábolus tamquam leo rúgiens círcuit, quærens quem dévoret: Cui resístite fortes in fide. Tu autem Dómine, miserêre nobis.

℟. Deo grátias.

℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini. ℟. Qui fecit cælum



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

lum & terram. Pater noster. dícitur totum secrétò.

Deindè Hebdomadárius facit Confessiónem.

Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper vírgini, beato Michaëli Archángelo, beato Ioanni Baptístæ, sanctis Apostolis Petro & Paulo, ómnibus Sanctis, & vobis fratres, quia peccávi nimis cogitatióne, verbo, & ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Maríam semper vírginem, beátum Michaëlem Archángelum, beátum Ioánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, & vos fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respóndet.

Misereátur tui omnípotens Deus, & dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam. ℞. Amen.

Deindè répetit Confessiónem: & ubi dícitur vobis fratres. & vos fratres. dicâtur tibi pater. & te pater.

Facta Confessióne à Choro Hebdomadárius dicit:

Misereátur vestri omnípotens Deus, & dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam.
℞. Amen.

Indulgéntiam, absolutiónem, & remissiónem peccatorum nostrorum tríbuat nobis omnípotens & miséricors Dóminus.
℞. Amen.

Et facta Absolutióne dícitur Versus.

Convérte nos Deus salutâris noster. ℞. Et avérte iram tuam à nobis. ℣. Deus in adiutórium meum inténde. ℞. Dómine ad adiuvándum me festína.
Glória Patri. Sicut erat.
Antiphona. Miserêre.
Témpore Paschali Antíphona. Allelúia.

Psalmus 4.

Cum invocârem exaudívit me Deus iustítiæ meæ: * in tribulatióne dilatásti mihi.
Miserêre mei, * & exáudi oratiónem meam.
Fílij hóminum úsquequò gravi corde? * ut quid diligitis vanitátem, & quæritis mendácium?
Et scitóte quóniàm mirificâvit Dóminus sanctum suum: * Dóminus exáudiet me cùm clamávero ad eum.
Irascímini, & nolíte peccáre: * quæ dícitis in córdibus vestris, in cubílibus vestris compungímini.
Sacrificâte sacrifícium iustítiæ, & speráte in Dómino. * Multi dicunt: Quis osténdit nobis bona?
Signátum est super nos lumen vultus tui Dómine: * dedísti lætítiam in corde meo.
A fructu fruménti, vini, & ólei sui * multiplicáti sunt.
In pace in idípsum * dórmiam, & requiéscam;
Quóniàm tu Dómine singuláriter in spe * constituísti me.

Psal-



Psalmus 30.

In te Dómine sperávi non confúndar in ætérnum: * in iustítia tua líbera me.
Inclína ad me aurem tuam, * accélera ut éruas me.
Esto mihi in Deum protectórem: & in domum refúgij, * ut salvum me fácias.
Quóniàm fortitúdo mea, & refúgium meum es tu: * & propter nomen tuum dedúces me, & enútries me.
Edúces me de láqueo hoc, quem abscondérunt mihi: * quóniàm tu es protéctor meus.
In manus tuas comméndo spíritum meum: * redemísti me Dómine Deus veritâtis.

Psalmus 90.

Qui hábitat in adiutório Altíssimi, * in protectióne Dei cæli commorábitur.
Dicet Dómino: Suscéptor meus es tu, & refúgium meum: * Deus meus sperâbo in eum.
Quóniàm ipse liberávit me de láqueo venántium, * & à verbo áspero.
Scápulis suis obumbrâbit tibi: * & sub pennis eius sperâbis.
Scuto circúmdabit te véritas eius: * non timêbis à timóre noctúrno.
A sagítta volánte in die, à negótio perambulánte in ténebris, * ab incúrsu, & dæmónio meridiáno.
Cadent à látere tuo mille, & decem míllia à dextris tuis: * ad te autem non appropinquâbit.
Verúmtamen óculis tuis considerâbis: * & retributiónem peccatórum vidébis.
Quóniàm tu es Dómine spes mea: * Altíssimum posuísti refúgium tuum.
Non accêdet ad te malum: * & flagéllum non appropinquâbit tabernáculo tuo.
Quóniàm ángelis suis mandâvit de te: * ut custódiant te in ómnibus vijs tuis.
In mánibus portábunt te: * ne fortè offéndas ad lápidem pedem tuum.
Super áspidem, & basilíscum ambulâbis: * & conculcábis leónem & dracónem.
Quóniàm in me sperâvit, liberâbo eum: * prótegam eum, quóniàm cognóvit nomen meum.
Clamâbit ad me, & ego exáudiam eum: * cum ipso sum in tribulatióne: erípiam eum & glorificâbo eum.
Longitúdine diêrum replêbo eum: * & osténdam illi salutáre meum.

Psalmus 133.

Ecce nunc benedícite Dóminum, * omnes servi Dómini:
Qui statis in domo Dómini, * in átrijs domus Dei nostri,
In nóctibus extóllite manus vestras in sancta, * & benedícite Dóminum.
Benedicat te Dóminus ex Sion, * qui fecit cælum & terram.
Antíphona. Miserêre mihi Dómine, & exáudi oratiónem meam.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Tempore Paschali, Antiphona. Allelúia, allelúia, allelúia.

HYMNUS.

TE lucis ante términum
Rerum Creâtor póscimus;
Ut pro tua cleméntia
Sis præsul, & custódia.
Procul recédant sómnia,
Et nóctium phantasmata;
Hostémque nostrum cómprime,
Ne polluántur córpora.
Præsta, Pater pijssime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito,
Regnans per omne sæculum.
Amen.

CAPITULUM. *Ierem.* 14. *b*

TU autem in nobis es Dómine, & nomen sanctum tuum invocâtum est super nos, ne derelínquas nos Dómine Deus noster.

℟. Deo grátias.

℟. br. In manus tuas Dómine, * Commendo spíritum meum. In manus tuas. ℣. Redemísti nos Dómine Deus veritâtis. Commendo. Glória Patri. In manus tuas. ℣. Custódi nos Dómine, ùt pupíllam óculi. ℟. Sub umbra alárum tuárum prótege nos.

Antiphona. Salva nos.

CANTICUM SIMEONIS.

*Lucæ* 2. *e*

NUnc dimíttis servum tuum Dómine, * secúndùm verbum tuum in pace:
Quia vidérunt óculi mei * salutâre tuum,
Quod parásti * ante fáciem ómnium populórum.
Lumen ad revelatiônem géntium, * & glóriam plebis tuæ Israël. Glória Patri, & Fílio.

Antiphona. Salva nos Dómine vigilántes, custódi nos dormiéntes: ut vigilêmus cum Christo, & requiescâmus in pace.

Sequéntes Preces semper dicúntur, prætérquam in Officio Dúplici, & infra Octávas, quæ in feriáli Officio, Témpore Advéntus, & Quadragésimæ, & in Quatuor Tempóribus, quando dictæ sunt Preces in Vésperis, dicúntur flexis génibus.

KYrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. secretò. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiônem. ℟. Sed líbera nos à malo. Credo in Deum. secrétò. ℣. Carnis resurrectiônem. ℟. Vitam ætérnam. Amen. ℣. Benedíctus es Dómine Deus patrum nostrórum. ℟. Et laudábilis, & gloriósus in sǽcula. ℣. Benedicâmus Patrem & Fílium cum sancto Spíritu. ℟. Laudêmus, & superexaltêmus eum in sǽcula. ℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli. ℟. Et laudábilis, & gloriósus, & superexaltâtus in sǽcula. ℣. Benedicat & custódiat nos omnípotens & miséricors Dóminus. ℟. Amen.
℣. Dignâre Dómine nocte ista. ℟. Sine peccáto nos custodíre. ℣. Miserêre nostri Dómine. ℟. Miserêre nostri. ℣. Fiat misericórdia tua Dómine super nos. ℟. Quemádmodùm sperávimus in te. ℣. Dómine exáudi oratiônem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orêmus. ORATIO.

VIsita, quǽsumus Dómine, habitatiônem istam, & omnes insídias inimíci ab ea longè repélle: Angeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant: & benedíctio tua sit super nos semper. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit & regnat.

℣. Dominus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo. ℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Benedictio. Benedicat, & custódiat nos omnípotens & miséricors Dóminus, Pater, & Fílius, & Spíritus sanctus. ℟. Amen.

Et non dicitur, Fidélium ánimæ. sed immediátè dicitur una ex infrascriptis Antiphonis pro témpore.

A Vésperis Sábbati ante Domínicam primam Advéntus usque ad Purificatiônem inclusívè, Antíphona.

ALma Redemptôris mater, quæ pérvia cæli
Porta manes, & stella maris, succúrre cadénti,
Súrgere qui curat, pópulo: tu quæ genuísti,
Natúra miránte, tuum sanctum Genitôrem,
Virgo priùs ac postériùs, Gabriélis ab ore.
Sumens illud Ave, peccatôrum miserêre.

In Advéntu, ℣. Angelus Dómini nunciâvit Maríæ. ℟. Et concêpit de Spíritu sancto.

Orêmus. ORATIO.

GRátiam tuam, quǽsumus Dómine, méntibus nostris infúnde: ut qui, Angelo nunciánte, Christi Fílij tui incarnatiônem cognóvimus, per passiônem eius & crucem ad resurrectiônis glóriam perducâmur. Per eúmdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

A primis Vésperis Nativitâtis, & deinceps, ℣. Post partum virgo inviolâta permansísti. ℟. Dei génitrix intercêde pro nobis.

ORATIO.

DEus, qui salûtis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcúnda, humáno géneri prǽmia præstitísti: tribue quǽsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiâmus, per quam merúimus auctôrem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.
℟. Amen.

Post Purificatiônem, id est à fine Completórij illius diéi secúndæ Februárij inclusívè, etiam quando transfértur Festum Purificatiônis B. Maríæ Virg. usque ad Fériam quintam in Cœna Dómini exclusívè Antiphona.

AVE Regîna cælórum,
Ave Dómina Angelórum:
Salve radix, salve porta,
Ex qua mundo lux est orta:
Gaude Virgo gloriósa:
Super omnes speciósa:
Vale ò valdè decôra,
Et pro nobis Christum exóra.
℣. Dignâre me laudáre te, Virgo





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

go sacrâta. ℟. Da mihi virtûtem contra hostes tuos.

ORATIO.

Concêde misericors Deus fragilitáti nostræ præsidium: ut qui sanctæ Dei genitrícis memóriam ágimus, intercessiónis eius auxílio à nostris iniquitátibus resurgâmus. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

À Completório Sábbati sancti usque ad Nonam Sábbati post Pentecósten inclusivè, Antíphona.

Regina cæli lætâre, allelúia. Quia quem meruísti portâre, allelúia.
Resurréxit, sicut dixit, allelúia.
Ora pro nobis Deum, allelúia.
℣. Gaude & lætâre virgo María, allelúia. ℟. Quia surréxit Dóminus verè, allelúia.

ORATIO.

Deus, qui per resurrectiónem Fílij tui Dómini nostri Iesu Christi mundum lætificâre dignâtus es: præsta quæsumus; ut per eius genitrìcem vírginem Maríam, perpétuæ capiâmus gáudia vitæ. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

À primis Vesp. Festi SS. Trinitâtis, usque ad Nonam Sábbati ante Advéntum, Antíphona.

Salve Regina, mater misericórdiæ, vita, dulcêdo, & spes nostra salve. Ad te clamâmus éxules fílij Hevæ. Ad te suspirâmus geméntes & flentes in hac lacrymârum valle. Eia ergo advocâta nostra, illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte. Et Iesum benedíctum fructum ventris tui, nobis post hoc exílium osténde. O clemens, ô pia, ô dulcis virgo María.

℣. Ora pro nobis sancta Dei génitrix. ℟. Ut digni efficiâmur promissiónibus Christi.

ORATIO.

Omnípotens sempitérne Deus, qui gloriósæ vírginis matris Maríæ corpus & ánimam, ut dignum Fílij tui habitáculum éffici mererêtur, Spíritu sancto cooperánte præparásti: da, ut cuius commemoratiône lætâmur, eius pia intercessiône ab instántibus malis, & à morte perpétua liberêmur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

℣. Divînum auxílium máneat semper nobíscum.

℟. Amen.

Deindè dícitur secrétò. Pater noster. Ave María. & Credo.

Sic dícitur Completórium per totum Annum, prætérquam in triduo Maióris Hebdómadæ, & per Octâvam Paschæ, ut suo loco dicêtur.

Si post Completórium immediâtè sequâtur Matutínum, tunc bis dicâtur Pater noster. Ave María. & Credo. quia Completórium, quod est finis Offícij, sic terminári debet, & ante Matutínum íterum repétitur pro princípio Offícij sequéntis diéi.

Antíphonæ prædíctæ dicúntur étiam in fine Laudum, quando discedéndum est à Choro: sed si immediátè post Matutínum subsequátur Prima, vel ália Hora, dicúntur in fine últimæ Horæ, ita ut dicántur semper, quando terminâta áliqua Hora discedéndum est à Choro: & tunc post ℣. Fidélium ánimæ. & Pater noster. secrétò, dícitur ℣. Dóminus det nobis suam pacem. ℟. Et vitam ætérnã, Amen.

Deindè una ex prædíctis Antíphonis, & in fine, Divînum auxílium máneat semper nobíscum.

℟. Amen.

Extra Chorum autem dicúntur in fine Laudum, si tunc terminándum sit Offícium: alióquin in fine últimæ Horæ. Post álias verò Horas, quando terminâtur Offícium, dícitur tantùm Pater noster. secrétò.



PRO-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS





# PROPRIUM DE TEMPORE.

## SABBATO

Ante Dominicam primam Advéntus.

Ad Vésperas, Capitulum.

*Rom.* 13. *d*

FRatres, Hora est iam nos de somno súrgere. Nunc enim próprior es nostra salus, quàm cùm credídimus. ℟. Deo grátias.

Sic semper respondêtur in fine ómnium Capitulórum.

Hymnus.

CReâtor alme síderum,
Ætérna lux credéntium,
Iesu Redémptor ómnium,
Inténde votis súpplicum.
Qui dæmonis ne fraúdibus
Periret orbis, ímpetu
Amôris actus, lánguidi
Mundi medéla factus es.
Commúne qui mundi nefas
Ut expiáres, ad Crucem
E Vírginis Sacrário
Intácta prodis víctima.
Cuius potéstas glóriæ,
Noménque cùm primùm sonat;
Et cælites, & ínferi
Treménte curvántur genu.
Te deprecâmur últimæ
Magnum diéi iúdicem;
Armis supérnæ grátiæ
Defénde nos ab hóstibus.
Virtus, honor, laus, glória
Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paraclito,
In sæculôrum sæcula. Amen.

℣. Rorâte cæli désuper, & nubes pluant iustum. ℟. Aperiâtur terra, & gérminet Salvatôrem.

Ad Magníficat, Antíphona.

Ecce nomen Dómini venit de longinquo, & cláritas eius replet orbem terrârum.

Oratio.

EXcita, quæsumus Dómine, potentiam tuam, & veni: ut ab imminéntibus peccatôrum nostrórum perículis, te mereâmur protegénte éripi, te liberánte salvári. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitâte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Commemorationes seu Suffrágia Sanctórum non fiunt per totum Advéntum, etiam in Officio de Sanctis: nec de Cruce in feriáli Officio.

In Advéntu non fit de Festo, nisi fúerit Duplex, vel Semiduplex: quòd si occúrrat in Domínica, transfértur in primam diem símili Festo non impeditam, secúndùm Rúbricam de Translatiône Festórum. De Simplici verò fit tantùm Commemorátio.

## DOMINICA I.

Advéntus.

Ad Matutinum, Invitatórium.

Regem ventûrum Dóminum, * Venîte adorêmus. Et dícitur etiam in Férijs usque ad Do-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

Dominicam tértiam Advéntus. Psalmus. Veníte, exultémus. 2.

HYMNUS.

Verbum supérnum pródiens
E Patris ætérni sinu
Qui natus orbi súbvenis,
Labénte cursu témporis.
Illúmina nunc péctora,
Tuoque amóre cóncrema;
Ut cor cadúca déserens
Cæli volúptas ímpleat.
Ut, cum tribúnal Iúdicis
Damnábit igni nóxios,
Et vox amíca débitum
Vocábit ad cælum pios.
Non esca flammárum nigros
Volvámur inter túrbines,
Vultu Dei sed cómpotes
Cæli fruámur gáudijs.
Patri, simúlque Fílio,
Tibíque sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit iúgiter
Sæclum per omne glória.
Amen.

Antiphonæ, Psalmi, & Versiculi Nocturnórum, ut in Psaltério. 3.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

IN illa die stillábunt montes dulcédinem, & colles fluent lac & mel, allelúia. Psalmus. Dóminus regnávit. 18. Aña. Iucundáre fília Sion, & exúlta satis fília Ierúsalem, allelúia. Psalmus. Iubiláte Deo. 18. Antiphona. Ecce Dóminus véniet, & omnes sancti eius cum eo, & erit in die illa lux magna, allelúia. Psalmus. Deus Deus meus. 18. Aña. Omnes sitiéntes veníte ad aquas: quǽrite Dóminum, dum inveníri potest, allelúia. Cánticum. Benedícite. 19. Aña. Ecce véniet Prophéta magnus, & ipse renovábit Ierúsalem, allelúia. Psalm. Laudáte Dóminum de cælis. 20.

CAPITULUM. *Rom.* 13. *d*

FRatres, Hora est iam nos de somno súrgere. Nunc enim própior est nostra salus, quàm cùm crédidimus. ℟. Deo grátias.

HYMNUS.

EN clara vox redárguit
Obscúra quæque pérsonans:
Procul fugéntur sómnia:
Ab alto Iesus prómicat.
Mens iam resurgat tórpida,
Non ámplius iacens humi:
Sidus refúlget iam novum,
Ut tollat omne nóxium.
En Agnus ad nos míttitur,
Laxáre gratis débitum:
Omnes simul cum lácrymis
Precémur indulgéntiam.
Ut, cum secúndo fúlserit,
Metúque mundum cínxerit,
Non pro reátu púniat,
Sed nos pius tunc prótegat.
Virtus, honor, laus, glória
Deo Patri, cum Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sǽcula.
Amen.

℣. Vox clamántis in desérto, paráte viam Dómini. ℟. Rectas fácite sémitas eius.

Ad Benedictus, Antiphona.

Spíritus sanctus in te descéndet María: ne tímeas, habébis in útero fílium Dei, allelúia.

Orátio. Excita quǽsumus Dómine. ut suprà. 155.

Ad Primam, Tértiam, Sextam,



tam, & Nonam, Antiphonæ de Láudibus dicúntur per órdinem quarta prætermissa. Quod étiam servátur in álijs Domínicis Advéntus.

Ad Primam, Hymnus. Iam lucis orto sídere. 23. Aña. In illa die. Psalmus. Deus in nómine. cum réliquis ut in Psaltério. 23. Capitulum. Regi seculórum. 27.

℟. breve. Christe Fili Dei vivi, * Miserére nobis. Repétitur. Christe Fili Dei vivi, miserére nobis. ℣. Qui ventúrus es in mundum. Miserére nobis. ℣. Glória Patri. Christe Fili Dei vivi, miserére nobis. ℣. Exúrge Christe, ádiuva nos. ℟. Et líbera nos propter nomen tuum.

Sic dícitur quotídie usque ad Nativitátem Dómini, étiam in Officio de Sanctis, prætérquam in die Conceptiónis beátæ Maríæ, & per Octávam.

Deindè Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. Credo. ℣. Et ego ad te Dómine clamávi. cum réliquis ut in Psaltério. 27.

Ad Absolutiónem Capítuli, Lectio brevis. Dómine, miserére. 29. Quæ dícitur in Domínicis & Férijs usque ad Vigíliam Nativitátis Dómini exclusívè.

Ad Tértiam, Hymnus. Nunc sancte. 38. Antiphona. Iucundáre. Psalm. Legem pone. cum réliquis. 39. Capitulum. Fratres, Hora est. ut suprà. 156.

℟. br. Veni ad liberándum nos. * Dómine Deus virtútum. Et repétitur Veni ad liberándum nos, Dómine Deus virtútum. ℣. Osténde fáciem tuam, & salvi érimus. Dómine Deus virtútum. ℣. Glória. Veni ad liberándum nos, Dómine Deus virtútum. ℣. Timébunt Gentes nomen tuum Dómine. ℟. Et omnes reges terræ glóriam tuam.

Sic repetúntur Versus in ómnibus ℟. brévibus Horárum.

Ad Sextam, Antiphona.

Ecce Dóminus.

CAPITULUM. *Rom.* 13. *d*

NOx præcéssit, dies autem appropinquávit. Abiciámus ergo ópera tenebrárum, & induámur arma lucis.

℟. br. Osténde nobis Dómine, * Misericórdiam tuam. Osténde. ℣. Et salutáre tuum da nobis. Misericórdiam. Glória Patri, & Filio, & Spirítui sancto. Osténde. ℣. Meménto nostri Dómine in beneplácito pópuli tui. ℟. Visita nos in salutári tuo.

Ad Nonam, Antiphona.

Ecce véniet.

CAPITULUM. *Rom.* 13. *d*

SIcut in die honéste ambulémus: non in comessatiónibus & ebrietátibus, non in cubílibus, & impudicítijs, non in contentióne & æmulatióne: sed indúimini Dóminum Iesum Christum.

℟. breve. Super te Ierúsalem, * Oriétur Dóminus. Super. ℣. Et glória eius in te vidébitur. Oriétur. Glória. Super. ℣. Dómine Deus virtútum convérte nos.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nos. ℟. Et osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

Ad Vésperas, Antíphona. In illa die. cum réliquis de Láudibus. 156. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. Capítulum. Fratres, Hora est iam. Hymnus. Creâtor alme síderum. ut suprà in primis Vésperis. 155. ℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant iustum. ℟. Aperiâtur terra, & gérminet Salvatôrem.

Ad Magníficat, Antíphona. Ne tímeas María, invenísti enim grátiam apud Dóminum: ecce concípies, & páries fílium, allelúia. Orátio. Excita, quǽsumus Dómine. ut suprà. 155.

Hymni, Versículi & ℟. brevia huius Domínicæ dicúntur in álijs Domínicis & Férijs Advéntus.

Post Vésperas dici dicúntur Vésperæ Defunctórum. lxviij.

## FERIA SECUNDA.

Ad Matutínum, Invitatórium. Regem ventûrum. Hymn. Verbum supérnum. ut suprà in Domínica, 156. Aña. Dóminus defénsor. Psalmus. Dóminus illuminátio. cum réliquis de Psaltério. 59.

Ad Laudes, Antíphona & Psalmus. Miserêre. cum réliquis de Psaltério. 59.

CAPITULUM. *Isaíæ* 2.

VEníte, & ascendâmus ad montem Dómini, & ad domum Dei Iacob, & docêbit nos vias suas, & ambulábimus in sémitis eius: quia de Sion exíbit lex, & verbum Dómini de Ierúsalem.

HYMNUS.

EN clara vox redárguit
Obscûra quæque pérsonans:
Procul fugéntur sómnia:
Ab alto Iesus prómicat.
Mens iam resúrgat tórpida,
Non ámpliùs iacens humi:
Sidus refúlget iam novum,
Ut tollat omne nóxium.
En Agnus ad nos míttitur
Laxâre gratìs débitum:
Omnes simul cum lácrymis
Precêmur indulgéntiam.
Ut, cùm secúndò fúlserit,
Metúque mundum cínxerit,
Non pro reátu púniat,
Sed nos pius tunc prótegat.
Virtus, honor, laus, glória
Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculôrum sǽcula. Amen.

℣. Vox clamántis in desérto, Parâte viam Dómini. ℟. Rectas fácite sémitas eius.

Ad Benedíctus, Antíphona. Angelus Dómini nunciâvit Maríæ, & concêpit de Spíritu sancto, allelúia.

Deíndè dicúntur Preces. Kyrie eléison. Pater noster. ℣. Ego dixi, Dómine. ùt in Psaltério. 62.

ORATIO.

EXcita, quǽsumus Dómine, poténtiam tuam, & veni: ut ab imminéntibus peccatôrum nostrôrum perículis, te mereâmur protegénte éripi, te liberánte salvári. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Orá-



Orátio Domínicæ præterítæ semper dícitur per Hebdómadam in feriáli Offício, quando própria non assignátur. Et ad Horas Antíphonæ sumúntur de Láudibus Domínicæ præcedéntis, quando ad Laudes Fériæ non assignántur própriæ.

Hódiè dícitur Offícium Defunctórum. lxxii.

Ad Primam, Antíphona. In illà die. 156. Capítulum. Pacem & veritâtem. ùt in Psaltério. 35.

℟. breve. Christe Fili Dei vivi, * Miserêre nobis. Repétitur, Christe Fili Dei vivi, miserêre nobis. ℣. Qui ventûrus es in mundum. Miserêre nobis. ℣. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto. Christe Fili Dei vivi, miserêre nobis. ℣. Exúrge Christe, ádiuva nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum.

Deíndè Preces, ùt in Psaltério in feriáli Offício.

Ad Absolutiônem Capítuli. Dómine miserêre. ùt in Psaltério. 37.

Ad Tértiam, Antíphona. Iucundâre.

CAPITULUM. *Ierem.* 23.

ECce dies véniunt, dicit Dóminus, & suscitábo David, germen iustum: & regnâbit Rex, & sápiens erit: & fáciet iudícium & iustítiam in terra.

℟. breve. Veni ad liberándum nos, * Dómine Deus virtûtum. Veni ad. ℣. Osténde fáciem tuam, & salvi érimus. Dómine Deus. Glória Patri. Veni ad. ℣. Timébunt gentes nomen tuum Dómine. ℟. Et omnes reges terræ glóriam tuam.

Post ℟. breve dícitur Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. ℣. Dómine Deus virtûtum. ùt in Psaltério. 41.

Ad Sextam, Antíphona. Ecce Dóminus.

CAPITULUM. *Ierem.* 23.

IN diêbus illis salvábitur Iuda, & Israël habitâbit confidénter: & hoc est nomen quod vocábunt eum, Dóminus iustus noster.

℟. br. Osténde nobis Dómine, * Misericórdiam tuam. Osténde. ℣. Et salutâre tuum da nobis. Misericórdiam. Glória Patri. Osténde. ℣. Meménto nostri Dómine in beneplácito pópuli tui. ℟. Vísita nos in salutári tuo.

Deíndè Kyrie eléison. ùt suprà. 44.

Ad Nonam, Antíphona. Ecce véniet.

CAPITULUM. *Isaíæ* 14.

PRopè est ut véniat tempus eius, & dies eius non elongabúntur. Miserébitur enim Dóminus Iacob, & Israël salvábitur.

℟. breve. Super te Ierúsalem, * Oriêtur Dóminus. Super. ℣. Et glória eius in te vidébitur. Oriêtur Dóminus. Glória Patri. Super te. ℣. Veni Dómine, & noli tardâre. ℟. Reláxa facínora plebi tuæ.

Deíndè Kyrie eléison. ùt suprà. 47.

Ad Vésperas, Antíphona. Inclinâvit. Psalmus. Diléxi. cum ré-

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

réliquis de Psaltério. 128.

Capitulum. *Genes.* 49. *b*

NOn auferêtur sceptrum de Iuda, & dux de fémore eius, donec véniat qui mitténdus est, & ipse erit expectátio Géntium.

Hymnus.

CReâtor alme síderum,
Ætérna lux credéntium,
Iesu Redémptor ómnium,
Inténde votis súpplicum.
Qui démonis ne fraúdibus
Períret orbis; ímpetu
Amóris actus, lánguidi
Mundi medéla factus es.
Commúne qui mundi nefas
Ut expiâres, ad Crucem
E Vírginis sacrário
Intácta prodis víctima.
Cuius potéstas glóriæ,
Noménque cum primum sonat;
Et cǽlites, & ínferi
Treménte curvántur genu.
Te deprecâmur últimæ
Magnum diéi iúdicem:
Armis supérnæ grátiæ
Defénde nos ab hóstibus.
Virtus, honor, laus, glória
Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito
In sæculórum sǽcula. Amen.

℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant iustum. ℟. Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem.

Ad Magníficat, Antíphona.

Leva Ierúsalem óculos tuos, & vide poténtiam Regis: Ecce Salvâtor venit sólvere te à vínculo.

Deíndè dícitur Kyrie eléison. cum Précibus ùt suprà in Psaltério. 130.

Capítula prædícta dicúntur in feriáli Officio usque ad Vigíliam Nativitátis Dómini exclusívè.

## FERIA TERTIA.

Ad Benedíctus Antíphona.

Antequam convenírent, invénta est María habens in útero de Spíritu sancto, allelúia.

Deíndè Kyrie eléison. ùt suprà. 62.

Ad Magníficat, Antíphona.

Quǽrite Dóminum, dum inveníri potest: invocâte eum, dum propè est, allelúia.

Deíndè Kyrie eléison. ùt suprà. 130.

## FERIA QUARTA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

De Sion exíbit lex, & verbum Dómini de Ierúsalem.

Deíndè Kyrie eléison. ùt suprà. 62.

Ad Magníficat, Antíphona.

Véniet fórtior me post me, cuius non sum dignus sólvere corrígiam calceamentórum.

Deíndè Kyrie eléison. ùt suprà. 130.

## FERIA QUINTA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui.

Deíndè Kyrie eléison. ùt suprà. 62.

Ad Magníficat, Antíphona.

Expectábo Dóminum Salvatórem meum, & præstolábor eum dum propè est, allelúia.

Deíndè Kyrie eléison. ùt suprà. 130.

FE-



## FERIA SEXTA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Ecce véniet Deus & homo de domo David sedére in throno, allelúia.

Deíndè Kyrie eléison. ùt suprà. 62.

Ad Magníficat, Antíphona.

Ex Ægypto vocávi Fílium meum: véniet, ut salvet pópulum suum.

Deíndè Kyrie eléison. ùt suprà. 130.

## SABBATO.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Sion noli timére, ecce Deus tuus véniet, allelúia.

Deíndè Kyrie eléison. ùt suprà. 62.

Ad Vésperas, Capítulum.

*Rom.* 15.

FRatres, Quæcúmque scripta sunt, ad nostram doctrínam scripta sunt: ut per patiéntiam, & consolatiónem Scripturárum, spem habeâmus.

Hymnus. Creâtor alme síderum. 160. ℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant iustum. ℟. Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem.

Ad Magníficat, Antíphona.

Veni Dñe visitáre nos in pace, ut lætémur coram te corde perfécto.

Oratio.

EXcita Dómine corda nostra ad præparándas Unigéniti tui vias: ut per eius advéntum, purificátis tibi méntibus servíre mereámur. Qui tecum vivit & regnat, in unitáte spíritus sancti Deus.

## DOMINICA II.
### Adventus.

Ad Matutínum, ùt in Domínica prima Advéntus, suprà. 155.

Ad Laudes, & per Horas, Antíphona.

ECce in núbibus cæli Dóminus véniet cum potestâte magna, allelúia. Psalmus. Dóminus regnávit. cum réliquis. 17. Antíphona. Urbs fortitúdinis nostræ Sion, Salvátor ponêtur in ea murus & antemurále: aperíte portas, quia nobíscum Deus, allelúia. Antíphona. Ecce apparébit Dóminus & non mentiétur: si moram fécerit: expécta eum, quia véniet & non tardábit, allelúia. Aña. Montes & colles cantábunt coram Deo laudem, & ómnia lingua silvârum plaudent mánibus: quóniam véniet Dominátor Dóminus in regnum ætérnum, allelúia, allelúia. Antíphona. Ecce Dóminus noster cum virtúte véniet, & illuminábit óculos servórum suórum, allelúia.

Capitulum. *Rom.* 15.

FRatres, Quæcúmque scripta sunt, ad nostram doctrínam scripta sunt: ut per patiéntiam, & consolatiónem Scripturárum, spem habeâmus.

Hymnus. En clara vox. 156. ℣. Vox clamántis in desérto: Paráte viam Dómini. ℟. Rectas fácite sémitas eius.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Ioánnes autem cùm audísset in vínculis ópera Christi, mittens



UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®

tens duos ex discípulis suis, ait illi: Tu es qui ventûrus es, an álium expectâmus?

Orátio. Excita Dómine corda. ut suprà. 161.

Ad Tertiam, Antiph. Urbs fortitúdinis. Capitulum. Fratres, Quæcúmque. ut sup. 161.

℟. breve. Veni ad liberándum nos, * Dómine Deus virtútum. Veni. ℣. Osténde fáciem tuam, & salvi érimus. Dómine. Glória Patri. Veni.

℣. Timébunt Gentes nomen tuum Dómine. ℟. Et omnes reges terræ glóriam tuam.

Ad Sextam, Antíphona.

Ecce apparêbit.

Capitulum. *Rom.* 15.

Deus autem patiéntiæ, & solátij det vobis idipsum sápere in altérutrum secúndum Iesum Christum: ut unánimes, uno ore honorificétis Deum, & Patrem Dómini nostri Iesu Christi.

℟. breve. Osténde nobis Dómine, * Misericórdiam tuam. Osténde. ℣. Et salutâre tuum da nobis. Misericórdiam. Glória Patri. Osténde. ℣. Meménto nostri Dómine in beneplácito pópuli tui. ℟. Visita nos in salutari tuo.

Ad Nonam, Antíphona.

Ecce Dóminus noster.

Capitulum. *Rom.* 15. c

Deus autem spei répleat vos omni gáudio, & pace in credéndo: ut abundétis in spe, & in virtûte Spíritus sancti.

℟. breve. Super te Ierúsalem, * Oriêtur Dóminus. Super te. ℣. Et glória eius in te vidébitur. Oriêtur. Glória Patri. Super te. ℣. Dómine Deus virtútum convérte nos. ℟. Et osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

Ad Vésperas, Antíphona.

Ecce in núbibus. cum réliquis de Láudibus. 161. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. Capitulum. Fratres, Quæcúmque. 161. Hymnus. Creâtor alme síderum. 160. ℣. Rorâte cæli désuper, & nubes pluant iustum. ℟. Aperiâtur terra, & gérminet Salvatorem.

Ad Magníficat, Antíphona.

Tu es qui ventûrus es, an álium expectâmus? Dícite Ioánni quæ vidístis: Ad lumen rédeunt cæci, mórtui resúrgunt, páuperes evangelizántur, allelúia.

Orátio. Excita Dómine corda. ut suprà. 161.

Post Vésperas die dicúntur Vésperæ Defunctórum. lxviii.

## FERIA SECUNDA.

Ad Laudes, Antíphona & Psalmus. Miserére. cum réliquis de Psaltério. 59.

Capitulum. *Isaiæ* 2.

Veníte, & ascendâmus ad montem Dómini, & ad domum Dei Iacob, & docêbit nos vias suas, & ambulábimus in sémitis eius: quia de Sion exíbit lex, & verbum Dómini de Ierúsalem.

Hym-



Hymnus. En clara vox. suprà. 158. ℣. Vox clamántis in desérto, Parâte viam Dómini.

℟. Rectas fácite sémitas eius.

Ad Benedíctus, Antíphona.

De cælo véniet Dominâtor Dóminus, & in manu eius honor & impérium.

Deindè dícitur Kyrie eléison. suprà. 62.

Oratio.

Excita Dómine corda nostra ad preparándas Unigéniti tui vias: ut per eius advéntum, purificátis tibi méntibus servire mereâmur. Qui tecum vivit & regnat.

Hodiè dícitur Officium Defunctórum. lxxii.

Ad Magníficat, Antíphona.

Ecce véniet Rex Dóminus terræ, & ipse áuferet iugum captivitátis nostræ.

Deindè Kyrie eléison. ut suprà. 130.

## FERIA TERTIA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Super te Ierúsalem oriêtur Dóminus, & glória eius in te vidébitur.

Deindè Kyrie eléison. ut suprà. 62.

Ad Magníficat, Antíphona.

Vox clamántis in desérto: Parâte viam Domini, rectas fácite sémitas Dei nostri.

Deindè Kyrie eléison. ut suprà. 130.

## FERIA QUARTA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparâbit viam meam ante fáciem tuam.

Deindè Kyrie eléison. ut suprà. 62.

Ad Magníficat, Antíphona.

Sion renovâberis, & vidêbis iustum tuum, qui ventûrus est in te.

Deindè Kyrie eléison. ut suprà. 130.

## FERIA QUINTA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Tu es qui ventúrus es Dómine, quem expectâmus, ut salvum fácias pópulum tuum.

Deindè Kyrie eléison. ut suprà. 62.

Ad Magníficat, Antíphona.

Qui post me véniet, ante me factus est: cuius non sum dignus calceaménta sólvere.

Deindè Kyrie eléison. ut suprà. 130.

## FERIA SEXTA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Dícite, Pusillánimes confortámini: ecce Dominus Deus noster véniet.

Deindè Kyrie eléison. ut suprà. 62.

Ad Magníficat, Antíphona.

Cantâte Dómino cánticum novum: laus eius ab extrémis terræ.

Deindè Kyrie eléison. ut suprà. 130.

## SABBATO.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Levâbit Dóminus signum in natiónibus, & congregâbit dispérsos Israël.

Deindè Kyrie eléison. ut suprà. 62.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ad Vésperas, Capitulum.

*Philip.* 4.

FRatres, Gaudéte in Dómino semper: íterùm dico gaudéte. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus enim propè est.

Hymnus. Creátor alme. ùt suprà. 155. ℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant iustum. ℟. Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem.

Ad Magníficat, Antíphona.

Ante me non est formâtus Deus, & post me non erit: quia mihi curvábitur omne genu, & confitébitur omnis lingua.

Orátio.

AUrem tuam, quǽsumus Dómine, précibus nostris accómmoda: & mentis nostræ ténebras grátia tuæ visitatiónis illústra. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

## DOMINICA III. Advéntus.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Propè est iam Dóminus: * Veníte adorémus. Et dícitur quotídiè usque ad Vigíliam Nativitátis Dómini exclusívè. Psalmus. Veníte, exultémus. 2. Hymnus. Verbum supérnum. ùt suprà. 156.

Ad Laudes & per Horas, Aña.

VEniet Dóminus, & non tardábit, & illuminábit abscóndita tenebrárum, & manifestábit se ad omnes gentes, allelúia. Psalmus. Dóminus regnávit. cum reliq. 17. Antíphona. Ierúsalem gaude gáudio magno, quia véniet tibi Salvâtor, allelúia. Antíphona. Dabo in Sion salûtem, & in Ierúsalem glóriam meam, allelúia. Aña. Montes & omnes colles humilliabúntur: & erunt prava in dirécta, & áspera in vias planas: veni Dómine, & noli tardâre, allelúia. Aña. Iustè & piè vivâmus, expectántes beâtam spem, & advéntum Dómini. Capítulum. Fratres, Gaudête. suprà. Hymnus. En clara vox redárguit. 156. ℣. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini. ℟. Rectas fácite sémitas eius.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Super sólium David, & super regnum eius sedêbit in ætérnum, allelúia.

Orátio. Aurem tuam. ùt suprà.

Ad Tértiam, Antíphona. Ierúsalem gaude. Capítulum. Fratres, Gaudête. ùt suprà.

℟. breve. Veni ad liberándum nos, * Dómine Deus virtútum. Veni. ℣. Osténde fáciem tuam, & salvi érimus. Dñe. ℣. Glória Patri. Veni. ℣. Timébunt Gentes nomen tuum Dómine. ℟. Et omnes reges terræ glóriam tuam.

Ad Sextam, Antíphona.

Dabo in Sion.

Capitulum. *Philip.* 4.

NIhil solíciti sitis: sed in omni oratióne, & obsecratióne, cum gratiárum actióne petitiónes vestræ innotéscant apud Deum.

℟. breve. Osténde nobis Dómine, * Misericórdiam tuam. Os-



Osténde. ℣. Et salutáre tuum da nobis. Misericórdiam. ℣. Glória Patri. Osténde. ℣. Meménto nostri Dómine in beneplácito pópuli tui. ℟. Vísita nos in salutári tuo.

Ad Nonam, Antíphona.

Iustè & piè.

Capitulum. *Philip.* 4. *b*

ET pax Dei, quæ exúperat omnem sensum, custódiat corda vestra, & intelligéntias vestras in Christo Iesu Dómino nostro.

℟. breve. Super te Ierúsalem, * Oriêtur Dóminus. Super. ℣. Et glória eius in te vidébitur. Oriêtur. Glória Patri. Super te. ℣. Dómine Deus virtútum convérte nos. ℟. Et osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

Ad Vésperas, Antíphona. Véniet Dóminus. cum réliquis de Láudibus. 164. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis. 125. Capítulum. Fratres, Gaudête. 164. Hymnus. Creátor alme síderum. 155. ℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant iustum. ℟. Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem.

Ad Magníficat, Antíphona.

Beáta es María, quæ credidísti Dóminum: perficiéntur in te quæ dicta sunt tibi à Dómino allelúia.

Orátio. Aurem tuam. ùt suprà. 164.

Post Vésperas diéi dicúntur Vésperæ Defunctórum. lxviii.

Hæc Antíphona prætermíttitur, si hódiè eius loco ponénda sit una ex Antíphonis maióribus, ùt infrà, quibus semper cedunt Antíphonæ própriæ alijs diêbus ad Magníficat assignâtæ.

Sequéntes Antíphonæ maióres ad Magníficat inchoántur die xvii. Decémbris, & síngulæ ante & post Magníficat íntegræ sicut in Duplícibus dicúntur per órdinem usque ad diem ante Vigíliam Nativitátis. Si verò Festum fúerit, dicúntur post Oratiónem Festi, pro Commemoratióne Advéntus.

Antíphona. 17.

O Sapiéntia, quæ ex ore Altíssimi prodísti, attíngens à fine usque ad finem fortitèr, suavitérque dispónens ómnia, veni ad docéndum nos viam prudéntiæ.

Antíphona. 18.

O Adonai, & dux domus Israël, qui Móysi in igne flammæ rubi apparuísti, & ei in Sina legem dedísti: veni ad rediméndum nos in bráchio exténto.

Antíphona. 19.

O radix Iesse, qui stas in signum populórum, super quem continébunt reges os suum, quem Gentes deprecabúntur: veni ad liberándum nos: iam noli tardâre.

Antíphona. 20.

O clavis David, & sceptrum domus Israël; qui áperis, & nemo claudit; claudis, & nemo áperit: veni, & educ vinctum de domo cárceris, sedéntem in ténebris, & umbra mortis.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Antíphona. 21.

O óriens splendor lucis ætérnæ, & sol iustítiæ: veni, & illúmina sedéntes in ténebris, & umbra mortis.

Antíphona. 22.

O Rex Géntium, & desiderâtus eârum, lapísque anguláris, qui facis útraque unum: veni, & salva hóminem, quem de limo formásti.

Antíphona. 23.

O Emmánuël Rex & légifer noster, expectátio Géntium, & Salvâtor eârum: veni ad salvándum nos, Dómine Deus noster.

Sequéntes Antíphonæ ad Laudes, & per Horas dicúntur in sex Férijs ante Vigíliam Nativitátis, incipiéndo die xvii. Decémbris ab Antíphonis, quæ Fériæ illius diéi assignántur. Simíliter & aliæ dicúntur in próprijs Férijs.

Quód si dies xvii. fúerit Domínica, Antíphonæ inchoántur sequénti Féria secúnda, quæ erit dies xviii. Quæ autem dicéndæ essent die in quo occúrrit festum S. Thomæ, dicúntur in Sábbato cum Psalmis Sábbati, quarta Antíphona prætermíssa, cuius loco dícitur Antíphona. Expectêtur sicut plúvia elóquium meum: & descéndet super nos sicut ros Deus noster. nisi Vigília Nativitátis vénerit in Domínica: tunc enim in Sábbato dicúntur Antíphonæ de Láudibus Domínicæ, quarta prætermíssa, cuius loco dícitur Antíphona. Expectêtur. Antíphona ad Benedíctus, & Orátio dícitur ut in Sábbato Quatuor Témporum pónitur. 196. Antíphonæ verò de Láudibus, quæ occúrrunt in die S. Thomæ, eo anno prætermittúntur: & in Domínica tunc dicúntur Antíphonæ de Vigília, ut infrà dicétur in Rúbrica de Vigília. 172. Simíliter omíttitur Antíphon. Expectêtur. quando illud Festum in Sábbato vénerit.

FERIA SECUNDA.

Ad Laudes, & per Horas, Antíphona.

ECce véniet Dóminus, princeps regum terræ: beáti, qui paráti sunt occúrrere illi. Psalmi eiúsdem Fériæ. 59. Antíphona. Cùm vénerit Fílius hóminis, putas invéniet fidem super terram? Antíphona. Ecce iam venit plenitúdo témporis, in quo misit Deus Fílium suum in terras. Antíphona. Hauriêtis aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris. Antíphona. Egrediêtur Dóminus de loco sancto suo: véniet ut salvet pópulum suum.

FERIA TERTIA.

Ad Laudes, & per Horas, Antíphona.

ROrâte cæli désuper, & nubes pluant iustum: aperiâtur terra, & gérminet Salvatórem. Psalmi eiúsdem Fériæ. 72. Antíphona. Emitte Agnum Dómine Dominatórem terræ, de Petra desérti, ad montem fíliæ Sion. Aña. Ut cog-



noscámus Dómine in terra viam tuam, in ómnibus, Géntibus salutáre tuum. Antíphona. Da mercêdem Dómine sustinéntibus te, ut Prophétæ tui fidéles inveniántur. Antíphona. Lex per Móysen data est, grátia & véritas per Iesum Christum facta est.

FERIA QUARTA.

Ad Laudes, & per Horas, Antíphona.

PRophétæ prædicavérunt nasci Salvatórem de vírgine María. Psalmi eiúsdem Fériæ. 82 Antíphona. Spíritus Dómini super me, evangelizâre paupéribus misit me. Antíphona. Propter Sion non tacêbo, donec egrediâtur ùt splendor iustus eius. Aña. Ecce véniet Dóminus, ut sédeat cum princípibus, & sólium glóriæ téneat. Aña. Annunciâte pópulis, & dícite: Ecce Deus Salvâtor noster véniet.

FERIA QUINTA.

Ad Laudes, & per Horas, Antíphona.

DE Sion véniet Dóminus omnípotens, ut salvum fáciat pópulum suum. Psalmi eiúsdem Fériæ. 95. Antíphona. Convértere Dómine aliquántulùm, & ne tardes veníre ad servos tuos. Antíphona. De Sion véniet, qui regnatúrus est Dóminus, Emmánuël magnum nomen eius. Antíphona. Ecce Deus meus, & honorâbo eum: Deus patris mei, & exaltâbo eum. Antíphona. Dóminus légifer noster, Dóminus Rex noster, ipse véniet, & salvâbit nos.

FERIA SEXTA.

Ad Laudes, & per Horas, Antíphona.

COnstántes estôte, vidébitis auxílium Dómini super vos. Psalmi eiúsdem Fériæ. 107. Aña. Ad te Dómine levávi ánimam meam: veni, & éripe me, Dñe ad te confúgi. Aña. Veni Dómine, & noli tardáre: reláxa facínora plebi tuæ Israël. Antíphona. Deus à Líbano véniet, & splendor eius sicut lumen erit. Aña. Ego autem ad Dóminum aspíciam, & expectábo Deum Salvatórem meum.

SABBATO.

Antíphonæ secúndùm superiórem Rubricam. 166.

Ad Cánticum verò, Aña. Expectêtur sicut plúvia elóquium meum: & descéndet super nos sicut ros Deus noster. Psalmi ùt in Láudibus Sábbati. 121.

In festo S. Thomæ pro Commemor. Advéntus ad Benedíctus, Aña. Nolíte timêre; quinta enim die véniet ad vos Dóminus noster.

Si verò contíngat festum S. Thomæ transférri in secúndam Fériam, Antíphona prædícta dícitur ad Benedíctus in Domínica, loco Antíphonæ. Ave María.

Ultimo die ante Vigíliam Nativitátis, ad Benedíctus, Antíphona. Ecce compléta sunt ómnia, quæ dicta sunt per Angelum de vírgine María.



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Quibus Antiphonis cedunt áliæ Antiphonæ in própriis locis ad Benedíctus assignátæ.

## FERIA SECUNDA.

Ad Laudes, Antíphona & Psalmus. Miserére. cum réliquis de Psaltério, 59. nisi dicéndæ sint Antíphonæ secúndùm superiórem Rubricam.

Capitulum. *Isaiæ 2.*

VEnite, & ascendámus ad montem Dómini, & ad domum Dei Iacob, & docébit nos vias suas, & ambulábimus in sémitis eius: quia de Sion exíbit lex, verbum Dómini de Ierúsalem.

Hymnus. En clara vox redárguit. 158. ℣. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini. ℟. Rectas fácite sémitas eius.

Ad Benedíctus, Antíphona. Egrediétur virga de radice Iesse, & replébitur omnis terra glória Dómini: & vidébit omnis caro salutáre Dei.

Deíndè Kyrie eléison. ùt suprà. 62.

Oratio.

AUrem tuam, quǽsumus Dómine, précibus nostris accómmoda: & mentis nostræ ténebras grátia tuæ visitatiónis illústra. Qui vivis & regnas.

Hódiè dícitur Officium Defunctórum. lxxii.

Ad Magníficat, Antíphona. Beátam me dicent omnes generatiónes, quia ancillam húmilem respéxit Deus.

Nisi dicénda sit Aña. O

Deíndè Kyrie eléison. ùt suprà. 130.

## FERIA TERTIA.

Ad Benedíctus, Antíphona. Tu Béthlehem terra Iuda, non eris mínima: ex te enim éxiet Dux, qui regat pópulum meum Israël.

Deíndè Kyrie eléison. ùt suprà. 62.

Ad Magníficat, Antíphona. Elevâre, elevâre, consúrge Ierúsalem: solve víncula colli tui, captíva fília Sion.

Nisi dicénda sit Aña. O

Deíndè Kyrie eléison. ùt suprà. 130.

## FERIA QUARTA.

Quátuor Témporum.

Ad Benedíctus, Antíphona. Missus est Gábriël Angelus ad Maríam vírginem desponsâtam Ioseph.

Deíndè dícitur Kyrie eléison. ùt suprà. 62. Oratio.

PRæsta quǽsumus omnípotens Deus: ut redemptiónis nostræ ventûra solémnitas, & præséntis nobis vitæ subsídia cónferat, & ætérnæ beatitúdinis prǽmia largiâtur. Per Dóminum nostrum.

Et dícitur ad omnes Horas, prætérquam in Véspeřis.

Ad Magníficat, Antíphona. Ecce ancilla Dómini: fiat mihi secúndùm verbum tuum.

Nisi dicénda sit Aña. O

Post Preces dícitur Orátio Domínicæ præcedéntis.

Oratio.

AUrem tuam, quǽsumus Dómine, précibus nostris accómmoda: & mentis nostræ ténebras grátia tuæ visitatiónis illústra. Qui vivis & regnas.

FE-



## FERIA QUINTA.

Ad Benedíctus, Antíphona. Vigiláte ánimo, in próximo est Dóminus Deus noster.

Nisi occúrrat Festum S. Thomæ, quia tunc ea prætermissa, dícitur Aña. Nolíte timêre; quinta enim die véniet ad vos Dóminus noster. Quod étiam servâtur in sequéntibus diébus, quando illud Festum occúrrit.

Deíndè Kyrie eléison. cum Précibus, ùt suprà. 62.

Ad Magníficat, Antíphona. Lætámini cum Ierúsalem, & exultáte in ea omnes qui dilígitis eam in ætérnum.

Nisi dicénda sit Aña. O

Deíndè Kyrie eléison. ùt suprà. 130.

## FERIA SEXTA.

Quátuor Témporum.

Ad Benedíctus, Antíphona. Ex quo facta est vox salutatiónis tui in áuribus meis, exultávit in gáudio infans in útero meo, allelúia.

Deíndè Kyrie eléison. ùt suprà. 62. Oratio.

EXcita, quǽsumus Dómine, poténtiam tuam, & veni: ut hi, qui in tua pietáte confídunt, ab omni cítiùs adversitáte liberéntur. Qui vivis & regnas.

Et dícitur ad omnes Horas prætérquam in Vésperis.

Ad Magníficat, Antíphona. Hoc est testimónium, quod perhíbuit Ioánnes: Qui post me venit ante me factus est.

Nisi dicénda sit Aña. O

Deíndè Kyrie eléison. ùt suprà. 130.

Oratio.

AUrem tuam, quǽsumus Dómine, précibus nostris accómmoda: & mentis nostræ ténebras grátia tuæ visitatiónis illústra. Qui vivis & regnas.

## SABBATO.

Quátuor Témporum.

Ad Benedíctus, Antíphona. Quómodò fiet istud, Angele Dei, quóniàm virum non cognosco? Audi María virgo: Spíritus sanctus super véniet in te, & virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

Nisi dicénda sit Antíphona. Nolíte timêre. ùt suprà, & nisi hæc fúerit dies ante Vigíliam Nativitátis; quia tunc ea prætermissa, dícitur Antíphona. Ecce compléta sunt ómnia, quæ dicta sunt per Angelum de vírgine María. Quod étiam servâtur (si diem contingat) in sequéntibus diébus.

Deíndè Kyrie eléison. ùt suprà. 62. Oratio.

DEus, qui cónspicis, quia ex nostra pravitáte afflígimur: concéde propítius; ut ex tua visitatióne consolémur. Qui vivis & regnas.

Et dícitur per omnes Horas.

Ad Vésp. Capítulum. *1.Cor.4.*

FRatres, Sic nos existímet homo ùt minístros Christi: & dispensatóres mysteriórum Dei. Hìc iam quǽritur inter dispensatóres, ut fidélis quis inveniátur.

Hymnus. Creátor alme síderum. 155. ℣. Roráte cæli désuper,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

per, & nubes pluant iustum. ℞. Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem.

Antíphona ad Magníficat, una ex maióribus O.

ORATIO.

Excita, quǽsumus Dómine, poténtiam tuam, & veni, & magna nobis virtúte succúrre: ut per auxílium grátiæ tuæ, quod nostra peccáta præpédiunt, indulgéntia tuæ propitiatiónis accéleret. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

## DOMINICA IV. Advéntus.

Ad Matutínum, Invitatórium. Propè est iam Dóminus: * Veníte adorémus. Réliqua ùt in Domínica prima Advéntus, suprà. 155.

Ad Laudes, & per Horas, Antíphona.

Cánite tuba in Sion, quia propè est dies Dómini: ecce véniet ad salvándum nos, allelúia, allelúia. Psalmus. Dóminus regnávit. cum réliq. 17. Aña. Ecce véniet desiderátus cunctis Géntibus: & replébitur glória domus Dómini, allelúia. Aña. Erunt prava in diréctà, & áspera in vias planas: veni Dómine, & noli tardáre, allelúia. Aña. Dóminus véniet, occúrrite illi, dicéntes: Magnum princípium, & regni eius non erit finis: Deus, fortis, dominátor, princeps pacis, allelúia, allelúia. Antíphona. Omnípotens sermo tuus Dómine à regálibus sédibus véniet, allelúia.

Capítulum. Fratres, Sic nos existimet. 169. Hymn. En clara vox. 156. ℣. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini. ℞. Rectas fácite sémitas eius.

Ad Benedictus, Antíphona. Ave María, grátia plena: Dóminus tecum: Benedícta tu in muliéribus, allelúia.

Nisi dicénda sit Antiph. Nolíte timére. vel Antíphona. Ecce compléta. ùt suprà. 167.

Orátio. Excita, quǽsumus Dómine. ùt suprà.

Ad Tértiam, Aña. Ecce véniet. Capítulum. Fratres, sic nos. ùt suprà. 169.

℞. br. Veni ad liberándum nos, * Dómine Deus virtútum. Veni. ℣. Osténde fáciem tuam, & salvi érimus. Dómine. Glória Patri. Veni. ℣. Timébunt Gentes nomen tuum Dómine. ℞. Et omnes reges terræ glóriam tuam.

Ad Sextam, Antíphona. Erunt prava.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 4.

Mihi autem pro mínimo est ut à vobis iúdicer, aut ab humáno die: sed neque meípsum iúdico.

℞. br. Osténde nobis Dómine, * Misericórdiam tuam. Osténde. ℣. Et salutáre tuum da nobis. Misericórdiam. Glória Patri. Osténde. ℣. Meménto nostri Dómine in beneplácito pópuli tui. ℞. Vísita nos in salutári tuo.

Ad Nonam, Antíphona. Omnípotens sermo.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 4.

Itaque nolíte ante tempus iudicáre, quoádusque véniat Dóminus: qui & illuminábit abs-



abscóndita tenebrárum, & manifestábit consília córdium: & tunc laus erit unicuíque à Deo.

℞. breve. Super te Ierúsalem, * Oriétur Dóminus, Super. ℣. Et glória eius in te vidébitur. Oriétur. Glória Patri. Super te. ℣. Dómine Deus virtútum convérte nos. ℞. Et osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

Ad Vésperas, Aña. Cánite tuba. cum réliquis de Láudibus. 170. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliq. 125. Capítulum. Fratres, Sic nos. 169. Hymnus. Creátor alme. 155. ℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant iustum. ℞. Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem.

Ad Magníficat, Antíphona. O

Orátio. Excita quǽsumus. ùt suprà. 170.

Post Vésperas diéi dicúntur Vésperæ Defunctórum. lxviii

## FERIA SECUNDA.

Ad Laudes Añæ secúndùm superiórem Rúbricam. 166. Psalmus. Miserére. cum réliquis de Psaltério. 59.

CAPITULUM. *Isaiæ* 2.

Veníte, & ascendámus ad montem Dómini, & ad domum Dei Iacob, & docébit nos vias suas, & ambulábimus in sémitis eius: quia de Sion exíbit lex, & verbum Dómini de Ierúsalem.

Hymnus. En clara vox. 158. ℣. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini. ℞. Rectas fácite sémitas eius.

Ad Benedictus, Antíphona. Dicit Dóminus: Pœniténtiam ágite: appropinquábit enim regnum cælórum, allelúia.

Nisi dicénda sit Antíphona. Nolíte timére. vel Antíphona. Ecce compléta. 167.

Deindè Kyrie eléison. 62.

Orátio. Excita, quǽsumus Dómine, ùt suprà. 170.

Hódiè dícitur Officium Defunctórum. lxxii.

Ad Magníficat, Antíphona. O

Deindè Kyrie eléison. ùt suprà. 130.

## FERIA TERTIA.

Ad Benedictus, Antíphona. Consúrge, consúrge, indúere fortitúdinem bráchium Dómini.

Nisi dicénda sit Aña. Nolíte timére. vel Antíphona. Ecce compléta. ùt suprà. 167.

Deindè Kyrie eléison. ùt suprà. 62.

Ad Magníficat, Antíphona. O

Deindè Kyrie eléison. ùt suprà. 130.

## FERIA QUARTA.

Ad Benedictus, Antíphona. Ponam in Sion salútem, & in Ierúsalem glóriam meam, allelúia.

Nisi dicénda sit Aña. Nolíte timére. vel Antíphona. Ecce compléta. ùt suprà. 167.

Deindè Kyrie eléison. sup. 62.

Ad Magníficat, Antíphona. O

Deindè Kyrie eléison. ùt suprà. 130.

## FERIA QUINTA.

Ad Benedictus, Antíphona. Consolámini, consolámini pópu-

pule meus, dicit Dóminus Deus vester.

Nisi dicénda sit Antíphona.

Ecce complêta.

Deindè Kyrie eléison. ùt suprà. 62.

Ad Magníficat, Antíphona. O.

Deindè Kyrie eléison. ùt suprà. 130.

## FERIA SEXTA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Ecce complêta sunt ómnia quæ dicta sunt per Angelum de vírgine María.

Deindè Kyrie eléison. suprà. 62.

Ad Magníficat, Antíphona.

O Emmánuel, Rex & légifer noster, expectátio Géntium, & Salvátor eárum: veni ad salvándum nos, Dómine Deus noster.

Deindè Kyrie eléison. ùt suprà. 130.

Si Vigília Nativitátis Dómini vénerit in Domínica, offícium fit hoc modo: Ad Matutínum, Invitatórium de Vigília. Hódiè sciêtis. ùt infrà. Hymnus de Advéntu. Verbum supérnum pródiens. 156. Antíphonæ, Psalmi, & Versículi Noctúrnorum ùt in Domínicis Advéntus, excépto Versículi tértij Noctúrni, qui dícitur de Vigília. Laudes dicúntur de Vigília, cum Commem. de Domínica. 170. Simíliter & per Horas celebrátur Offícium de Vigília.

## IN VIGILIA
### Nativitátis Dómini.

Ad Matutínum, Invitatórium. Hódiè sciêtis, quia véniet Dóminus: * Et manè vidébitis glóriam eius. Psalmus. Veníte, exultêmus. 2. Hymnus. Verbum supérnum. ut suprà. 156. Antíphonæ & Psalmi de Féria occurrénte. ℣. Hódiè sciêtis, quia véniet Dóminus. ℟. Et manè vidébitis glóriam eius.

Ad Laudes & per Horas, Offícium fit Duplex.

Antíphona.

IUdæa, & Ierúsalem nolíte timêre: cras egrediémini, & Dóminus erit vobíscum, allelúia. Psalm. Dóminus regnávit. cum réliquis. 17. Antíphona. Hódiè sciêtis quia véniet Dóminus: & manè vidébitis glóriam eius. Aña. Crástina die delébitur iníquitas terræ: & regnábit super nos Salvátor mundi. Aña. Dóminus véniet occúrrite illi, dicéntes: Magnum princípium, & regni eius non erit finis: Deus, fortis, dominátor, princeps pacis, allelúia. Antíphona. Crástina erit vobis salus, dicit Dóminus Deus exercítuum.

CAPITULUM. *Rom.* 1.

PAulus, servus Iesu Christi, vocátus Apóstolus, segregátus in Evangélium Dei, quod ante promíserat per Prophétas suos in Scriptúris sanctis de Fílio suo, qui factus est ei ex sémine David secúndùm carnem.

HYMNUS.

EN clara vox redárguit
Obscúra quæque, pérsonans:
Procul fugéntur sómnia:
Ab alto Iesus prómicat.

Mens



Mens iam resúrgat tórpida,
Non ámpliùs iacens humi:
Sidus refúlget iam novum,
Ut tollat omne nóxium.
En Agnus ad nos míttitur
Laxáre gratis débitum:
Omnes simul cum lácrymis
Precêmur indulgéntiam.
Ut, cùm secúndo fúlserit,
Metúque mundum cínxerit,
Non pro reatu púniat,
Sed nos pius tunc prótegat.
Virtus, honor, laus, glória
Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula.
Amen.

℣. Crástina die delébitur iníquitas terræ. ℟. Et regnábit super nos Salvátor mundi.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Oriêtur sicut sol Salvátor mundi: & descéndet in úterum vírginis, sicut imber super gramen, allelúia.

ORATIO.

DEus, qui nos redemptiònis nostræ ánnua expectatiône lætíficas: præsta, ut Unigénitum tuum, quem Redemptórem læti suscípimus, veniéntem quoque iúdicem secúri videámus, Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit & regnat.

Et dícitur per Horas dicti.

Prima dícitur sicut in Duplícibus; & ad Absolutiònem Capítuli dícitur Capítulum Nonæ, ut infrà.

Ad Tértiam, Antíphona. Hódiè sciêtis. Capítulum. Paulus servus. ùt suprà. 172.

℟. breve. Hódiè sciêtis, * Quia véniet Dóminus. Hódiè. ℣. Et manè vidébitis glóriam eius. Quia. Glória Patri. Hódiè. ℣. Constántes estote. ℟. Vidébitis auxílium Dómini super vos.

Ad Sextam, Antíphona.

Crástina die.

CAPITULUM. *Rom.* 1.

QUi prædestinâtus est Fílius Dei in virtûte secúndùm spíritum sanctificatiònis ex resurrectiône mortuórum Iesu Christi Dómini nostri.

℟. breve. Crástina die, * Delébitur iníquitas terræ. Crástina die. ℣. Et regnábit super nos Salvátor mundi. Delébitur. Glória Patri. Crástina die. ℣. Crástina erit vobis salus. ℟. Dicit Dóminus Deus exercítuum.

Ad Nonam, Antíphona.

Crástina erit.

CAPITULUM. *Rom.* 1.

PEr quem accépimus grátiam, & Apostolátum ad obediéndum fídei in ómnibus Géntibus pro nómine eius, in quibus estis & vos vocáti Iesu Christi Dómini nostri.

℟. breve. Crástina, * Erit vobis salus. Crástina. ℣. Dicit Dóminus Deus exercítuum. Erit. Glória Patri. Crástina. ℣. Crástina die delébitur iníquitas terræ. ℟. Et regnábit super nos Salvátor mundi.

IN





# IN NATIVITATE DOMINI.

## AD VESPERAS

Antiphona.

Rex pacíficus magnificâtus est, cuius vultum desiderat univérsa terra. Psalm. Dixit Dóminus. 125. Antíph. Magnificâtus est rex pacíficus super omnes reges univérsæ terræ. Psalmus. Confitêbor. 125. Antíph. Compléti sunt dies Maríæ, ut páreret filium suum primogénitum. Psalmus. Beâtus vir. 125. Antíph. Scitôte quia propè est regnum Dei: amen dico vobis, quia non tardâbit. Psalmus. Laudâte púeri. 126. Aña. Levâte cápita vestra: ecce appropínquat redémptio vestra. Psalm. Laudâte Dóminum omnes Gentes. 129.

Capitulum. *Tit. 3. b*

Appáruit benígnitas & humánitas Salvatôris nostri Dei: non ex opéribus iustítiæ, quæ fécimus nos, sed secúndum suam misericórdiam salvos nos fecit.

Hymnus.

Iesu redémptor ómnium,
Qui lucis ante oríginem
Patrem Patérnæ glóriæ
Pater suprémus édidit.
Tu lumen, & splendor Patris,
Tu spes perénnis ómnium,
Inténde quas fundunt preces
Tui per orbem sérvuli.
Meménto, rerum Cónditor,
Nostri quòd olim córporis,
Sacrâta ab alvo Vírginis
Nascéndo, formam sumpseris.
Testâtur hoc præsens dies,
Currens per anni círculum,
Quòd solus è sinu Patris
Mundi salus advéneris.
Hunc astra, tellus, æquora,
Hunc omne, quod cælo subest,
Salûtis Auctôrem novæ
Novo salûtat cántico.
Et nos, beâta quos sacri
Rigâvit unda Sánguinis,
Natâlis ob diem tui
Hymni tribûtum sólvimus.
Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Sic terminántur omnes Hymni eiúsdem metri, usque ad Epiphaníam.

℣. Crástina die delébitur iníquitas terræ. ℟. Et regnâvit super nos Salvâtor mundi.

Ad Magníficat, Antiphona.

Cùm ortus fúerit sol de cælo, vidébitis Regem regum procedéntem à Patre, tamquam sponsum de thálamo suo.

Oratio.

Concéde quæsumus omnípotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet, quos sub pecca-

cáti iugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum nostrum Iesum Christum.

Ad Matutínum, Invitatórium. Christus natus est nobis: * Veníte adorêmus. Psalmus. Veníte, exultêmus. 2. Hymnus. Iesu Redémptor. ut suprà. 175.

In primo Noctúrno, Aña. Dóminus dixit ad me: Fílius meus es tu, ego hodiè génui te. Psalm. Quare fremuérunt Gentes. 4. Antiphona. Tamquam sponsus Dóminus procédens de thálamo suo. Psalmus. Cæli enárrant glóriam Dei. 14. Antiphona. Diffúsa est grátia in lábijs tuis: proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum. Psalmus. Eructávit cor meum. 67. ℣. Tamquam sponsus. ℟. Dóminus procédens de thálamo suo.

In secúndo Noctúrno, Aña. Suscépimus Deus misericórdiam tuam in médio templi tui. Psalmus. Magnus Dóminus. 68. Aña. Oriétur in diêbus Dómini abundántia pacis, & dominabitur. Psalmus. Deus, iudícium tuum Regi da. 86. Aña. Véritas de terra orta est, & iustítia de cælo prospéxit. Psalmus. Benedixísti Dómine. 100. ℣. Speciósus forma præ filijs hóminum. ℟. Diffúsa est grátia in lábijs tuis.

In tértio Noctúrno, Aña. Ipse invocâbit me, allelúia: Pater meus es tu, allelúia. Psalmus. Misericórdias Dómini. 102. Aña. Lætentur cæli, & exúltet terra ante fáciem Dómini, quóniam venit. Psalmus. Cantâte Dómino cánticum novum: * cantâte. 105. Antiphona. Notum fecit Dóminus, allelúia, salutâre suum, allelúia. Psalmus. Cantâte Dómino cánticum novum: * quia. 109. ℣. Ipse invocâbit me, allelúia. ℟. Pater meus es tu, allelúia.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antíphona.

Quem vidístis Pastóres? dícite, annunciâte nobis, in terris quis appáruit? Natum vídimus, & chóros Angelórum collaudántes Dóminum, allelúia, allelúia. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum réliquis. 17. Antiphona. Génuit puérpera Regem, cui nomen ætérnum, gáudia matris habens cum virginitátis honóre: nec primam símilem visa est, nec habêre sequéntem, allelúia. Aña. Angelus ad pastóres ait: Annúncio vobis gaudium magnum: quia natus est vobis hodiè Salvâtor mundi, allelúia. Aña. Facta est cum Angelo multitúdo cæléstis exércitus laudántium Deum, & dicéntium: Glória in excélsis Deo, & in terra pax homínibus bonæ voluntátis, allelúia. Antiphona. Párvulus fílius hódiè natus est nobis, & vocábitur Deus, fortis, allelúia, allelúia.

Capitulum. *Hebr.* 1.

Multifáriàm, multísque modis olim Deus loquens pátribus in Prophétis: novíssimè, diêbus istis locútus est nobis in Fílio, quem constítuit herêdem universórum, per quem fecit & sæcula.

Hymnus.

A Solis ortus cárdine
Ad usque terræ límitem,
Christum canámus Príncipem
Natum María vírgine.

Beâtus Auctor sæculi
Servíle corpus índuit:
Ut carne carnem líberans,
Ne pérderet quos cóndidit.

Castæ paréntis víscera
Cæléstis intrat grátia:
Venter Puéllæ báiulat
Secréta, quæ non nóverat.

Domus pudíci péctoris
Templum repéntè fit Dei:
Intácta nésciens virum,
Concêpit alvo Fílium.

Enítitur puérpera,
Quem Gábriël prædíxerat;
Quem ventre Matris géstiens
Baptista clausum sénserat.

Fœno iacêre pértulit:
Præsêpe non abhórruit:
Et lacte módico pastus est,
Per quem nec ales ésurit.

Gaudet chorus cæléstium,
Et Angeli canunt Deo:
Palámque fit pastóribus
Pastor, Creâtor ómnium.

Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúia. ℟. Salutâre suum, allelúia.

Ad Benedíctus, Antiphona. Glória in excélsis Deo, & in terra pax homínibus bonæ voluntátis, allelúia, allelúia.



Oratio.

Concéde quǽsumus omnípotens Deus: ut nos unigéniti tui nova per carnem natívitas líberet, quos sub peccáti iugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Summo manè dícitur Prima: qua finíta, celebrâtur secúnda Missa in Auróra, & in ea fit Commemor. de S. Anastásia mártyre.

Ad Primam, Aña. Quem vidístis. Capítulum. Regi sæculórum. 27.

℟. breve. Christe Fili Dei vivi * Miserêre nobis. ℣. Qui natus es de María vírgine. Et sit dícitur quotídiè usque ad Epiphaníam.

Ad Absolutiônem Capítuli, Léctio br. Ipsi períbunt. ut infrà ad Nonam. Tértia dícitur hora sua: qua finíta, celebrâtur tértia Missa de die Nativitátis.

Ad Tértiam, Antiphona. Génuit puérpera. Capitul. Multifáriàm. ut infrà. 176.

℟. breve. Verbum caro factum est, * Allelúia, allelúia. Verbum. ℣. Et habitâvit in nobis. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Verbum. ℣. Ipse invocâbit me, allelúia. ℟. Pater meus es tu, allelúia.

Ad Sextam, Antiphona. Angelus ad Pastóres.

Capitulum. *Hebr.* 1. c

Et: Tu in princípio Dómine terram fundásti: & ópera manuum tuárum sunt cæli.

℟. br. Notum fecit Dóminus, * Allelúia, allelúia. Notum.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

℣. Salutâre suum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Notum.
℣. Vidérunt omnes fines terræ, allelúia. ℟. Salutâre Dei nostri allelúia.

Ad Nonam, Antiphona.

Párvulus Fílius.

Capitulum. *Hebr. 2. d*

Ipsi períbunt, tu autem permanêbis, & omnes sicut vestiméntum veteráscent: & velut amíctum mutábis eos, & mutabúntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

℟. br. Vidérunt omnes fines terræ, * Allelúia, allelúia. Vidérunt. ℣. Salutâre Dei nostri, Allelúia, allelúia. Glória Patri. Vidérunt. ℣. Verbum caro factum est, allelúia. ℟. Et habitávit in nobis, allelúia.

## AD VESPERAS,

Antiphona.

Tecum princípium in die virtûtis tuæ in splendóribus sanctórum: ex útero ante lucíferum génui te.

Psalmus 109.

Dixit Dóminus Dómino meo: * Sede à dextris meis:
Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuórum.
Virgam virtûtis tuæ emíttet Dóminus ex Sion: * dominâre in médio inimicórum tuórum.
Tecum princípium in die virtûtis tuæ in splendóribus sanctórum: * ex útero ante lucíferum génui te:
Iurâvit Dóminus, & non pœnitêbit eum: * Tu es sacérdos in ætérnum secúndùm órdinem Melchísedech.
Dóminus à dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.
Iudicâbit in natiónibus, implêbit ruínas: * conquassâbit cápita in terra multórum.
De torrénte in via bibet: * proptéreà exaltâbit caput.

Antíphona. Tecum princípium in die virtûtis tuæ in splendóribus sanctórum: ex útero ante lucíferum génui te.

Aña. Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo: mandâvit in ætérnum testaméntum suum.

Psalmus 110.

Confitêbor tibi Dómine in toto corde meo: * in consílio iustórum, & congregatióne.
Magna ópera Dómini: * exquisíta in omnes voluntátes eius.
Conféssio & magnificéntia opus eius: * & iustítia eius manet in sǽculum sǽculi.
Memóriam fecit mirabílium suórum, miséricors & miserâtor Dóminus: * escam dedit timéntibus se.
Memor erit in sǽculum testaménti sui: * virtûtem óperum suórum annunciâbit pópulo suo:
Ut det illis hereditâtem géntium: * ópera mánuum eius véritas, & iudícium.
Fidélia ómnia mandâta eius: confirmâta in sǽculum sǽculi, * facta in veritâte & æquitâte.
Redemptiónem misit pópulo suo: * mandâvit in ætérnum testaméntum suum.
Sanctum, & terríbile nomen eius: * inítium sapiéntiæ timor Dómini.





Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum: * laudâtio eius manet in sǽculum sǽculi.

Antíphona. Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo: mandâvit in ætérnum testaméntum suum.

Aña. Exórtum est in ténebris lumen rectis corde: miséricors, & miserâtor, & iustus Dóminus.

Psalmus 111.

Beátus vir, qui timet Dóminum: * in mandátis eius volet nimis.
Potens in terra erit semen eius: * generátio rectórum benedicêtur.
Glória, & divítiæ in domo eius: * & iustítia eius manet in sǽculum sǽculi.
Exórtum est in ténebris lumen rectis: * miséricors, & miserâtor, & iustus.
Iucúndus homo qui miserêtur & cómmodat, dispónet sermónes suos in iudício: * quia in ætérnum non commovébitur.
In memória ætérna erit iustus: * ab auditióne mala non timêbit.
Parâtum cor eius sperâre in Dómino, confirmâtum est cor eius: * non commovébitur donec despíciat inimícos suos.
Dispérsit, dedit paupéribus: iustítia eius manet in sǽculum sǽculi, * cornu eius exaltábitur in glória.
Peccâtor vidébit, & irascêtur, déntibus suis fremit, & tabéscet: * desidérium peccatórum peribit.

Aña. Exórtum est in ténebris lumen rectis corde: miséricors, & miserâtor, & iustus Dóminus.

Aña. Apud Dóminum misericórdia: & copiósa apud eum redémptio.

Psalmus 129.

De profúndis clamávi ad te Dómine: * Dómine exáudi vocem meam:
Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.
Si iniquitátes observáveris Dómine: * Dómine quis sustinêbit?
Quia apud te propitiátio est: * & propter legem tuam sustínui te Dómine.
Sústinui ánima mea in verbo eius: * sperávit ánima mea in Dómino.
A custódia matutína usque ad noctem: * speret Israël in Dómino.
Quia apud Dóminum misericórdia: * & copiósa apud eum redémptio.
Et ipse rédimet Israël, * ex ómnibus iniquitátibus eius.

Aña. Apud Dóminum misericórdia: & copiósa apud eum redémptio.

Aña. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Psalmus 131.

Meménto Dómine David, * & omnis mansuetúdinis eius:
Sicut iurávit Dómino, * votum vovit Deo Iacob:
Si introíero in tabernáculum domus meæ, * si ascéndero in lectum strati mei:
Si dédero somnum óculis meis, *



UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& pálpebris meis dormitatiónem:

Et réquiem tempóribus meis: donec invéniam locum Dómino, * tabernáculum Deo Iacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata: * invénimus eam in campis silvæ.

Introíbimus in tabernáculum eius: * adorábimus in loco, ubi stetérunt pedes eius.

Surge Dómine in réquiem tuam, * tu & arca sanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induántur iustítiam: * & sancti tui exúltent.

Propter David servum tuum, * non avértas fáciem Christi tui.

Iurávit Dóminus David veritátem, & non frustrábitur eam: * de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodíerint fílij tui testaméntum meum, * & testimónia mea hæc, quæ docébo eos:

Et fílij eórum usque in sæculum, * sedébunt super sedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion: * elégit eam in habitatiónem sibi.

Hæc réquies mea in sæculum sæculi: * hic habitábo quóniam elégi eam.

Víduam eius benedícens benedícam: * páuperes eius saturábo pánibus.

Sacerdótes eius índuam salutári: * & sancti eius exultatióne exultábunt.

Illuc prodúcam cornu David, * parávi lucérnam Christo meo.

Inimícos eius índuam confusióne: * super ipsum autem efflorébit sanctificátio mea.

Antíphona. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Capitulum. *Hebr. 1.*

Multifáriam, multísque modis olim Deus loquens pátribus in Prophétis: novíssimè, diébus istis locútus est nobis in Fílio, quem constítuit herédem universórum, per quem fecit & sǽcula.

Hymnus. Iesu Redémptor 175. ℣. Notum fecit Dóminus, allelúia. ℟. Salutáre suum, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Hódiè Christus natus est: hódiè Salvátor appáruit: hódiè in terra canunt Angeli, lætántur Archángeli: hódiè exúltant iusti, dicéntes: Glória in excélsis Deo, allelúia.

Oratio.

Concéde quæsumus omnípotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet, quos sub peccáti iugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum nostrum Iesum Christum.

Deindè pro S. Stéphano, Antíphona. Stéphanus autem plenus grátia & fortitúdine, faciébat signa magna in pópulo.

℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

Da nobis, quæsumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discámus & inimícos di-



lígere, quia eius natalítia celebrámus: qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit.

## IN FESTO S. STEPHANI
Protomártyris. Duplex.

Ad Matutinum, Invitatórium.

Christum natum, qui beátum hódiè coronávit Stéphanum, * Venite adorémus. Et réliqua ut in commúni unius Mártyris infrà.

Ad Laudes, & per Horas, Antíphona.

Lapidavérunt Stéphanum, & ipse invocábat Dóminum, dicens: Ne státuas illis hoc peccátum. Psalm. Dóminus regnávit. cum réliq. 17.

Aña. Lápides torréntis illi dulces fuérunt: ipsum sequúntur omnes ánimæ iustæ. Aña. Adhæsit ánima mea post te, quia caro mea lapidáta est pro te, Deus meus. Aña. Stéphanus vidit cælos apértos, vidit & introívit: beátus homo, cui cæli patébant. Aña. Ecce video cælos apértos, & Iesum stantem à dextris virtútis Dei.

Capitulum. *Act. 6. b*

Stéphanus autem plenus grátia, & fortitúdine faciébat prodígia, & signa magna in pópulo.

Hymnus.

Invicte Mártyr, únicum
Patris secútus Fílium,
Victis triúmphas hóstibus,
Victor fruens cæléstibus.

Tui precátus múnere
Nostrum reátum dílue,
Arcens mali contágium,
Vitæ repéllens tǽdium.

Solúta sunt iam víncula
Tui sacráti córporis:
Nos solve vínclis sǽculi
Dono supérni Núminis.

Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Sepeliérunt Stéphanum viri timoráti. ℟. Et fecérunt planctum magnum super eum.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Stéphanus autem plenus grátia, & fortitúdine, faciébat signa magna in pópulo. Orátio. Da nobis, quæsumus. ut suprà. 180.

Deindè fit Commemor. de Nativitáte, Aña. Glória in excélsis Deo, & in terra pax homínibus bonæ voluntátis, allelúia, allelúia. ℣. Notum fecit Dóminus, allelúia. ℟. Salutáre suum, allelúia.

Oratio.

Concéde quæsumus omnípotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem Nativitas líberet, quos sub peccáti iugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum.

Ad Tértiam, Aña. Lápides torréntis. Capítulum. Stéphanus autem. ut suprà.

℟. br. Glória & honóre, * Coronásti eum Dómine. Glória & honóre. ℣. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum. Coronásti. Glória Patri. Glória & honóre. ℣. Posuísti Dómine super caput eius. ℟. Coronam de lápide pretiósa.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ad Sextam, Antiphona.
Adhǽsit ánima mea.

Capitulum. *Act. 6. c*

SUrrexérunt autem quidam de synagóga, quæ appellátur Libertinórum, & Cyrenénsium, & Alexandrinórum, & eórum qui erant à Cilícia, & Asia, disputántes cum Stéphano: & non póterant resístere sapiéntiæ, & Spirítui, qui loquebátur. ℞. br. Posuísti Dómine, * Super caput eius. Posuísti. ℣. Corónam de lápide pretióso. Super caput. Glória Patri. Posuísti. ℣. Magna est glória eius in salutári tuo. ℞. Glóriam & magnum decórem impónes super eum.

Ad Nonam, Aña. Ecce vídeo.

Capitulum. *Act. 7. g*

POsitis autem génibus, clamávit voce magna, dicens: Dómine, ne státuas illis hoc peccátum. Et cùm hoc dixísset, obdormívit in Dómino.

℞. br. Magna est glória eius, * In salutári tuo. Magna. ℣. Glóriam & magnum decórem impónes super eum. In salutári. Glória Patri. Magna. ℣. Iustus ut palma florébit. ℞. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Vesp. Aña. Tecum princípium. cum reliq. Añis. & Psalmis de Nativitáte, suprà. 178.

Et dicúntur étiam in álijs Festis infrà hanc Octávam occurréntibus.

Capitulum. *Act. 6. b*

STéphanus autem plenus grátia, & fortitúdine, faciébat prodígia, & signa magna in pópulo.

Hymnus.

DEus tuórum mílitum
Sors, & coróna prǽmium,
Laudes canéntes Mártyris
Absólve nexu críminis.
Hic nempè mundi gáudia,
Et blanda fraúdum pábula
Imbúta felle députans,
Pervênit ad cæléstia.
Pœnas cucúrrit fórtiter,
Et sústulit viríliter,
Fundénsque pro te sánguinem
Ætérna dona póssidet.
Ob hoc precátu súpplici
Te póscimus píissime:
In hoc triúmpho Mártyris
Dimítte noxam sérvulis.
Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Stéphanus vidit cælos apértos. ℞. Vidit & introívit, beátus homo, cui cæli patébant.

Ad Magnificat, Antíphona.
Sepeliérunt Stéphanum viri timoráti, & fecérunt planctum magnum super eum.

Oratio.

DA nobis, quǽsumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discámus & inimícos dilígere: quia eius natalítia celebrámus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit

Deindè pro S. Ioanne, Aña.
Iste est Ioannes, qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit: beátus Apóstolus, cui reveláta sunt secréta cæléstia. ℣. Valdè ho-



honorándus est beátus Ioánnes. ℞. Quia supra pectus Dómini in cœna recúbuit.

Oratio.

ECclésiam tuam, Dómine benígnus illústra: ut beáti Ioánnis Apóstoli tui & Evangelístæ illumináta doctrínis, ad dona pervéniat sempitérna.

Posteà fit Commem. de Nativitáte, Aña. Hódiè Christus natus est: hódiè Salvátor appáruit, hódiè in terra canunt Angeli, lætántur Archángeli: hódiè exúltant iusti, dicéntes: Glória in excélsis Deo, allelúia. ℣. Notum fecit Dóminus, allelúia. ℞. Salutáre suum, allelúia. Orátio. Concède quǽsumus omnípotens Deus. ut suprà. 181.

## IN FESTO S. IOANNIS Apóstoli & Evangelístæ.

Duplex.

Ad Matutínum, ut in Commúni Apostolórum, infrà. ii.
Ad Laudes, & per Horas Aña.

VAldè honorándus est beátus Ioánnes, qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit. Psalmus. Dóminus regnávit. cum réliquis. 17. Aña. Hic est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his: & scimus quia verum est testimónium eius. Antíphona. Hic est discípulus meus: sic eum volo manére, donec véniam. Antíphona. Sunt de hic stántibus, qui non gustábunt mortem, donec vídeant Fílium hóminis in regno suo. Aña. Ecce puer meus eléctus, quem elégi, pósui super eum spíritum meum.

Capitulum. *Eccli. 15.*

QUi timet Deum, fáciet bona: & qui cóntinens est iustítiæ, apprehéndet illam, & obviábit illi quasi mater honorificáta.

Hymnus.

EXúltet orbis gáudijs:
Cælum resúltet láudibus:
Apostolórum glóriam
Tellus, & astra cóncinunt.
Vos sæculórum Iúdices,
Et vera mundi lúmina:
Votis precámur córdium:
Audíte voces súpplicum.
Qui templa cæli cláuditis,
Serásque verbo sólvitis,
Nos à reátu nóxios
Solvi iubéte, quǽsumus.
Præcépta quorum prótinus
Languor salúsque séntiunt;
Sanáte mentes lánguidas:
Augéte nos virtútibus.
Ut, cum redíbit Arbiter
In fine Christus sǽculi;
Nos sempitérni gáudij
Concédat esse cómpotes.
Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Hic est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his ℞. Et scimus quia verum est testimónium eius.

Ad Benedíctus, Antíphona.
Iste est Ioánnes, qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit: beátus Apóstolus, cui reveláta sunt secréta cæléstia.

Oratio.

ECclésiam tuam, Dómine, benígnus illústra: ut beáti Ioánnis Apóstoli tui & Evange-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

gelístæ illumináta doctrínis, ad dona pervéniat sempitérna. Per Dóminum nostrum.

Deindè fit Commem. de Nativitáte, Aña. Glória in excélsis Deo, & in terra pax homínibus bonæ voluntátis, allelúia, allelúia. ℣. Notum fecit Dóminus, allelúia. ℟. Salutáre suum, allelúia.

Oratio.

Concède quǽsumus omnípotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet, quos sub peccáti iugo vetústa sérvitus tenet.

Pro S. Stéphano, Antiphona. Stéphanus autem plenus grátia, & fortitúdine, faciébat signa magna in pópulo. ℣. Sepeliérunt Stéphanum viri timoráti. ℟. Et fecérunt planctum magnum super eum.

Oratio.

Da nobis, quǽsumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discámus & inimícos dilígere: quia eius natalítia celebrámus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit & regnat.

Ad Tértiam, Aña. Hic est discípulus ille. Capitulum. Qui timet Deum. ùt suprà. 183.

℟. breve. In omnem terram, * Exivit sonus eórum. In omnem. ℣. Et in fines orbis terræ verba eórum. Exivit. Glória Patri. In omnem. ℣. Constítues eos príncipes super omnem terram. ℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Ad Sextam, Antiphona. Hic est discípulus meus.

Capitulum. *Eccli.* 15.

Cibávit illum pane vitæ & intelléctus, & aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum Dóminus Deus noster.

℟. breve. Constítues eos príncipes, * Super omnem terram. Constítues eos. ℣. Mémores erunt nóminis tui Dómine. Super omnem. Glória Patri. Constítues eos. ℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus. ℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

Ad Nonam, Antíphona. Ecce puer meus.

Capitulum. *Eccli* 15.

In médio Ecclésiæ apéruit os eius, & implévit illum Dóminus spíritu sapiéntiæ, & intelléctus, & stolam glóriæ induit eum.

℟. breve. Nimis honoráti sunt * Amíci tui Deus. Nimis honoráti. ℣. Nimis confortátus est principátus eórum. Amíci. Glória Patri. Nimis. ℣. Annunciavérunt ópera Dei. ℟. Et facta eius intellexérunt.

Ad Vésperas, Aña. Tecum princípium. cum réliquis Antiphonis & Psalmis de Nativitáte. 178. Capitulum. Qui timet Deum. Hymnus. Exúltet orbis. ùt suprà. 183.

℣. Valdè honorándus est beátus Ioánnes. ℟. Qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit.

Ad Magníficat, Antíphona. Exijt sermo inter fratres, quòd discípulus ille non móritur, & non dixit Iesus, non móritur:

tur:



tur: sed, Sic eum volo manêre, donec véniam.

Oratio.

Ecclésiam tuam, Dómine, benignus illústra: ut beáti Ioánnis Apóstoli tui & Evangelístæ illumináta doctrínis, ad dona pervéniat sempitérna. Per Dóminum nostrum.

Deindè pro sanctis Innocéntibus, Aña. Hi sunt, qui cum muliéribus non sunt coinquináti: Vírgines enim sunt, & sequúntur Agnum quocúmque íerit. ℣. Heródes irátus occídit multos púeros. ℟. In Béthlem Iudæ civitáte David.

Oratio.

Deus, cuius hodiérna die præcónium Innocéntes mártyres non loquéndo, sed moriéndo confessi sunt: ómnia in nobis vitiórum mala mortífica; ut fidem tuam, quam língua nostra lóquitur, étiam móribus vita fateátur.

Deindè fit Commem. de Nativitáte, Aña. Hódiè Christus natus est: hódiè Salvátor appáruit: hódiè in terra canunt Angeli, lætántur Archángeli: hódiè exúltant iusti, dicéntes: Glória in excélsis Deo, allelúia. ℣. Notum fecit Dóminus, allelúia. ℟. Salutáre suum, allelúia.

Oratio.

Concède quǽsumus omnípotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet, quos sub peccáti iugo vetústa sérvitus tenet.

Pro S. Stéphano, Antíphona. Sepeliérunt Stéphanum viri timoráti, & fecérunt planctum magnum super eum. ℣. Stéphanus vidit cælos apértos. ℟. Vidit & introívit: beátus homo, cui cæli patébant.

Oratio.

Da nobis, quǽsumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discámus & inimícos dilígere: quia eius natalítia celebrámus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit.

## IN FESTO
## SS. Innocéntium. Duplex.

Ad Matutinum, Invitatórium. Regem Mártyrum Dóminum, * Veníte adorémus. Psalm. Veníte, exultémus. 2.

Hymnus.

Audit tyránnus ánxius
Adésse regum Príncipem,
Qui nomen Israël regat,
Tenéatque David régiam.

Exclámat amens núncio:
Successor instat, péllimur:
Satélles, i, ferrum rape:
Perfúnde cunas sánguine.

Qui próficit tantum nefas?
Quid crimen Heródem iuvat?
Unus tot inter fúnera
Impúnè Christus tóllitur.

Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

Antiphonæ, Psalmi, & ℣. Noctúrnorum sumúntur de Commúni plurimórum Mártyrum, infrà xv. excépta ii. Antíphona. iii. Noctúrni, cuius loco dícitur séquens Aña. Isti sunt,

sunt,

sunt, qui venérunt ex magna tribulatióne: & lavérunt stolas suas in sánguine Agni.

Ad Laudes, & per Horas, Antiphona.

HEródes irátus occídit multos púeros in Béthlehem Iudææ civitáte David. Psalmus. Dóminus regnávit. cum réliquis. 17. Aña. A bimátu & infrà, occídit multos púeros Heródes propter Dóminum. Aña. Angeli eórum semper vident fáciem Patris. Aña. Vox in Rama audíta est, plorátus & ululátus, Rachel plorans fílios suos. Aña. Sub throno Dei omnes sancti clamant, Víndica sánguinem nostrum Deus noster.

Capitulum. *Apoc.* 14.

VIdi supra montem Sion Agnum stántem, & cum eo centum quadragínta quátuor míllia, habéntes nomen eius, & nomen Patris eius scriptum in fróntibus suis.

Hymnus.

Salvéte flores Mártyrum,
Quos lucis ipso in límine
Christi insecútor sústulit,
Ceu turbo nascéntes rosas.
Vos prima Christi víctima,
Grex immolatórum tener,
Aram sub ipsam símplices,
Palma & corónis lúditis.
Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Heródes irátus occídit multos púeros. ℟. In Béthlehem Iudææ civitáte David.

Ad Benedictus, Antiphona.

Hi sunt, qui cum muliéribus non sunt coinquináti: Vírgines enim sunt, & sequúntur Agnum quocúmque íerit.

Oratio.

DEus, cuius hodiérna die præcónium Innocéntes mártyres non loquéndo, sed moriéndo conféssi sunt: ómnia in nobis vitiórum mala mortífica; ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, étiam móribus vita fateátur. Per Dóminum nostrum.

Deindè fit Commemorátio de Nativitáte, Aña. Glória in excélsis Deo, & in terra pax homínibus bonæ voluntátis, allelúia, allelúia. ℣. Notum fecit Dóminus, allelúia. ℟. Salutáre suum, allelúia.

Oratio.

COncéde quǽsumus omnípotens Deus: ut nos unigéniti tui nova per carnem natívitas líberet, quos sub peccáti iugo vetústa sérvitus tenet.

Pro S. Stéphano, Aña. Stéphanus autem plenus grátia, & fortitúdine, faciébat signa magna in pópulo. ℣. Sepeliérunt Stéphanum viri timoráti. ℟. Et fecérunt planctum magnum super eum.

Oratio.

DA nobis, quǽsumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discámus & inimícos dilígere: quia eius natalítia celebrámus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

Pro



Pro S. Ioánne, Antiphona. Iste est Ioánnes, qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit: beátus Apóstolus, cui reveláta sunt secréta cæléstia. ℣. Hic est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his. ℟. Et scimus quia verum est testimónium eius.

Oratio.

ECclésiam tuam, Dómine, benígnus illústra: ut beáti Ioánnis Apóstoli tui & Evangelístæ illumináta doctrínis, ad dona pervéniat sempitérna. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Ad Tértiam, Antiphona. A bimátu. Capitulum. Vidi supra montem. ut suprà. 186.

℟. breve. Lætámini in Dómino, * Et exultáte iusti. Lætámini in. ℣. Et gloriámini omnes recti corde. Et exultáte. Glória Patri. Lætámini. ℣. Exúltent iusti in conspéctu Dei. ℟. Et delecténtur in lætítia.

Ad Sextam, Antiphona.

Angeli eórum.

Capitulum. *Apoc.* 14.

HI sunt, qui cum muliéribus non sunt coinquináti: Vírgines enim sunt. Hi sequúntur Agnum quocúmque íerit.

℟. breve. Exúltent iusti, * In conspéctu Dei. Exúltent iusti. ℣. Et delecténtur in lætítia. In conspéctu. Glória Patri. Exúltent. ℣. Iusti autem in perpétuum vivent. ℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

Ad Nonam, Antiphona.

Sub throno Dei.

Capitulum. *Apoc.* 14.

HI empti sunt ex homínibus primítiæ Deo & Agno, & in ore ipsórum non est invéntum mendácium: sine mácula enim sunt ante thronum Dei.

℟. breve. Iusti autem, * In perpétuum vivent. Iusti. ℣. Et apud Dóminum est merces eórum. In perpétuum. Glória Patri. Iusti. ℣. Exultábunt sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Vésperas, Antíphona. Tecum princípium. cum réliquis Aňis, & Psalmis de Nativitáte. 178. Capitulum. Vidi supra montem. Hymnus. Salvéte flores mártyrum. 186. ℣. Sub throno Dei omnes sancti clamant. ℟. Víndica sánguinem nostrum Deus noster.

Ad Magníficat, Antiphona.

Innocéntes pro Christo infántes occísi sunt, ab iníquo rege lacténtes interfécti sunt: ipsum sequúntur Agnum sine mácula, & dicunt semper: Glória tibi Dómine.

Oratio.

DEus, cuius hodiérna die præcónium Innocéntes mártyres non loquéndo, sed moriéndo conféssi sunt: ómnia in nobis vitiórum mala mortífica; ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, étiam móribus vita fateátur. Per Dóminum nostrum.

Deindè fit Commemorátio S. Thomæ Cantuariensis, nisi fúe-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

fúerit Sabbatum, Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certâvit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundâtus enim erat suprà firmam petram. ℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

Deus, pro cuius Ecclésia gloriósus Póntifex Thomas gládijs impiórum occúbuit: præsta quæsumus; ut omnes, qui eius implórant auxílium, petitiónis suæ salutárem consequántur effectum.

Et fit Commem. de Nativitáte, Aña. Hódiè Christus natus est: hódiè Salvâtor appáruit: hódiè in terra canunt Angeli, lætántur Archángeli: hódie exúltant iusti, dicéntes: Glória in excélsis Deo, allelúia. ℣. Notum fecit Dóminus, allelúia. ℟. Salutáre suum, allelúia.

Oratio.

Concéde quæsumus omnípotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet, quos sub peccáti iugo vetústa sérvitus tenet.

Pro S. Stéphano, Aña. Sepeliérunt Stéphanum viri timoráti, & fecérunt planctum magnum super eum. ℣. Stéphanus vidit cælos apértos. ℟. Vidit & introívit: beâtus homo, cui cæli patébant.

Oratio.

Da nobis quæsumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discâmus & inimícos dilígere: quia eius natalítia celebrâmus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

Pro S. Ioánne, Aña. Exijt sermo inter fratres, quòd discípulus ille non móritur: & non dixit Iesus, Non móritur: sed, Sic eum volo manére, donec véniam. ℣. Valdè honorándus est beâtus Ioánnes. ℟. Qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit.

Oratio.

Ecclésiam tuam, Dómine benígnus illústra: ut beáti Ioánnis Apóstoli tui & Evangelístæ illumináta doctrínis, ad dona pervéniat sempitérna. Per Dóminum nostrum.

Si Festa Nativitátis Dómini, S. Stéphani, S. Ioánnis Evangelístæ, SS. Innocéntium, & eórum dies Octávæ, vénerint in Domínica, ipso die nihil fit de Domínica, sed die próximo post festum S. Thomæ mártyris fit de ea, ut infrà. 190.

Si festum S. Thomæ vénerit in Domínica, transfértur in ii. Fériam, & in Sábbato post Oratiónem SS. Innocéntium dícitur Antíphona, ℣. & Orátio Domínicæ, quæ paulò infrà habéntur. 190. Deindè fit Commemorátio Octavárum: & in secúndis Vésperis Domínicæ fit Commemorátio S. Thomæ, & Octavárum.

In secúndis Vésperis sancti Thomæ, Antíphonæ & Psalmi de Nativitáte, 178. quæ duplicántur. Capítulum & ália de S.



S. Silvéstro, cum Commemor. S. Thomæ, & Octavárum.

## IN FESTO S. THOMÆ

Epíscopi & mártyris.

Semiduplex.

Omnia de Commúni uníus Mártyris. viii. præter Oratiónem.

Oratio.

Deus, pro cuius Ecclésia gloriósus Póntifex Thomas gládijs impiórum occúbuit: præsta quæsumus; ut omnes, qui eius implórant auxílium, petitiónis suæ salutárem consequántur effectum. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

Ad Laudes fiunt Commemoratiónes de Octávis.

De Nativitáte, Antíphona.

Glória in excélsis Deo, & in terra pax homínibus bonæ voluntátis, allelúia, allelúia. ℣. Notum fecit Dóminus, allelúia. ℟. Salutáre suum, allelúia.

Oratio.

Concéde quæsumus omnípotens Deus: ut nos unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet, quos sub peccáti iugo vetústa sérvitus tenet.

Pro S. Stéphano, Antíphona. Stéphanus autem plenus grátia & fortitúdine, faciébat signa magna in pópulo. ℣. Sepeliérunt Stéphanum viri timoráti. ℟. Et fecérunt planctum magnum super eum.

Oratio.

Da nobis, quæsumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discâmus & inimícos dilígere: quia eius natalítia celebrâmus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

Pro S. Ioán. Aña. Iste est Ioánnes, qui supra pectus Dñi in cœna recúbuit: beátus Apóstolus, cui reveláta sunt secréta cæléstia. ℣. Hic est discípulus ille qui testimónium pérhibet de his. ℟. Et scimus quia verum est testimónium eius.

Oratio.

Ecclésiam tuam, Dómine, benígnus illústra: ut beáti Ioánnis Apóstoli tui & Evangelístæ illumináta doctrínis, ad dona pervéniat sempitérna.

Pro SS. Innocéntibus, Antíphona. Hi sunt, qui cum muliéribus non sunt coinquináti: Vírgines enim sunt, & sequúntur Agnum quocúmque íerit. ℣. Heródes irátus occídit multos púeros. ℟. In Béthlehem Iudæ civitáte David.

Oratio.

Deus, cuius hodiérna die præcónium Innocéntes mártyres non loquéndo, sed moriéndo conféssi sunt: ómnia in nobis vitiórum mala mortífica; ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, étiam móribus vita fateátur. Per Dóminum nostrum.

Si festum S. Thomæ non vénerit in Domínica, Officium Domínicæ fit die immediátè sequénti. Festum ipsius, nisi fúerit Sábbatum, quia tunc de Domínica fit tantùm Commemorátio in die S.

S. Silvéstri; & in Sábbato fit Officium de Octáva Nativitátis, ut inférius pónitur. 192.

## DOMINICA
### Infra Octávam Nativitátis.

In secúndis Vésperis sancti Thomæ, quando non vénerit in Domínica, Antiphona. Tecum princípium. cum réliquis Antiphonis & Psalmis de Nativitáte. 178.

Capitulum. *Galat.* 4.

FRatres, Quanto témpore heres párvulus est, nihil differt à servo, cùm sit dominus ómnium: sed sub tutóribus & actóribus est, usque ad præfinítum tempus à patre.

Hymnus. Iesu Redémptor ómnium. 165. ℣. Verbum caro factum est, allelúia. ℟. Et habitávit in nobis, allelúia.

Ad Magníficat, Antiphona. Dum médium siléntium tenérent ómnia, & nox in suo cursu médium iter perágeret, omnípotens sermo tuus Dómine à regálibus sédibus venit, allelúia.

Oratio.

OMnipotens sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo: ut in nómine dilécti Fílij tui mereâmur bonis opéribus abundâre. Qui tecum vivit.

Deinde fit Commemorátio sancti Thomæ, Antiphona. Qui vult veníre post me, ábneget semetípsum, & tollat crucem suam, & sequâtur me. ℣. Iustus ut palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Oratio.

DEus, pro cuius Ecclésia gloriosus Póntifex Thomas gladijs impiórum occúbuit: præsta quæsumus; ut omnes, qui eius implórant auxílium, petitiónis suæ salutârem consequántur efféctum.

De Nativitáte, Aña. Hódiè Christus natus est: hódiè Salvátor appáruit: hódiè in terra canunt Angeli, lætántur Archángeli: hódiè exúltant iusti, dicéntes: Glória in excélsis Deo, allelúia. ℣. Notum fecit Dóminus, allelúia. ℟. Salutâre suum, allelúia.

Oratio.

COncède quæsumus omnípotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem natívitas líberet, quos sub peccáti iugo vetústa sérvitus tenet.

Pro S. Stéphano, Antiphona. Sepeliérunt Stéphanum viri timoráti, & fécerunt planctum magnum super eum. ℣. Stéphanus vidit cælos apértos. ℟. Vidit & introívit: beátus homo, cui cæli patébant.

Oratio.

DA nobis quæsumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discâmus & inimícos dilígere: quia eius natalítia celebrâmus, qui novit étiam pro persecutóribus exorâre Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

Pro sancto Ioánne, Aña. Exijt sermo inter fratres, quod discípulus ille non móritur: & non dixit Iesus, non móritur: sed, Sic eum volo manêre, donec vé-



véniam. ℣. Valdè honorándus est beátus Ioánnes. ℟. Qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit.

Oratio.

ECclésiam tuam, Dómine, benígnus illústra: ut beáti Ioánnis Apóstoli tui & Evangelístæ illumináta doctrínis, ad dona pervéniat sempitérna.

Pro SS. Innocéntibus, Aña. Innocéntes pro Christo infántes occísi sunt, ab iníquo rege lacténtes interfécti sunt: ipsum sequúntur Agnum sine mácula, & dicunt semper: Glória tibi Dómine. ℣. Sub throno Dei omnes sancti clamant. ℟. Víndica sánguinem nostrum Deus noster.

Oratio.

DEus, cuius hodiérna die præcónium Innocéntes mártyres non loquéndo, sed moriéndo conféssi sunt: ómnia in nobis vitiórum mala mortífica; ut fidem tuam, quam língua nostra lóquitur, étiam móribus vita fateátur. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutínum ómnia dicúntur sicut in die Nativitátis. 176.

Ad Laudes, & per Horas, Aña. QUem vidístis Pastóres? dícite, annunciáte nobis, in terris quis appáruit? Natum vídimus, & choros Angelórum collaudántes Dóminum, allelúia, allelúia. Psalmus. Dóminus regnávit. cum réliquis. 17. Antiph. Génuit puérpera Regem, cui nomen ætérnum, & gáudia matris habens cum virginitátis honôre: nec primam símilem visa est, nec habêre sequéntem, allelúia. Aña. Angelus ad pastóres ait: Annúncio vobis gáudium magnum: quia natus est vobis hódiè Salvâtor mundi, allelúia. Aña. Facta est cum Angelo multitúdo cæléstis exércitus laudántium Deum, & dicéntium: Glória in excélsis Deo, & in terra pax homínibus bonæ voluntátis, allelúia. Aña. Párvulus fílius hódiè natus est nobis, & vocábitur Deus, fortis, allelúia, allelúia.

Capitulum. *Galat.* 4.

FRatres, quanto témpore heres párvulus est, nihil differt à servo, cùm sit dominus ómnium: sed sub tutóribus & actóribus est, usque ad præfinítum tempus à patre.

Hymnus. A solis ortus cárdine. 177. ℣. Verbum caro factum est, allelúia. ℟. Et habitávit in nobis, allelúia.

Ad Benedíctus, Antiphona. Dum médium siléntium tenérent ómnia, & nox in suo cursu médium iter perágeret, omnípotens sermo tuus Dómine, à regálibus sédibus venit, allelúia.

Oratio.

OMnipotens sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo: ut in nómine dilécti Fílij tui mereâmur bonis opéribus abundâre. Qui tecum vivit.

Et fit Commemor. de Octáva Nativitátis & alijs Octávis, ut supra in festo S. Thomæ. 189.

Ad

Ad Primam, Antíphona.
Quem vidístis.

Ad Absolutiônem Capítuli, dícitur Capitulum Nonæ, ut infrà.

Ad Tértiam, Aña. Génuit puérpera. Capitulum. Fratres, Quanto témpore. ut supr. 191.

℞. breve. Verbum caro factum est, * Allelúia, allelúia. Verbum. ℣. Et habitâvit in nobis. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Verbum. ℣. Ipse invocâbit me, allelúia. ℞. Pater meus es tu, allelúia.

Ad Sextam, Antíphona.
Angelus ad Pastóres.

Capitulum. *Galat.* 4.

At ubi venit plenitúdo témporis, misit Deus Filium suum factum ex muliére, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus.

℞. br. Notum fecit Dóminus, * Allelúia, allelúia. Notum. ℣. Salutáre suum. Allelúia, allelúia. Glória. Notum. ℣. Vidérunt omnes fines terræ, allelúia. ℞. Salutáre Dei nostri, allelúia.

Ad Nonam, Antíphona.
Párvulus filius.

Capitulum. *Galat.* 4.

Itaque iam non est servus, sed filius: Quod si filius: & heres per Deum.

℞. breve. Vidérunt omnes fines terræ, * Allelúia, allelúia. Vidérunt. ℣. Salutáre Dei nostri. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Vidérunt. ℣. Verbum caro factum est, allelúia. ℞. Et habitâvit in nobis, allelúia.

In ii. Vésperis, Añæ. Psalmi, Capitulum, & Hymnus ùt supra in i. Vésperis. 190. ℣. Verbum caro factum est: allelúia. ℞. Et habitâvit in nobis, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.
Puer Iesus proficiêbat ætâte & sapiéntia coram Deo & homínibus.

ORATIO.

Omnípotens sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo: ut in nómine dilécti Filij tui mereâmur bonis opéribus abundâre. Qui tecum vivit & regnat.

Si dies post festum S. Thomæ fúerit Sábbatum, Officium fit de Octâva Nativitâtis, hoc modo.

In ii. Vésperis S. Thomæ ómnia dicúntur sicut in secúndis Vésperis diéi Nativitâtis, 178. (sed non duplicâtur Antiphonæ) & post Oratiônem Nativitâtis fit Commemor. S. Thomæ; deindè sancti Stéphani, & aliârum Octâvarum, ùt suprà post Oratiônem Dñicæ. 190.

Ad Matutínum & Laudes ómnia dicúntur sicut in Nativitâte. 176. Et post Oratiônem fit Commemorátio de sancto Stéphano, & reliq. Octâvis, ùt sup. in festo S. Thomæ. 189.

Ad Horas ómnia dicúntur sicut in Nativitâte Dómini. 177.

Ad Vésperas, Aña. Tecum principium. cum réliquis Antiphonis & Psalmis de Nativitâte. 178. Et Antiphonæ duplicántur. Capitulum & réliqua de sancto Silvéstro.

Si festum S. Silvéstri vénerit in



in Domínica ágitur de Festo cum Commemoratiône Domínicæ in primis Vésp. & Láudibus, ante Commemoratiônem ómnium Octavârum.

## IN FESTO S. SILVESTRI
Papæ & Confessôris.
Duplex.

A Capítulo ómnia de Commûni Confess. Pontíficis. xvii.

ORATIO.

Da quǽsumus omnípotens Deus: ut beáti Silvéstri Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, & devotiónem nobis áugeat, & salútem. Per Dóminum.

Deindè fit Commemorat. de Octâvis, ùt suprà post Oratiônem Domínicæ. 190.

Ad Matutínum, Laudes, & per Horas ómnia sumúntur de Commûni Confessôris Pontíficis. xviii. Et in fine Laudum fit Commemorátio de Octâvis ùt suprà in festo sancti Thomæ. 189.

## IN CIRCUMCISIONE DOMINI,
ET OCTAVA NATIVITATIS.

Ad Vésperas, Antíphona. O admirábile commércium. cum réliquis de Láudibus. 194. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis, ùt in Officio parvo beátæ Maríæ. xl.

Capitulum. *Tit.* 2. c

Appáruit grátia Dei Salvatóris nostri ómnibus homínibus, erúdiens nos, ut abnegántes impietâtem & sæculária desidéria: sobriè, & iuxtè, & piè vivâmus in hoc sǽculo.

Hymnus. Iesu Redémptor ómnium. 175. ℣. Verbum caro factum est, allelúia. ℞. Et habitâvit in nobis, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.
Propter nímiam charitâtem suam, qua diléxit nos Deus, Fílium suum misit in similitúdinem carnis peccáti, allelúia.

ORATIO.

Deus, qui salútis ætérnæ beátæ Maríæ virginitâte fœcúnda humáno géneri præmia præstitísti: tribue quǽsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiâmus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit & regnat.

Et non fit áliqua Commemorátio.

Ad Matutínum, Invitatórium. Christus natus est nobis, * Venite adorémus. Psalmus. Veníte, exultémus. 2. Hymnus. Iesu Redémptor. ùt suprà. 175.

In primo Noctúrno, Aña. Dóminus dixit ad me: Fílius meus es tu, ego hodiè génui te. Psalmus. Quare fremuérunt Gentes. 4. Antíphona. In sole pósuit tabernáculum suum: & ipse tamquam sponsus procédens de thálamo suo. Psalmus. Cæli enárrant. 14. Antíphona. Elevámini portæ æternáles, & introíbit rex glóriæ. Psalmus. Dómini est terra. 30. ℣. Tamquam sponsus. ℞. Dóminus procédens de thálamo suo.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

In secúndo Noctúrno, Aña.

Speciôsus forma præ filijs hóminum, diffúsa est grátia in lábijs tuis. Psalm. Eructávit cor meum. 67. Aña. Homo natus est in ea, & ipse fundávit eam Altíssimus. Psalm. Fundaménta eius. 101. Aña. Exultábunt ómnia ligna silvârum ante fáciem Dómini, quóniàm venit. Psalmus. Cantáte Dóminum cánticum novum: * cantáte. 105. ℣. Speciôsus forma præ filijs hóminum. ℟. Diffúsa est grátia in lábijs tuis.

In tértio Noctúrno, Aña.

In princípio, & ante sǽcula Deus erat Verbum, & ipse natus est hódiè Salvátor mundi. Psalm. Dóminus regnávit, exultet. 105. Aña. Ante lucíferum génitus, & ante sǽcula, Dóminus Salvâtor noster hódiè nasci dignâtus est. Psalmus. Cantáte Dómino cánticum novum: * quia. 109. Aña. Nato Dómino Angelórum chorus canébat, dicens: Salus Deo nostro, sedénti super thronum, & Agno. Psalmus. Dóminus regnávit, irascántur 110. ℣. Notum fecit Dóminus, allelúia. ℟. Salutáre suum, allelúia.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antíphona.

O Admirábile commércium! Creátor géneris humáni, animátum corpus sumens, de Vírgine nasci dignâtus est: & procédens homo sine sémine, largítus est nobis suam Deitâtem. Psalm. Dóminus regnávit. cum réliquis. 17. Antíphona. Quando natus est inefabíliter ex Vírgine, tunc implétæ sunt Scriptúræ: sicut plúvia in vellus descendísti, ut salvum fáceres genus humânum: te laudámus Deus noster. Aña. Rubum, quem víderat Móyses incombústum, conservâtam agnóvimus tuam laudábilem virginitâtem: Dei génitrix intercéde pro nobis. Antíphona. Germinávit radix Iesse, orta est stella ex Iacob, Virgo péperit Salvatórem: te laudámus Deus noster. Aña. Ecce María génuit nobis Salvatórem; quem Ioánnes videns exclamávit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi, allelúia.

CAPITULUM. *Tit. 2. c*

APpáruit grátia Dei Salvatóris nostri ómnibus homínibus, erúdiens nos, ut abnegántes impietâtem, & sæculária desidéria: sobriè, & iustè, & piè vivâmus in hoc sǽculo. *

Hymnus. A solis ortus cárdine. 177. ℣. Verbum caro factum est, allelúia. ℟. Et habitávit in nobis, allelúia.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Mirábile mystérium declarâtur hódie: innovántur natúræ, Deus homo factus est: id quod fuit permánsit, & quod non erat, assumpsit; non commixtiônem passus, neque divisiônem.

ORATIO.

DEus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcúnda, humáno géneri prǽmia præstitísti: tríbue quǽsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit.



Ad Tértiam, Antíphona.

Quando natus es. Capítul. Appáruit grátia Dei, ùt suprà. 194. ℟. breve. Verbum caro factum est, * allelúia, allelúia. Verbum. ℣. Et habitávit in nobis, Allelúia, allelúia. Glória Patri. Verbum. ℣. Ipse invocábit me, allelúia. ℟. Pater meus es tu allelúia.

Ad Sextam, Antíphona.

Rubum quem víderat Móyses.

CAPITULUM. *Hebr. 1. d*

ET: Tu in princípio Dómine terram fundásti: & ópera mánuum tuárum sunt cæli.

℟. br. Notum fecit Dóminus * Allelúia, allelúia. Notum. ℣. Salutáre suum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Notum ℣. Vidérunt omnes fines terræ, allelúia. ℟. Salutáre Dei nostri, allelúia.

Ad Nonam, Antíphona.

Ecce María.

CAPITULUM. *Hebr. 1. d*

IPsi períbunt, tu autem permanébis, & omnes sicut vestiméntum veteráscent: & velut amíctum mutábis eos, & mutabúntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non defícient.

℟. breve. Vidérunt omnes fines terræ, * Allelúia, allelúia. Vidérunt omnes. ℣. Salutáre Dei nostri. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Vidérunt omnes. ℣. Verbum caro factum est, allelúia. ℟. Et habitávit in nobis, allelúia.

Ad Vésperas, Antíphona. O admirábile. cum réliquis de Laud. 194. Psalmi, Capítulum, Hymnus, ùt suprà in primis Vésperis. 193. ℣. Notum fecit Dóminus, allelúia. ℟. Salutáre suum, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Magnum hereditâtis mystérium: templum Dei factus est úterus nesciéntis virum: non est pollútus ex ea carnem assúmens: omnes Gentes vénient, dicéntes: Glória tibi Dómine.

ORATIO.

DEus, qui salûtis ætérnæ beátæ Maríæ virginitâte fœcúnda humáno géneri prǽmia præstitísti: tríbue quǽsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit.

Deindè pro S. Stéphano, Aña. Stéphanus autem plenus grátia, & fortitúdine, faciêbat signa magna in pópulo. ℣. Stéphanus vidit cælos apértos. ℟. Vidit & introivit: beâtus homo, cui cæli patébant.

ORATIO.

OMnípotens sempitérne Deus, qui primítias mártyrum in beáti Levítæ Stéphani sánguine dedicásti: tríbue quǽsumus; ut pro nobis intercéssor exístat, qui pro suis

étiam persecutóribus exorâvit Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum. Qui tecum vivit & regnat in unitâte Spíritus sancti Deus.

De áliis Octâvis in his Vésperis nihil fit.

## IN OCTAVA

Sancti Stéphani. Duplex.

Omnia fiunt sicut in die Festi. 181. præter Oratiónem. Et fit Commemorátio de áliis Octávis.

Ad Laudes & per Horas, Antiph. Lapidavérunt Stéphanum. cum réliquis. 181.

Pro Commemoratióne sancti Ioánnis, Aña. Iste est Ioánnes, qui supra pectus Dñi in cœna recúbuit: beâtus Apóstolus, cui revelâta sunt secrêta cæléstia. ℣. Hic est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his. ℞. Et scimus quia verum est testimónium eius. Oratio.

Ecclésiam tuam, Dómine, benígnus illústra: ut beâti Ioánnis Apóstoli tui & Evangelístæ illuminâta doctrínis, ad dona pervéniat sempitérna.

Pro SS. Innocéntibus, Aña. Hi sunt, qui cum muliéribus non sunt coinquináti: Vírgines enim sunt, & sequúntur Agnum quocúmque íerit. ℣. Heródes irâtus occídit multos púeros. ℞. In Béthlehem Iudæ civitâte David.

Oratio.

Deus, cuius hodiérna die præcónium Innocéntes mártyres non loquéndo, sed moriéndo conféssi sunt: ómnia in nobis vitiórum mala mortífica; ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, étiam móribus vita fateâtur. Per Dóminum nostrum.

In ii. Vésperis Antíphonæ de Láudibus Festi. Lapidavérunt. cum réliq. 181. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliq. de Domínica, 125. & último loco, Psalmus. Crédidi. 129.

Deindè fit de S. Ioánne Capítulum. Qui timet Deum. Hymnus. Exúltet orbis. suprà. 183. ℣. Valdè honorándus est beâtus Ioánnes. ℞. Qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit.

Ad Magníficat, Antíphona. Iste est Ioánnes, qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit: beâtus Apóstolus, cui revelâta sunt secrêta cæléstia.

Oratio.

Ecclésiam tuam, Dómine, benígnus illústra: ut beâti Ioánnis Apóstoli tui & Evangelístæ illuminâta doctrínis, ad dona pervéniat sempitérna. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Stéphano, Antíphona. Sepeliérunt Stéphanum viri timoráti, & fecérunt planctum magnum super eum. ℣. Stéphanus vidit cælos apértos. ℞. Vidit & introívit: beâtus homo, cui cæli patébant.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui primítias mártyrum in beâti Levítæ Stéphani sánguine dedicásti: tríbue quǽsumus; ut pro nobis intercés-



céssor exístat, qui pro suis étiam persecutóribus exoravit Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

Pro SS. Innocéntibus, Aña. Innocéntes pro Christo infántes occísi sunt, ab iníquo rege lacténtes interfécti sunt: ipsum sequúntur Agnum sine mácula, & dicunt semper: Glória tibi Dómine. ℣. Sub throno Dei omnes sancti clamant. ℞. Víndica sánguinem nostrum Deus noster. Oratio.

Deus, cuius hodiérna die præcónium Innocéntes mártyres non loquéndo, sed moriéndo conféssi sunt: ómnia in nobis vitiórum mala mortífica; ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, étiam móribus vita fateâtur. Per Dóminum nostrum.

## IN OCTAVA

Sancti Ioánnis. Duplex.

Omnia dicúntur sicut in die, ut suprà. 183.

Ad Laudes, Aña. Valdè honorándus. cum réliq. 183. Capítulum, Hymnus, ℣. & Antíphona ad Benedíctus, ibid. 183.

Pro Commem. SS. Innocéntium, Antíphona. Hi sunt, qui cum muliéribus non sunt coinquináti: Vírgines enim sunt, & sequúntur Agnum quocúmque íerit. ℣. Heródes irâtus occídit multos púeros. ℞. In Béthlehem Iudæ civitâte David.

Oratio.

Deus, cuius hodiérna die præcónium Innocéntes mártyres non loquéndo, sed moriéndo conféssi sunt: ómnia in nobis vitiórum mala mortífica; ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, étiam móribus vita fateâtur. Per Dóminum nostrum.

Ad Horas, ómnia ut in die Festi. 184.

In ii. Vésperis Antíphonæ de Láudibus Festi. Valdè honorándus. 183. Psalmi ut in secúndis Vésperis de Commúni Apostolórum. iii.

Capítulum, & ália, ut in die, 184. cum Commemorat. SS. Innocéntium, Antíphona. Hi sunt, qui cum muliéribus non sunt coinquináti: Vírgines enim sunt, & sequúntur Agnum quocúmque íerit. ℣. Heródes irâtus occídit multos púeros. ℞. In Béthlehem Iudæ civitâte David.

Orátio. Deus, cuius hodiérna die. ut suprà.

## IN OCTAVA

SS. Innocéntium. Duplex.

Omnia dicúntur sicut in Festo, suprà. 185.

Ad Laudes, & per Horas, ómnia ut in die Festi, 186. omissis Commemoratiónibus.

In ii. Vésperis Antíphonæ de Láudibus. 186. Psalmi de Domínica, 125. & loco último, Psalmus. Crédidi. 129. Réliqua ut in die. 187.

Post Oratiónem SS. Innocéntium fit Commem. de Vigília Epiphaníæ, Aña. Puer Iesus proficiébat ætâte & sapiéntia coram Deo & homínibus. ℣. Notum fecit Dóminus, allelúia. ℞. Salutâre suum, allelúia.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo: ut in nómine dilécti Fílij tui mereámur bonis opéribus abundáre.

Deínde fit Commemorátio S. Telesphóri Papæ & mártyris, Antiphona. Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundátus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honore coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Telesphóri mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut cuius natalítia cólimus, de eiúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum nostrum.

## IN VIGILIA Epiphaniæ.

Offícium fit Semiduplex.

Omnia dicúntur ut in Octáva Nativitátis, 193. excéptis iis, quæ infrà ponúntur.

Ad Matutínum ómnia dicúntur ut in Circumcisióne, & Oct. Nativitátis, ut suprà. 193.

## AD LAUDES, & per Horas, Antiphona.

O Admirábile commércium! Creátor géneris humáni, animátum corpus sumens, de Vírgine nasci dignátus est: & procédens homo sine sémine, largítus est nobis suam Deitátem. Psalmus. Dóminus regnávit. cum réliquis. 17. Antiphona. Quando natus es ineffabíliter ex Vírgine, tunc implétæ sunt Scriptúræ: sicut plúvia in vellus descendísti, ut salvum fáceres genus humánum: te laudámus Deus noster. Antiphona. Rubum, quem víderat Móyses incombústum, conservátam agnóvimus tuam laudábilem virginitátem: Dei génitrix intercéde pro nobis. Antiph. Germinávit radix Iesse: orta est stella ex Iacob: Virgo péperit Salvatórem: te laudámus Deus noster. Antíphona. Ecce María génuit nobis Salvatórem, quem Ioánnes videns exclamávit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi, allelúia.

Capitulum. *Galat. 4.*

Fratres, Quanto témpore heres párvulus est, nihil differt à servo, cùm sit dóminus ómnium: sed sub tutóribus, & actóribus est usque ad præfinítum tempus à patre.

Hymnus. A solis ortus cárdine. 177. ℣. Verbum caro factum est, allelúia. ℟. Et habitávit in nobis, allelúia.

Ad Benedictus, Antíphona. Dum médium siléntium tenérent ómnia, & nox in suo cursu médium iter perágeret, omnípotens sermo tuus Dómine, à regálibus sédibus venit, allelúia.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo: ut in nómine dilécti Fílij tui mereámur bonis opéribus abundáre. Qui tecum vivit.



Et fit Commemorátio S. Telesphori Papæ & mártyris. Antiphona. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. ℣. Iustus ùt palma florébit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Orátio. Deus, qui nos beáti. ùt suprà. 198.

Ad Primam, Antíphona. O admirábile. Capitulum. Regi sæculórum. 27.

℟. breve. Christi Fili Dei vivi, * Miserére nobis. ℣. Qui natus es de María vírgine.

Et non dicúntur Preces.

Ad Absolutiónem Capítuli dícitur Capitulum Nonæ. Itaque iam non est servus. ùt infrà.

Ad Tértiam, Antíphona. Quando natus es. Capitul. Fratres, Quanto témpore. 198.

℟. br. Verbum caro factum est, * Allelúia, allelúia. Verbum. ℣. Et habitávit in nobis. Allelúia, allelúia. Glória. Verbum. ℣. Ipse invocábit me, allelúia. ℟. Pater meus es tu, allelúia.

Ad Sextam, Antiphona. Rubum quem víderat.

Capitulum. *Galat. 4.*

At ubi venit plenitúdo témporis, misit Deus Fílium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus.

℟. breve. Notum fecit Dóminus, * Allelúia, allelúia. Notum fecit. ℣. Salutáre suum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Notum fecit. ℣. Vidérunt omnes fines terræ, allelúia. ℟. Salutáre Dei nostri, allelúia.

Ad Nonam, Antiphona. Ecce María.

Capitulum. *Galat. 4.*

Itaque iam non est servus, sed filius: Quòd si filius: & heres per Deum.

℟. breve. Vidérunt omnes fines terræ, * Allelúia, allelúia. Vidérunt omnes. ℣. Salutáre Dei nostri. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Vidérunt omnes. ℣. Verbum caro factum est, allelúia. ℟. Et habitávit in nobis, allelúia.

Vésp. de Epiphanía, Duplex.



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# IN EPIPHANIA DOMINI.

## AD VESPERAS

Antiphona. Ante lucíferum génitus. cum reliquis de Laudibus. 202. Psalmus. Dixit Dóminus. cum reliquis de Dominica, 125. & loco último, Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

Capitulum. *Isaiæ 60.*

Surge, illumináre Ierúsalem: quia venit lumen tuum, & glória Dómini super te orta est.

Hymnus.

Crudélis Heródes, Deum
Regem venire quid times?
Non eripit mortália,
Qui regna dat cæléstia.

Ibant Magi, quam víderant,
Stellam sequéntes prǽviam:
Lumen requírunt lúmine:
Deum faténtur múnere.

Lavácra puri gúrgitis
Cæléstis Agnus áttigit:
Peccáta, quæ non détulit,
Nos abluéndo sústulit.

Novum genus poténtiæ:
Aquæ rubéscunt hýdriæ,
Vinúmque iussa fúndere,
Mutávit unda oríginem.

Iesu, tibi sit glória,
Qui apparuísti Géntibus,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sǽcula.
Amen.

Sic terminántur Hymni per totam Octávam.

℣. Reges Tharsis & ínsulæ múnera offerent. ℟. Reges Arabum & Saba dona addúcent.

Ad Magnificat, Antiphona. Magi vidéntes stellam, dixérunt ad ínvicem: Hoc signum magni Regis est: eámus & inquirámus eum, & offerámus ei múnera, aurum, thus, & myrrham, allelúia.

Oratio.

Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum Géntibus stella duce revelásti: concéde propítius; ut qui iam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúmdem Dóminum.

## AD MATUTINUM.

Dicto Pater noster. Ave María. & Credo. omissis ℣. Dómine lábia. Invitatório, cum Psalm. Venite. & Hymno, incipitur ab Antiphona. Afférte Dómino.

Infra Octávam verò dicitur ℣. Dómine lábia. Invitatórium. Christus appáruit nobis, * Venîte adorêmus. Psalm. Venîte, exultêmus. 2. Hymn. Crudélis Heródes. ut supra.

In primo Noctúrno, Aña. Afférte Dómino filij Dei, adoráte Dóminum in aula sancta eius. Psalmus. Afférte Dómino filij Dei. 50. Antíphona. Flúminis

nis



nis ímpetus lætíficat, allelúia: civitátem Dei, allelúia. Psalmus. Deus noster refúgium. 68. Aña. Psállite Deo nostro, psállite: psállite Regi nostro, psállite sapiénter. Psalm. Omnes Gentes pláudite mánibus. 68. ℣. Omnis terra adóret te, & psállat tibi. ℟. Psalmum dicat nómini tuo Dómine.

In secúndo Noctúrno, Aña. Omnis terra adóret te, & psállat tibi: psalmum dicat nómini tuo Dómine. Psalm. Iubiláte Deo omnis terra, psalmum. 79. Antíphona. Reges Tharsis & ínsulæ múnera ófferent Regi Dómino. Psalmus. Deus iudícium tuum regi da. 86. Antíphona. Omnes Gentes quascúmque fecísti, vénient, & adorábunt coram te Dómine. Psalmus. Inclína Dómine aurem tuam. 100. ℣. Reges Tharsis & ínsulæ múnera offerent. ℟. Reges Arabum & Saba dona addúcent.

In tértio Noctúrno, Aña. Venîte adorêmus eum: quia ipse est Dóminus Deus noster.

Hæc Antíphona repétitur in Psalmo, órdine infrascripto.

Psalmus 94.

Venîte, exultêmus Dómino: * iubilêmus Deo salutári nostro:

Præoccupêmus fáciem eius in confessióne: * & in psalmis iubilêmus ei.

Antíphona. Venîte adorêmus eum: quia ipse est Dóminus Deus noster.

Quóniam Deus magnus Dóminus: * & Rex magnus super omnes Deos.

Quia in manu eius sunt omnes fines terræ: * & altitúdines móntium ipsíus sunt.

Antiphona. Venîte adorêmus eum: quia ipse est Dóminus Deus noster.

Quóniam ipsíus est mare, & ipse fecit illud: * & siccam manus eius formavérunt.

Antiphona. Venîte adorêmus eum: quia ipse est Dóminus Deus noster.

Et nos pópulus páscuæ eius, & oves manus eius. * Hódie si vocem eius audiéritis, nolíte obduráre corda vestra:

Sicut in irritatióne secúndùm diem tentatiónis in desérto: * ubi tentavérunt me patres vestri, probavérunt me, & vidérunt ópera mea.

Antíphona. Venîte adorêmus eum: quia ipse est Dóminus Deus noster.

Quadraginta annis offénsus fui generatióni illi, * & dixi: Semper hi errant corde.

Et isti non cognovérunt vias meas: ut iurávi in ira mea: * Si introíbunt in réquiem meam.

Antíphona. Venîte adorêmus eum: quia ipse est Dóminus Deus noster.

Glória Patri, & Filio, * & Spirítu sancto.

Sicut erat in princípio, & nunc, & semper, * & in sǽcula sæculórum. Amen.

Antíphona. Venîte adorêmus eum: quia ipse est Dóminus Deus noster.

An-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Antíphona, prædicta cum suo Psalmo dicitur tantùm hac nocte: per Octávam verò loco huius dicitur Antíphona. Homo natus est in ea, & ipse fundávit eam Altíssimus. Psalmus. Fundaménta eius in móntibus. 101. Aña. Adoráte Dóminum, allelúia: in aula sancta ejus, allelúia. Psalm. Cantáte Dómino cánticum novum: * cantáte. 105. Aña. Adoráte Deum, allelúia: omnes Angeli ejus, allelúia. Psalm. Dóminus regnávit, exultet. 105. ℣. Adoráte Dóminum, allelúia. ℟. In aula sancta eius, allelúia.

AD LAUDES,
& per Horas, Antíphona.

ANte lucíferum génitus, & ante sǽcula, Dóminus Salvátor noster hódie mundo appáruit. Psalmus. Dóminus regnávit. cum réliquis. 17. Aña. Venit lumen tuum Ierúsalem, & glória Dómini super te orta est: & ambulábunt Gentes in lúmine tuo, allelúia. Aña. Apértis thesáuris suis obtulérunt Magi Dómino aurum, thus, & myrrham, allelúia. Aña. María & flúmina benedícite Dómino: hymnum dícite fontes Dómino, allelúia. Aña. Stella ista sicut flamma coruscat, & Regem regum Deum demónstrat: Magi eam vidérunt, & magno Regi múnera obtulérunt.

CAPITULUM. *Isaiæ* 60.

SUrge, illumináre Ierúsalem: quia venit lumen tuum, & glória Dómini super te orta est.

HYMNUS.

O Sola magnárum Urbium
Maior Bethlem, cui contigit
Ducem salútis cælitùs
Incorporátum gígnere.
Quem stella, quæ solis rotam
Vincit decore ac lúmine:
Venisse terris núnciat
Cum carne terréstri Deum.
Vidêre postquam illum Magi,
Eóa promunt múnera;
Stratique votis ófferunt
Thus, myrrham, & aurum régium.
Regem Deúmque annúnciant
Thesáurus, & fragrans odor
Thuris Sabæi, ac mýrrheus
Pulvis sepúlchrum prædocet.
Iesu, tibi sit glória,
Qui apparuisti Géntibus,
Cum Patre, & almo Spíritu
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Adoráte Deum, allelúia. ℟. Omnes Angeli eius, allelúia.

Ad Benedictus, Antíphona. Hódiè cælésti sponso iuncta est Ecclésia, quóniàm in Iordáne lavit Christus eius crímina: currunt cum munéribus Magi ad regáles núptias, & ex aqua facto vino lætántur convívæ, allelúia.

ORATIO.

DEus, qui hodiérna die Unigénitum tuum Géntibus stella duce revelásti: concéde propítius; ut qui iam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándum spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúmdem Dóminum.

Ad



Ad Primam, ℟. br. Christe Fili Dei vivi. ℣. Qui apparuisti hódiè.

Et sic dicitur per totam Octávam.

Ad Tértiam, Antíphona. Venit lumen tuum. Capitulum. Surge illumináre. 202. R. breve. Reges Tharsis & ínsulæ múnera offerent, * Allelúia, allelúia. Reges. ℣. Reges Arabum & Saba dona addúcent. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Reges. ℣. Omnes de Saba vénient, allelúia. ℟. Aurum & thus deferéntes, allelúia.

Ad Sextam, Antíphona. Apértis thesáurus suis.

CAPITULUM. *Isaiæ* 60.

LEva in circúitu óculos tuos, & vide: omnes isti congregáti sunt, venérunt tibi: filij tui de longè vénient, & fíliæ tuæ de látere surgent. ℟. breve. Omnes de Saba vénient, * Allelúia, allelúia. Omnes de Saba. ℣. Aurum & thus deferéntes, Allelúia, allelúia. Glória Patri. Omnes de Saba. ℣. Adoráte Dóminum, allelúia. ℟. In aula sancta eius, allelúia.

Ad Nonam, Antíphona. Stella ista.

CAPITULUM. *Isaiæ* 60.

OMnes de Saba vénient, aurum & thus deferéntes, & laudem Dómino annunciántes. ℟. breve. Adoráte Dóminum, * Allelúia, allelúia. Adoráte. ℣. In aula sancta eius. Allelúia, allelúia. Glória. Adoráte. ℣. Adoráte Deum allelúia. ℟. Omnes Angeli eius, allelúia.

Ad Vésperas, Antíphona. Ante lucíferum. cum réliquis de Láudibus. 202. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125.

Et sic dicitur per totam Octávam.

Capitulum. Surge, illumináre. Hymnus. Crudélis Heródes. ut suprà. 200. ℣. Reges Tharsis & ínsulæ múnera offerent. ℟. Reges Arabum & Saba dona addúcent.

Ad Magníficat, Antíphona. Tribus miráculis ornátum diem sanctum cólimus: hódiè stella Magos duxit ad præsépium: hódiè vinum ex aqua factum est ad núpcias: hódiè in Iordáne à Ioanne Christus baptizári vóluit, ut salváret nos, allelúia.

ORATIO.

DEus, qui hodiérna die Unigénitum tuum Géntibus stella duce revelásti: concéde propítius; ut qui iam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúndem Dóminum.

Si Epiphanía vénerit in Sábbato, in secúndis Vésperis fit Commemorátio Domínicæ infra Octávam Antíphona. Remánsit. ℣. Omnes de Saba vénient. Orátio. Vota quæsumus. 205.

Infra Octávam Epiphaníæ, si occúrrat Festum Duplex, vel Semiduplex, transfértur post

post Octâvam, nisi fúerit Patróni vel Titulâris Ecclesiæ, vel Dedicâtio eiusdem, ut dícitur in Rúbrica de Octâvis: de Simplícibus veró fit Commemorátio.

Ad Matutínum, ℣. Dómine lábia mea. Invitatórium & Hymnus, út infra in Rúbrica Festi pónitur. 202. Réliqua ómnia ut in die Festi.

Ad Laudes, & per Horas, & ad Vésperas ómnia út in die Festi, 202. præter Añas. ad Benedíctus, & Magníficat, quæ singulis diébus habéntur própriæ, ut séquitur.

De Domínica infra Octâvam, in quamcúmque diem Octâvæ incíderit, fit Officium ùt infrà ordinâtur. 205.

Post Domínicam verò continuántur dies Octâvæ eódem número, quo notántur, perindè ac si Domínica non intercessisset. Exempli grátia: si Domínica vénerit in tértia die infra Octâvam, prima die post Domínicam Antiphonæ ad Benedíctus, & Magníficat, dicéntur de tértia die infra Octâvam, & sic deinceps de áliis.

## SECUNDA DIE

Infra Octâvam Epiphaníæ.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Ab Oriénte venérunt Magi in Béthlehem adoráre Dóminum: & apértis thesáuris suis, pretiósa múnera obtulérunt: aurum, sicut Regi magno; thus, sicut Deo vero, myrrham sepultúræ eius, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Vidéntes stellam Magi, gavísi sunt gáudio magno: & intrántes domum, obtulérunt Dómino aurum, thus, & myrrham, allelúia.

## TERTIA DIE.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Tria sunt múnera, quæ obtulérunt Magi Dómino, aurum, thus, & myrrham, Fílio Dei, Regi magno, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Lux de luce apparuísti Christe, cui Magi múnera ófferunt, allelúia, allelúia, allelúia.

## QUARTA DIE.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Vídimus stellam eius in Oriénte, & vénimus cum munéribus adoráre Dóminum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Interrogâbant Magos Heródes: Quod signum vidístis super natum Regem? Stellam vídimus fulgéntem, cuius splendor illúminat mundum.

## QUINTA DIE.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Omnes natiónes vénient à longè, portántes múnera sua allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Omnes de Saba vénient, aurum, & thus deferéntes, allelúia, allelúia.

## SEXTA DIE.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Vénient ad te, qui detrahébant tibi, & adorábunt vestígia pedum tuórum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Admóniti Magi in somnis, per



per áliam viam revérsi sunt in regiónem suam.

## SABBATO

Infrà Octâvam Epiphaníæ.

Ad Vésperas, Capitulum.

*Rom.* 12.

Fratres, Obsecro vos per misericórdiam Dei, ut exhibeàtis córpora vestra hostiam vivéntem, sanctam, Deo placéntem, rationábile obséquium vestrum.

Hymnus. Crudélis Heródes.

℣. Reges Tharsis. ut suprà. 200.

Ad Magníficat, Antíphona.

Remánsit puer Iesus Ierúsalem, & non cognovérunt paréntes eius, existimántes illum esse in comitátu: & requirébant eum inter cognátos & notos.

Oratio.

Vota, quæsumus Dómine, supplicántis pópuli cælésti pietáte proséquere: ut & quæ agénda sunt, vídeant; & ad impléndа quæ víderint, convaléscant. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Deindè fit Commemorátio Epiphaníæ per Antíphonam, quæ occúrrit secúndùm órdinem diérum infrà Octâvam.

℣. Omnes de Saba vénient, allelúia. ℟. Aurum & thus deferéntes, allelúia,

Nisi dicta sit Aña. Omnes de Saba vénient. tunc enim légitur ℣. Adoráte Deum, allelúia. ℟. Omnes Angeli eius, allelúia.

Oratio.

Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum Géntibus stella duce revelásti: concède propítius; ut qui iam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúmdem Dóminum.

## DOMINICA

Infrà Octâvam Epiphaníæ.

Totum Officium dícitur de Epiphanía, præter Capítula, Añas ad Benedíctus, & ad Magníficat, & Oratiónem.

Quando Epiphanía in Domínica vénerit, Sábbato sequénti fit Officium de Domínica, & Féria vi. Vésperæ à Capítulo de Domínica cum Commemoratióne Octâvæ.

## AD LAUDES,

& per Horas, Aña.

Ante lucíferum génitus & ante sæcula, Dóminus salvâtor noster hódie mundo appáruit. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum réliquis. 17. Antíphona. Venit lumen tuum Ierúsalem, & glória Dómini super te orta est: & ambulábunt Gentes in lúmine tuo, allelúia. Antíphona. Apértis thesáuris suis obtulérunt Magi Dómino aurum, thus, & myrrham, allelúia. Antíphona. María & flúmina benedícite Dómino: hymnum dícite fontes Dómino, allelúia. Antíphona. Stella ista sicut flamma corúscat, & Regem regum Deum demónstrat: Magi eam vidérunt, & magno Regi múnera obtulérunt.

Capitulum. *Rom.* 12.

Fratres, Obsecro vos per misericórdiam Dei, ut exhibeàtis córpora vestra hóstiam vi-

vivéntem, sanctam, Deo placéntem, rationábile obséquium vestrum.

Hymnus. O sola magnárum. 202. ℣. Adoráte Deum, allelúia. ℟. Omnes Angeli eius, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona. Remánsit puer Iesus in Ierúsalem, & non cognovérunt paréntes eius, existimántes illum esse in comitátu: & requirébant eum inter cognátos & notos.

ORATIO.

Vota, quǽsumus Dómine, supplicántis pópuli cælésti pietáte proséquere: ut & quæ agénda sunt, vídeant; & ad impléndа quæ víderint, convaléscant. Per Dóminum nostrum.

Deinde fit Commemorátio Epiphaníæ, Aña. Hódiè cælésti sponso iuncta est Ecclésia, quóniam in Iordáne lavit Christus eius crímina: currunt cum munéribus Magi ad regáles núptias: & ex aqua facto vino lætántur convívæ, allelúia. ℣. Omnes de Saba vénient, allelúia. ℟. Aurum & thus deferéntes, allelúia.

ORATIO.

Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum Géntibus stella duce revelásti: concéde propítius; ut qui iam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúmdem Dóminum.

Ad Tértiam, Antiphona. Venit lumen tuum. Capitulum. Fratres, Obsecro vos. 205.

℟. breve. Reges Tharsis & ínsulæ múnera offerent, * Allelúia, allelúia. Reges Tharsis. ℣. Reges Arabum & Saba dona addúcent. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Reges. ℣. Omnes de Saba vénient, allelúia. ℟. Aurum & thus deferéntes, allelúia.

Ad Sextam, Antiphona. Apértis thesáuris suis.

CAPITULUM. *Rom.* 12.

Dico enim per grátiam quæ data est mihi, ómnibus qui sunt inter vos: Non plus sápere quam opórtet sápere, sed sápere ad sobrietátem.

℟. breve. Omnes de Saba vénient, * Allelúia, allelúia. Omnes. ℣. Aurum & thus deferéntes. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Omnes. ℣. Adoráte Dóminum, allelúia. ℟. In aula sancta eius, allelúia.

Ad Nonam, Antiphona. Stella ista.

CAPITULUM. *Rom.* 12. *b*

Sicut enim in uno córpore multa membra habémus, ómnia autem membra non eúmdem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter altérius membra, in Christo Iesu Dómino nostro.

℟. breve. Adoráte Dóminum, * Allelúia, allelúia. Adoráte. ℣. In aula sancta eius. Allelúia, allelúia. Glória. Adoráte. ℣. Adoráte Deum, allelúia. ℟. Omnes Angeli eius, allelúia.

Ad Vésperas, Antiphona. Ante lucíferum. cum réliquis de



Láudibus. 205. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. Capitulum. Fratres, Obsecro vos. 205. Hymnus. Crudélis Heródes. ℣. Reges Tharsis. ut suprà. 200.

Ad Magníficat, Antiphona. Fili, quid fecísti nobis sic? ego & Pater tuus doléntes quærebámus te. Quid est quod me quærebátis? nesciebátis quia in iis, quæ Patris mei sunt, opórtet me esse? Orátio. Vota, quǽsumus. ut suprà. 206.

Et fit Commemorátio de Epiphanía, Antiphona. Tribus miráculis ornátum diem sanctum cólimus: hódiè stella Magos duxit ad præsépium: hódiè vinum ex aqua factum est ad núptias: hódiè in Iordáne à Ioánne Christus baptizári vóluit, ut salváret nos, allelúia. ℣. Omnes de Saba vénient, allelúia. ℟. Aurum & thus deferéntes, allelúia.

Orátio. Deus, qui hodiérna die, ut suprà. 206.

Si Octáva Epiphaníæ vénerit in Domínica, nihil fit de Domínica in ipsa die Octáva, sed tantùm in primis Vésperis diéi Octávæ fit Commemorat. pro secúndis Vésperis Domínicæ infra Octávam, de qua celebrátum est Officium eo die. Antíphona Fili, quid fecísti. ℣. Omnes de Saba. Qui Versus étiam dícitur quando Octáva Epiphaníæ vénerit in Feria ii. pro Commemoratióne Domínicæ in primis Vésperis diéi Octávæ.

## IN DIE OCTAVA Epiphaníæ. Duplex.

In primis Vésperis ómnia dicúntur sicut in primis Vésperis Epiphaníæ, 200. excepta Oratióne, quæ dícitur ut séquitur.

ORATIO.

Deus, cuius Unigénitus in substántia nostræ carnis appáruit: præsta quǽsumus; ut per eum, quem símilem nobis foris agnóvimus, intùs reformári mereámur. Qui tecum vivit & regnat.

Ad Matutínum, Invitatórium. Hymnus, Psalmi ut infra Octávam, cétera dicúntur ut in die Epiphaníæ. 200.

Ad Laudes, & per Horas, & ad Vésperas ómnia dicúntur sicut in die Epiphaníæ, 202. excepta Oratióne, quæ est Deus, cuius Unigénitus. ut suprà.

Si Octáva Epiphaníæ vénerit in Sábbato, in secúndis Vésperis Octávæ fit Commemorátio Domínicæ secúndæ post Epiphaníam. Quandò autem Septuagésima vénerit in prima Domínica post Octávam Epiphaníæ, tunc in primo Sábbato post Octávam, non impedíto Festo novem Lectiónum, alióquin prima die post Octávam, fiat Officium de Féria, cum Antíphona ad Benedíctus, Oratióne Domínicæ ii. post Epiphaníam. Festum verò Semidúplex in ea occúrrens transfértur in primam diem símilitèr non impedítam.

DO-

## DOMINICA I.

Post Epiphaniam, quæ est infrà Octávam, dicitur Officium secúndùm superiórem Rúbricam. 205.

## SABBATO PRIMO

Post Octávam Epiphaníæ.

Ad Vésperas ómnia præter Oratiónem, ut in Psaltério. 143. Quod servâtur in áliis Sabbatis usque ad Septuagésimam.

ORATIO.

Omnípotens sempitérne Deus, qui cæléstia simul & terréna moderáris: supplicatiónes pópuli tui cleménter exáudi; & pacem tuam nostris concéde tempóribus. Per Dóminum nostrum.

Deindè fiunt Commemoratiónes ibidem pósitæ in Psaltério. 146.

## DOMINICA II.

Post Epiphaniam.

Ad Matutínum & Laudes, ómnia ut in Psalt. 1. & 18.

Ad Benedictus, Antiphona.

Núptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat ibi Iesus cum María matre sua.

Orátio. Omnípotens sempitérne Deus. ut suprà.

Deindè fiunt Commemoratiónes ut suprà in Vésperis Sabbati. 146.

Ad Horas, & Vésperas, ómnia ut in Psaltério de Domínica.

Ad Magníficat, Antiphona.

Deficiénti vino, iussit Iesus impléri hýdrias aqua, quæ in vinum convérsa est, allelúia.

Orátio. Omnípotens. ut suprà.

Deindè fiunt Commemoratiónes ut suprà in Vésperis Sábbati. 146.

Post Octávam Epiphaníæ usque ad Quadragésimam, quandò occúrrit fieri de Féria, fit Officium ut in Psaltério, excéptis ijs, quæ sunt própria. Orátio vero dicitur de Domínica præcedénti.

## SABBATO

Ad Vésperas. ORATIO.

Omnípotens sempitérne Deus, infirmitátem nostram propítius réspice: atque ad protegéndum nos déxteram tuæ maiestátis exténde. Per Dóminum nostrum.

## DOMINICA III.

Post Epiphaniam.

Ad Matutínum, ómnia ut in Psaltério. 2.

Ad Benedictus, Antiphona.

Cùm descendísset Iesus de monte, ecce leprósus véniens adorâbat eum, dicens: Dómine, si vis, potes me mundâre: & exténdens manum, tétigit eum, dicens: Volo, mundáre.

Ad Magníficat, Antiphona.

Dómine, si vis, potes me mundâre: & ait Iesus: Volo, mundáre.

## SABBATO

Ad Vésperas. ORATIO.

Deus, qui nos in tantis perículis constitútos, pro humána scis fragilitáte non posse subsístere: da nobis salútem mentis & córporis; ut ea, quæ pro peccátis nostris pátimur, te adiuvánte vincámus. Per Dóminum nostrum.





## DOMINICA IV.

Post Epiphaniam.

Ad Benedictus, Antiphona.

Ascendénte Iesu in navículam, ecce motus magnus factus est in mari: & suscitavérunt eum discípuli eius, dicéntes: Dómine, salva nos, perímus.

Ad Magníficat, Antiphona.

Dómine, salva nos, perímus: ímpera, & fac Deus tranquillitâtem.

## SABBATO

Ad Vésperas. ORATIO.

Famíliam tuam: quǽsumus Dómine, contínua pietâte custódi: ut quæ in sola spe grátiæ cæléstis innítitur, tua semper protectióne muniátur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

## DOMINICA V.

Post Epiphaniam.

Ad Benedictus, Antiphona.

Dómine, nónne bonum semen seminásti in agro tuo? undè ergo habet zizánia? & ait illis: Hoc fecit inimícus homo.

Ad Magníficat, Antiphona.

Collígite primùm zizánia, & alligâte ea in fascículos ad comburéndum: tríticum autem congregâte in hórreum meum, dicit Dóminus.

## SABBATO

Ad Vésperas. ORATIO.

Præsta quǽsumus omnípotens Deus: ut semper rationabília meditántes, quæ tibi sunt plácita, & dictis exequâmur, & factis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

## DOMINICA VI.

Post Epiphaniam.

Ad Benedictus, Antiphona.

Símile est regnum cælôrum grano sinâpis, quod mínimum est ómnibus semínibus: cùm autem créverit, maius est ómnibus oléribus.

Ad Magníficat, Antiphona.

Símile est regnum cælôrum ferménto, quod accéptum múlier abscóndit in farínæ satis tribus, donec fermentâtum est totum.

Si áliquod Festum Duplex celebrêtur in Sábbato ante Septuagésimam, in secúndis Vésperis post Oratiónem Festi fit Commemorátio de Domínica, & in fine dícitur. Benedicâmus Dómino, allelúia, allelúia, &c. ut infrà.

## SABBATO

Ante Septuagesimam.

Ad Vésperas, CAPITULUM.

1. *Cor.* 9. *d*

Fratres, Nescítis quòd ij, qui in stádio currunt, omnes quidem currunt, sed unus áccipit bravium? Sic cúrrite, ut comprehendâtis.

Hymnus. Iam sol recédit. 145. ℣. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine. ℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Ad Magníficat, Antiphona.

Dixit Dóminus ad Adam: De ligno quod est in médio paradísi ne cómedas: in qua hora coméderis, morte moriéris.



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS

Oratio.

PReces pópuli tui, quæsumus Dómine, cleménter exáudi: ut qui iustè pro peccátis nostris affligimur, pro tui nóminis glória misericórditer liberêmur. Per Dóminum.

℣. Benedicâmus Dómino, allelúia, allelúia. ℟. Deo grátias, allelúia, allelúia.

Et deinceps non dicitur Allelúia. usque ad Sábbatum sanctum. Sed post Deus in adiutórium. ubi dicebâtur Allelúia. dicitur, Laus tibi Dómine, Rex ætérnæ glóriæ.

Si in Domínicis à Septuagésima usque ad Domínicam in Albis occúrrat Festum Duplex, vel Semidúplex, transfértur in primam diem simíliter non impedítam, ut dícitur in Rubrica de Translatióne Festórum.

DOMINICA

In Septuagésima.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Præoccupêmus fáciem Dómini, * Et in psalmis iubilêmus ei. Psalmus. Venite, exultêmus. 2.

In primo Versu Psalmi omíttitur, Præoccupêmus fáciem eius, &c. & eius loco repetítur à Choro Invitatórium.

Hymnus. Primo die. ut suprà. in Psaltério. 2. Antíphonæ, Psalmi & Versículi Nocturnórum de Psaltério. 3.

Ad Laudes, Antíphona.

MIserêre mei Deus, & à delícto meo munda me: quia tibi soli peccávi. Psalmus idem. 59. Antíphona. Confitêbor tibi, quóniàm exaudísti me Psalmus. Confitémini. 23. Antíphona. Deus Deus meus, ad te de luce vígilo, quia factus es adiûtor meus. Psalmus idem. 18. Aña. Benedíctus es in firmaménto cæli, & laudábilis in sǽcula Deus noster. Cánticum. Benedícite. 19. Aña. Laudâte Dóminum de cælis. Psalmus idem. 20.

Psalmi supradícti semper dicúntur in Laudibus Domínicæ usque ad Pascha.

Capítulum. Fratres, Nescîtis. 209. Hymnus. Ætérne rerum. 21. ℣. Dómine refúgium factus es nobis. ℟. A generatióne & progénie.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Símile est regnum cælórum hómini patrifamílias, qui éxijt primo manè condúcere operários in víneam suam dicit Dóminus.

Orátio. Preces pópuli. suprà.

Ad Primam, Antíphona.

Conventióne autem facta cum operárijs ex denário diúrno, misit eos in víneam suam. Psalmus. Deus in nómine tuo. cum réliquis, ut in Psaltério. 30.

Ad Absolutiónem Capítuli, Léctio brevis. Dóminus autem dírigat. 29.

Ad Tértiam, Antíphona.

Ite & vos in víneam meam: & quod iustum fúerit, dabo vobis. Capítulum. Fratres, Nescítis. 209.

℟. breve. Inclína cor meum Deus, * In testimónia tua. Inclína. ℣. Avérte óculos meos, ne



vídeant vanitâtem: in via tua vivífica me. In testimónia tua. Glória Patri. Inclína cor. ℣. Ego dixi, Dómine miserêre mei. ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Ad Sextam, Antíphona.

Quid hìc statis tota die otiósi? respondérunt, & dixérunt: Quia nemo nos condúxit.

Capitulum. 1. *Cor.* 9. *d*

OMnis autem, qui in agône conténdit, ab ómnibus se ábstinet, & illi quidem ut corruptíbilem corônam accípiant: nos autem incorrúptam.

℟. breve. In ætérnum Dómine, * Pérmanet verbum tuum. In ætérnum. ℣. In sǽculum sǽculi véritas tua. Pérmanet. Glória. In ætérnum. ℣. Dóminus regit me, & nihil mihi déerit. ℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.

Ad Nonam, Antíphona.

Voca operários, redde illis mercêdem suam, dicit Dóminus.

Capitulum. 1. *Cor.* 10.

BIbébant autem de spiritáli, consequénte eos, petra: petra autem erat Christus: sed non in plúribus eórum beneplácitum est Deo.

℟. breve. Clamávi in toto corde meo, * Exáudi me Dómine. Clamávi. ℣. Iustificatiónes tuas requíram. Exáudi. Glória Patri. Clamávi. ℣. Ab occúltis meis munda me Dómine. ℟. Et ab aliénis parce servo tuo.

Ad Vésperas, Antíphona, & Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis, ut in Psaltério. 125.

Capítulum. Fratres, Nescîtis. 209. Hymnus. Lucis Creâtor óptime. 127. ℣. Dirigàtur Dómine orátio mea. ℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magníficat, Antíphona.

Dixit paterfamílias operárijs suis: Quid hic statis tota die otiósi? At illi respondéntes dixérunt: Quia nemo nos condúxit. Ite & vos in víneam meam: & quod iustum fúerit, dabo vobis.

Oratio.

PReces pópuli tui, quæsumus Dómine, cleménter exáudi: ut qui iuxtè pro peccátis nostris affligimur, pro tui nóminis glória misericórditer liberêmur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

FERIA SECUNDA.

Ad Magníficat, Antíphona.

Hi novíssimi una hora fecérunt, & pares illos nobis fecísti, qui portávimus pondus diéi, & æstus.

FERIA TERTIA.

Ad Magníficat, Antíphona.

Dixit autem paterfamílias: Amice, non fácio tibi iniúriam: nonne ex denário convenísti mecum? tolle quod tuum est, & vade.

FERIA QUARTA.

Ad Magníficat, Antíphona.

Tolle quod tuum est, & vade, quia ego bonus sum, dicit Dóminus.

FERIA QUINTA.

Ad Magníficat, Antíphona.

Non licet mihi quod volo fáce-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cere? an óculos tuus nequam est, quia ego bonus sum? dicit Dóminus.

### SABBATO
Ante Sexagésimam.

Ad Vésperas, Capitulum.

2. *Cor.* 11. *d*

Fratres, Libénter suffértis insipiéntes: cùm sitis ipsi sapiéntes. Sustinêtis enim si quis vos in servitûtem rédigit, si quis dévorat, si quis áccipit, si quis extóllitur, si quis in fáciem vos cædit.

Hymnus & Versículus de Psaltério. 145.

Ad Magníficat, Antíphona.

Dixit Dóminus ad Noë: Finis univérsæ carnis venit coram me: fac tibi arcam de lignis lævigâtis, ut salvêtur univérsum semen in ea.

Oratio.

Deus, qui cónspicis, quia ex nulla nostra actióne confídimus: concéde propítius; ut contra advérsa ómnia Doctôris Géntium protectióne muniâmur. Per Dóminum nostrum.

### DOMINICA
In Sexagésima.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Præoccupêmus fáciem Dómini: * Et in psalmis iubilêmus ei. Psalmus. Veníte, exultêmus. 2.

In primo Versu Psalmi omíttitur. Præoccupêmus fáciem eius, &c. & eius loco repétitur à Choro Invitatórium.

Hymnus. Primo die. 2.

Antíphonæ, Psalmi, & Versículi Nocturnórum, ùt in Psaltério. 3.

Ad Laudes, Antíphona.

Secúndùm magnam misericórdiam tuam miserêre mei Deus. Psalm. Miserêre mei Deus. 59. Antíphona. Si mihi Dóminus salvâtor fúerit, non timêbo quid fáciat mihi homo. Psalmus. Confitémini Dómino. 24. Aña. In velaménto clamávi valdè dilúculo: Deus Deus meus, ad te de luce vígilo. Psalmus. Deus Deus meus. cum réliquis. 18. Antíphona. Hymnum dicâmus Dómino Deo nostro. Antíphona. In týmpano & choro, in chordis & órgano laudâte Deum.

Capitulum. 2. *Cor.* 11. *d*

Fratres, Libénter suffértis insipiéntes: cùm sitis ipsi sapiéntes. Sustinêtis enim si quis vos in servitûtem rédigit, si quis dévorat, si quis áccipit, si quis extóllitur, si quis in fáciem vos cædit.

Hymnus. Ætérne rerum Cónditor. 21. ℣. Dómine refúgium factus es nobis. ℟. A generatióne & progénie.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Cùm turba plúrima convenírent ad Iesum, & de civitátibus properárent ad eum, dixit per similitúdinem: Exijt qui séminat, seminâre semen suum.

Oratio.

Deus, qui cónspicis, quia ex nulla nostra actióne confídimus: concéde propítius; ut contra advérsa ómnia Doc-



Doctôris Géntium protectióne muniâmur. Per Dóminum nostrum.

Ad Primam, Antíphona.

Semen cécidit in terram bonam, & áttulit fructum in patiéntia.

Ad Absolutiónem Capituli, Léctio brevis. Dóminus autem dírigat. 29.

Ad Tértiam, Antíphona.

Qui verbum Dei rétinent corde perfécto & óptimo, fructum áfferunt in patiéntia.

Capitulum. Fratres, Libénter. ut suprà. 212.

℟. breve. Inclína cor meum Deus, * In testimónia tua. Inclína. ℣. Avérte óculos meos, ne vídeant vanitâtem: in via tua vivífica me. In testimónia tua. Glória Patri. Inclína cor meum Deus. ℣. Ego dixi, Dómine miserêre mei. ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Ad Sextam, Antíphona.

Semen cécidit in terram bonam, & áttulit fructum, aliud centésimum, & áliud sexagésimum.

Capitulum. 2. *Cor.* 11. *f*

Ter virgis cæsus sum, semel lapidâtus sum, ter naufrágium feci, nocte & die in profúndo maris fui.

℟. breve. In ætérnum Dómine, * Pérmanet verbum tuum. In ætérnum. ℣. In sæculum sæculi véritas tua. Pérmanet. Glória Patri. In ætérnum. ℣. Dóminus regit me, & nihil mihi déerit. ℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.

Ad Nonam, Antíphona.

Si verè, fratres, dívites esse cúpitis, veras divítias amâte.

Capitulum. 2. *Cor.* 12. *c*

Libénter ígitur gloriábor in infirmitátibus meis, ut inhábitet in me virtus Christi.

℟. br. Clamávi in toto corde meo, * Exáudi me Dómine. Clamávi. ℣. Iustificatiónes tuas requíram. Exáudi. Glória Patri. Clamávi. ℣. Ab occúltis meis munda me Dómine. ℟. Et ab aliénis parce servo tuo.

Ad Vésperas, Antíphona, & Psalmus Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. Capitulum. Fratres, Libénter suffértis. 212. Hymnus. Lucis Creâtor. 127. ℣. Dirigâtur Dómine orátio mea. ℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magníficat, Antíphona.

Vobis datum est nosse mystérium regni Dei, céteris autem in parábolis, dixit Iesus discípulis suis. Orátio. Deus, qui cónspicis. 212.

### FERIA SECUNDA.
Ad Magníficat, Antíphona.

Si culmen veri honôris quæritis, ad illam cæléstem pátriam quantócyùs properâte.

### FERIA TERTIA.
Ad Magníficat, Antíphona.

Semen est verbum Dei, sator autem Christus: omnis qui invénit eum, manêbit in ætérnum.

### FERIA QUARTA.
Ad Magníficat, Antíphona.

Quod autem cécidit in terram bonam, hi sunt, qui in corde bo-



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bono & óptimo fructum áfferunt in patiéntia.

Si prædictæ Antiphonæ ad Magníficat non potuérint dici in præcedéntibus Férijs, & in sequénti Féria quinta occúrrat fíeri Offícium de Féria, dicátur última ex iis prætermissa: alióquin, explétis ómnibus, sumántur de Psaltério: quod semper fit quando própriæ non habéntur.

## SABBATO
Ante Quinquagésimam.

Ad Vésperas, Capitulum. 1. *Cor.* 13.

FRatres, Si linguis hóminum loquar, & Angelórum, charitátem autem non hábeam, factus sum velut æs sonans, aut cýmbalum tíniens.

Hymnus. Iam sol recédit. 145. ℣. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine. ℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Ad Magníficat, Antiphona.

Pater fídei nostræ Abraham summus, óbtulit holocáustum super altáre pro fílio.

ORATIO.

PReces nostras, quǽsumus Dómine, cleménter exáudi: atque à peccatórum vínculis absolútos, ab omni nos adversitáte custódi. Per Dóminum nostrum.

## DOMINICA
In Quinquagésima.

Ad Matutinum, Invitatórium.

Præoccupémus fáciem Dómini * Et in psalmis iubilémus ei. Psalmus. Veníte, exultémus.

In primo Versu Psalmi omíttitur, Præoccupémus fáciem eius, &c. & eius loco repetitur à Choro Invitatórium.

Hymnus. Primo die. 2. Antiphonæ, Psalmi, & Versículi Noctúrnorum, ut in Psalt. 3.

Ad Laudes, Antiphona.

SEcúndùm multitúdinem miseratiónum tuárum Dómine, dele iniquitátem meam. Psalmus. Miserére. 59. Aña. Deus meus es tu, & confitébor tibi: Deus meus es tu, & exaltábo te. Psalmus. Confitémini. 23. Aña. Ad te de luce vígilo Deus, ut vídeam virtútem tuam. Psalmus. Deus Deus meus. cum réliquis. 18. Aña. Hymnum dícite, & superexaltáte eum in sǽcula. Antiphona. Omnes Angeli eius laudáte Dóminum de cælis. Capítulum. Fratres, Si linguis. suprà. Hymnus. Ætérne rerum Cónditor. 21. ℣. Dómine refúgium factus es nobis. ℟. A generatióne & progénie.

Ad Benedictus, Antiphona.

Ecce ascéndimus Ierosólymam, & consummabúntur ómnia, quæ scripta sunt de Fílio hóminis: tradétur enim Géntibus, & illudétur, & conspuétur: & postquam flagelláverint, occídent eum, & tértia die resúrget.

Orátio. Preces nostras. ut suprà.

Ad



Ad Primam, Antiphona.

Iter faciénte Iesu, dum appropinquáret Iéricho, cæcus clamábat ad eum, ut lumen recípere mererétur.

Ad Absolutiónem Capítuli, Léctio brevis. Dóminus autem dírigat. 29.

Ad Tertiam, Antiphona.

Transeúnte Dómino clamábat cæcus ad eum: Miserére mei, Fili David.

Capítulum. Fratres, Si linguis. 214.

℟. breve. Inclína cor meum Deus, * In testimónia tua. Inclína. ℣. Avérte óculos meos, ne vídeant vanitátem: in via tua vivífica me. In testimónia tua. Glória Patri. Inclína. ℣. Ego dixi, Dómine miserére mei. ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Ad Sextam, Antiphona.

Et qui præíbant, increpábant eum ut tacéret: ipse verò multò magis clamábat: miserére mei, Fili David.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 13. *c*

CHáritas numquam éxcidit: sive prophetíæ evacuabúntur, sive linguæ cessábunt, sive sciéntia destruétur. Ex parte enim cognóscimus, & ex parte prophetámus.

℟. breve. In ætérnum Dómine, * Pérmanet verbum tuum. In ætérnum. ℣. In sǽculum sǽculi véritas tua. Pérmanet. Glória Patri. In ætérnum. ℣. Dóminus regit me, & nihil mihi déerit. ℟. In loco páscuæ ibi me collocávit.

Ad Nonam, Antiphona.

Cæcus magis ac magis clamábat, ut eum Dóminus illumináret.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 13. *d*

NUnc autem manent, fides, spes, cháritas: tria hæc: maior autem horum est cháritas.

℟. breve. Clamávi in toto corde meo, * Exáudi me Dómine. Clamávi. ℣. Iustificatiónes tuas requíram. Exáudi me. Glória Patri. Clamávi. ℣. Ab occúltis meis munda me Dómine. ℟. Et ab aliénis parce servo tuo.

Post Vésperas, Antiphona & Psalmus Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. Capítulum. Fratres, Si linguis. 214. Hymnus. Lucis Creátor. 127. ℣. Dirigátur Dómine orátio mea. ℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magníficat, Antiphona.

Stans autem Iesus iussit cæcum addúci ad se, & ait illi: Quid vis ut fáciam tibi? Dómine, ut vídeam. Et Iesus ait illi: Réspice, fides tua te salvum fecit. Et conféstim vidit, & sequebátur illum, magníficans Deum.

ORATIO.

PReces nostras, quǽsumus Dómine, cleménter exáudi: atque à peccatórum vínculis absolútos, ab omni nos adversitáte custódi. Per Dóminum nostrum.

## FERIA SECUNDA.

Ad Magníficat, Antiphona.

Et qui præíbant, increpábant

eum ut tacêret: ipse verò multò magis clamâbat: Miserêre mei. Fili David.

## FERIA TERTIA.

Ad Magníficat, Antíphona.

Miserêre mei, Fili David. Quid vis ut fáciam tibi? Dómine, ut vídeam.

## FERIA QUARTA
### Cínerum.

Si hac die, & in Domínicis Quadragésimæ occúrrat Festum Duplex, transfértur in sequéntem diem simíliter non impedítam, ut dícitur in Rúbrica de Translatióne Festórum. Alijs diébus Quadragésimæ usque ad maiórem Hebdómadam si occúrrat Festum Duplex, vel Semiduplex, fit de eo cum Commemoratióne Fériæ. De Simplícibus fit tantùm Commemorâtio.

Per totam Quadragésimam in Feriáli Offício Féria secúnda dícitur Offícium Defunctórum. Féria quarta dicúntur Psalmi Graduáles. Féria sexta septem Psalmi Pœnitentiáles cum Litanijs, præterquam in Férijs maióris Hebdomadæ: quæ ómnia habéntur in fine Diurnális.

In hac & sequéntibus Férijs usque ad Vésperas Sábbati, Hymni, Capítula, & ália ómnia dicúntur ùt in Psaltério per Annum, excéptis Antíphonis ad Benedíctus, & Magníficat, & post Laudes, Horas, Vésperas, & Completórium dicúntur Preces flexis génibus, ùt íbidem in Psaltério.

Hódiè ante Matutínum in Choro dicúntur Psalmi Graduáles. lxxxix.

Ad Laudes, & per Horas, ómnia ùt in Psaltério. 81.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Cùm ieiunâtis, nolite fíeri sicut hypócritæ, tristes.

Deindè dicúntur Preces, flexis génibus, 62. Et similitèr ad omnes Horas, ùt in Psaltério.

ORATIO.

PRæsta Dñe fidélibus tuis: ut ieiuniórum veneránda solémnia, & cóngrua pietâte suscípiant, & secúra devotióne percúrrant. Per Dóminum nostrum.

Hódiè & duóbus sequéntibus diébus dicúntur Vésperæ hora consuéta: Sábbato verò & deinceps usque ad Pascha dicúntur ante comestiônem, tam in Festis, quàm in Férijs, excéptis Domínicis, in quibus dicúntur hora consuéta.

Ad Magníficat, Antíphona.

Thesaurizáte vobis thesáuros in cælo, ubi nec ærúgo, nec tínea demolítur.

Deindè dicúntur Preces, 130.

ORATIO.

INclinántes se, Dómine, maiestáti tuæ, propitiâtus inténde: ut qui divíno múnere sunt reféçti, cæléstibus semper nutriántur auxílijs. Per Dóminum nostrum.

## FERIA QUINTA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Dómine, puer meus iacet paralýticus in domo, & malè torquêtur: Amen dico tibi, ego véniam, & curábo eum.

Deindè dicúntur Preces. 62.

ORA-



ORATIO.

DEus, qui culpa offénderis, pœniténtia placâris: preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; & flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merêmur, avérte. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Dómine, non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantùm dic verbo, & sanábitur puer meus.

Deindè dicúntur Preces. 130.

ORATIO.

PArce Dómine, parce pópulo tuo: ut dignis flagellatiônibus castigâtus, in tua miseratióne respíret. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

## FERIA SEXTA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Cùm facies eleëmósynam, nesciat sinistra tua quid fáciat déxtera tua.

Deindè dicúntur Preces. 62.

ORATIO.

INchoâta ieiúnia, quæsumus Dómine, benígno favore proséquere: ut observántiam, quam corporáliter exhibêmus, méntibus étiam sincéris exercêre valeâmus. Per Dóminum nostrum.

Hódiè post Laudes dicúntur Psalmi Pœnitentiáles. xciv.

Ad Magníficat, Antíphona.

Tu autem cùm oráveris, intra in cubículum tuum; & clauso óstio, ora Patrem tuum.

Deindè dicúntur Preces. 130.

ORATIO.

TUêre Dómine pópulum tuum, & ab ómnibus peccátis cleménter emúnda: quia nulla ei nocêbit advérsitas, si nulla ei dominêtur iníquitas. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

## SABBATO.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Me étenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt.

Deindè dicúntur Preces. 62.

ORATIO.

ADésto Dómine supplicatiónibus nostris, & concêde: ut hoc solémne ieiúnium, quod animábus corporibúsque curándis salúbriter institútum est, devóto servítio celebrêmus. Per Dóminum nostrum.

## SABBATO PRIMO
### In Quadragésima.

Ad Vésperas, CAPITULUM.

2. *Cor.* 6.

FRatres, Hortámur vos, ne in vácuum grátiam Dei recipiâtis. Ait enim: Témpore accépto exaudívi te, & in die salútis adiúvi te.

HYMNUS.

Audi, benígne Cónditor,
Nostras preces cum flétibus,
In hoc sacro ieiúnio
Fusas quadragenário.
Scrutâtor alme córdium,
Infírma tu scis vírium:
Ad te revérsis éxhibe
Remissiônis grátiam.
Multùm quidem peccávimus,
Sed parce confiténtibus:

Ad

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ad nóminis laudem tui
Confer medélam lánguidis.
Concéde nostrum cónteri
Corpus per abstinéntiam;
Culpæ ut relínquat pábulum
Ieiûna corda críminum.
Præsta beâta Trínitas,
Concéde simplex Unitas;
Ut fructuósa sint tuis
Ieiuniórum múnera. Amen.

℣. Angelis suis Deus mandâvit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magníficat, Antíphona.

Tunc invocâbis, & Dóminus exáudiet: clamábis, & dicet: Ecce adsum.

ORATIO.

Deus, qui Ecclésiam tuam ánnua Quadragesimâli observatióne puríficas: præsta famíliæ tuæ; ut quod à te obtinêre abstinéndo nítitur, hoc bonis opéribus exequâtur. Per Dóminum nostrum.

## DOMINICA PRIMA In Quadragésima.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Non sit vobis vanum manè súrgere ante lucem: * Quia promísit Dóminus corônam vigilántibus.

Quod dicitur in Domínicis tantùm usque ad Domínicam Passiónis. Psalmus. Venite, exultêmus. 2.

HYMNUS.

Ex more docti mystico
Servêmus hoc ieiúnium,
Deno diêrum círculo
Ducto quater notíssimo.
Lex & Prophétæ primitùs
Hoc prætulérunt, postmodum
Christus sacrâvit, ómnium
Rex atque Factor témporum.
Utâmur ergo parciùs
Verbis, cibis, & pótibus,
Somno, iocis, & árctiùs
Perstêmus in custódia.
Vitêmus autem nóxia,
Quæ súbruunt mentes vagas;
Nullúmque demus cállidi
Hostis locum tyránnidi.
Flectâmus iram víndicem,
Plorêmus ante Iúdicem,
Clamêmus ore súpplici,
Dicâmus omnes cérnui:
Nostris malis offéndimus
Tuam Deus cleméntiam:
Effúnde nobis désuper
Remíssor indulgéntiam.
Meménto quòd sumus tui,
Licet cadúci, plásmatis:
Ne des honôrem nóminis
Tui, precâmur, álteri.
Laxa malum quod fécimus:
Auge bonum quod póscimus:
Placêre quo tandem tibi
Possîmus hìc, & pérpetim.
Præsta beâta Trínitas,
Concéde simplex Unitas;
Ut fructuósa sint tuis
Ieiuniórum múnera. Amen.

Antíphonæ, Psalmi, & Versículi Nocturnórum de Psaltério. 3.

Ad Laudes, Antíphona.

Cor mundum crea in me Deus, & spíritum rectum ínnova in viscéribus meis. Psalm. Miserére. 59. Antíphona. O Dómine salvum me fac, ô Dómine benè prosperâre. Psalmus. Confitémini Dómino. 23. Antíphona. Sic benedícam te in vita mea Dó-



Dómine: & in nómine tuo levâbo manus meas. Psalmus. Deus Deus meus. cum réliquis. 18. Aña. In spíritu humilitâtis, & in ánimo contríto suscipiâmur Dómine à te: & sic fiat sacrifícium nostrum, ut à te suscipiâtur hódiè, & pláceat tibi Dómine Deus. Aña. Laudáte Dóminum de cælis. 20. Psalm. Laudáte.

CAPITULUM. *2. Cor. 6.*

Fratres, Hortâmur vos, ne in vácuum grátiam Dei recipiâtis. Ait enim: Témpore accépto exaudívi te, & in die salútis adiúvi te.

HYMNUS.

O Sol salûtis, íntimis
Iesu refúlge méntibus,
Dum nocte pulsa grátior
Orbi dies renáscitur.
Dans tempus acceptábile,
Da, lacrymârum rívulis
Laváre cordis víctimam,
Quam læta adûrat Cháritas.
Quo fonte manâvit nefas,
Fluent perénnes lácrymæ,
Si virga pœniténtiæ
Cordis rigórem cónterat.
Dies venit, dies tua,
In qua reflórent ómnia:
Lætêmur & nos in viam
Tua redúcti déxtera.
Te prona mundi máchina
Clemens adóret Trínitas,
Et nos novi per grátiam
Novum canâmus cánticum.
Amen.

℣. Angelis suis Deus mandâvit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Ductus est Iesus in desértum à Spíritu, ut tentarêtur à diábolo: & cùm ieiunásset quadragínta diêbus & quadragínta nóctibus, póstea esúriit.

ORATIO.

Deus, qui Ecclésiam tuam ánnua Quadragesimâli observatióne puríficas: præsta famíliæ tuæ; ut quod à te obtinêre abstinéndo nítitur, hoc bonis opéribus exequâtur. Per Dóminum nostrum.

Ad Primam, Antíphona.

Iesus autem cùm ieiunásset quadragínta diêbus & quadragínta nóctibus, póstea esúriit. Psalmus. Deus in nómine tuo. cum réliquis, ut in Psaltério. 23. Capitulum. Regi sæculôrum. &c. 27.

Ad Absolutiônem Capituli Léctio brevis. Quærite Dóminum. ut in Psaltério. 29.

Et dicitur in Domínicis & Fériis, usque ad Domínicam Passiónis exclusivè.

Ad Tértiam, Antíphona.

Tunc assúmpsit eum diábolus in sanctam civitâtem, & státuit eum supra pinnáculum templi, & dixit ei: Si Fílius Dei es, mitte te deorsùm. Capitulum. Fratres, Hortâmur. ut supra.

℟. breve. Ipse liberâvit me, * De láqueo venántium. Ipse. ℣. Et à verbo áspero. De láqueo. Glória Patri. Ipse liberâvit. ℣. Scápulis suis obumbrâbit tibi. ℟. Et sub pennis eius sperâbis.

Ad Sextam, Antíphona.

Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procédit de ore Dei.

CA-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

**Capitulum.** 2. *Cor.* 6.

Ecce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies salútis. Némini dantes ullam offensiónem, ut non vituperêtur ministérium nostrum.

℟. br. Scápulis suis, * Obumbrâbit tibi. Scápulis suis. ℣. Et sub pennis eius sperâbis. Obumbrâbit tibi. Glória Patri & Fílio. Scápulis suis. ℣. Scuto circúmdabit te véritas eius. ℟. Non timêbis à timóre noctúrno.

**Ad Nonam, Antiphona.**

Dóminum Deum tuum adorâbis, & illi soli sérvies.

**Capitulum.** 2. *Cor.* 6. *b*

Ut castigáti, & non mortificáti: quasi tristes, semper autem gaudéntes: sicut egéntes, multos autem locupletántes: tamquam nihil habéntes, & ómnia possidéntes.

℟. br. Scuto circúmdabit te, * Véritas eius. Scuto. ℣. Non timêbis à timóre noctúrno. Véritas eius. Glória Patri. Scuto.

℣. Angelis suis Deus mandâvit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus vijs tuis.

Ad Vésperas, Aña. & Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. Capitulum. Fratres, Hortámur. Hymnus. Audi, benígne Cónditor. ùt suprà in Vésp. Sábbati. 217.

℣. Angelis suis Deus mandâvit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus vijs tuis.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Ecce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies salútis: in his ergo diébus exhibeâmus nosmetípsos sicut Dei minístros, in multa patiéntia, in ieiúnijs, in vigílijs, & in charitâte non fictâ.

**Oratio.**

Deus, qui Ecclésiam tuam ánnua Quadragesimáli observatiône puríficas: præsta famíliæ tuæ; ut quod à te obtinêre abstinéndo nititur, hoc bonis opéribus exequâtur. Per Dóminum nostrum.

Hymnus, ℣. & ℟. brévia supradícta dicúntur in Domínicis & Férijs, usque ad Domínicam Passiónis exclusivè.

Post Vésperas dici dicúntur Vésperæ Defunctórum. lxviii.

## FERIA SECUNDA.

Ad Matutínum, Invitatórium de Psaltério. 49. Hymnus, Ex more. ùt suprà. 218. Antiphonæ & Psalmi Nocturnórum de Psaltério. 49. Et sic dícitur étiam in alijs sequéntibus Férijs.

Ad Laudes, Antíphona, & Psalmus. Miserére. cum réliquis de Psaltério. 59.

**Capitulum.** *Isaiæ* 58.

Clama, ne cesses, quasi tuba exálta vocem tuam, & annúncia pópulo meo scélera eorum, & dómui Iacob peccâta eórum.

**Hymnus.**

O Sol salûtis, íntimis
Iesu refúlge méntibus,
Dum nocte pulsâ grátior
Orbi dies renáscitur.

Dans tempus acceptábile,
Da, lacrymârum ríbulis
Lavâre cordis víctimam,
Quam læta adúrat Cháritas.

Quo



Quo fonte manâvit nefas,
Fluent perénnes lácrymæ,
Si virga pœniténtiæ,
Cordis rigórem cónterat.

Dies venit, dies tua,
In qua reflórent ómnia:
Lætêmur & nos in viam
Tua redúcti déxtera.

Te prona mundi máchina
Clemens adóret Trínitas,
Et nos novi per grátiam
Novum canâmus cánticum.
Amen.

℣. Angelis suis Deus mandâvit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus vijs tuis.

**Ad Benedictus, Antiphona.**

Veníte benedícti Patris mei, percípite regnum, quod vobis parâtum est ab orígine mundi.

Deindè dicúntur Preces. 62.

**Oratio.**

Convérte nos Deus salutâris noster: & ut nobis ieiúnium Quadragesimále profíciat, mentes nostras cæléstibus ínstrue disciplínis. Per Dóminum nostrum.

Post Laudes dícitur Officium Defunctórum. lxxii.

**Ad Primam, Antiphona.**

Vivo ego, dicit Dóminus: nolo mortem peccatóris, sed ut magis convertâtur, & vivat. Capítulum. Pacem & veritâtem. cum réliq. ùt in Psaltério. 35.

Ad Absolutiónem Capítuli, Quærite Dóminum. ùt in Psaltério. 38.

**Ad Tértiam, Antiphona.**

Advenérunt nobis dies pœniténtiæ, ad rediménda peccâta, ad salvándas ánimas.

**Capitulum.** *Ioëlis* 2. *c*

Convertímini ad me in toto corde vestro, in ieiúnio, & fletu, & planctu. Et scíndite corda vestra, & non vestiménta vestra, ait Dóminus omnípotens.

℟. br. Ipse liberâvit me, * De láqueo venántium. Ipse. ℣. Et à verbo áspero. De láqueo. Glória Patri. Ipse liberâvit.

℣. Scápulis suis obumbrâbit tibi. ℟. Et sub pennis eius sperâbis.

Deindè dicúntur Preces, ùt in Psaltério. 41.

**Ad Sextam, Antiphona.**

Commendêmus nosmetípsos in multa patiéntia, in ieiúnijs multis per arma iustítiæ.

**Capitulum.** *Isaiæ* 55. *b*

Derelínquat ímpius viam suam, & vir iníquus cogitatiónes suas, & revertâtur ad Dóminum, & miserébitur eius, & ad Deum nostrum: quóniam multus est ad ignoscéndum.

℟. br. Scápulis suis, * Obumbrâbit tibi. Scápulis. ℣. Et sub pennis eius sperâbis. Obumbrâbit tibi. Glória Patri. Scápulis.

℣. Scuto circúmdabit te véritas eius. ℟. Non timêbis à timóre noctúrno.

Deindè Preces, ùt in Psalt. 44.

**Ad Nonam, Antiphona.**

Per arma iustítiæ virtûtis Dei commendêmus nosmetípsos in multa patiéntia.

**Capitulum.** *Isaiæ* 58. *b*

Frange esuriénti panem tuum, & egénos vagósque induc in domum tuam: cum vi-

videris nudum, óperi eum, & carnem tuam ne despéxeris.

℟. breve. Scuto circúmdabit te, * Véritas eius. Scuto circúmdabit te. ℣. Non timêbis à timôre noctúrno. Véritas. Glória Patri. Scuto circúmdabit te.

℣. Angelis suis Deus mandâvit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus vijs tuis.

Deindè Preces, ut in Psaltério. 41.

Ad Vésperas, Antiphona.

Inclinâvit. Psalm. Diléxi. cum réliquis de Psaltério. 128.

CAPITULUM. *Ioël. 2. d*

Inter vestíbulum & altâre plorábunt sacerdótes minístri Dómini, & dicent: Parce Dómine, parce pópulo tuo: & ne des hereditâtem tuam in oppróbrium, ut dominéntur eis natiónes.

HYMNUS.

Audi, benígne Cónditor,
Nostras preces cum flétibus,
In hoc sacro ieiúnio
Fusas quadragenário.

Scrutâtor alme córdium,
Infirma tu scis vírium:
Ad te revérsis exhibe
Remissiónis grátiam.

Multum quidem peccávimus,
Sed parce confiténtibus:
Ad nóminis laudem tui
Confer medélam lánguidis.

Concêde nostrum cónteri
Corpus per abstinéntiam;
Culpæ ut relínquat pábulum
Ieiúna corda críminum.

Præsta beáta Trínitas,
Concêde simplex Unitas;
Ut fructuósa sint tuis
Ieiuniórum múnera. Amen.

℣. Angelis suis Deus mandâvit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus vijs tuis.

Antiphonæ, & Capítula supradícta dicúntur in feriáli Officio usque ad Domínicam Passiónis.

Ad Magníficat, Antiphona.

Quod uni ex mínimis meis fecístis, mihi fecístis, dicit Dóminus.

Deindè dicúntur Preces. 130.

ORATIO.

Absólve, quǽsumus Dómine, nostrórum víncula peccatórum: & quidquid pro eis merêmur, propitiátus avérte. Per Dóminum.

## FERIA TERTIA.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Intrâvit Iesus in templum Dei, & ejiciébat omnes vendéntes & eméntes: & mensas nummulariórum, & cáthedras vendéntium colúmbas evertit.

Deindè dicúntur Preces. 62.

ORATIO.

Réspice Dómine famíliam tuam, & præsta: ut apud te mens nostra tuo desidério fúlgeat, quæ se carnis maceratióne castígat. Per Dóminum nostrum.

Ad Magníficat, Antiphona.

Scriptum est enim, quia domus mea, domus oratiónis est cunctis géntibus: vos autem fecístis illam spelúncam latrônum: & erat quotídiè docens in templo.

Deindè dicúntur Preces. 130.

ORA-



ORATIO.

Ascéndant ad te, Dómine, preces nostræ: & ab Ecclésia tua cunctam repélle nequítiam. Per Dóminum nostrum.

## FERIA QUARTA
Quátuor Témporum.

Hódiè dicúntur Psalmi Graduáles. lxxxix.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Generátio hæc prava & pervérsa signum quærit: & signum non dábitur ei, nisi signum Ionæ Prophétæ.

Deindè dicúntur Preces. 62.

ORATIO.

Preces nostras, quǽsumus Dómine, cleménter exáudi: & contra cuncta nobis adversántia, déxteram tuæ maiestâtis exténde. Per Dóminum nostrum.

Ad Magníficat, Antiphona.

Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diêbus & tribus nóctibus, ità erit Fílius hóminis in corde terræ.

Deindè dicúntur Preces. 130.

ORATIO.

Mentes nostras, quǽsumus Dómine, lúmine tuæ claritâtis illústra: ut vidêre possímus, quæ agénda sunt; & quæ recta sunt, ágere valeâmus. Per Dóminum.

## FERIA QUINTA.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Egréssus Iesus secéssit in partes Tyri & Sidónis: & ecce múlier Chananæa à fínibus illis egréssa, clamâbat dicens: Miserêre mei, Fili David.

Deindè dicúntur Preces. 62.

ORATIO.

Devotiônem pópuli tui, quǽsumus Dómine, benígnus inténde: ut qui per abstinéntiam macerántur in córpore, per fructum boni óperis reficiántur in mente. Per Dóminum nostrum.

Ad Magníficat, Antiphona.

O múlier! magna est fides tua: fiat tibi sicut petísti.

Deindè dicúntur Preces. 130.

ORATIO.

Da quǽsumus Dómine, pópulis Christiánis, & quæ profiténtur agnóscere, & cæléste munus dilígere, quod frequéntant. Per Dóminum nostrum.

## FERIA SEXTA
Quátuor Témporum.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Angelus Dómini descendêbat de cælo, & movebâtur aqua, & sanabâtur unus.

Deindè dicúntur Preces. 62.

ORATIO.

Esto Dómine propítius plebi tuæ: & quam tibi facis esse devótam, benígno réfove miserâtus auxílio. Per Dóminum nostrum.

Hódiè dicúntur Psalmi Pœnitentiáles. xciv.

Ad Magníficat, Antiphona.

Qui me sanum fecit, ille mihi præcêpit: Tolle grabâtum tuum, & ámbula in pace.

Deindè dicúntur Preces. 130.

ORATIO.

Exáudi nos miséricors Deus: & méntibus nostris grátiæ tuæ lumen osténde. Per Dóminum nostrum.

SAB-

SABBATO
Quátuor Témporum.
Ad Benedíctus, Antiphona.
Assúmpsit Iesus discípulos suos & ascéndit in montem, & transfiguràtus est ante eos.
Deindè dicúntur Preces. 62.
ORATIO.
POpulum tuum, quæsumus Dómine, propítius réspice: atque ab eo flagélla tuæ iracúndiæ cleménter avérte. Per Dóminum nostrum.
Ad Vésperas, Capitulum.
1. *Thess.* 4.
FRatres, Rogâmus vos, & obsecrâmus in Dómino Iesu, ut quemádmodùm accepístis à nobis quómodo vos opórteat ambulâre, & placère Deo, sic & ambulêtis ut abundètis magis.
Hymnus. Audi, benígne. 217.
℣. Angelis suis Deus mandàvit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus vijs tuis.
Ad Magníficat, Antiphona.
Visiônem, quam vidístis, némini dixéritis, donec à mórtuis resúrgat Fílius hóminis.
ORATIO.
DEus, qui cónspicis omni nos virtûte destitui: intérius exteriùsque custódi: ut ab ómnibus adversántibus muniâmur in córpore, & à pravis cogitatiónibus mundêmur in mente. Per Dóminum nostrum.
DOMINICA II.
In Quadragésima.
Ad Matutínum, ómnia ùt in Domínica prima in Quadragésima. 218.

Ad Laudes, Antiphona.
DOmine lábia mea apéries, & os meum annunciâbit láudem tuam. Psalm. Miserêre mei Deus. 59. Aña Déxtera Dómini fecit virtûtem déxtera Dómini exaltàvit me. Psalmus. Confitémini Dómino. 24. Aña. Factus es adiûtor meus Deus meus. Psalmus. Deus Deus meus. cum réliquis 18. Aña. Trium puerôrum cantêmus hymnum: quem cantâbant in camíno ignis, benedicéntes Dóminum. Antiphona. Státuit ea in ætérnum, & in sǽculum sǽculi: præcéptum pósuit, & non præteríbit.
CAPITULUM. 1. *Thess.* 4.
FRatres, Rogâmus vos, & obsecrâmus in Dómino Iesu, ut quemádmodùm accepístis à nobis quómodò vos opórteat ambulâre, & placêre Deo, sic & ambulétis ut abundètis magis.
Hymnus. O sol salûtis. ℣. Angelis suis. 219.
Ad Benedíctus, Antiphona.
Assúmpsit Iesus discípulos suos, & ascéndit in montem, & transfigurâtus est ante eos.
ORATIO.
DEus, qui cónspicis omni nos virtûte destitui: intérius exteriùsque custódi; ut ab ómnibus adversitàtibus muniâmur in córpore, & à pravis cogitatiónibus mundêmur in mente. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.
Ad Primam, Antiphona.
Dómine, bonum est nos hic esse:



esse: si vis, faciâmus hìc tria tabernácula; tibi unum, Móysi unum, & Elíæ unum.
Capitulum. Regi sæculôrum. cum réliquis. 27.
Ad Tertiam, Antiphona.
Dómine bonum est. ut suprà.
Ad Primam, Capitulum. Fratres, Rogâmus. ut suprà. 224.
℟. br. Ipse liberàvit me, * De láqueo venántium. Ipse. ℣. Et à verbo áspero. De láqueo. Glória Patri. Ipse liberàvit.
℣. Scápulis suis obumbrâbit tibi. ℟. Et sub pennis eius sperâbis.
Ad Sextam, Antiphona.
Faciâmus hìc tria tabernácula; tibi unum, Móysi unum, & Elíæ unum.
CAPITULUM. 1. *Tess.* 4.
HÆc est enim volúntas Dei, sanctificátio vestra: ut abstineàtis vos à fornicatióne, ut sciat unusquisque vestrûm vas suum possidêre in sanctificatiône & honôre.
℟. br. Scápulis suis, * Obumbrâbit tibi. Scápulis. ℣. Et sub pennis eius sperâbis. Obumbrâbit. Glória Patri. Scápulis.
℣. Scuto circúmdabit te véritas eius. ℟. Non timêbis à timóre noctúrno.
Ad Nonam, Antiphona.
Visiônem quam vidístis, némini dixéritis, donec à mórtuis resúrgat Fílius hóminis.
CAPITULUM. 1. *Tess.* 4. *b*
NOn enim vocàvit nos Deus in immundítiam, sed in sanctificatiônem, in Christo Iesu Dómino nostro.
℟. br. Scuto circúmdabit te, * Véritas eius. Scuto circúmdabit. ℣. Non timêbis à timóre noctúrno. Véritas eius. Glória Patri. Scuto circúmdabit. ℣. Angelis suis Deus mandàvit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus vijs tuis.
Ad Vésperas, Aña, & Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. Capítulum. Fratres, Rogâmus vos. 224. Hymnus. Audi, benígne Cónditor. ùt suprà, 217.
℣. Angelis suis Deus mandàvit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus vijs tuis.
Ad Magníficat, Antiphona.
Visiônem quam vidístis, némine dixéritis, donec à mórtuis resúrgat Fílius hóminis. Oratio. Deus, qui cónspicis. 224.
Deindè in Choro dicúntur Vésperæ Defunctôrum. lxviij.
FERIA SECUNDA.
Ad Benedíctus, Antiphona.
Ego princípium, qui & loquor vobis.
Deindè dicúntur Preces ùt in Psaltério. 62.
ORATIO.
PRæsta quæsumus omnípotens Deus: ut família tua, quæ se affligéndo carnem, ab aliméntis abstinet; sectándo iustítiam, à culpa ieiúnet. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.
Hódiè dícitur Offícium Defunctôrum. lxxij.
Ad Magníficat, Antiphona.
Qui me misit, mecum est, & non relíquit me solum: quia quæ plácita sunt ei, fácio semper.
Deindè dicúntur Preces. 130.



ORA-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ORATIO.

Adésto supplicatiónibus nostris omnipotens Deus: & quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges, consuétæ misericórdiæ tribue benígnus efféctum. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

FERIA TERTIA.

Ad Benedictus, Antiphona.

Unus est enim magister vester, qui in cælis est, Christus Dñs.

Deindè dicúntur Preces. 62.

ORATIO.

Perfice, quæsumus Dómine, benignus in nobis observántiæ sanctæ subsidium: ut, quæ te auctore facienda cognóvimus, te operánte impleâmus. Per Dóminum.

Ad Magníficat, Antiphona.

Omnes autem vos fratres estis: & patrem nolite vocáre vobis super terram: unus est enim Pater vester, qui in cælis est: nec vocémini magistri, quia magister vester unus est Christus.

Deindè dicúntur Preces. 130.

ORATIO.

Propitiáre Dómine supplicatiónibus nostris, & animárum nostrârum medére languóribus: ut remissióne percépta, in tua semper benedictióne lætêmur. Per Dóminum.

FERIA QUARTA.

Hódiè dicúntur Psalmi Graduáles. lxxxix.

Ad Benedictus, Antiphona.

Ecce ascéndimus Ierosólymam: & Filius hóminis tradétur ad crucifigéndum.

Deindè dicúntur Preces. 62.

ORATIO.

Populum tuum, quæsumus Dómine, propitius réspice: & quos ab escis carnálibus præcipis abstinêre, à nóxijs quoquè vitijs cessáre concéde. Per Dóminum nostrum.

Ad Magníficat, Antiphona.

Tradêtur enim Géntibus ad illudéndum, & flagellándum, & crucifigéndum.

Deindè dicúntur Preces. 130.

ORATIO.

Deus innocéntiæ restitútor & amátor, dirige ad te tuórum corda servórum: ut Spíritus tui fervóre concépto, & in fide inveniántur stábiles, & in ópere efficáces. Per Dóminum nostrum: Qui tecum vivit & regnat in unitáte eiúsdem Spíritus sancti Deus.

FERIA QUINTA.

Ad Benedictus, Antiphona.

Fili, recordáre quia recepisti bona in vita tua, & Lázarus similiter mala.

Deindè dicúntur Preces. 36.

ORATIO.

Præsta nobis, quæsumus Dómine, auxilium grátiæ tuæ: ut ieiúnijs & oratiónibus conveniénter inténti, liberêmur ab hóstibus mentis & córporis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Ad Magníficat, Antiphona.

Dives ille guttam aquæ pétijt, qui micas panis Lázaro negávit.

Deindè dicúntur Preces. 130.

ORATIO.

Adésto Dómine fámulis tuis, & perpétuam benígnitâtem largíre poscéntibus: ut ijs, qui te auctóre & gubernatóre gloriántur, & congregáta restaures, & restauráta consérves. Per Dóminum nostrum.



FERIA SEXTA.

Ad Benedictus, Antiphona.

Malos malè perdet, & víneam suam locábit áliis agrícolis, qui reddant ei fructum tempóribus suis.

Deindè dicúntur Preces. 62.

ORATIO.

Da, quæsumus omnípotens Deus: ut sacro nos purificánte ieiúnio, sincéris méntibus ad sancta ventúra fácias pervenire. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Hódiè dicúntur Psalmi Pœnitentiáles. xciv.

Ad Magníficat, Antiphona.

Quæréntes eum tenêre, timuérunt turbam, quia sicut Prophétam eum habébant.

Deindè dicúntur Preces. 130.

ORATIO.

Da quæsumus Dómine pópulo tuo salútem mentis & córporis: ut bonis opéribus inhæréndo, tuæ semper virtútis mereámur protectióne deféndi. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

SABBATO.

Ad Benedictus, Antiphona.

Vadam ad Patrem meum, & dicam ei: Pater, fac me sicut unum ex mercenárijs tuis.

Deindè dicúntur Preces. 62.

ORATIO.

Da, quæsumus Dómine nostris efféctum ieiúnijs salutárem: ut castigátio carnis assúmpta, ad nostrárum vegetatiónem transeat animárum. Per Dñm nostrum Iesum Christum.

Ad Vésperas, CAPITULUM.

*Ephes.* 5.

Fratres, Estôte imitatóres Dei, sicut filij charissimi: & ambuláte in dilectióne, sicut & Christus diléxit nos, & trádidit semetipsum pro nobis oblatiónem, & hóstiam Deo in odórem suavitátis.

Hymnus. Audi, benígne. 217.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus vijs tuis.

Ad Magníficat, Antiphona.

Dixit autem pater ad servos suos: Citò proférte stolam primam, & indúite illum, & date ánnulum in manu eius, & calceaménta in pédibus eius.

ORATIO.

Quæsumus omnípotens Deus, vota humílium réspice: atque ad defensiónem nostram, déxteram tuæ maiestátis exténde. Per Dñm nostrum.

DOMINICA III.

In Quadragésima.

Ad Matutinum, ómnia ut in Domínica prima in Quadragésima, suprà. 218.

Ad Laudes, Antiphona.

Fac benígnè in bona voluntáte tua, ut ædificéntur Dómine muri Ierúsalem. Psalm. Miserére mei. 59.

Aña. Dóminus mihi adiútor est: non timêbo quid fáciat mihi homo. Psalm. Confitémini 24.

Antiphona. Deus misereátur nos-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nostri, & benedícat nos. Psalmus. Deus Deus meus. cum réliquis. 18. Antíphona. Vim virtútis suæ oblitus est ignis: ut púeri tui liberaréntur illæsi. Antíphona. Sol & luna laudáte Deum: quia exaltátum est nomen ejus solius.

Capitulum. *Ephes.* 5.

FRatres, Estóte imitatóres Dei, sicut filij charissimi: & ambuláte in dilectióne, sicut & Christus diléxit nos, & trádidit semetípsum pro nobis oblatiónem, & hóstiam Deo in odórem suavitátis.

Hymnus. O sol salútis. ℣. Angelis suis. ut suprà. 219.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Cùm fortis armátus custódit átrium suum, in pace sunt ómnia quæ póssidet.

Oratio.

QUæsumus omnípotens Deus, vota humílium réspice: atque ad defensiónem nostram, déxteram tuæ majestátis extende. Per Dñm nostrum.

Ad Primam, Antíphona.

Et cùm ejecisset Jesus dæmónium, locútus est mutus, & admirátæ sunt turbæ.

Ad Tértiam, Antíphona.

Si in dígito Dei ejício dæmónia, profécto pervénit in vos regnum Dei. Capítulum. Fratres, Estote imitatóres. ut supr. ℟. br. Ipse liberávit me, * De láqueo venántium. Ipse. ℣. Et à verbo áspero. De láqueo. Glória Patri. Ipse liberávit. ℣. Scapulis suis obumbrábit tibi. ℟. Et sub pennis ejus sperábis.

Ad Sextam, Antíphona.

Qui non cólligit mecum, dispérgit: & qui non est mecum, contra me est.

Capitulum. *Ephes.* 5. *b*

HOc enim scitóte intelligéntes: quod omnis fornicátor, aut immúndus, aut avárus, quod est idolórum sérvitus, non habet hereditátem in regno Christi, & Dei.

℟. br. Scápulis suis, * Obumbrábit tibi. Scápulis. ℣. Et sub pennis ejus sperábis. Obumbrábit tibi. Glória Patri. Scápulis. ℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus. ℟. Non timébis à timóre noctúrno.

Ad Nonam, Antíphona.

Cùm immúndus spíritus exíerit ab hómine, ámbulat per loca inaquósa, quærens réquiem, & non invenit.

Capitulum. *Ephes.* 5. *c*

ERátis enim aliquándo ténebræ: nunc autem lux in Dómino. Ut filij lucis ambuláte: fructus enim lucis est in omni bonitáte, & justítia, & veritáte.

℟. br. Scuto circúmdabit te, * Véritas ejus. Scuto. ℣. Non timébis à timóre noctúrno. Véritas. Glória. Scuto. ℣. Angelis suis Deus mandávit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus vijs tuis.

Ad Vésperas, Aña, & Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. Capítulum. Fratres, Estote. ut suprà. Hymnus. Audi, benígne Cónditor. 217. ℣. Angelis suis Deus



Deus mandávit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus vijs tuis.

Ad Magníficat, Antíphona.

Extóllens vocem quædam múlier de turba, dixit: Beátus venter qui te portávit, & ubera quæ suxísti. At Jesus ait illi: Quinímmò beáti qui áudiunt verbum Dei, & custódiunt illud.

Orátio. Quǽsumus omnípotens. ut suprà. 228.

Post Vésperas diei dicúntur Vésperæ Defunctorum. lxviii.

## FERIA SECUNDA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Amen dico vobis, quia nemo Prophéta accéptus est in pátria sua.

Deindè dicúntur Preces ut suprà. 62.

Oratio.

COrdibus nostris, quæsumus Dómine, grátiam tuam benignus infúnde: ut sicut ab escis carnálibus abstinémus; ità sensus quoque nostros à noxijs retrahámus excéssibus. Per Dóminum nostrum.

Hódiè dicitur Officium Defunctorum lxviii.

Ad Magníficat, Antíphona.

Jesus autem tránsiens per médium illórum ibat.

Deindè dicúntur Preces. 130.

Oratio.

SUbvéniat nobis, Dómine, misericórdia tua: ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum perículis, te mereámur protegénte éripi, te liberánte salvári. Per Dóminum nostrum.

## FERIA TERTIA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Si duo ex vobis consénserint super terram: de omni re quamcúmque petíerint, fiet illis à Patre meo, dicit Dóminus.

Deindè dicúntur Preces. 62.

Oratio.

EXáudi nos omnípotens & miséricors Deus: & continéntiæ salutáris propítius nobis dona concéde. Per Dóminum nostrum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Ubi duo vel tres congregáti fúerint in nómine meo, in médio eorum sum, dicit Dóminus.

Deindè dicúntur Preces. 130.

Oratio.

TUa nos, Dómine, protectióne defénde: & ab omni semper iniquitáte custódi. Per Dóminum nostrum.

## FERIA QUARTA.

Hódiè dicúntur Psalmi Graduales. lxxxix.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Audíte & intellígite traditiónes, quas Dóminus dedit nobis.

Deindè dicúntur Preces. 62.

Oratio.

PRæsta nobis, quǽsumus Dómine: ut salutáribus jejúnijs erudíti, à nóxijs quoque vítijs abstinéntes, propitiatiónem tuam facíliùs impetrémus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Non lotis mánibus manducáre, non coínquinat hóminem.

Deindè dicúntur Preces. 130.

ORATIO.

Concède quæsumus omnípotens Deus: ut qui protectiónis tuæ grátiam quærimus, liberáti à malis ómnibus, secúra tibi mente serviámus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

## FERIA QUINTA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Exíbant autem dæmónia à multis clamántia, & dicéntia, quia tu es Christus Fílius Dei: & íncrepans non sinêbat ea loqui, quia sciébant ipsum esse Christum.

Deindè dicúntur Preces. 62.

ORATIO.

Magníficet te, Dómine, sanctórum tuórum Cosmæ & Damiáni beáta solémnitas: quia & illis glóriam sempitérnam, & opem nobis ineffábili providéntia contulísti. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Omnes qui habébant infírmos, ducébant illos ad Iesum, & sanabántur.

Deindè dicúntur Preces. 130.

ORATIO.

Subiéctum tibi pópulum, quæsumus Dómine, propitiátio cæléstis amplíficet: & tuis semper fáciat servíre mandátis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

## FERIA SEXTA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Aquam quam ego dédero, si quis bíberit ex ea, non sítiet in ætérnum.

Deindè dicúntur Preces. 62.

ORATIO.

Ieiúnia nostra quæsumus Dómine, benígno favóre proséquere: ut sicut ab aliméntis abstinémus in córpore; ità à vítijs ieiunêmus in mente. Per Dóminum nostrum.

Hódiè dicúntur Psalmi Pœnitentiáles. xciv.

Ad Magníficat, Antíphona.

Dómine, ùt vídeo, Prophêta es tu: patres nostri in monte adoravérunt.

Deindè dicúntur Preces. 62.

ORATIO.

Præsta quæsumus omnípotens Deus: ut qui in tua protectióne confídimus cuncta nobis adversántia te adiuvánte vincâmus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

## SABBATO.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Inclinâvit se Iesus, & scribêbat in terra: Si quis sine peccáto est, mittat in eam lápidem.

Deindè dicúntur Preces. 62.

ORATIO.

Præsta quæsumus omnípotens Deus: ut qui se, affligéndo carnem, ab aliméntis abstinent; sectándo iustítiam, à culpa ieiúnent. Per Dóminum nostrum.

Ad Vésperas, CAPITULUM. *Galat.* 4. *c*

Fratres, Scriptum est: Quoniàm Abraham duos fílios hábuit: unum de ancílla, & unum de líbera. Sed qui de ancílla, secúndùm carnem natus est: qui autem de líbera, per repromissiônem: Hym-



quæ sunt per allegoriam dicta.

Hymnus. Audi, benígne Cónditor. 217. ℣. Angelis suis Deus mandâvit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus vijs tuis.

Ad Magníficat, Antíphona.

Nemo te condemnâvit múlier? nemo Dómine: Nec ego te condemnâbo: iam ámplius noli peccâre. ORATIO.

Concède quæsumus omnípotens Deus: ut qui ex mérito nostræ actiónis affligimur, tuæ grátiæ consolatióne respirêmus. Per Dóminum.

## DOMINICA IV.

In Quadragésima.

Ad Matutinum, ómnia ùt in Domínica prima in Quadragésima. 218.

Ad Laudes, Antíphona.

Tunc acceptábis sacrifícium iustítiæ, si avérteris fáciam tuam à peccátis meis. Psalmus. Miserére mei. 59. Aña. Bonum est sperâre in Dómino, quàm sperâre in princípibus. Psalm. Confitémini. 24. Aña. Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus. Psalmus. Deus Deus meus. cum reliq. 18. Aña. Potens es Dómine erípere nos de manu forti: líbera nos Deus noster. Aña. Reges terræ & omnes pópuli laudáte Deum.

CAPITULUM. *Galat.* 4. *c*

Fratres, Scriptum est: Quóniàm Abraham duos fílios hábuit: unum de ancílla, & unum de líbera. Sed qui de ancílla, secúndum carnem natus est: qui autem de líbera, per repromissiônem: quæ sunt per allegoriam dicta.

Hymnus. O sol salútis. ℣. Angelis suis. ut suprà. 219.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Cùm sublevásset óculos Iesus, & vidísset máximam multitúdinem veniéntem ad se, dixit ad Philíppum: Undè emêmus panes, ut mandúcent hi? hoc autem dicébat tentans eum: ipse enim sciébat quid esset factúrus. Orát. Concède quæsumus. ut suprà.

Ad Primam, Antíphona.

Accêpit ergo Iesus panes, & cùm grátias egísset, distríbuit discumbéntibus.

Ad Tértiam, Antíphona.

De quinque pánibus & duóbus píscibus satiávit Dóminus quinque míllia hóminum.

Capítulum. Fratres, Scriptum est. ut suprà.

℟. br. Ipse liberávit me, * De láqueo venántium. Ipse. ℣. Et à verbo áspero. De láqueo. Glória Patri. Ipse liberávit. ℣. Scápulis suis obumbrâbit tibi. ℟. Et sub pennis eius sperâbis.

Ad Sextam, Antíphona.

Satiávit Dóminus quinque míllia hóminum de quinque pánibus & duóbus píscibus.

CAPITULUM. *Galat.* 4. *d*

Lætáre stérilis, quæ non paris: erúmpe, & clama, quæ non párturis: quia multi fílii desértæ, magis quàm eius, quæ habet virum.

℟. breve. Scápulis suis, * Obumbrâbit tibi. Scápulis. ℣. Et sub



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sub pennis eius sperâbis. Obumbrâbit Glória Patri. Scápulis ℣. Scuto circúmdabit te véritas eius. ℟. Non timêbis à timôre noctúrno.

Ad Nonam, Antíphona.

Illi ergo hómines cùm vidíssent quod fécerat Iesus signum, intra se dicébant: Quia hic est verè Proféta, qui ventúrus in mundum.

Capitulum. *Galat.* 4. *d*

Itaque fratres, non sumus ancíllæ fílii, sed líberæ: qua libertâte Christus nos liberâvit.

℟. br. Scuto circúmdabit te, * Véritas eius Scuto. ℣. Non timêbis à timôre noctúrno. Véritas eius. Glória Patri. Scuto.

℣. Angelis suis Deus mandâvit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus vijs tuis.

Ad Vésperas, Antíphona, & Psalmus. Dixit Dóminus. cum reliq. 125. Capitulum. Fratres. Scriptum est 231. Hymnus. Audi, benígne Cónditor 217. ℣. Angelis suis Deus mandâvit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus vijs tuis.

Ad Magníficat, Antíphona.

Súbijt ergo in montem Iesus, & ibi sedêbat cum discípulis suis. Orátio. Concéde quæsumus. ut suprà. 231.

Post Vésperas diêi dicúntur Vésperæ Defunctórum. lxviii.

FERIA SECUNDA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Auférte ista hinc, dicit Dóminus, & nolíte fácere Domum Patris mei, domum negotiatiónis.

Deindè dicúntur Preces, ut suprà. 62.

Oratio.

Præsta quǽsumus omnípotens Deus: ut observatiónes sacras ánnua devotiône recoléntes, & córpore tibi placeámus, & mente. Per Dóminum nostrum.

Hódiè dícitur Officium Defunctórum. lxviii.

Ad Magníficat, Antíphona.

Sólvite templum hoc, dicit Dóminus; & post tríduum reædificábo illud; hoc autem dicébat de templo córporis sui.

Deindè dicúntur Preces, ut in Psaltério. 130.

Oratio.

Deprecatiônem nostram, quǽsumus Dómine, benígnus exáudi: & quibus supplicándi præstas afféctum, tríbue defensiónis auxílium. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

FERIA TERTIA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Quid me quǽritis interfícere, hóminem qui vera locútus sum vobis?

Deindè dicúntur Preces. 62.

Oratio.

Sacra nobis, quǽsumus Dómine, observatiónis ieiúnia, & quæ conversatiónis augméntum, & tuæ propitiatiónis contínuum præstent auxílium. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Nemo in eum misit manum: quia nondum vénerat hora eius.

Deindè dicúntur Preces. 130.

Ora-



Oratio.

Miserére Dómine pópulo tuo: & contínuis tribulatiónibus laborántem, propítius respiráre concéde. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

FERIA QUARTA.

Hódiè dicúntur Psalmi Graduáles. lxxxix.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Rabbi, quid peccávit homo iste, quod cæcus natus est? Respóndit Iesus, & dixit: Neque hic peccâvit, neque paréntes eius: sed ut manifesténtur ópera Dei in illo.

Deindè dicúntur Preces. 62.

Oratio.

Deus, qui & iustis prǽmia meritórum, & peccatóribus per ieiúnium véniam præbes: miserêre supplícibus tuis; ut reátus nostri conféssio, indulgéntiam váleat percípere delictórum. Per Dóminum nostrum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Ille homo qui dícitur Iesus, lutum fecit ex sputo, & linívit óculos meos, & modo video.

Deindè dicúntur Preces. 130.

Oratio.

Pateant aures misericórdiæ tuæ, Dómine, précibus supplicántium: & ut peténtibus desideráta concédas, fac eos, quæ tibi sunt plácita postuláre. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

FERIA QUINTA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Ibat Iesus in civitátem, quæ vocátur Naim: & ecce defúnctus efferebâtur fílius únicus matri suæ.

Deindè dicúntur Preces. 62.

Oratio.

Præsta quǽsumus omnípotens Deus, ut quos ieiúnia votíva castígant, ipsa quoque devótio sancta lætíficet; ut terrénis afféctibus mitigátis, facílius cæléstia capiámus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Prophêta magnus surréxit in nobis, & quia Deus visitâvit plebem suam.

Deindè dicúntur Preces. 130.

Oratio.

Populi tui Deus institútor & rector, peccáta quibus impugnâtur, expélle ut semper tibi plácitus, & tuo munímine sit secûrus. Per Dóminum nostrum.

FERIA SEXTA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Lázarus amícus noster dormit: eámus, & à somno excitémus eum.

Deindè dicúntur Preces. 62.

Oratio.

Deus, qui ineffabílibus mundum rénovas sacraméntis: præsta quǽsumus; ut Ecclésia tua & ætérnis profíciat institútis, & temporálibus non destituátur auxílijs. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Hódiè dicúntur Psalmi Pœnitentiáles. xciv.

Ad Magníficat, Antíphona.

Dómine, si fuísses hìc, Lázarus non esset mórtuus: ecce

iam

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

iam fœtet quatriduánus in monuménto.

Deindè dicúntur Preces. 130.

ORATIO.

DA nobis, quæsumus omnípotens Deus: ut qui infirmitátis nostræ cónscij, de tua virtúte confídimus, sub tua semper pietáte gaudeámus. Per Dóminum nostrum.

SABBATO.

Ad Benedictus, Antíphona.

Qui séquitur me, non ámbulat in ténebris: sed habébit lumen vitæ, dicit Dóminus.

Deindè dicúntur Preces. 62.

ORATIO.

FIat, Dómine quæsumus, per grátiam tuam fructuósus nostræ devotiónis afféctus: quia tunc nobis próderunt suscépta ieiúnia, si tuæ sint plácita pietáti. Per Dóminum.

SABBATO

Ante Domínicam Passiónis.

Ad Vésperas, CAPITULUM.

*Hebr. 9. c*

FRatres, Christus assistens Póntifex futurórum bonórum, per ámpliùs & perféctius tabernáculum non manu factum, id est, non huius creatiónis: neque per sánguinem hircórum, aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in Sancta, ætérna redemptióne invénta.

HYMNUS.

VExílla Regis pródeunt:
Fulget Crucis mystérium,
Qua vita mortem pértulit,
Et morte vitam prótulit.
Quæ vulneráta lánceæ
Mucróne diro, críminum
Ut nos laváret sórdibus,
Manávit unda & sánguine.
Impléta sunt, quæ cóncinit
David fidéli cármine,
Dicéndo natiónibus:
Regnávit à ligno Deus.
Arbor decóra, & fúlgida,
Ornáta Regis púrpura,
Elécta digno stípite
Tam sancta membra tángere.
Beáta, cuius bráchijs
Prétium pepéndit sæculi,
Statéra facta córporis,
Tulítque prædam tártari.
O Crux ave spes única,
Hoc Passiónis témpore
Pijs adáuge grátiam,
Reísque dele crímina.
Te, fons salútis Trínitas,
Colláudet omnis spíritus:
Quibus Crucis victóriam
Largíris, adde præmium.
Amen.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo. ℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Magníficat, Antíphona.

Ego sum qui testimónium perhíbeo de meipso: & testimónium pérhibet de me, qui misit me Pater.

ORATIO.

QUæsumus omnípotens Deus, famíliam tuam propítius réspice: ut te largiénte, regátur in córpore; & te servánte, custodiátur in mente. Per Dóminum nostrum.

Ab hoc Sábbato usque ad Fériam ii. post Octávam Pentecóstes non fiunt Commemoratiónes consuétæ de Cruce,



ce, de sancta María, & aliæ in Psaltério pósitæ.

Ad Completórium in ℟. brevi dícitur, Glória Patri. in Officio feriáli usque ad Fériam v. in Cœna Dómini.

DOMINICA

De Passione.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Hódiè si vocem Dómini audierítis, * Nolíte obduráre corda vestra. Psalmus. Venite, exultémus. 2.

Hoc Invitatórium dícitur usque ad Fériam v. in Cœna Dómini, étiam in feriáli Officio. In Psalmo. Hódiè si vocem. omíttitur, & repétitur à Choro Invitatórium: deindè séquitur. Sicut in exacerbatióne.

In fine huius Psalmi non dícitur Glória Patri. hoc témpore Passiónis, nisi in Festis: sed repétitur Invitatórium, ut aliàs, in fine. Quod étiam servátur in ℟. ad Matutínum; & in ℟. brévibus Horárum, ubi similitèr repétitur Responsórium.

HYMNUS.

PAnge lingua gloriósi
Lauream certáminis,
Et super Crucis trophæo
Dic triumphum nóbilem,
Quáliter Redémptor orbi
Immolátus vícerit.
De paréntis protoplásti
Fraude Factor cóndolens,
Quando pomi noxiális
In necem morsu ruit:
Ipse lignum tunc notávit,
Damna ligni ut sólveret.
Hoc opus nostræ salútis
Ordo depopóscerat,
Multifórmis proditóris
Ars ut artem fálleret;
Et medélam ferret indè,
Hostis undè læserat.
Quando venit ergo sacri
Plenitúdo témporis,
Missus est ab arce Patris
Natus, orbis Cónditor;
Atque ventre Virgináli
Carne amíctus pródijt.
Vagit infans inter arcta
Cónditus præsépia:
Membra pannis involúta
Virgo Mater álligat:
Et Dei manus, pedésque
Stricta cingit fáscia.
Sempitérna sit beátæ
Trinitáti glória,
Æqua Patri, Filióque;
Par decus Paráclito:
Unius Triníque nomen
Láudet univérsitas.
Amen.

Ad Nocturnum ómnia ut in Psaltério. ℣. Erue à frámea. & álij ℣. in Psaltério témpore Passiónis. 9.

Ad Laudes, Antíphona.

VIde Dómine afflictiónem meam, quóniam eréctus est inimícus meus. Psalmus. Miserére mei. 59. Aña. In tribulatióne invocávi Dóminum, & exaudívit me in latitúdine. Psalmus. Confitémini Dómino. 24. Aña. Iudicásti Dómine causam ánimæ meæ: defénsor vitæ meæ, Dómine Deus meus. Psalm. Deus, Deus meus. cum réliquis. 18. Antíphona. Pópule meus quid feci tibi, aut quid moléstus fui?

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

fui? respónde mihi. Aña. Numquid rédditur pro bono malum, quia fodérunt fóveam ánimæ meæ?

Capitulum. *Hebr. 9. c*

Fratres, Christus assistens Póntifex futurórum bonórum, per ámplius & perféctius tabernáculum non manu factum, id est, non huius creatiónis: neque per sánguinem hircórum, aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in Sancta, ætérna redemptióne invénta.

Hymnus.

Lustra sex qui iam perégit,
Tempus implens córporis,
Sponte líbera Redémptor
Passiónis déditus,
Agnus in Crucis levâtur
Immolándus stípite.

Felle potus ecce languet,
Spina, clavi, láncea
Mite corpus perforárunt:
Unda manat, & cruor:
Terra, pontus, astra, mundus,
Quo lavántur flúmine!

Crux fidélis, inter omnes
Arbor una nóbilis:
Silva talem nulla profert
Fronde, flore, gérmine:
Dulce ferrum, dulce lignum,
Dulce pondus sústinent.

Flecte ramos arbor alta,
Tensa laxa víscera,
Et rigor lentéscat ille,
Quem dedit natívitas;
Et supérni membra Regis
Tende miti stípite.

Sola digna tu fuísti
Ferre mundi Víctimam;
Atque portum præparáre
Arca mundo náufrago,
Quam sacer cruor perúnxit,
Fusus Agni córpore.

Sempitérna sit beátæ
Trinitáti glória,
Æqua Patri, Filióque;
Par decus Paráclito:
Uníus Triníque nomen
Laudet univérsitas. Amen.

℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus. ℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

Ad Benedictus, Antíphona.

Dicêbat Iesus turbis Iudæôrum, & princípibus sacerdôtum: Qui ex Deo est, verba Dei audit: proptéreà vos non audítis, quia ex Deo non estis.

Oratio.

Quæsumus omnípotens Deus, famíliam tuam propítius réspice: ut te largiénte, regátur in córpore; & te servánte, custodiátur in mente. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Ad Primam, Antíphona.

Ego dæmónium non hábeo, sed honorífico Patrem meum, dicit Dóminus. Capitulum. Regi sæculórum. 27.

℟. breve. Christe Fili Dei vivi, * Miserére nobis. Christe. ℣. Qui sedes ad déxteram Patris. Miserére nobis. Repétitur, Christe Fili Dei vivi, miserére nobis. ℣. Exúrge Christe. & réliqua, ut in Psaltério. 27.

Ad Absolutiónem Capituli, Léctio brevis. Fáciem meam. ut in Psaltério. 27.

Et dícitur in Domínica & Férijs usque ad Fériam quintam in Cœna Dómini exclusivè.



Ad Tértiam, Antíphona.

Ego glóriam meam non quæro: est qui quærat, & iúdicet. Capítulum. Fratres, Christus assistens. ut suprà. 236.

℟. br. Erue à frámea, * Deus ánimam meam. Erue. ℣. Et de manu canis únicam meam. Deus. Erue. ℣. De ore leónis líbera me Dómine. ℟. Et à córnibus unicórnium humilitátem meam.

Ad Sextam, Antíphona.

Amen amen dico vobis: si quis sermónem meum serváverit, mortem non gustâbit in ætérnum.

Capitulum. *Hebr. 9. d*

Si enim sanguis hircôrum, & taurôrum, & cinis vítulæ aspersus inquinátos sanctíficat ad emundatiónem carnis: quantò magis sanguis Christi, qui per Spíritum sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivénti?

℟. br. De ore leónis, * Líbera me Dómine. De ore. ℣. Et à córnibus unicórnium humilitátem meam. Líbera. De ore. ℣. Ne perdas cum ímpijs Deus ánimam meam. ℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.

Ad Nonam, Antíphona.

Tulérunt lápides Iudæi ut iácerent in eum: Iesus autem abscóndit se, & exívit de templo.

Capitulum. *Hebr. 9. d*

Et ideò novi testaménti mediátor est: ut morte intercedénte, in redemptiónem eárum prævaricatiônum, quæ erant sub prióri Testaménto, repromissiónem accípiant qui vocáti sunt ætérnæ hereditátis, in Christo Iesu Dómino nostro.

℟. brev. Ne perdas cum ímpijs, * Deus ánimam meam. Ne perdas. ℣. Et cum viris sánguinum vitam meam. Deus ánimam meam. Ne perdas. ℣. Eripe me Dómine ab hómine malo. ℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Vésperas, Aña, & Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. Capitulum. Fratres, Christus assistens. Hymnus. Vexílla Regis pródeunt. ut sup. 234. ℣. Eripe me Dómine ab hómine malo. ℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Magníficat, Antíphona.

Abraham pater vester exultâvit ut vidéret diem meum: vidit, & gavísus est.

Oratio.

Quæsumus omnípotens Deus, famíliam tuam propítius réspice: ut te largiénte, regátur in córpore; & te servánte, custodiátur in mente. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Hymni, ℣. & ℟. brévia supradicta dicúntur étiam in Domínica Palmârum, & in feriáli Offício usque ad Fériam quartam maióris Hebdómadæ.

Post

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Post Vésperas diéi dicúntur Vésperæ Defunctórum. lxviii.

## FERIA SECUNDA.

Ad Matutínum, Invitatórium. Hódiè si vocem. Hymnus. Pange lingua gloriósi. ut suprà. 235.

Antiphonæ & Psalmi huius Fériæ. ℣. Erue à frámea. ut in Psaltério tempore Passiónis. 9.

Ad Laudes, Aña, & Psalmus. Miserére. cum réliquis de Psaltério. 59.

CAPITULUM. *Ierem.* 11. *d*

VEníte, mittámus lignum in panem eius, & eradámus eum de terra vivéntium, & nomen eius non memorêtur ámpliùs.

Hymnus. Lustra sex. 236.

℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus. ℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

Ad Benedictus, Antiphona.

In die magno festivitâtis stabat Iesus, & clamábat dicens, Si quis sitit, véniat ad me, & bibat.

Deindè dicúntur Preces ut in Psaltério. 62.

ORATIO.

SAnctífica, quǽsumus Dómine, nostra ieiúnia: & cunctárum nobis indulgéntiam propítius largíre culpárum. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Hódiè dicitur Officium Defunctórum. lxviii.

Ad Primam, Antiphona.

Líbera me Dómine, & pone me iuxta te: & cuiusvis manus pugnet contra me.

Capitulum. Pacem & veritâtem. cum réliquis. 35.

Ad Absolutiónem Capituli; Léctio brevis. Fáciem meam non avérti. ut in Psaltério. 38.

Ad Tértiam, Antiphona.

Iudicásti Dómine causam ánimæ meæ, defénsor vitæ meæ, Dómine Deus meus.

CAPITULUM. *Ierem.* 17. *b*

DOmine, omnes, qui te derelínquunt confundéntur: recedéntes à te, in terra scribéntur: quóniàm dereliquérunt venam aquárum vivéntium Dóminum.

℟. br. Erue à frámea, * Deus ánimam meam. Erue. ℣. Et de manu canis únicam meam. Deus. Erue. ℣. De ore leónis líbera me Dómine. ℟. Et à córnibus unicórnium humilitâtem meam.

Deindè Preces ut in Psaltério. 41.

Ad Sextam, Antiphona.

Pópule meus, quid feci tibi? aut quid moléstus fui? Responde mihi.

CAPITULUM. *Ierem.* 17. *c*

COnfundántur qui me persequúntur, & non confúndar ego: páveant illi, & non páveam ego: induc super eos diem afflictiónis, & dúplici contritióne cóntere eos, Dómine Deus noster.

℟. breve. De ore leónis, * Líbera me Dómine. De ore. ℣. Et à córnibus unicórnium humilitâtem meam. Líbera. De ore. ℣. Ne perdas cum ím-



pijs Deus ánimam meam. ℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.

Deindè Preces ut in Psaltério. 44.

Ad Nonam, Antiphona.

Numquid rédditur pro bono malum, quia fodérunt fóveam ánimæ meæ?

CAPITULUM. *Ierem.* 18. *d*

REcordáre quòd stéterim in conspéctu tuo, ut lóquerer pro eis bonum, & avérterem indignatiónem tuam ab eis.

℟. br. Ne perdas cum ímpijs, * Deus ánimam meam. Ne perdas. ℣. Et cum viris sánguinum vitam meam. Deus ánimam meam. Ne perdas. ℣. Eripe me Dómine ab hómine malo. ℟. A viro iníquo éripe me.

Deindè Preces, ut in Psaltério. 47.

Ad Vésp. Añæ, & Psalmi Fériæ secúndæ, ut in Psalt. 128.

CAPITULUM. *Ierem.* 11. *d*

TU autem Dómine Sabaoth, qui iúdicas iustè, & probas renes & corda: vídeam ultiónem tuam ex eis: tibi enim revelávi causam meam, Dómine Deus meus.

Hymnus. Vexilla Regis. 234.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo. ℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Magníficat, Antiphona.

Si quis sitit, véniat ad me, & bibat: & de ventre eius fluent aquæ vivæ, dicit Dóminus.

Deindè dicúntur Preces ut in Psaltério. 130.

ORATIO.

DA quǽsumus Dómine, pópulo tuo salútem mentis & córporis: ut bonis opéribus inhæréndo, tua semper mereâtur protectióne defendi. Per Dóminum nostrum.

Capítula prædicta dicúntur in feriali Officio usque ad Fériam iv. maióris Hebd. Antíphonæ verò per Horas, usque ad Domínicam in Palmis.

## FERIA TERTIA.

Ad Benedictus, Antiphona.

Tempus meum nondum advênit, tempus autem vestrum semper est parátum.

Deindè dicúntur Preces. 62.

ORATIO.

NOstra tibi, Dómine quǽsumus, sint accépta ieiúnia, quæ nos & expiándo, grátia tua dignos effíciant, & ad remédia perdúcant ætérna. Per Dóminum nostrum.

Ad Magníficat, Antiphona.

Vos ascéndite ad diem festum hunc: ego autem non ascéndam, quia tempus meum nondum advênit.

Deindè dicúntur Preces. 130.

ORATIO.

DA nobis, quǽsumus Dómine, perseverántem in tua voluntâte famulátum: ut in diébus nostris & mérito & número pópulus tibi sérviens augeâtur. Per Dóminum nostrum.

## FERIA QUARTA.

Hódiè dicúntur Psalmi Graduáles. lxxxix.

Ad Benedictus, Antiphona.

Oves meæ vocem meam áudiunt:

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

diunt: & ego Dóminus agnósco eas.

Deindè dicúntur Preces. 62.

ORATIO.

SAnctificáto hoc ieiúnio Deus, tuórum corda fidélium miserátor illústra: & quibus devotiónis præstas affectum, præbe supplicántibus pium benígnus audítum. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Multa bona ópera operâtus sum vobis: propter quod opus vultis me occídere?

Deindè dicúntur Preces. 130.

ORATIO.

ADésto supplicatiónibus nostris omnípotens Deus: & quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges, consuétæ misericórdiæ tríbue benígnus efféctum. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

FERIA QUINTA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Magíster dicit: Tempus meum propè est, apud te fácio Pascha cum discípulis meis.

Deindè dicúntur Preces. 62.

ORATIO.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus: ut dígnitas conditiónis humánæ per immoderántiam sauciáta, medicinális parsimóniæ stúdio reformétur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Desidério desiderâvi hoc Pascha manducáre vobíscum, ántequam pátiar.

Deindè dicúntur Preces. 130.

ORATIO.

ESto, quæsumus Dómine, propítius plebi tuæ: ut quæ tibi non placent, respuéntes; tuórum pótius repleántur delectatiónibus mandatórum. Per Dóminum nostrum.

FERIA SEXTA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Appropinquâbat autem dies festus Iudæórum, & quærêbant príncipes sacerdótum quómodo Iesum interfícerent, sed timébant plebem.

Deindè dicúntur Preces. 62.

ORATIO.

COrdibus nostris, quæsumus Dómine, grátiam tuam benígnus infúnde: ut peccâta nostra castigatióne voluntária cohibéntes, temporáliter pótius macerêmur, quàm supplíciis deputêmur ætérnis. Per Dóminum.

Hódiè dicúntur Psalmi Pœnitentiáles. xciv.

Ad Magníficat, Antíphona.

Príncipes sacerdótum consílium fecérunt ut Iesum occíderent: dicébant autem: Non in die festo, ne fortè tumúltus fíeret in pópulo.

Deindè dicúntur Preces. 130.

ORATIO.

COncéde quæsumus omnípotens Deus: ut qui protectiónis tuæ grátiam quærimus, liberáti à malis ómnibus secúra tibi mente serviâmus. Per Dóminum.

SABBATO.

Ad Magníficat, Antíphona.

Clarífica me Pater apud temetípsum claritâte, quam hábui priúsquam mundus fíeret.



Deindè dicúntur Preces. 62.

ORATIO.

PRofíciat, quæsumus Dómine, plebs tibi dicáta piæ devotiónis affectu: ut sacris actiónibus erudíta, quanto maiestáti tuæ fit grátior, tanto donis potióribus augeátur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

Ad Vésperas, Capítulum. *Philip.* 2.

FRatres, Hoc enim sentíte in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cùm in forma Dei esset, non rapínam arbitrâtus est esse se æquálem Deo: sed semetípsum exinanívit formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, & hábitu invéntus ùt homo.

Hymnus. Vexílla Regis pródeunt. 234. ℣. Eripe me Dómine ab hómine malo. ℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Magníficat, Antíphona.

Pater iuste, mundus te non cognóvit: ego autem novi te, quia tu me misísti.

ORATIO.

OMnípotens sempitérne Deus, qui humáno géneri, ad imitándum humilitátis exémplum, Salvatórem nostrum carnem súmere, & crucem subíre fecísti: concéde propítius; ut & patiéntiæ ipsíus habére documénta, & resurrectiónis consórtia mereâmur. Per eúndem Dóminum nostrum.

## DOMINICA

In Palmis.

Ad Matutinum, Invitatórium.

Hódiè si vocem Dómini audiéritis, * Nolíte obduráre corda vestra. Psalmus. Venite, exultêmus. 2. Hymnus. Pange lingua gloriósi. ut supra. 235.

Réliqua ùt in Psaltério.

Ad Laudes, Antíphona.

DOminus Deus auxiliâtor meus: & ídeo non sum confúsus. Psalmus. Miserére mei Deus. 59. Antíphona. Circumdántes circumdedérunt me: & in nómine Dómini vindicábor in eis. Psalmus. Confitémini Dómino. 23. Antíphona. Iúdica causam meam: defénde, quia potens es Dómine. Psalm. Deus, Deus meus. cum réliquis. 18. Aña. Cum Angelis & púeris fidéles inveniâmur, triumphatóri mortis clamántes: Hosánna in excélsis. Antíphona. Confundántur qui me persequúntur, & non confúndar ego, Dómine Deus meus.

CAPITULUM. *Philip.* 2.

FRatres, Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cùm in forma Dei esset, non rapínam arbitrâtus est esse se æquálem Deo: sed semetípsum exinanívit formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, & hábitu invéntus ùt homo.

Hymnus. Lustra sex. 236.

℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus. ℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ad Benedíctus, Antíphona.

Turba multa, quæ convénerat ad diem festum, clamâbat Dómino: Benedíctus qui venit in nómine Dómini, Hosánna in excélsis.

ORATIO.

Omnípotens sempitérne Deus, qui humáno géneri, ad imitándum humilitátis exémplum, Salvatórem nostrum carnem súmere, & crucem subíre fecísti: concéde propítius; ut & patiéntiæ ipsíus habére documénta, & resurrectiónis consórtia mereâmur. Per eúndem Dñm nostrum Iesum Christum Filium tuum. Qui tecum vivit, & regnat.

Ad Primam, Antíphona.

Púeri Hebræôrum tolléntes ramos olivârum, obviavérunt Dómino, clamántes & dicéntes: Hosánna in excélsis.

Ad Tértiam, Antíphona.

Púeri Hebræôrum vestiménta prosternébant in via, & clamábant, dicéntes: Hosánna fílio David: benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Capítulum. Fratres, Hoc enim. ut suprà. 241.

℟. br. Erue à frámea, * Deus ánimam meam. Erue. ℣. Et de manu canis únicam meam. Deus. Erue à frámea. ℣. De ore leônis líbera me Dómine. ℟. Et à córnibus unicórnium humilitâtem meam.

Ad Sextam, Antíphona.

Tibi revelávi causam meam, defénsor vitæ meæ, Dómine Deus meus.

CAPITULUM. *Philip.* 2.

Humiliâvit semetipsum factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltâvit illum, & donâvit illi nomen, quod est super omne nomen.

℟. br. De ore leônis, * Líbera me Dómine. De ore. ℣. Et à córnibus unicórnium humilitâtem meam. Líbera. De ore. ℣. Ne perdas cum ímpijs Deus ánimam meam. ℟. Et cum viris sánguinum vitam meam.

Ad Nonam, Antíphona.

Invocábo nomen tuum Dómine: ne avértas fáciem tuam à clamôre meo.

CAPITULUM. *Philip.* 2. *b*

In nómine Iesu omne genu flectâtur cæléstium, terréstrium, & infernôrum; & omnis lingua confiteâtur, quia Dóminus Iesus Christus in glória est Dei Patris.

℟. breve. Ne perdas cum ímpijs, * Deus ánimam meam. Ne perdas. ℣. Et cum viris sánguinum vitam meam. Deus ánimam meam. Ne perdas. ℣. Eripe me Dómine ab hómine malo. ℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Vésperas, Antíphona, & Psalmus. Dixit Dóminus. cum relíquis de Domínica. 125. Capítulum. Fratres, Hoc enim. 241. Hymnus. Vexílla Regis. 234. ℣. Eripe me Dómine ab hómine malo. ℟. A viro iníquo éripe me.





Ad Magníficat, Antíphona.

Scriptum est enim: Percútiam pastôrem, & dispergéntur oves gregis: postquam autem resurréxero, præcêdam vos in Galilǽam, ibi me vidébitis, dicit Dóminus.

Orátio. Omnípotens sempitérne. ut suprà. 242.

Ab hac die usque ad Octavam Paschæ, si occúrrat aliquod Festum novem Lectiônum, transfértur post Octâvam. Trium verò Lectiônum, à Féria quinta in Cœna Dómini, usque ad Fériam tértiam Paschæ, nulla fit Commemorátio.

## FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum, Invitatorium. Hódiè si vocem. Hymnus. Pange lingua gloriósi. ut suprà. 235. Antiphonæ & Psalmi huius Fériæ. ℣. Erue à frámea. ut in Psaltério témpore Passiónis.

## AD LAUDES.

& per Horas, Antíphona.

Faciem meam non avérti ab increpántibus, & conspuéntibus in me. Psalmi de Láudibus Fériæ secúndæ. 59. Antíphona. Frámea suscitáre advérsus eos, qui dispérgunt gregem meum. Antíphona. Appendérunt mercêdem meam trigínta argénteis: quibus appretiâtus sum ab eis. Antíphona. Inundavérunt aquæ super caput meum: dixi, périj: invocábo nomen tuum Dómine Deus. Antíphona. Lábia insurgéntium, & cogitatiónibus eórum vide Dómine.

CAPITULUM. *Ierem.* 11. *d*

Venite, mittâmus lignum in panem eius, & eradâmus eum de terra vivéntium, & nomen eius non memorêtur ámpliùs.

Hymnus. Lustra sex. ℣. Eripe me de inimícis meis. 236.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Clarífica me Pater apud temetípsum claritáte, quam hábui priúsquam mundus fíeret.

Deindè dicúntur Preces, ùt in Psaltério. 62.

ORATIO.

Da quǽsumus omnípotens Deus: ut qui in tot advérsis ex nostra infirmitâte defícimus; intercedénte unigéniti Fílij tui passiône respirémus. Qui tecum vivit.

Ad Tértiam, & álias Horas, Capítula & ℟. brévia ùt in præcedénti Hebdómada. 228.

Ad Vésperas, Antíphona, & Psalmi Fériæ ii. ut in Psaltério. 128.

CAPITULUM. *Ierem.* 11. *d*

Tu autem Dómine Sábaoth, qui iúdicas iustè, & probas renes & corda: vídeam ultiônem tuam ex eis: tibi enim revelâvi causam meam, Dómine Deus meus.

Hymnus. Vexílla Regis pródeunt. ℣. Eripe me Dómine, ùt suprà. 234.

Ad Magníficat, Antíphona.

Non habéres in me potestâtem, nisi désuper tibi datum fuísset.

Deindè dicúntur Preces, ùt in Psaltério. 130.

Oratio.

ADiuva nos Deus salutâris noster: & ad benefícia recolénda, quibus nos instauràre dignâtus es, tribue venire gaudéntes. Per Dóminum nostrum.

## FERIA TERTIA

Ad Laudes, & per Horas, Antíphona.

VIde Dómine, & consídera, quóniam tribulor: velóciter exáudi me. Psalmi de Feria tertia ad Laudes, ut in Psaltério. 72. Aña. Discérne causam meam Dómine: ab hómine iníquo & dolóso éripe me. Antiphona. Dum tribulàrer, clamávi ad Dóminum de ventre ínferi, & exaudivit me. Aña. Dómine vim pátior, respónde pro me: quia néscio quid dicam inimícis meis. Aña. Dixérunt ímpij: Opprimâmus virum iustum, quoniàm contrárius est opéribus nostris.

Ad Benedíctus, Antíphona. Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius, cùm dilexísset suos, in finem diléxit eos.

Deindè dicúntur Preces, ùt in Psaltério. 62.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, da nobis ita Domínicæ passiónis sacraménta perágere: ut indulgéntiam percípere mereâmur. Per eumdem Dóminum nostrum Iesum Christum.

Ad Magníficat, Antíphona. Potestâtem hábeo ponéndi ánimam meam, & íterùm suméndi eam.

Deindè dicúntur Preces, ùt in Psaltério. 130.

Oratio.

TUa nos misericórdia Deus, & ab omni subreptióne vetustâtis expúrget: & capáces sanctæ novitàtis efficiat. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

## FERIA QUARTA.

Ad Laudes, & per Horas, Antíphona.

LIbera me de sanguínibus Deus, Deus meus: & exultábit lingua mea iustítiam tuam. Psalmi de Féria quarta in Láudibus. 82. Antiph. Contumélias & terróres passus sum ab eis: & Dóminus mecum est tamquam bellâtor fortis. Antíphona. Ipsi vero in vanum quæsiérunt ánimam meam, introíbunt in inferióra terræ. Antíphona. Omnes inimíci mei audiérunt malum meum: Dómine lætáti sunt, quoniàm tu fecisti. Antíphona. Alliga Dómine in vínculis natiónes Géntium, & reges eàrum in compédibus.

Ad Benedíctus, Antíphona. Simon dormis? non potuísti una hora vigilàre mecum.

Deindè dicúntur Preces, ùt in Psaltério. 62.

Oratio.

PRæsta quǽsumus omnípotens Deus: ut qui nostris excéssibus incessánter affligimur, per unigéniti Filij tui passiónem liberêmur. Qui tecum.





Ad Magníficat, Antíphona. Ancílla dixit Petro: Verè tu ex illis es: nam & loquêla tua manifèstum te facit.

Deindè dicúntur Preces, ùt in Psaltério. 130.

Oratio.

REspice, quǽsumus Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Iesus Christus non dubitâvit mánibus tradi nocéntium, & crucis subíre torméntum. Qui tecum vivit.

Tribus sequéntibus diebus dicto secréto. Pater noster. Ave María. & ad Matutínum, & in princípio Primæ, Credo. ómnibus alijs prætermíssis, absolutè incipitur Officium ad Matutínum, & Vésperas ab Antíphona primi Psalmi: & Antíphonæ duplicántur, sicut in Festo Dúplici.

In fine Psalmòrum non dícitur. Glória Patri. per omnes Horas.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# FERIA QUINTA
# IN CŒNA DOMINI.

## AD MATUTINUM.

In primo Nocturno, Aña.

Zelus domus tuæ comédit me, & oppróbria exprobrántium tibi cecidérunt super me. Psalmus. Salvum me fac Deus. 83. Antiph. Avertántur retrórsum, & erubéscant, qui cógitant mihi mala. Psalm. Deus in adiutórium meum.85. Antíphona. Deus meus éripe me de manu peccatóris. Psalm. In te Dómine sperávi.85. ℣. Avertántur retrórsum, & erubéscant. ℟. Qui cógitant mihi mala.

In secúndo Noctúrno, Aña.

Liberávit Dóminus páuperem à poténte; & ínopem, cui non erat adiútor. Psalm. Deus iudícium tuum regi da. 86. Antíphona. Cogitavérunt ímpij, & locúti sunt nequítiam: iniquitátem in excélso locúti sunt. Psalm. Quàm bonus Israël Deus. 87. Aña. Exúrge Dómine, & iúdica causam meam. Psalmus. Ut quid Deus repulísti in finem. 88. ℣. Deus meus éripe me de manu peccatóris. ℟. Et de manu contra legem agéntis, & iníqui.

In tértio Noctúrno, Aña.

Dixi iníquis: Nolíte loqui advérsùs Deus iniquitátem. Psalmus. Confitébimur tibi, Deus 89. Aña. Terra trémuit & quiévit, dum exúrgeret in iudício Deus. Psalmus. Notus in Iudæa Deus. 90. Aña. In die tribulatiónis meæ Deum exquisívi mánibus meis. Psalm. Voce mea ad Dóminum clamávi. 90. ℣. Exúrge Dómine. ℟. Et iúdica causam meam.

## AD LAUDES.

Antiphona. Iustificêris Dómine in sermónibus tuis, & vincas cùm iudicâris.

Psalmus 50.

Miserére mei Deus, * secúndùm magnam misericórdiam tuam.

Et secúndùm multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitâte mea: * & à peccáto meo munda me.

Quóniàm iniquitátem meam ego cognósco: * & peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, & malum coram te feci: * ut iustificêris in sermónibus tuis, & vincas cùm iudicâris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum: * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta, & occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

19

As-



Aspérges me hyssópo, & mundábor: * lavábis me, & super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium & lætítiam: * & exultábunt ossa humiliâta.

Avérte fáciem tuam à peccátis meis: * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus:* & spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua: * & spíritum sanctum tuum nè áuferas à me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui: * & spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas: * & ímpij ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis meæ: * & exultábit lingua mea iustítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: * & os meum annunciábit laudem tuam.

Quóniàm si voluísses sacrifícium, dedíssem útique: * holocáustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum, & humilitátum Deus non despícies.

Benígnè fac Dómine in bona voluntáte tua Sion: * ut ædificéntur muri Ierúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium iustítiæ, oblatiónes, & holocáusta: * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Antiphona. Iustificêris Dómine in sermónibus tuis, & vincas cùm iudicâris.

Aña. Dóminus tamquam ovis ad víctimam ductus est, & non apéruit os suum.

Psalmus 89.

Dómine, refúgium factus es nobis: * à generatióne in generatiónem.

Priúsquam montes fierent, aut formarêtur terra, & orbis: * à sǽculo & usque in sǽculum tu es Deus.

Ne avértas hóminem in humilitátem: * & dixísti: Convertímini fílij hóminum.

Quóniàm mille anni ante óculos tuos, * tamquam dies hestérna, quæ prætérijt,

Et custódia in nocte, * quæ pro níhilo habéntur, eórum anni erunt.

Manè sicut herba tránseat, manè flóreat, & tránseat: * véspere décidat, indûret, & aréscat.

Quia defécimus in ira tua, * & in furóre tuo turbáti sumus.

Posuísti iniquitátes nostras in conspéctu tuo, * sǽculum nostrum in illuminatióne vultus tui.

Quóniàm omnes dies nostri defecérunt: * & in ira tua defécimus.

Anni nostri sicut aránea meditabúntur:* dies annórum nostrórum in ipsis, septuagínta anni.

Si autem in potentátibus, octogínta anni: * & ámpliùs eórum, labor & dolor.

Quóniàm supervénit mansuetúdo: * & corripiémur.

Quis novit potestátem iræ tuæ:* & præ timóre tuo iram tuam dinumeráre?

Q 4 Dex-

UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Déxteram tuam sic notam fac: * & erudítos corde in sapiéntia.

Convértere Dómine usquequò? * & deprecábilis esto super servos tuos.

Repléti sumus manè misericórdia tua: * & exultávimus, & delectáti sumus ómnibus diébus nostris.

Lætáti sumus pro diébus, quibus nos humiliásti: * annis, quibus vídimus mala.

Réspice in servos tuos, & in ópera tua: * & dírige fílios eórum.

Et sit spléndor Dómini Dei nostri super nos, & ópera mánuum nostrârum dírige super nos: * & opus mánuum nostrârum dírige.

Añа. Dóminus tamquam ovis ad víctimam ductus est, & non apéruit os suum.

Antíphona. Contrîtum est cor meum in médio mei, contremuérunt ómnia ossa mea.

PSALMUS 62.

DEus Deus meus * ad te de luce vígilo.

Sitîvit in te ánima mea, * quàm multiplíciter tibi caro mea.

In terra desérta, & ínvia, & inaquósa: * sic in sancto appárui tibi, ut vidêrem virtútem tuam, & glóriam tuam.

Quóniàm mélior est misericórdia tua super vitas: * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea: * & in nómine tuo levâbo manus meas.

Sicut ádipe & pinguédine repleâtur ánima mea: * & lábijs exultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutínis meditâbor in te: * quia fuísti adiútor meus.

Et in velaménto alârum tuârum exultábo, adhæsit ánima mea pos te: * me suscêpit déxtera tua.

Ipsi verò in vanum quæsiérunt ánimam meam, introíbunt in inferióra terræ: * tradéntur in manus gládij, partes vúlpium erunt.

Rex verò lætábitur in Deo, laudabúntur omnes qui iurant in eo: * quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.

PSALMUS 66.

DEus misereâtur nostri, & benedícat nobis: * illúminet vultum suum super nos, & misereâtur nostri.

Ut cognoscâmus in terra viam tuam: * in ómnibus géntibus salutâre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus: * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur & exúltent gentes: * quóniàm iúdicas pópulos in æquitâte, & gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus, confiteántur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedíca nos Deus: * & métuant eum omnes fines terræ.

Antíphona. Contrîtum es cor meum in médio mei, contremuérunt ómnia ossa mea.

Antíphona. Exhortâtus es in virtûte tua, & in refectiône sancta tua Dómine.



CANTICUM MOYSI.

*Exódi* 15.

CAntêmus Dómino: gloriósè enim magnificâtus est, * equum & ascensórem deiécit in mare.

Fortitúdo mea, & laus mea Dóminus, * & factus es mihi in salútem:

Iste Deus meus, & glorificâbo eum: * Deus patris mei, & exaltâbo eum.

Dominus quasi vir pugnâtor, Omnipotens nomen eius. * Currus Pharaônis & exércitum eius proiécit in mare:

Elécti príncipes eius submérsi sunt in Mari rubro. * Abýssi operuérunt eos, descendérunt in profúndum quasi lapis.

Déxtera tua Dómine magnificâta est in fortitúdine: déxtera tua, Dñe, percússit inimícum. * Et in multitúdine glóriæ tuæ deposuísti adversários tuos:

Misísti iram tuam, quæ devorâvit eos sicut stípulam. * Et in spíritu furôris tui congregâtæ sunt aquæ:

Stetit unda fluens, * congregátæ sunt abýssi in médio mari.

Dixit inimícus: Pérsequar & comprehéndam, * dívidam spólia, implébitur ánima mea:

Evaginâbo gládium meum: * interfíciet eos manus mea.

Flavit spíritus tuus, & opéruit eos mare: * submérsi sunt quasi plumbum in aquis veheméntibus.

Quis símilis tui in fórtibus Dómine? * quis símilis tui, magnificus in sanctitate, terríbilis atque laudábilis, fáciens mirabília?

Extendísti manum tuam, & devorâbit eos terra. * Dux fuísti in misericórdia tua pópulo quem redemísti:

Et portásti eum in fortitúdine tua, * ad habitáculum sanctum tuum.

Ascendérunt pópuli, & iráti sunt: * dolóres obtinuérunt habitatóres Philísthijm.

Tunc conturbáti sunt príncipes Edom, robústos Moab obtínuit tremor: * obriguérunt omnes habitatóres Chánaan.

Irruat super eos formído & pavor, * in magnitúdine bráchij tui:

Fiant immóbiles quasi lapis, donec pertránseat pópulus tuus Dómine, * donec pertránseat pópulus tuus iste, quem possedísti.

Introdúces eos, & plantâbis in monte hereditâtis tuæ, * firmíssimo habitáculo tuo quod operâtus es Dómine:

Sanctuárium tuum Dómine, quod firmavérunt manus tuæ. * Dóminus regnâbit in ætérnum & ultra.

Ingréssus est enim eques Phárao cum cúrribus & equítibus eius in mare: * & redúxit super eos Dóminus aquas maris:

Filij autem Israël ambulavérunt per siccum * in médio eius.

Antíphona. Exhortâtus es in virtûte tua, & in refectiône sancta tua Dómine.

An-

Antíphona. Oblâtus est quia ipse vóluit, & peccâta nostra ipse portâvit.

PSALMUS 148.

LAudâte Dóminum de cælis: * laudâte eum in excélsis.

Laudâte eum omnes ángeli eius: * laudâte eum omnes virtûtes eius.

Laudâte eum sol & luna: * laudâte eum omnes stellæ, & lumen.

Laudâte eum cæli cælórum: * & aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandâvit, & creâta sunt.

Státuit ea in ætérnum, & in sæculum sæculi: * præcéptum pósuit, & non præteribit.

Laudâte Dóminum de terra, * dracónes, & omnes abýssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellârum: * quæ faciunt verbum eius:

Montes, & omnes colles: * ligna fructífera, & omnes cedri.

Béstiæ, & univérsa pécora: * serpéntes, & vólucres pennátæ:

Reges terræ, & omnes pópuli: * príncipes, & omnes iúdices terræ.

Iúvenes, & vírgines: senes cum iunióribus laudent nomen Dómini: * quia exaltâtum est nomen eius solius.

Conféssio eius super cælum, & terram: * & exaltâvit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis eius: * filijs Israël, pópulo appropinquánti sibi.

PSALMUS 149.

CAntâte Dómino cánticum novum: * laus eius in ecclésia sanctórum.

Lætêtur Israël in eo, qui fecit eum: * & filij Sion exúltent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro: * in týmpano, & psaltério psallant ei:

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo: * & exaltâbit mansuétos in salûtem.

Exultábunt sancti in glória: * lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eôrum: * & gládij ancipites in mánibus eórum:

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus: * increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eôrum in compédibus: * & nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis iudícium conscríptum: * glória hæc est ómnibus sanctis eius.

PSALMUS 150.

LAudâte Dóminum in sanctis eius: * laudâte eum in firmaménto virtûtis eius.

Laudâte eum in virtútibus eius: * laudâte eum secúndùm multitúdinem magnitúdinis eius.

Laudâte eum in sono tubæ: * laudâte eum in psaltério, & cíthara.

Laudâte eum in týmpano, & choro: * laudâte eum in chordis, & órgano.

Laudâte eum in cýmbalis benesonántibus: laudâte eum in cýmbalis iubilatiônis: * omnis spíritus laudet Dóminum.

Antíphona. Oblâtus est quia ipse vóluit, & peccâta nostra ipse portâvit.

Capítulum & Hymnus non dicúntur. ℣. Homo pacis meæ, in quo sperávi. ℟. Qui edêbat panes meos, ampliávit advérsùm me supplantatiônem.

Ad Benedictus, Antíphona. Tráditor autem dedit eis signum, dicens: Quem osculâtus fúero, ipse est, tenête eum.



CANTICUM ZACHARIÆ.

*Lucæ* 1. *g*

BEnedíctus Dóminus Deus Israël, * quia visitâvit, & fecit redemptiônem plebis suæ:

Et eréxit cornu salûtis nobis: * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui à sæculo sunt, prophetârum eius:

Salûtem ex inimícis nostris, * & de manu ómnium, qui odérunt nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * & memorári testaménti sui sancti.

Iusiurándum, quod iurâvit ad Abraham patrem nostrum, * datûrum se nobis:

Ut sine timôre, de manu inimicôrum nostrórum liberâti, * serviâmus illi.

In sanctitâte, & iustítia coram ipso, * ómnibus diêbus nostris.

Et tu puer, prophêta Altíssimi vocáberis: * præibis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius:

Ad dandam sciéntiam salûtis plebi eius: * in remissiônem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitâvit nos, óriens ex alto:

Illumináre his, qui in ténebris, & in umbra mortis sedent: * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Antíphona. Tráditor autem dedit eis signum, dicens: Quem osculâtus fúero, ipse est, tenête eum.

Interim dum dícitur Cánticum. Benedíctus. extínctis priùs ómnibus candélis in candelábro triangulári, præter unam, quæ pósita est in summitâte candelábri, extinguúntur paulátim sex candélæ pósitæ à princípio supra altáre, ita ut in último versu extinguátur última candéla; simíliter extinguúntur lampades & luminária per Ecclésiam. Cùm repetitur. Antíphona. Tráditor. accípitur supréma candéla ex candelábro, & abscónditur sub altári in cornu Epístolæ. Repetíta Antíphona post Benedíctus. dícitur ℣. Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem. Secúnda nocte ádditur, Mortem autem crucis. Tértia nocte ádditur, Propter quod & Deus exaltâvit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

Et sic dícitur étiam per omnes Horas diéi.

Cùm incípitur ℣. Christus factus est. omnes genufléc-

tunt, & eo finito, dicitur Pater noster. totum suo siléntio: posteà Psalmus. Miserére mei. 246. aliquantulùm altiùs: quo finito sine Orémus, dicitur simili voce.

Oratio.

RÉspice, quǽsumus Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Iesus Christus non dubitávit manibus tradi nocéntium, & crucis subire torméntum. sed Qui tecum. dicitur sub siléntio.

Finita Oratióne, fit fragor & strépitus aliquantulùm: mox profertur candéla accénsa de sub altari, & omnes surgunt, & cum siléntio discédunt.

## AD HORAS.

Prima, Tértia, Sexta, & Nona, dictis secreto, Pater noster. Ave María. & ad Primam. Credo. absolutè inchoantur à Psalmis consuétis, qui ad Primam sunt, ut in Festis: quibus finitis dícitur. ℣. Christus factus est pro nobis. &c. flexis génibus; & dicitur secrétò, Pater noster. Psalmus. Miserére. Orátio. Réspice, quǽsumus. sicut in Laudibus. 252.

In hoc tríduo non annunciátur aliquid de Martyrologio, nec dicitur Pretiósa.

## AD VESPERAS.

Vésperæ, dicto secrétò, Pater noster. Ave María. inchoántur absolutè à prima Antiphona, sine cantu.

Aña. Cálicem salutáris accípiam, & nomen Dñi invocábo.

Psalmus 115.

CRédidi, propter quod locútus sum: * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo: * Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino, * pro ómnibus, quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: * & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus: * pretiósa in conspéctu Dómini mors Sanctórum ejus:

O Dómine quia ego servus tuus: * ego servus tuus, & filius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea: * tibi sacrificábo hóstiam laudis, & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus: * in átrijs domus Dómini, in médio tui Ierúsalem.

Antiphona. Cálicem salutáris accípiam, & nomen Dómini invocábo.

Antiphona. Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus: dum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Psalmus 119.

AD Dóminum cùm tribulárer clamávi: * & exaudívi me.

Dómine líbera ánimam meam à lábijs iníquis, * & à lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolósam?

Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatórijs.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est: habitávi cum habitántibus Cedar: * multùm íncola fuit ánima mea.

Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: * cùm loquébar illis, impugnábant me gratis.

Antiphona. Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus: dum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Aña. Ab homínibus iníquis líbera me Dómine.

Psalmus 139.

ERipe me Dómine ab hómine malo: * à viro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes in corde: * tota die constituébant prǽlia.

Acuérunt linguas suas sicut serpéntis: * venénum áspidum sub lábijs eórum.

Custódi me Dómine de manu peccatóris: * & ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt supplantáre gressus meos: * abscondérunt supérbi láqueum mihi:

Et funes extendérunt in láqueum: * juxta iter scándalum posuérunt mihi.

Dixi Dómino: Deus meus es tu: * exáudi Dómine vocem deprecatiónis meæ.

Dómine, Dómine virtus salútis meæ: * obumbrásti super caput meum in die belli:

Ne tradas me Dómine à desidério meo peccatóri: * cogitavérunt contra me, ne derelínquas me, ne fortè exalténtur.

Caput circúitus eórum: * labor labiórum ipsórum opériet eos.

Cadent super eos carbónes, in ignem dejícies eos: * in misérijs non subsistent.

Vir linguósus non dirigétur in terra: * virum injústum mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciet Dóminus judícium ínopis: * & vindíctam páuperum.

Verúmtamen justi confitebúntur nómini tuo: * & habitábunt recti cum vultu tuo.

Antiphona. Ab homínibus iníquis líbera me Dómine.

Antiphona. Custódi me à láqueo, quem statuérunt mihi; & à scándalis operántium iniquitátem.

Psalmus 140.

DOmine clamávi ad te, exáudi me: * inténde voci meæ, cùm clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo: * elevátio mánuum meárum sacrifícium vespertínum.

Pone Dómine custódiam ori meo: * & óstium circumstántiæ lábijs meis.

Non declínes cor meum in verba malítiæ, * ad excusándas excusatiónes in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem: * & non communicábo cum eléctis eórum.

Corrípiet me justus in misericórdia, & increpábit me: * óleum autem peccatóris non impínguet caput meum.

Sa- Quó-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Quóniàm adhuc & orátio mea in beneplácitis eòrum:* absórpti sunt iuncti petræ iúdices eórum.
Audient verba mea quóniàm potuérunt: * sicut crassitúdo terræ erúpta est super terram.
Dissipâta sunt ossa nostra secus inférnum: * quia ad te Dómine, Dómine óculi mei: in te sperávi, non áuferas ánimam meam.
Custódi me à láqueo, quem statuérunt mihi: * & à scándalis operántium iniquitâtem.
Cadent in retiáculo eius peccatóres: * singuláriter sum ego donec tránseam.
Antiphona. Custódi me à láqueo, quem statuérunt mihi, & à scándalis operántium iniquitâtem.
Antiphona. Considerâbam ad déxteram, & vidêbam: & non erat qui cognósceret me.

Psalmus 141.

Voce mea ad Dóminum clamávi: * voce mea ad Dóminum deprecâtus sum:
Effúndo in conspéctu eius oratiónem meam, * & tribulatiónem meam ante ipsum pronúncio.
In deficiéndo ex me spíritum meum, * & tu cognovisti sémitas meas.
In via hac, qua ambulâbam, * abscondérunt láqueum mihi.
Considerâbam ad déxteram, & vidêbam: * & non erat qui cognósceret me.
Périjt fuga à me, * & non est qui requírat ánimam meam.
Clamávi ad te Dómine, * dixi: Tu es spes mea, pórtio mea in terra vivéntium.
Inténde ad deprecatiónem meam: * quia humiliâtus sum nimis.
Líbera me à persequéntibus me: * quia confortáti sunt super me.
Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo: * me expéctant iusti, donec retríbuas mihi.
Antiphona. Considerâbam ad déxteram, & vidêbam: & non erat qui cognósceret me.

Capitulum, Hymnus, & ℣. non dicuntur in hoc triduo.

Ad Magníficat, Antiphona.

Cœnántibus autem illis, accêpit Iesus panem, & benedíxit, ac fregit, dedítque discípulis suis.

Cánticum B. Maríæ Virginis.

*Lucæ* 1. *e*

Magníficat * ánima mea Dóminum:
Et exultâvit spíritus meus * in Deo salutári meo.
Quia respéxit humilitâtem ancíllæ suæ: * ecce enim ex hoc beâtam me dicent omnes generatiónes.
Quia fecit mihi magna qui potens est: * & sanctum nomen eius.
Et misericórdia eius à progénie in progénies * timéntibus eum.
Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.
Depósuit poténtes de sede, * & exaltâvit húmiles.
Esu-



Esuriéntes implêvit bonis: * & dívites dimísit inánes.
Suscêpit Israël púerum suum, * recordâtus misericórdiæ suæ.
Sicut locûtus est ad patres nostros, * Abraham, & sémini eius in sæcula.
Antiphona. Cœnántibus autem illis, accêpit Iesus panem, & benedíxit, ac fregit, dedítque discípulis suis. ℣. Christus factus est. cum réliquis, ùt suprà in Láudibus. 251.

Ad Completórium non dícitur, Iube domne. nec Léctio brevis, nec Adiutórium. neque Orátio Domínica, sed facta Confessióne & Absolutióne incípitur à Psalmo. Cùm invocârem. Dictis Psalmis dícitur. Nunc dimíttis. Deindè ℣. Christus factus est. cum réliquis ùt suprà ad Laudes. 251.

Sic terminántur omnes Horæ in hoc triduo usque ad Vésperas Sabbati sancti.

## FERIA SEXTA
### In Parascêve.

AD MATUTINUM.

In primo Nocturno, Aña.

Astitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum, advérsùs Dóminum, & advérsùs Christum eius. Psalmus. Quare fremuérunt Gentes. 4. Antíphona. Divisérunt sibi vestiménta mea, & super vestem meam misérunt sortem. Psalmus. Deus, Deus meus, réspice. 32. Antíphona. Insurrexérunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Psalmus. Dóminus illuminátio mea. 49. ℣. Divisérunt sibi vestiménta mea. ℟. Et super vestem meam misérunt sortem.

In secúndo Nocturno, Aña.

Vim faciêbant, qui quærêbant ánimam meam. Psalmus. Dómine, ne in furóre tuo. 58. Antíphona. Confundántur & revereántur, qui quærunt ánimam meam, ut áuferant eam. Psalmus. Expéctans expectávi Dóminum. 64. Antiph. Aliéni insurrexérunt in me, & fortes quæsiérunt ánimam meam. Psalm. Deus in nómine tuo. 23. ℣. Insurrexérunt in me testes iniqui. ℟. Et mentita est iníquitas sibi.

In tértio Nocturno, Aña.

Ab insurgéntibus in me líbera me Dómine, quia occupavérunt ánimam meam. Psalmus. Eripe me de inimícis meis. 76. Antíphona. Longè fecísti notos meos à me: tráditus sum, & non egrediêbar. Psalmus. Dómine Deus salûtis meæ. 101. Aña. Captábunt in ánimam iusti: & sánguinem innocéntem condemnábunt. Psalmus. Deus ultiónum Dóminus. 104. ℣. Locúti sunt advérsùm me lingua dolósa. ℟. Et sermónibus odij circumdedérunt me, & expugnavérunt me gratis.

Ad Laudes, Antiphona.

Proprio Fílio suo non pepércit Deus, sed pro nobis ómnibus trádidit illum. Psalm. Miserêre mei Deus. 246.
An-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Antiphona. Anxiâtus est super me spíritus meus, in me turbâtum est cor meum.

Psalmus 142.

Domine exáudi oratiônem meam: áuribus pércipe obsecratiónem meam in veritâte tua: * exáudi me in tua iustítia.

Et non intres in iudícium cum servo tuo: * quia non iustificâbitur in conspéctu tuo omnis vivens.

Quia persecûtus est inimícus ánimam meam: * humiliâvit in terra vitam meam.

Collocâvit me in obscúris sicut mórtuos sǽculi: * & anxiâtus est super me spíritus meus, in me turbâtum est cor meum.

Memor fui diêrum antiquórum, meditâtus sum in ómnibus opéribus tuis: * in factis mánuum tuârum meditâbar.

Expándi manus meas ad te: * ánima mea sicut terra sine aqua tibi:

Velóciter exáudi me Dómine: * defécit spíritus meus.

Non avértas fáciem tuam à me: * & símilis ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè misericórdiam tuam: * quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem: * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis Dómine, ad te confúgi: * doce me fácere voluntâtem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedûcet me in terram rectam: * propter nomen tuum Dómine vivificâbis me, in æquitâte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam: * & in misericórdia tua dispérdes inimícos meos.

Et perdes omnes, qui tríbulant ánimam meam: * quóniam ego servus tuus sum.

Aña. Anxiâtus est super me spíritus meus, in me turbâtum est cor meum.

Aña. Ait latro ad latrônem: Nos quidem digna factis recípimus, hic autem quid fecit? Meméntò mei Dómine, dum véneris in regnum tuum. Psalmus. Deus Deus meus. 248.

Aña. Cùm conturbâta fúerit ánima mea, Dómine, misericórdiæ memor eris.

Canticum Habacuc.

*Cap 3.*

Domine audívi auditiônem tuam, * & tímui.

Dómine opus tuum * in médio annórum vivífica illud:

In médio annorum notum fácies: * cùm irâtus fúeris, misericórdiæ recordáberis.

Deus ab Austro véniet, * & sanctus de monte Pharan:

Opéruit cælos glória eius: * & laudis eius plena est terra.

Splendor eius ùt lux erit: * córnua in mánibus eius:

Ibi abscóndita est fortitûdo eius: * ante fáciem eius ibit mors.

Egrediêtur diábolus ante pedes eius. * Stetit, & mensus est terram.

Aspéxit, & dissólvit Gentes: * & contríti sunt montes sǽculi.

Incur-



Incurváti sunt colles mundi, * ab itinéribus æternitâtis eius.

Pro iniquitâte vidi tentória Æthiopiæ, * turbabúntur pelles terræ Mádian.

Numquid in flumínibus irâtus es Dómine? * aut in flumínibus furor tuus? vel in mari indignátio tua?

Qui ascéndes super equos tuos: * & quadrígiæ tuæ salvátio.

Súscitans suscitâbis arcum tuum: * iuraménta tríbubus quæ locûtus es:

Flúvios scindes terræ: vidérunt te, & doluérunt montes: * gurges aquârum tránsijt.

Dedit abýsus vocem suam: * altitûdo manus suas levâvit.

Sol, & luna stetérunt in habitáculo suo, * in luce sagittârum tuârum, ibunt in splendóre fulgurántis hastæ tuæ.

In frémitu conculcâbis terram: * & in furóre obstupefácies Gentes.

Egréssus es in salûtem pópuli tui: * in salûtem cum Christo tuo:

Percussísti caput de domo ímpij: * denudásti fundaméntum eius usque ad collum.

Maledixísti sceptris eius, cápiti bellatórum eius, * veniéntibus ut turbo ad dispergéndum me.

Exultátio eórum * sicut eius, qui dévorat páuperem in abscóndito.

Viam fecísti in mari equis tuis, * in luto aquârum multârum.

Audívi, & conturbâtus est venter meus: * à voce contremuérunt lábia mea.

Ingrediâtur putrêdo in óssibus meis, * & subter me scáteat.

Ut requiéscam in die tribulatiónis: * ut ascéndam ad pópulum accínctum nostrum.

Ficus enim non florêbit: * & non erit germen in víneis.

Mentiétur opus olívæ: * & arva non afferent cibum.

Abscindêtur de ovíli pecus: * & non erit arméntum in præsépibus.

Ego autem in Dómino gaudébo: * & exultâbo in Deo Iesu meo.

Deus Dómino fortitûdo mea: * & ponet pedes meos quasi cervórum.

Et super excélsa mea dedûcet me victor * in psalmis canéntem.

Aña. Cùm conturbâta fúerit ánima mea Dómine, misericórdiæ memor eris.

Aña. Meménto mei Dómine, dum véneris in regnum tuum. Psalmus. Laudâte Dóminum de cælis. 250. ℣. Collocâvit me in obscúris ℟. Sicut mórtuos sǽculi.

Ad Benedictus, Antiphona. Posuérunt super caput eius causam ipsius scriptam: Iesus Nazarênus Rex Iudæórum. ℣. Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem, mortem àutem crucis. Pater noster. secrétò. Psalmus. Miserêre mei Deus. 246.

Oratio.

Respice, quǽsumus Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus



nos-

noster Iesus Christus non dubitábit mánibus tradi nocéntium, & crucis subíre torméntum. Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus sancti Deus.

Ad Vésperas, Antíphonæ, & Psalmi præterítæ diéi dicúntur sine cantu. 252.

Ad Magníficat, Antíphona, Cùm accepísset acétum, dixit: Consummátum est: & inclináto cápite emísit spíritum. ℣. Christus factus est. & ália ut suprà.

## SABBATO SANCTO.

### AD MATUTINUM.

In primo Noctúrno, Aña. In pace in idípsum, dórmiam & requiéscam. Psalmus. Cùm invocárem. 148. Antíphona. Habitábit in tabernáculo tuo, requiéscet in monte sancto tuo. Psalm. Dómine, quis habitábit. 9. Antíphona. Caro mea requiéscet in spe. Psalm. Consérva me Dómine. 10. ℣. In pace in idípsum. ℟. Dórmiam & requiéscam.

In secúndo Noctúrno, Aña. Elevámini portæ æternáles, & introíbit Rex glóriæ. Psalmus. Dómini est terra. 30. Antíphona. Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium. Psalmus. Dóminus illuminátio mea. 49. Antíphona. Dómine abstraxísti ab ínferis ánimam meam. Psalmus. Exaltábo te Dómine. 51. ℣. Tu autem Dómine miserére mei. ℟. Et resuscita me, & retríbuam eis.

In tértio Noctúrno, Aña. Deus ádiuvat me, & Dóminus suscéptor est ánimæ meæ. Psalmus. Deus in nómine tuo. 23. Antíphona. In pace factus est locus eius, & in Sion habitátio eius. Psalmus. Notus in Iudǽa Deus. 89. Antíphona. Factus sum sicut homo sine adjutório, inter mórtuos liber. Psalmus. Dómine Deus salútis meæ. 101. ℣. In pace factus est locus eius. ℟. Et in Sion habitátio eius.

Ad Laudes, Antíphona. O mors, ero mors tua, morsus tuus ero inférne. Psalmus. Miserére mei Deus. 246. Antíphona. Plangent eum quasi unigénitum, quia ínnocens Dóminus occísus est.

PSALMUS 42.

Iúdica me Deus, & discérne causam meam de gente non sancta, * ab hómine iníquo & dolóso érue me.

Quia tu es Deus fortitúdo mea: * quare me repulísti? & quare tristis incédo, dum afflígit me inimícus?

Emítte lucem tuam & veritátem tuam, * ipsa me deduxérunt, & adduxérunt in montem sanctum tuum, & in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei: * ad Deum, qui lætíficat juventútem meam.

Confitébor tibi in cíthara Deus Deus meus: * quare tristis es ánima mea? & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniàm ádhuc con-



confitébor illi: * salutáre vultus mei, & Deus meus.

Antíphona. Plangent eum quasi unigénitum, quia ínnocens Dóminus occísus est.

Aña. Atténdite univérsi pópuli, & vidéte dolórem meum. Psalmus. Deus Deus meus. 248. Aña. A porta ínferi érue Dómine ánimam meam.

CANTICUM EZECHIÆ.

*Isaiæ 38. b*

Ego dixi: In dimídio diérum meórum * vadam ad portas ínferi.

Quæsívi resíduum annórum meórum. * Dixi: Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium.

Non aspíciam hóminem ultrà, * & habitatórem quiétis.

Generátio mea abláta est; & convolúta est à me, * quasi tabernáculum pastórum:

Præcísa est velut à texénte, vita mea: dum adhuc ordírer, succídit me: * de manè usque ad vésperam fínies me.

Sperábam usque ad manè, * quasi leo sic contrívit ómnia ossa mea:

De manè usque ad vésperam fínies me: * sicut pullus hirúndinis sic clamábo, meditábor ùt colúmba:

Attenuáti sunt óculi mei, * suspiciéntes in excélsum:

Dómine vim pátior, respónde pro me. * Quid dicam, aut quid respondébit mihi, cùm ipse fécerit?

Recogitábo tibi omnes annos meos * in amaritúdine ánimæ meæ.

Dómine si sic vívitur, & in tálibus vita spíritus mei, corrípies me, & vivificábis me. * Ecce in pace amaritúdo mea amaríssima:

Tu autem eruísti ánimam meam ut non períret, * proiecísti post tergum tuum ómnia peccáta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi, neque mors laudábit te: * non expectábunt qui descéndunt in lacum, veritátem tuam.

Vivens vivens ipse confitébitur tibi, sicut & ego hódiè: * pater filijs notam fáciet veritátem tuam.

Dómine salvum me fac, * & psalmos nostros cantábimus cunctis diébus vitæ nostræ in domo Dómini.

Antíphona. A porta ínferi érue Dómine ánimam meam.

Aña. O vos omnes qui transítis per viam, atténdite & vidéte, si est dolor sicut dolor meus. Psalmus. Laudáte Dóminum de cælis 250. ℣. Caro mea requiéscet in spe. ℟. Et non dabis sanctum tuum vidére corruptiónem.

Ad Benedíctus, Antíphona. Mulíeres sedéntes ad monuméntum lamentabántur, flentes Dóminum. ℣. Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltávit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Pater noster. secrétò. Psalmus. Miserére mei Deus, 246.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ORATIO.

Respice, quæsumus Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dominus noster Iesus Christus non dubitâvit mánibus tradi nocéntium, & crucis subire torméntum. Qui tecum vivit.

Et sic dicitur usque ad Nonam. Dictis Horis ut suprà. 252. dicitur Missa ut in Ordinário, & facta Communione Sacerdótis, statim pro Vésperis dicitur Antíphona. Allelúia, allelúia, allelúia.

PSALMUS 116.

Laudâte Dóminum omnes Gentes: * laudâte eum omnes pópuli:

Quóniam confirmâta est super nos misericórdia eius: * & véritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri, & Fílio.

Sicut erat in princípio.

Et repetitur Antíphona. Allelúia, allelúia, allelúia. Capítulum, Hymnus & ℣. non dicúntur.

Ad Magníficat, Antíphona. Véspere autem Sábbati, quæ lucéscit in prima Sábbati, venit María Magdaléne, & áltera María vidêre sepúlchrum, allelúia. Cánticum. Magníficat. 254. cum Glória Patri. Et repetitur Antíphona. Véspere autem Sábbati.

Deindè dicit Sacérdos; Dóminus vobíscum.

Orêmus. ORATIO.

Spíritum nobis, Dómine, tuæ charitâtis infúnde, ut quos Sacraméntis Paschálibus satiásti, tua fácias pietâte concórdes. Per Dóminum. In unitâte eiusdem Spíritus sancti.

Deindè. Dóminus vobíscum.

Posteà Diáconus dicit. Ite missa est, allelúia, allelúia. ℟. Deo grátias, allelúia, allelúia.

Extra Chorum, dicto Pater noster. & Ave María. Vésperæ inchoántur absolutè ab Antíphona. Allelúia. cum réliquis ut suprà, & loco Ite missa est, allelúia, allelúia. dícitur. ℣. Benedicámus Dómino, allelúia, allelúia. ℟. Deo grátias, allelúia, allelúia.

Deindè ádditur Pater noster. & nihil áliud.

Ad Completórium. Iube domne. Léctio brevis Fratres, Sóbrij estôte. ℣. Adiutórium nostrum. Pater noster. & facta Confessiône & Absolutióne dicitur ℣. Convérte nos Deus. ℟. Deus in adiutórium. Glória Patri. & ámplius non dícitur. Laus tibi Dómine, Rex ætérnæ glóriæ. sed ejus loco deinceps dícitur. Allel.

Deindè sine Antíphona dicúntur Psalmi consuéti. Capítulum, ℣. & Hymnus non dicúntur.

Ad Nunc dimíttis, Antíphona. Véspere autem Sábbati.

CANTICUM SIMEONIS.

*Lucæ 2. c*

Nunc dimíttis servum tuum Dómine, * secúndùm verbum tuum in pace:

Quia



Quia vidérunt óculi mei * salutâre tuum,

Quod parásti * ante fáciem ómnium populôrum.

Lumen ad revelatiónem géntium, * & glóriam plebis tuæ Israël.

Glória Patri, & Fílio.

Antíphona. Véspere autem Sábbati, quæ lucéscit in prima Sábbati, venit María Magdaléne, & áltera María vidêre sepúlchrum, allelúia. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

ORATIO.

Visita, quæsumus Dómine, habitatiónem istam, & omnes insídias inimíci ab ea longè repélle: Angeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant: & benedíctio tua sit super nos semper. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo. ℣. Benedicâmus Dómino. ℟. Deo grátias. Benedíctio. Benedicat, & custódiat nos omnípotens & miséricors Dóminus, Pater, & Fílius, & Spíritus sanctus. ℟. Amen.

Antíphona. Regina cæli. ut in Psaltério. 152.

Et non flectúntur génua toto témpore Paschali.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS





# DOMINICA RESURRECTIONIS.

## AD MATUTINUM.

Invitatórium.

SUrréxit Dóminus verè, * Allelúia. Psalmus. Venite, exultêmus. 2.

Hymni & Capitula non dicúntur in aliqua Horârum, usque ad Vésperas Sábbati in Albis, nec Versículi, nisi in Noctúrno.

Ad Noctúrnum, Antíphona.

Ego sum qui sum, & consilium meum non est cum ímpijs, sed in lege Dómini volúntas mea est, allelúia. Psalmus. Beâtus vir, qui non ábijt. 3. Aña. Postulávi Patrem meum, allelúia, dedit mihi gentes, allelúia, in hereditâtem, allelúia. Psalmus. Quâre fremuérunt Gentes. 4. Aña. Ego dormívi, & somnum cepi: & exurréxi, quóniàm Dóminus suscêpit me, allelúia, allelúia. Psalm. Dómine, quid multiplicáti. 4.

℣. Surréxit Dóminus de sepúlchro, allelúia. ℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.

Ad Laudes, Antíphona.

ANgelus autem Dómini descéndit de cælo, & accédens revólvit lápidem, & sedêbat super eum, allelúia, allelúia. Psalm. Dóminus regnâvit. cum reliq. 18. Antíphona. Et ecce terræmótus factus est magnus: Angelus enim Dómini descéndit de cælo, allelúia. Aña. Erat autem aspéctus eius sicut fulgur, vestiménta autem eius sicut nix, allelúia, allelúia. Aña. Præ timôre autem eius extérriti, sunt custódes, & facti sunt velut mórtui, allelúia. Aña. Respóndens autem Angelus, dixit mulíeribus: Nolite timêre: scio enim quòd Iesum quǽritis, allelúia.

Capítulum, Hymnus & ℣. non dicúntur, sed eorum loco Antíphona.

HÆC dies, quam fecit Dóminus: exultêmus, & lætêmur in ea.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Et valdè manè una Sabbatôrum véniunt ad monuméntum, orto iam sole, allelúia.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die per Unigénitum tuum æternitâtis nobis áditum devícta morte reserásti: vota nostra quæ præveniéndo aspíras, étiam adiuvándo proséquere. Per eúmdem Dóminum.

℣. Dóminus vobíscum. ℣. Benedicâmus Dómino, allelúia, allelúia. ℟. Deo grátias, allelúia, allelúia.

Sic dícitur in Vésperis & Láudibus tantùm usque ad Vésperas Sábbati in Albis exclusive.

Ad Prímam, Tértiam, Sextam, & Nonam, post Deus in adiutórium. & Glória Patri

tri. dicúntur Psalmi consuéti: ad Primam tamen ùt in Festis, scilicèt, Deus in nómine tuo. 23. Beáti immaculáti. & Retríbue. 25. quibus finitis dicitur Aña. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exultêmus, & lætêmur in ea. Posteà Orátio, quæ ad Primam dícitur, ùt in Psalt. Dómine Deus omnípotens. 28. Pretiosa. cum reliquis, & ad Absolutiónem Capítuli, Léctio brevis. Si consurrexístis cum Christo. ùt in Psaltério. 29.

Ad álias autem Horas, post Añam. Hæc dies. dícitur Orátio quæ pónitur in Láudibus.

Ad Vésperas, Aña. Angelus áutem Dómini. cum reliquis de Láudibus. 263. & Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125.

Et sic dícitur usque ad Vésperas Sabbati.

Posteà Antíphona. Hæc dies quam fecit Dóminus: exultêmus, & lætêmur in ea.

Ad Magníficat, Antíphona.

Et respiciéntes vidérunt revolútum lápidem: erat quippè magnus valdè, allelúia.

Orátio. Deus, qui hodiérna. ùt suprà. 263.

Ad Completórium, dicto ℣. Iube domne. Fratres, Sóbrij estóte. ℟. Adiutórium nostrum. Pater noster. & facta Confessióne, & Absolutióne, post ℣. Convérte nos Deus. ℣. Deus in adiutórium. Glória Patri. Allelúia. dicúntur Psalmi consuéti. 145. Quibus finitis dícitur, Allelúia, allelúia, allelúia, allelúia.

Deindè Cánticum Simeónis. Nunc dimíttis. 150.

Posteà Aña. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exultêmus, & lætêmur in ea. & Orátio. Visíta, quæsumus Dómine suprà. 151.

Prædictus modus Horárum servâtur usque ad Vésperas Sabbati in Albis.

## FERIA SECUNDA.

Ad Matutínum, Invitatórium, Añæ, & Psalmi ad Noctum. & Laud. dicúntur ùt suprà in die Paschæ, per totam Oct. ℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúia. ℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.

Ad Benedictus, Antíphona.

Iesus, iunxit se discípulis suis in via, & ibat cum illis: óculi autem eórum tenebántur, ne eum agnóscerent: & increpávit eos dicens: o stulti & tardi corde ad credéndum in his, quæ locúti sunt Prophétæ, allelúia.

ORATIO.

Deus, qui solemnitâte Paschâli, mundo remédia contulisti: pópulum tuum, quæsumus, cælésti dono proséquere; ut & perféctam libertâtem cónsequi mereâmur, & ad vitam profíciat sempitérnam. Per Dóminum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Qui sunt hi sermónes, quos confértis ad ínvicem ambulántes, & estis tristes? allelúia.

## FERIA TERTIA.

Ad Matutínum.

℣. Surréxit Dóminus verè allel.
℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

Ad Benedictus, Aña. Stetit Iesus in médio discipulòrum suórum, & dixit ei: Pax vobis, allelúia, allelúia.

ORATIO.

Deus, qui Ecclésiam tuam novo semper fœtu multíplicas: concéde fámulis tuis; ut sacraméntum vivéndo téneant, quod fide percepérunt. Per Dóminum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Vidète manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum, allelúia, allelúia.

## FERIA QUARTA.

Ad Matutínum.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia.
℟. Viso Dómino, allelúia.

Ad Benedictus, Aña. Míttite in déxteram navígij rete, & inveniétis, allelúia.

ORATIO.

Deus, qui nos resurrectiònis domínicæ ánnua solemnitâte lætíficas: concéde propítius; ut per temporália festa, quæ ágimus, pervenîre ad gáudia ætérna mereâmur. Per eúmdem Dóminum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Dixit Iesus discípulis suis: Afférte de píscibus, quos prendidístis nunc. Ascéndit autem Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis píscibus, allelúia.

## FERIA QUINTA.

Ad Matutínum.

℣. Surréxit Dóminus de sepúlchro, allelúia. ℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.

Ad Benedictus, Antíphona.

María stabat ad Monuméntum plorans, & vidit duos Angelos in albis, sedéntes, & sudárium quod fúerat super caput Iesu, allelúia.

ORATIO.

Deus, qui diversitâtem Géntium in confessióne tui nóminis adunásti: da, ut renátis fonte baptísmatis, una sit fides méntium, & píetas actiónum. Per Dóminum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Tulérunt Dóminum meum, & néscio ubi posuérunt eum: si tu sustulísti eum, cítito mihi, allelúia, & ego eum tollam, allelúia.

## FERIA SEXTA.

Ad Matutínum.

℣. Surréxit Dóminus verè, allel.
℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

Ad Benedictus, Antíphona.

Undecim discípuli in Galilæa vidéntes Dóminum adoravérunt, allelúia.

ORATIO.

Omnípotens sempitérne Deus, qui Paschâle Sacraméntum in reconciliatiónis humánæ fœ́dere contulísti: da méntibus nostris; ut quod proféssióne celebrâmus, imitêmur efféctu. Per Dóminum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Data est mihi omnis potéstas in cælo & in terra, allelúia.

## SABBATO IN ALBIS.

Ad Matutínum.

℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia.
℟. Viso Dómino, allelúia.

Ad Benedictus, Aña. Currébant duo simul, ille álius discípulus præcucúrrit cítius Petro, & venit prior ad monuméntum, allelúia.

ORATIO.

Concéde quæsumus omnípotens Deus: ut qui festa Paschália venerándo égimus, per



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

per hæc contíngere ad gáudia ætérna mereámur. Per Dóminum nostrum.

Ad Vésperas Officium fit dup. Antiphona. Allelúia, allelúia, allelúia. Psalmus. Benedíctus Dóminus Deus meus. cum réliquis de Psaltério. 143.

CAPITULUM. 1. *Joán.* 5.

Charíssimi, Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victória, quæ vincit mundum, fides nostra.

HYMNUS.

Ad régias Agni dapes
Stolis amícti cándidis
Post tránsitum maris Rubri
Christo canámus Príncipi.
Divína cuius Cháritas
Sacrum propínat Sánguinem,
Almíque membra córporis
Amor Sacérdos ímmolat.
Sparsum cruórem póstibus
Vastátor horret Angelus;
Fugítque divísum mare:
Merguntur hostes flúctibus.
Iam Pascha nostrum Christus est,
Paschális idem Víctima,
Et pura puris méntibus
Sinceritátis ázyma.
O vera cæli Víctima,
Subiécta cui sunt tártara,
Solúta mortis víncula,
Recépta vitæ præmia.
Victor subáctis ínferis
Trophæa Christus éxplicat,
Cæloque apérto, súbditum
Regem tenebrárum trahit.
Ut sis perénne méntibus
Paschále Iesu gáudium,
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui à mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sǽcula. Amen.

Sic terminántur omnes Hymni eiusdem metri usque ad Ascensiónem, prætérquam in Officio B. Maríæ, & in Hymno S. Crucis ad Vésperas.

℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia. ℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona. Cùm esset serò die illa una sabbatórum, & fores essent clausæ, ubi erant discípuli congregáti in unum, stetit Iesus in médio, & dixit eis: Pax vobis, allelúia.

ORATIO.

Præsta quǽsumus omnípotens Deus: ut qui Paschália festa perégimus; hæc, te largiénte, móribus & vita teneámus. Per Dóminum.

℣. Benedicámus Dómino. deinceps dicitur sine Allelúia.

Completórium dicitur ùt in Psalt. 147. omissis Précibus: & loco. Añæ. Miserére. dicitur Aña. Allelúia, allelúia, allelúia. Et in fine Antiphonæ. Salva nos. additur Allelúia.

Sic dicitur usque ad Domínicam Trinitátis exclusívè, & quando non est Duplex, nec infrà Octávam, dicúntur Preces ùt in Psaltério. 150.

Ad ℟. brévia, & ℣. per omnes Horas, iúngitur Allelúia. usque ad Sábbatum post Pentecósten; prætérquam in ℣. ad Preces Primæ & Completórij, quando dicúntur. Et quandocúmque Allelúia. iúngitur ℟. brevi, duplicátur: sed in Versículis dícitur semèl.



## DOMINICA IN ALBIS.

In Octáva Paschæ. Duplex.

Ad Matutínum, Invitatórium. Surréxit Dóminus verè, * Allelúia. Psalmus. Venite, exultémus. 2.

HYMNUS.

Rex sempitérne Cǽlitum,
Rerum Creátor ómnium
Æquális ante sǽcula,
Semper Parénti Fílius.
Nascénte qui mundo Faber
Imáginem vultus tui
Tradens Adámo, nóbilem
Limo iugásti spíritum.
Cùm livor, & fraus dǽmonis
Fœdásset humánum genus:
Tu carne amíctus, pérditam
Formam refórmans Artifex.
Qui natus olim è Vírgine,
Nunc è sepúlcro násceris,
Tecúmque nos à mórtuis
Iubes sepúltos súrgere.
Qui Pastor ætérnus gregem
Aqua lavas Baptísmatis:
Hæc est lavácrum méntium:
Hæc est sepúlchrum críminum.
Nobis diu qui débitæ
Redémptor affíxus Cruci,
Nostræ dedísti pródigus
Prétium salútis sánguinem.
Ut sis perénne méntibus
Paschále Iesu gáudium,
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui à mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sǽcula. Amen.

In primo Nocturno, Aña. Allelúia, Lapis revolútus est, allelúia: ab óstio monuménti, allelúia, allelúia.

Psalmi de Domínica, ùt in Psalt. 3. Qui dicúntur in quolibet Noct. sub una Aña. ℣. Surréxit Dóminus de sepúlchro, allelúia. ℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.

In secúndo Nocturno, Aña. Allelúia, Quem quæris múlier? allelúia: vivéntem cum mórtuis? allelúia, allelúia. Psalmus. Consérva. cum réliquis ùt in Psaltério. 10. ℣. Surréxit Dóminus verè, allelúia. ℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

In tértio Nocturno, Aña. Allelúia, Noli flere María, allelúia: resurréxit Dóminus, allelúia, allelúia. Psalm. Cæli enárrant. cum réliq. ùt in Psalt. 14. ℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia. ℟. Viso Dómino, allelúia.

Ad Laudes, Antíphona.

Allelúia, allelúia, allelúia. allelúia, allelúia, allelúia. allelúia, allelúia, allelúia. Psalmi. Dóminus regnávit. Iubiláte. Deus, Deus meus. 18. Aña. Surréxit Christus de sepúlchro, qui liberávit tres púeros de camíno ignis ardéntis, allelúia. Cánticum. Benedícite. 19. Antíphona. Allelúia, allelúia, allelúia. Psalmus. Laudáte Dóminum de cælis. 20.

CAPITULUM. 1. *Joán.* 5.

Charíssimi, Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victória, quæ vincit mundum, fides nostra.

HYM-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### HYMNUS.

AUrôra cælum púrpurat,
Æter resúltat láudibus,
Mundus triúmphans iúbilat,
Horrens avérnus ínfremit.
Rex ille dum fortíssimus
De mortis inférno specu
Patrum Senátum líberum
Edúcit ad vitæ iubar.
Cuius sepúlchrum plúrimo
Custóde signâbat lapis,
Victor triúmphat, & suo
Mortem sepúlchro fúnerat.
Sat fúneri, sat lácrymis,
Sat est datum dolóribus:
Surréxit extínctor necis,
Clamat coruscans Angelus.
Ut sis perénne méntibus
Paschâle Iesu gáudium,
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui à mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia. ℟. Cæli & terra læténtur, allelúia.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Cùm esset serò die illa una Sabbatórum, & fores essent clausæ, ubi erant discípuli congregáti in unum, stetit Iesus in médio, & dixit eis: Pax vobis, allelúia.

ORATIO.

PRæsta quǽsumus omnípotens Deus: ut qui Paschália festa perégimus; hæc te largiénte, móribus & vita teneâmus. Per Dóminum.

Ad Primam, Hymnus. Iam lucis. 23. Aña. Allelúia, allelúia, allelúia, allelúia. Psalmi. Deus in nómine tuo. 23. Beáti immaculáti. Retríbue. & Quicúmque. 25.

Prædícti Psalmi dicúntur Domínicis diébus usque ad Ascen. Capitul. Regi sæculórum. 27. ℟. breve. Christe Fili Dei vivi, miserére nobis, * Allelúia, allelúia. Christe. ℣. Qui surrexísti à mórtuis. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Christe. ℣. Exúrge Christe, ádiuva nos, allelúia. ℟. Et líbera nos propter nomen tuum, allelúia.

Et sic dícitur ℟. br. usque ad Ascens. Et quando non est Duplex, aut infrà Oct. dicúntur Preces de Dñica, ut in Psalt. 27.

Ad Absolutiónem Capituli. Léctio br. Si consurrexístis cum Christo. ut in Psaltério. 30.

Ad Tértiam & álias Horas, Aña. Allelúia, allelúia, allelúia, allelúia. Capítulum. Charíssimi, Omne. ut suprà. 266.

℟. br. Surréxit Dóminus de sepúlchro, * Allelúia, allelúia. Surréxit. ℣. Qui pro nobis pepéndit in ligno. Allelúia, allelúia. Glória. Surréxit. ℣. Surréxit Dóminus verè, allelúia. ℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

Ad Sextam, Capitul. 1. *Ioán.* 5.

QUis est autem, qui vincit mundum, nisi qui credit quóniàm Iesus est Fílius Dei? hic est qui venit per aquam & sánguinem, Iesus Christus: non in aqua solùm, sed in aqua & sánguine.

℟. br. Surréxit Dóminus verè * Allelúia, allelúia. Surréxit. ℣. Et appáruit Simóni. Allelúia, alle-



allelúia. Glória Patri. Surréxit. ℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia. ℟. Viso Dómino, allelúia.

Ad Nonam, CAPITULUM. 1. *Ioan.* 5. *b*

SI testimónium hóminum accípimus, testimónium Dei maius est: quóniàm hoc est testimónium Dei, quod maius est quóniàm testificátus est de Fílio suo. Qui credit in Fílium Dei, habet testimónium Dei in se.

℟. br. Gavísi sunt discípuli, * Allelúia, allelúia. Gavísi. ℣. Viso Dómino. Allelúia, allelúia. Glória. Gavísi. ℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia. ℟. Quóniàm advesperáscit, allelúia.

Ad Vésperas, Aña. Allelúia. allelúia, allelúia. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. Qui sub una tantùm Antíphona dicúntur.

Capitul. Charíssimi, Omne quod natum. Hymn. Ad régias Agni dapes. ut suprà in Véspris Sabbati. 266. ℣. Mane nobíscum Dñe, allelúia. ℟. Quóniàm advesperáscit, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Post dies octo iánuis clausis ingréssus Dóminus dixit eis: Pax vobis, allelúia, allelúia.

ORATIO.

PRæsta quǽsumus omnípotens Deus: ut qui Paschália festa perégimus, hæc, te largiénte, móribus & vita teneámus. Per Dóminum.

Hymni, Versículi, & ℟. brevia huius Domínicæ, dicúntur usque ad Ascensiónem étiam in feriáli Offício.

## FERIA SECUNDA.

Ad Matutínum, Invitatórium. Allelúia, allelúia, * Allelúia. Psalmus. Venite, exultémus. 2. Hymnus. Rex sempitérne. ut suprà. 268. Aña. Allelúia. Psalmus. Dóminus illuminátio. cum réliquis de Féria ii. ut in Psaltério. 49.

Psalmi Feriáles Nocturnórum & Vesperárum dicúntur sub prima Antíphona. Allelúia: usque ad Ascensiónem.

℣. Surréxit Dóminus de sepúlchro, allelúia. ℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúia.

Ad Laudes, Aña. Allelúia. Psalm. Dóminus regnávit. cum réliq. Antíphonis & Psalmis de Psaltério, ut in Domínica. 17.

CAPITULUM. *Rom.* 6. *b*

CHristus resúrgens ex mórtuis, iam non móritur, mors illi ultrà non dominábitur. Quod enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo.

### HYMNUS.

AUrôra cælum púrpurat,
Æther resúltat láudibus,
Mundus triúmphans iúbilat,
Horrens avérnus ínfremit.
Rex ille dum fortíssimus
De mortis inférno specu
Patrum Senátum líberum
Edúci ad vitæ iubar.
Cuius sepúlchrum plúrimo
Custóde signâbat lapis,
Victor triúmphat, & suo
Mortem sepúlchro fúnerat.
Sat fúneri, sat lácrymis,
Sat est datum dolóribus:
Surréxit extínctor necis,
Cla-

Clamat corúscans Angelus.
Ut sis perénne méntibus
Paschále Iesu gáudium,
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui à mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. In resurrectióne tua Christe allelúia. ℟. Cæli & terra læténtur, allelúia.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Surgens Iesus manè prima Sábbati, appáruit primò Maríæ Magdalénæ, de qua eiécerat septem dæmónia, allelúia.

Deindè dicitur Orátio Dñicæ prætéritæ. ORATIO.

Præsta quǽsumus omnípotens Deus: ut qui Paschália festa perégimus; hæc, te largiénte, móribus, & vita teneámus. Per Dominum.

Pósteà fit Commem. de Cruce, quæ Commemorátio quotídiè fit in Láudibus & Vésperis usque ad Ascensiónem, tàm in Offício de Témpore, quàm de Sanctis, nisi sit Duplex aut infrà Octávas. Aliæ Commemoratiónes de S. María, de Apóstolis, & de Pace, non dicúntur témpore Pascháli.

In Láudibus Aña. de Cruce, Crucifíxus surréxit à mórtuis, & redémit nos, allelúia, allelúia.

℣. Dícite in natiónibus, allelúia. ℟. Quia Dóminus regnàvit à ligno, allelúia.

ORATIO.

Deus, qui pro nobis Fílium tuum crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci à nobis expélleres potestátem: concéde nobis fámulis tuis; ut resurrectiónis grátiam consequámur. Per eúmdem Dominum nostrum.

Ad Vésperas, Antíphona.

Crucem sanctam subiit, qui inférnum confrégit, accínctus est poténtia, surréxit die tértia, allelúia.

Versus & Orátio ùt suprà.

In feriáli Offício Prima dícitur sicut in festis Simplícibus, toto témpore Pascháli.

Psalmi Horárum dicúntur cum quátuor. Allelúia. Capítulum. Regi sæculórum. Preces de Dñica, ùt in Psaltério 27.

Ad Tértiam, Capitul. Christus resúrgens. ut suprà. 269.

℟. br. Surréxit Dóminus de sepúlchro, * Allelúia, allelúia. Surréxit. ℣. Qui pro nobis pepéndit in ligno. Allelúia, allelúia. Glória. Surréxit. ℣. Surréxit Dóminus verè, allelúia. ℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

Ad Sextam, CAPITULUM.
1. *Cor.* 15. *c*

Christus resurréxit à mórtuis primítiæ dormiéntium: quóniàm quidem per hóminem mors, & per hóminem resurréctio mortuórum. Et sicut in Adam omnes moriúntur, ità & in Christo omnes vivificabúntur.

℟. br. Surréxit Dóminus verè * Allelúia, allelúia. Surréxit. ℣. Et appáruit Simóni, Allelúia, allelúia. Glória Patri. Surréxit.
℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia.
℟. Viso Dómino, allelúia.

Ad



Ad Nonam, CAPITULUM.
1. *Pet.* 3. *d*

Christus semel pro peccátis nostris mórtuus est, iustus pro iniústis, ut nos offérret Deo, mortificátus idem carne, vivificátus autem spíritu.

℟. breve. Gavísi sunt discípuli, * Allelúia, allelúia. Gavísi. ℣. Viso Dómino. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Gavísi. ℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia. ℟. Quóniàm advesperáscit, allelúia.

Ad Vésperas, Aña. Allelúia. Psalmus. Diléxit. cum réliquis de Psaltério. 128. sub una Antiphona. Allelúia.

CAPITULUM. *Rom.* 6. *b*

Christus resúrgens ex mórtuis iam non móritur, mors illi ultrà non dominábitur. Quòd enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo.

HYMNUS.

Ad régias Agni dapes
Stolis amícti cándidis
Post tránsitum mari Rubri
Christo canámus Príncipi.
Divína cuius Cháritas
Sacrum propínat Sánguinem,
Almíque membra córporis
Amor Sacérdos ímmolat.
Sparsum cruórem póstibus
Vastátor horret Angelus;
Fugítque divísum mare:
Merguntur hostes flúctibus.
Iam Pascha nostrum Christus est,
Paschális idem víctima,
Et pura puris méntibus
Sinceritátis ázyma.
O veri cæli Víctima,
Subiécta cui sunt tártara,
Solúta mortis víncula,
Recépta vitæ prǽmia.
Victor subáctis ínferis
Throphæa Christus éxplicat,
Cæloque apérto, súbditum
Regem tenebrárum trahit.
Ut sis perénne méntibus
Paschále Iesu gáudium,
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui à mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Manè nobíscum Dómine, allelúia. ℟. Quóniàm advesperáscit, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Pax vobis, ego sum, allelúia: nolíte timére, allelúia.

Capítula, & Respons. brévia supradícta dicúntur in feriáli Offício usque ad Ascensiónem.

## FERIA TERTIA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Præcedam vos in Galilǽam, ibi me vidébitis, sicut dixi vobis, allelúia, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Mitte manum tuam, & cognósce loca clavórum, allelúia: & noli esse incrédulus, sed fidélis, allelúia.

## FERIA QUARTA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Ego sum vitis vera, allelúia: & vos pálmites veri, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Quia vidísti me, Thoma, credidísti: beáti qui non vidérunt, & credidérunt, allelúia.

FE-

FERIA QUINTA.

Ad Benedictus, Antiphona. Ardens est cor meum, desídero vidêre Dóminum meum: quæro, & non invénio, ubi posuérunt eum, allelúia, allelúia.

Ad Magníficat, Antiphona. Misi dígitum meum in fixúras clavórum, & manum meam in latus eius, & dixi: Dóminus meus, & Deus meus, allelúia.

FERIA SEXTA.

Ad Benedictus, Antiphona. Venérunt ad monuméntum María Magdaléne, & áltera María vidêre sepúlchrum, allelúia.

Ad Vésperas nisi occúrrat Festum novem Lectiónum, à Capítulo fit de S. María. xxxv.

SABBATO.

Ad Vesp. Aña. Allelúia. Psalmus. Benedictus. cum réliquis. 143.

Capitulum. 1. *Pet.* 2. *d*

CHaríssimi, Christus passus est pro nobis, vobis relínquens exémplum, ut sequámini vestígia eius. Qui peccâtum non fecit, nec invéntus es dolus in ore eius.

Hymnus. Ad régias Agni dapes. supra. 271. ℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia. ℟. Quóniàm advesperáscit, allelúia.

Ad Magníficat, Antiphona. Ego sum pastor óvium: ego sum via, véritas, & vita: ego sum pastor bonus, & cognósco oves meas, & cognóscunt me meæ, allelúia, allelúia.

Oratio.

DEus, qui in Fílij tui humilitâte iacéntem mundum erexísti: fidélibus tuis perpétuam concéde lætítiam; ut quos perpétuæ mortis eripuísti cásibus, gáudijs fácias pérfrui sempitérnis. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Deìndè fit Commemorátio de Cruce, Antiphona. Crucem sanctam súbijt, qui inférnum confrêgit: accinctus est poténtia, surréxit die tértia, allelúia. ℣. Dícite in natiónibus, allelúia. ℟. Quia Dóminus regnâvit à ligno, allelúia.

Orátio. Deus, qui pro nobis Fílium tuum crucis patíbulum. ut supra. 270.

DOMINICA II.

Post Pascha.

Ad Matutínum, ut in Domínica præcedénti, 267. sed Officium non fit Duplex.

Ad Laudes, Antiphona. Allelúia. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum réliquis Antíphonis & Psalmis de Psaltério. 18.

Capitulum. 1. *Pet.* 2. *d*

CHaríssimi, Christus passus est pro nobis, vobis relínquens exémplum, ut sequámini vestígia eius. Qui peccâtum non fecit, nec invéntus est dolus in ore eius.

Hymnus. Auróra cælum. 268. ℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia. ℟. Cæli & terra læténtur, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona. Ego sum pastor óvium: ego sum via, véritas, & vita: ego sum pastor bonus, & cognósco oves meas, & cognóscunt me meæ, allelúia, allelúia.





Orátio. Deus, qui in Fílij tui humilitâte. ut suprà. 272.

Commem. de Cruce, Aña. Crucifíxus surréxit à mórtuis, & redémit nos, allelúia, allelúia. ℣. Dícite in natiónibus, allelúia. ℟. Quia Dóminus regnâvit à ligno, allelúia. Orátio. Deus, qui pro nobis. ut sup. 270.

Ad Tértiam, Capitulum. Charíssimi, Christus passus est. 272.

℟. br. Surréxit Dóminus de sepúlchro, * Allelúia, allelúia. Surréxit. ℣. Qui pro nobis pepéndit in ligno. Allelúia, allelúia. Glória. Surréxit. ℣. Surréxit Dóminus verè, allelúia. ℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

Ad Sextam, Capitulum. 1. *Pet.* 2. *d*

TRadêbat autem iudicánti se iniústè: qui peccâta nostra ipse pértulit in córpore suo super lignum: ut peccâtis mórtui, iustítiæ vivâmus, cuius livóre sanâti sumus.

℟. br. Surréxit Dóminus verè, * Allelúia, allelúia. Surréxit. ℣. Et appáruit Simóni. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Surréxit. ℣. Gavísi sunt discípuli, allelúia. ℟. Viso Dómino, allelúia.

Ad Nonam, Capitul. 1. *Pet.* 2. *d*

ERrâtis enim sicut oves errántes, sed convérsi estis nunc ad pastórem & epíscopum animârum vestrârum.

℟. brevè. Gavísi sunt discípuli, * Allelúia, allel. Gavísi. ℣. Viso Dómino. Allelúia, allelúia. Glória. Gavísi. ℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia. ℟. Quóniàm advesperáscit, allelúia.

Ad Vésperas, Aña. Allelúia. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. Capitulum. Charíssimi, Christus passus est. 272. Hymnus. Ad régias Agni dapes. ut supra. 271. ℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia. ℟. Quóniàm advesperáscit, allelúia.

Ad Magníficat, Antiphona. Ego sum pastor bonus, qui pasco oves meas, & pro óvibus meis pono ánimam meam, allelúia.

Orátio. Deus, qui in Fílij tui. ut suprà. 272.

Deìndè de Cruce, Antiphona. Crucem sanctam súbijt, qui inférnum confrêgit: accínctus est poténtia, surréxit die tértia, allelúia. ℣. Dícite in natiónibus, allelúia. ℟. Quia Dóminus regnâvit à ligno, allelúia.

Oratio.

DEus, qui pro nobis Fílium tuum crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci à nobis expélleres potestâtem: concéde nobis fámulis tuis; ut resurrectiónis grátiam consequâmur. Per eúmdem Dóminum.

FERIA SECUNDA.

Ad Benedictus, Antiphona. Eúntes in mundum, allelúia: docête omnes Gentes, allelúia.

Ad Magníficat, Antiphona. Pastor bonus ánimam suam ponit pro óvibus suis, allelúia.

FERIA TERTIA.

Ad Benedictus, Antiphona. Eúntes in mundum, docête omnes Gentes, baptizántes eos in nómine Patris, & Fílij, & Spíritus sancti, allelúia.

Ad Magníficat, Antiphona.
Mercenárius áutem, cuius non sunt oves própriæ, videt lupum veniéntem, & dimíttit oves, & fugit: & lupus rapit, & dispérgit oves, allelúia.

FERIA QUARTA.

Ad Benedíctus, Antiphona.
Ite nunciáte frátribus meis, allelúia: ut eant in Galilǽam, allelúia: ibi me vidébunt, allelúia, allelúia, allelúia.

Ad Magníficat, Antiphona.
Sicut novit me Pater, & ego cognósco Patrem, & ánimam meam pono pro óvibus meis, allelúia.

FERIA QUINTA.

Ad Benedíctus, Antiphona.
Tu solus peregrínus es, & non audísti de Iesu, quómodò tradidérunt eum in damnatiónem mortis? allelúia.

Ad Magníficat, Antiphona.
Alias oves, hábeo, quæ non sunt ex hoc ovíli: & illas opórtet me addúcere: & vocem meam áudient: & fiet unum ovíle, & unus pastor, allelúia.

FERIA SEXTA.

Ad Benedíctus, Antiphona.
Nónne sic opórtuit pati Christum, & ità intráre in glóriam suam? allelúia.

Ad Vésperas nisi occúrrat Festum ix. Lectionum, à Capítulo fit de S. Maria. xxxv.

SABBATO.

Ad Vesp. Capit. 1. *Pet.* 2. *b*
Charíssimi, Obsecro vos tamquam ádvenas & peregrínos abstinére vos à carnálibus desidérijs, quæ mílitant advérsus ánimam.

Hymnus. Ad régias Agni dapes. supr. 271. ℣. Manè nobíscum Dómine, allelúia: ℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magníficat, Antiphona.
Módicum, & non vidébitis me, dicit Dóminus: íterum módicum, & vidébitis me: quia vado ad Patrem, allelúia, allelúia.

Oratio.

Deus, qui errántibus, ut in viam possint redire iustítiæ, veritátis tuæ lumen osténdis: da cunctis qui Christiána professióne censéntur, & illa respúere, quæ huic inimíca sunt nómini; & ea quæ sunt apta, sectári. Per Dóminum.

Deindè fit Commemor. de Cruce, Aña. Crucem sanctam súbijt, qui inférnum confrégit: accínctus est poténtia, surréxit die tértia, allelúia. ℣. Dícite in natiónibus, allelúia. ℟. Quia Dóminus regnávit à ligno, allelúia. Orátio. Deus, qui pro nobis. ùt suprà. 273.

DOMINICA III.
Post Pascha.

Ad Matutinum, ut in Domínica in Albis. 267.

Ad Laudes, Aña. Allelúia. Psalm. Dóminus regnávit. cum réliquis Antíphonis & Psalmis de Psaltério. 17.

Capítulum. Charíssimi, Obsecro vos. Hymn. Auróra cælum púrpurat. 269. ℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia. ℟. Cæli & terra læténtur, allelúia.

Ad Benedíctus, Antiphona.
Módicum, & non vidébitis me, dicit Dóminus: íterum módicum,



& vidébitis me, quia vado ad Patrem, allelúia, allelúia. Orátio. Deus, qui errántibus. ùt suprà. 274.

Commem. de Cruce, Aña. Crucifíxus surréxit à mórtuis, & redémit nos, allelúia, allelúia. ℣. Dícite in natiónibus, allelúia. ℟. Quia Dóminus regnávit à ligno, allelúia.

Oratio.

Deus, qui pro nobis Fílium tuum crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci à nobis expélleres potestátem: concéde nobis fámulis tuis; ut resurrectiónis grátiam consequámur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Ad Tértiam, Capítulum. Charíssimi, Obsecro. suprà. 274. ℟. br. Surréxit Dóminus de sepúlchro, * Allelúia, allelúia. Surréxit. ℣. Qui pro nobis pepéndit in ligno. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Surréxit. ℣. Surréxit Dóminus verè, allelúia. ℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

Ad Sextam, Capitulum. 1. *Pet.* 2. *c*

Subiécti ígitur estóte omni humánæ creatúræ propter Deum: sive regi, quasi præcelléntì: sive dúcibus, tamquam ab eo missis ad vindíctam malefactórum, laudem verò bonórum.

℟. br. Surréxit Dóminus verè, * Allelúia, allelúia. Surréxit. ℣. Et appáruit Simóni. Allel. allelúia. Glória Patri. Surréxit. ℣. Gavísi sunt discípuli, allel. ℟. Viso Dómino, allelúia.

Ad Nonam, Capitulum. 1. *Pet.* 2. *c*

Servi súbditi stote in omni timóre dóminis, non tantùm bonis & modéstis, sed étiam dýscolis. Hæc est enim grátia in Christo Iesu Dómino nostro.

℟. br. Gavísi sunt discípuli, * Allelúia, allelúia. Gavísi. ℣. Viso Dómino. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Gavísi. ℣. Manè nobíscum Dómine, allelúia. ℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Vésperas, Antiphona. Allelúia. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. Capítulum. Charíssimi, Obsecro vos. 274. Hymnus. Ad régias Agni dapes. 271. ℣. Manè nobíscum Dómine, allelúia. ℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magníficat, Antiphona.
Amen dico vobis, quia plorábitis & flébitis vos: mundus áutem gaudébit, vos verò contristabímini: sed trístitia vestra vertétur in gáudium, allelúia.

Oratio.

Deus, qui errántibus, ut in viam possint redire iustítiæ, veritátis tuæ lumen osténdis: da cunctis qui Christiána professióne censéntur, & illa respúere, quæ huic inimíca sunt nómini; & ea quæ sunt apta, sectári. Per Dóminum.

Deindè de Cruce, Aña. Crucem sanctam súbijt, qui inférnum confrégit, accínctus est poténtia, surréxit die tértia, allelúia. ℣. Dícite in natióni-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bus, allelúia. ℟. Quia Dóminus regnâvit à ligno, allelúia.

Oratio.

Deus, qui pro nobis Fílium tuum crucis patíbulum subîre voluísti, ut inimíci à nobis expélleres potestâtem: concêde nobis fámulis tuis; ut resurrectiónis grátiam consequâmur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

FERIA SECUNDA.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Et incípiens à Móyse & ómnibus Prophétis, interpretabâtur illis Scriptúras, quæ de ipso erant, allelúia.

Orátio Domínicæ præcedéntis, ùt suprà.

Ad Magnificat, Antiphona.

Tristítia vestra vertêtur in gáudium, allelúia: & gáudium vestrum nemo tollet à vobis, allelúia, allelúia.

FERIA TERTIA.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Et coegérunt illum, dicéntes: Mane nobíscum Dómine, quóniàm advesperáscit, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Tristítia implêvit cor vestrum: & gáudium vestrum nemo tollet à vobis, allelúia, allelúia.

FERIA QUARTA.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Mane nobíscum, quóniàm advesperáscit, & inclináta est iam dies, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Tristítia vestra, allelúia, vertêtur in gáudium, allelúia.

FERIA QUINTA.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Et intrâvit cum illis: & factum est, dum recúmberet cum illis, accêpit panem, & benedíxit ac fregit, & porrigêbat illis, allelúia, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Amen, amen, dico vobis, íterùm vidêbo vos, & gaudêbit cor vestrum, & gáudium vestrum nemo tollet à vobis, allelúia.

FERIA SEXTA.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Cognovérunt Dóminum Iesum, allelúia, in fractióne panis, allelúia.

Ad Vésperas, nisi occúrrat Festum novem Lectiónum à Capítulo fit de S. María. xxxv.

SABBATO.

Ad Vésperas, Capitulum.

*Iacobi* 1. *c*

Charíssimi, Omne datum óptimum, & omne donum perfectum desúrsum est, descéndens à Patre lúminum, apud quem non est transmutátio, nec vicissitúdinis obumbrátio.

Hymnus. Ad régias Agni. 271.

℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia. ℟. Quoniàm advesperáscit, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Vado ad eum qui misit me: & nemo ex vobis intérrogat me, Quò vadis? allelúia, allelúia.

Oratio.

Deus, qui fidélium mentes unius éfficis voluntátis: da pópulis tuis id amâre quod



quod præcipis, id desiderâre quod promíttis; ut inter mundanas varietátes ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gáudia. Per Dóminum.

Deìndè fit Commemorátio de Cruce, Aña. Crucem sanctam súbiit, qui inférnum confrêgit: accínctus est poténtia, surrexit die tértia, allelúia. ℣. Dícite in natiónibus, allelúia. ℟. Quia Dóminus regnâvit à ligno, allelúia.

Oratio.

Deus, qui pro nobis Fílium tuum crucis patíbulum subîre voluísti, ut inimíci à nobis expélleres potestâtem: concêde nobis fámulis tuis; ut resurrectiónis grátiam consequâmur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

DOMINICA IV.

Post Pascha.

Ad Matutinum, ut in Domínica in Albis. 267.

Ad Laudes, Antíphona. Allelúia. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum réliquis Antíphonis & Psalmis de Psaltério. 17.

Capítulum. Charíssimi, Omne datum. 276. Hymnus. Auróra cælum, 269. ℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia. ℟. Cæli & terra læténtur, allelúia.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Vado ad eum qui misit me: & nemo ex vobis intérrogat me, Quò vadis? allelúia, allelúia.

Orátio. Deus, qui fidélium mentes unius éfficis voluntátis. ùt suprà. 276.

Commem. de Cruce, Aña. Crucifixus surrêxit à mórtuis, & redêmit nos, allelúia, allelúia. ℣. Dícite in natiónibus, allelúia. ℟. Quia Dóminus regnâvit à ligno, allelúia, Orátio. Deus, qui pro nobis. ùt suprà.

Ad Tértiam, Capítulum. Charíssimi, Omne datum. 276.

℟. breve. Surréxit Dóminus de sepúlchro, * Allelúia, allelúia. Surréxit Dóminus. ℣. Qui pro nobis pepéndit in ligno. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Surréxit. ℣. Surréxit Dóminus verè, allelúia. ℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

Ad Sextam, Capitulum.

*Iacobi* 1. *c*

Scitis fratres mei dilectíssimi. Sit àutem omnis homo velox ad audiéndum; tardus àutem ad loquéndum, & tardus ad iram. Ira enim viri iustítiam Dei non operátur.

℟. br. Surréxit Dóminus verè: * Allelúia, allelúia. Surréxit. ℣. Et appáruit Simóni. Allelúia, allelúia. Glória. Surréxit. ℣. Gavísi sunt discípuli, allel. ℟. Viso Dómino, allelúia.

Ad Nonam, Capitul. *Iac.* 1. *d*

Propter quod abiiciéntes omnem immundítiam, & abundántiam malítiæ: in mansuetúdine suscípite ínsitum verbum, quod potest salvâre ánimas vestras.

℟. br. Gavísi sunt discípuli, * Allelúia, allelúia. Gavísi. ℣. Viso Dómino. Allelúia, allelúia. Glória. Gavísi sunt. ℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia.

 ℟. Quó-

℟. Quóniàm advesperáscit, allelúia.

Ad Vésperas, Antíphona. Allelúia. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínicâ. 125. Capítulum. Charíssimi, Omne datum. 276.

Hymnus. Ad régias Agni. 271. ℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia. ℟. Quoniàm advesperáscit, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona. Vado ad eum qui misit me: sed quia hæc locútus sum vobis, tristítia implévit cor vestrum, allelúia.

Oratio.

Deus, qui fidélium mentes unius éfficis voluntátis: da pópulis tuis id amáre quod præcipis, id desideráre quod promíttis; ut inter mundánas varietátes ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gáudia. Per Dóminum nostrum.

Deindè de Cruce, Antíphona. Crucem sanctam súbiit, qui inférnum confrégit, accínctus est poténtia, surréxit die tértia, allelúia. ℣. Dícite in natiónibus, allelúia. ℟. Quia Dóminus regnávit à ligno, allelúia.

Oratio. Deus, qui pro nobis Fílium tuum crucis. ut suprà 277.

## FERIA SECUNDA.

Ad Benedíctus, Antíphona. Nónne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loquerétur nobis in via? allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona. Ego veritátem dico vobis, expedit vobis ut ego vadam: si enim non abíero, Paráclitus non véniet ad vos, allelúia.

## FERIA TERTIA.

Ad Benedíctus, Antíphona. Pax vobis, ego sum, allelúia: nolíte timére, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona. Cùm vénerit Paráclitus Spíritus veritátis, ille árguet mundum de peccáto, & de iustítia, & de iudício, allelúia.

## FERIA QUARTA.

Ad Benedíctus, Antíphona. Spíritus carnem & ossa non habet, sicut me vidétis habére: iam crédite, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona. Adhuc multa hábeo vobis dícere, sed non potéstis portáre modo: cùm áutem vénerit ille Spíritus veritátis, docébit vos omnem veritátem, allelúia.

## FERIA QUINTA.

Ad Benedíctus, Antíphona. Obtulérunt discípuli Dómino partem piscis assi, & favum mellis, allelúia, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona. Non enim loquétur à semetípso: sed quæcúmque áudiet, loquétur: & quæ ventúra sunt, annunciábit vobis, allelúia.

## FERIA SEXTA.

Ad Benedíctus, Antíphona. Isti sunt sermónes, quos dicébam vobis, cùm essem vobíscum, allelúia, allelúia.

Ad Vésperas, nisi occúrrat Festum novem Lectiónum, à Capítulo fit de S. María. xxxv.





## SABBATO.

Ad Vésperas, Capitulum. *Iacobi 1. d*

Charíssimi, Estóte factóres verbi: & non auditóres tantùm, falléntes vosmetipsos. Quia si quis audítor est verbi, & non factor: hic comparábitur viro considerránti vultum nativitátis suæ in spéculo: considerávit enim se, & ábiit, & statim oblítus est qualis fúerit.

Hymnus. Ad régias Agni dapes. 271. ℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia. ℟. Quoniàm advesperáscit, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona. Usque modò non petístis quidquam in nómine meo: pétite, & accipiétis, allelúia.

Oratio.

Deus, à quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis: ut cogitémus te inspiránte, quæ recta sunt; & te gubernánte eádem faciámus. Per Dóminum.

Deindè fit Commemorátio de Cruce, Aña. Crucem sanctam súbiit, qui inférnum confrégit, accínctus est poténtia, surréxit die tértia, allelúia. ℣. Dícite in natiónibus, allelúia. ℟. Quia Dóminus regnávit à ligno, allelúia.

Oratio.

Deus, qui pro nobis Fílium tuum crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci à nobis expélleres potestátem: concéde nobis fámulis tuis; ut resurrectiónis grátiam consequámur. Per eúndem Dóminum.

## DOMINICA V.

Post Pascha.

Ad Matutinum, ut in Dominica in Albis. 267.

Ad Laudes, Aña. Allelúia. Psalmus. Dóminus regnávit. cum réliquis de Psaltério. 17.

Capitulum. *Iac. 1. d.*

Charíssimi, Estote factóres verbi: & non auditóres tantùm, falléntes vosmetipsos. Quia si quis audítor est verbi, & non factor: hic comparábitur viro considéranti vultum nativitátis suæ in spéculo: considerávit enim se, & ábiit, & statim oblítus est qualis fúerit.

Hymnus. Auróra cælum púrpurat. 269. ℣. In resurrectióne tua Christe, allelúia ℟. Cæli & terra læténtur, allelúia.

Ad Benedíctus, Antíphona. Usque modò non petístis quidquam in nómine meo: pétite, & accipiétis, allelúia.

Oratio.

Deus, à quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis: ut cogitémus te inspiránte, quæ recta sunt, & te gubernánte eádem faciámus. Per Dóminum nostrum.

Commemorátio de Cruce, Aña. Crucifíxus surréxit à mórtuis, & redémit nos, allelúia, allelúia. ℣. Dícite in natiónibus, allelúia. ℟. Quia Dóminus regnávit à ligno, allelúia.

Oratio.

Deus, qui pro nobis Fílium tuum crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci à no-

nobis expélleres potestátem: concéde nobis fámulis tuis; ut resurrectiónis grátiam consequámur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Ad Tértiam, Capitulum. Charíssimi, Estóte factóres 279.

℟. breve. Surréxit Dóminus de sepúlchro, * Allelúia, allelúia. Surréxit. ℣. Qui pro nobis pepéndit in ligno, Allelúia, allelúia. Glória Patri. Surréxit. ℣. Surréxit Dóminus, verè, allelúia. ℟. Et appáruit Simóni, allelúia.

Ad Sextam, CAPITULUM. *Iacobi 1. d*

QUi autem perspéxerit in legem perféctam libertátis, & permánserit in ea, non auditor obliviósus factus, sed factor óperis: hic beátus in facto suo erit.

℟. br. Surréxit Dóminus verè, * Allelúia, allelúia. Surréxit. ℣. Et appáruit Simóni. Allelúia, allelúia. Glória. Surréxit. ℣. Gavísi sunt discípuli, allel. ℟. Viso Dómino: allelúia.

Ad Nonam, CAPITUL. *Iac. 1. d*

REligio munda & immaculáta apud Deum & Patrem, hæc est: Visitáre pupíllos & víduas in tribulatióne eórum, & immaculátum se custodíre ab hoc sǽculo.

℟. br. Gavísi sunt discípuli, * Allelúia, allelúia. Gavísi. ℣. Viso Dómino, allelúia, allelúia. Glória Patri. Gavísi. ℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia. ℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Vésperas, Aña. Allelúia. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125.

Capitulum. Charíssimi, Estóte factóres. 279. Hymn. Ad régias. suprà 271. ℣. Mane nobíscum Dómine, allelúia. ℟. Quóniam advesperáscit, allel.

Ad Magníficat, Antiphona. Pétite, & accipiétis, ut gáudium vestrum sit plenum: ipse enim Pater amat vos, quia vos me amástis, & credidístis, allel.

Orátio. Deus, à quo bona. ut suprà. 279.

Deinde de Cruce, Aña. Crucem sanctam súbiit, qui inférnum confrégit, accínctus est poténtia, surréxit die tértia, allelúia. ℣. Dícite in natiónibus, allelúia. ℟. Quia Dóminus regnávit à ligno, allelúia.

Orátio. Deus, qui pro nobis. ut suprà. 279.

## FERIA SECUNDA

In Rogatiónibus.

Si hódiè occúrrat Festum novem Lectiónum, fit de eo, cum Commemor. de Féria ad Láudes tantùm, ut infrà. De Festo autem iii. Lectiónum fit tantùm Commemorátio.

Ad Benedíctus, Antiphona. Petite & acipiétis: quǽrite, & inveniétis, pulsáte, & aperiétur vobis, allelúia.

ORATIO.

PRæsta quǽsumus omnípotens Deus: ut qui in afflictióne nostra de tua pietáte confídimus; contra advérsa ómnia tua semper protectióne muniámur. Per Dóminum.



Hæc Orátio dícitur ad Laudes & per Horas, præter Vésperas, & hódiè tantùm. Duábus verò sequéntibus Férijs dícitur Orátio Domínicæ præcedéntis. Deus, à quo bona. 279.

Hoc tríduo qui non intérsunt Processiónibus Rogatiónum, privátim post Láudes dicant Litanías cum suis précibus, & Oratiónibus sine Psalmis Pœnitentiálibus.

Ad Horas ómnia dicúntur ùt in feriáli Offício témpore Pasch.

Vésperæ, nisi occúrrat Festum novem Lectiónum, dicúntur de Psaltério, cum Oratióne Domínicæ præcedéntis. Si verò sequatur Festum simplex, à Capítulo fit de festo, cum Commemor. de Cruce tantùm, ùt suprà. 279.

Ad Magníficat, Antiphona. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amástis, & credidístis, allelúia.

ORATIO.

DEus, à quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis: ut cogitémus te inspiránte, quæ recta sunt; & te gubernánte, éadem faciámus. Per Dóminum.

## FERIA TERTIA

In Rogatiónibus.

Si hódiè occúrrat Festum Simplex, fit de eo, sine Commemor. de Féria, sed tantùm de Cruce.

Ad Benedíctus, Antiphona. Oportébat pati Christum, & resúrgere à mórtuis, allelúia.

Orátio. Deus, à quo bona. ùt suprà.

Ad Magníficat, Antiphona. Exívi à Patre, & veni in mundum: íterùm relínquo mundum, & vado ad Patrem, allelúia.

## FERIA QUARTA

In Rogatiónibus.

Vigília Ascensiónis.

Si hódiè occúrrat Festum novem Lectiónum, fit de eo cum Commemoratióne Vigíliæ ad Láudes, ùt infrà. De festo autem trium Lectiónum fit tantùm Commemorátio.

Ad Benedíctus, Antiphona. Pater, venit hora, clarífica Fílium tuum claritáte, quam hábui, priúsquam mundus esset, apud te, allelúia.

Orátio de Domínica præcedénti. Deus, à quo bona. ùt suprà.

IN

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# IN ASCENSIONE DOMINI.

## AD VESPERAS,

Antiphona. Viri Galilæi. cum réliquis de Láudibus. 283.
Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Dominica, 125. & loco ultimi, Psalmus. Laudâte Dóminum omnes Gentes. 129.

Capitulum. *Act.* 1.

PRimum quidem sermônem feci de ómnibus, ó Theóphile, quæ cœpit Iesus fácere, & docêre, usque in diem, qua præcípiens Apóstolis per Spíritum sanctum quos elêgit, assúmptus est.

Hymnus.

SAlûtis humánæ Sator,
Iesu volúptas córdium,
Orbis redémpti Cónditor,
Et casta lux amántium:
Qua victus es cleméntia,
Ut nostra ferres crímina?
Mortem subíres ínnocens,
A morte nos ut tólleres?
Perrúmpis inférnum chaos;
Vinctis caténas détrahis;
Victor triúmpho nobili
Ad déxteram Patris sedes.
Te cogat indulgéntia
Ut damna nostra sárcias,
Tuíque vultus cómpotes
Dites beáto lúmine.
Tu dux ad astra, & sémita;
Sis meta nostris córdibus,
Sis lacrymârum gáudium,
Sis dulce vitæ præmium.
Amen.

In álijs Hymnis eiúsdem metri usque ad Pentecósten, in fine dícitur.

Iesu, tibi sit glória,
Qui victor in cælum reddis,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula.
Amen.

℣. Ascéndit Deus in iubilatiône, allelúia. ℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Pater, manifestávi nomen tuum homínibus quos dedísti mihi: nunc autem pro eis rogo, non pro mundo, quia ad te vénio, allelúia.

Oratio.

COncêde quæsumus omnípotens Deus: ut qui hodiérna die Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ad cælos ascendísse crédimus, ipsi quoque mente in cæléstibus habitêmus. Per eúndem Dóminum nostrum.

Ad Matutinum, Invitatórium. Allelúia, Christum Dóminum ascendéntem in cælum, * Venîte adorêmus, allelúia. Psalmus. Venîte, exultêmus. 2.

Hymnus.

ÆTérne Rex altíssime,
Redémptor & fidélium,
Cui mors perémpta détulit
Summæ triúmphum glóriæ:
Ascéndis orbes síderum,
Quò



Quò te vocâbat cǽlitùs
Collâta non humánitùs,
Rerum potéstas ómnium:
Ut trina rerum máchina,
Cæléstium, terréstrium,
Et inferórum cóndita,
Flectat genu iam súbdita.
Tremunt vidéntes Angeli
Versam vicem mortálium:
Peccat caro, mundat caro,
Regnat Deus Dei caro.
Sis ipse nostrum gáudium,
Manens olympo præmium,
Mundi regis qui fábricam,
Mundâna vincens gáudia.
Hinc te peccántes quæsumus,
Ignósce culpis ómnibus,
Et córda sursùm súbleva
Ad te supérna grátia.
Ut cùm repéntè cœperis
Clarêre nube Iúdicis,
Pœnas repéllas débitas,
Reddas corónas pérditas.
Iesu, tibi sit glória,
Qui victor in cælum reddis,
Cum Patre, & almo Spíritu.
In sempitérna sæcula.
Amen.

Sic terminâtur Hymni eiúsdem metri usque ad Pentecósten, excépto Hymno, Salútis humánæ Sator, ut suprà. 282.

In primo Noctúrno, Aña.

Elevâta est magnificéntia tua super cælos Deus, allelúia. Psalmus. Dómine Dóminus noster. 5. Antíphona. Dóminus in templo sancto suo, Dóminus in cælo, allelúia. Psalmus. In Dómino confído. 7. Antíphona. A summo cælo egréssio eius, & occúrsus eius usque ad summum eius, allelúia. Psalmus. Cæli enárrant glóriam Dei. 14. ℣. Ascéndit Deus in iubilatiône, allelúia. ℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

In secúndo Noctúrno, Aña.

Exaltâre Dómine in virtûte tua: cantábimus, & psallêmus, allelúia. Psalmus. Dómine in virtûte tua. 15. Aña. Exaltâbo te Dómine, quóniàm suscepísti me, allelúia. Psalmus. Exaltâbo te Dómine, quóniàm. 51. Antíphona. Ascéndit Deus in iubilatióne, & Dóminus in voce tubæ, allelúia. Psalmus. Omnes Gentes plaudite mánibus. 68. ℣. Ascéndens Christus in altum, allelúia. ℟. Captívam duxit captivitâtem, allelúia.

In tértio Noctúrno, Aña.

Nimis exaltâtus est, allelúia: super omnes deos, allelúia. Psalmus. Dóminus regnâvit, exultet. 105. Antíphona. Dóminus in Sion, allelúia: magnus & excélsus, allelúia. Psalmus. Dóminus regnâvit, irascantur. 110. Aña. Dóminus in cælo, allelúia, parâvit sedem suam, allelúia. Psalmus. Bénedic ánima mea Dómino: * & ómnia. 112. ℣. Ascéndo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, allelúia. ℟. Deum meum, & Deum vestrum, allelúia.

## AD LAUDES,

& per Horas Antíphona.

VIri Galilæi, quid aspícitis in cælum? Hic Iesus, qui assúmptus est à vobis in cælum, sic véniet, al-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

allelúia. Psalm. Dóminus regnâvit. cum réliquis. 17. Aña. Cùmque intueréntur in cælum eúntem illum, dixérunt, Allelúia. Aña. Elevâtis mánibus benedíxit eis, & ferebâtur in cælum, allelúia. Aña. Exaltâte Regem regum, & hymnum dícite Deo, allelúia. Aña. Vidéntibus illis elevâtus est, & nubes suscêpit eum in cælo, allelúia.

CAPITULUM. *Act.* 1.

PRimum quidem sermônem feci de ómnibus, ô Theóphile, quæ cœpit Iesus fácere, & docêre, usque in diem qua præcipiens Apóstolis per Spíritum sanctum, quos elêgit, assúmptus est.

Hymnus. Salûtis humánæ. 282. ℣. Dóminus in cælo, allelúia. ℟. Parâvit sedem suam, allelúia.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Ascéndo ad Patrem meum, & Patrem vestrum; Deum meum, & Deum vestrum, allelúia.

ORATIO.

COncêde quæsumus omnípotens Deus: ut qui hodiérna die Unigénitum tuum Redemptôrem nostrum ad cælos ascendísse crédimus, ipsi quoque mente in cæléstibus habitêmus. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Ad Primam, ℟. br. Christe Fili Dei vivi, miserêre nobis, * Allelúia, allelúia. Christe. ℣. Qui scandis super sídera. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Christe Fili Dei vivi. ℣. Exúrge Christe, ádiuva nos, allelúia.

℟. Et líbera nos propter nomen tuum, allelúia.

Sic dícitur quotídiè usque ad Pentecósten.

Ad Absolutiônem Capítuli, Léctio brevis. Viri Galilæi. ut infrà ad Nonam.

Ad Tértiam, Aña. Cumque intueréntur. Capítulum. Primum quidem. ut suprà.

℟. breve. Ascéndit Deus in iubilatiône, * Allelúia, allelúia. Ascéndit. ℣. Et Dóminus in voce tubæ. Allelúia, allelúia. Glória. Ascéndit. ℣. Ascéndens Christus in altum, allelúia. ℟. Captívam duxit captivitâtem, allelúia.

Ad Sextam, Antiphona.

Elevâtis mánibus.

CAPITULUM. *Act.* 1.

ET convéscens, præcêpit eis ab Ierosólymis ne discéderent, sed expectârent promissiônem Patris: quam audístis (inquit) per os meum: quia Ioánnes quidem baptizâvit aqua, vos autem baptizabímini Spíritu sancto non post multos hos dies.

℟. br. Ascéndens Christus in altum, * Allelúia, allelúia. Ascéndens. ℣. Captívam duxit captivitâtem. Allelúia, allelúia. Glória. Ascéndens. ℣. Ascéndo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, allelúia. ℟. Deum meum, & Deum vestrum, allel.

Ad Nonam, Antiphona.

Vidéntibus illis.

CAPITULUM. *Act.* 1. *b*

VIri Galilæi, quid statis aspiciéntes in cælum? Hic Iesus, qui assúmptus est à vo-
bis



bis in cælum, sic véniet, quemádmodum vidístis eum eúntem in cælum.

℟. breve. Ascéndo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, * Allelúia, allelúia. Ascéndo. ℣. Deum meum, & Deum vestrum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Ascéndo. ℣. Dóminus in cælo, allelúia. ℟. Parâvit sedem suam, allelúia.

Ad Vésperas, Aña. Viri Galilæi. cum réliquis de Láudibus. 283. Psalmi, Capitul. & Hymn. ut suprà in primis Vésperis. 282. ℣. Dóminus in cælo, allelúia. ℟. Parâvit sedem suam, allelúia.

Ad Magníficat, Antiphona.

O Rex glóriæ, Dómine virtûtum, qui triumphâtor hódiè super omnes cælos ascendísti, ne derelínquas nos órphanos: sed mitte promíssum Patris in nos, Spíritum veritâtis, allelúia.

Orátio. Concêde quæsumus. ut suprà. 284.

Infrà Octâvam Ascensiônis usque ad Pentecósten, quotídiè fit Officium de Ascensiône, nisi occúrrat Festum ix. Lectiônum. De Festis verò trium Lectiônum fit tantùm Commemorátio.

## SABBATO.

Ad Vésperas, CAPITULUM. 1. *Pet.* 4. *d*

CHaríssimi, Estôte prudéntes, & vigilâte in oratiónibus. Ante ómnia autem, mutuam in vobismetípsis charitâtem continuam habéntes: quia cháritas operit multitúdinem peccatórum.

Hymnus. Salûtis humánæ Sator. ut suprà. 282. ℣. Dóminus in cælo, allelúia. ℟. Parâvit sedem suam, allelúia.

Ad Magníficat, Antiphona.

Cùm vénerit Paráclitus, quem ego mittam vobis Spíritum veritâtis, qui à Patre procédit, ille testimónium perhibêbit de me, allelúia.

ORATIO.

OMnípotens sempitérne Deus, fac nos tibi semper & devôtam gérere voluntâtem, & maiestáti tuæ sincéro corde servíre: Per Dóminum.

Et fit Commem. Ascensiônis, Aña. O Rex glóriæ, Dómine virtûtum, qui triumphâtor hódiè super omnes cælos ascendísti, ne derelínquas nos órphanos: sed mitte promíssum Patris in nos, Spíritum veritâtis, allelúia. ℣. Ascéndit Deus in iubilatiône, allelúia. ℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

ORATIO.

COncêde quæsumus omnípotens Deus: ut qui hodiérna die Unigénitum tuum Redemptôrem nostrum ad cælos ascendísse crédimus: ipsi quoque mente in cæléstibus habitêmus. Per eúmdem Dóminum nostrum.

## DOMINICA

Infrà Octâvam Ascensiônis.

Totum Officium fit de Ascensiône, excéptis his, quæ hic habéntur própria.

Capítulum. Charíssimi, Estôte. ut suprà.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Cùm vénerit Paráclitus, quem
ego

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ego mittam vobis Spíritum veritàtis, qui à Patre procédit, ille testimonium perhibébit de me, allelúia.

Orátio. Omnípotens sempitérne Deus. ut suprà in Vésperis Sábbati. 285.

Et fit Commemorátio de Ascensióne, Antíphona. Ascéndo ad Patrem meum, & Patrem vestrum: Deum meum, & Deum vestrum, allelúia. ℣. Ascéndit Deus in iubilatióne, allelúia. ℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

Orátio. Concéde quǽsumus. ut suprà. 285.

Ad Absolutiónem Capítuli ad Primam, Léctio brevis. Si quis lóquitur. ut infrà ad Nonam.

Ad Tértiam, Aña. Cúmque intueréntur. Capítulum. Charíssimi, Estóte. ut suprà. 285.

℟. br. Ascéndit Deus in iubilatióne, * Allelúia, allelúia. Ascéndit. ℣. Et Dóminus in voce tubæ. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Ascéndit. ℣. Ascéndens Christus in altum, allelúia. ℟. Captívam duxit captivitátem, allelúia.

Ad Sextam, Antíphona. Elevátis mánibus.

CAPITULUM. *1. Pet. 4. b*

Hospitáles ínvicem sine murmuratióne. Unusquísque, sicut accépit grátiam, in altérutrum illam administrántes, sicut boni dispensatóres multifórmis grátiæ Dei.

℟. breve. Ascéndens Christus in altum, * Allelúia, allelúia. Ascéndens. ℣. Captívam duxit captivitátem. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Ascéndens. ℣. Ascéndo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, allelúia. ℟. Deum meum, & Deum vestrum, allelúia.

Ad Nonam, CAPITULUM. Vidéntibus illis.

CAPITULUM. *1. Pet. 4. c*

Si quis lóquitur, quasi sermónes Dei: si quis ministrat, tamquam ex virtúte, quam administrat Deus: ut in ómnibus honorificétur Deus per Iesum Christum Dóminum nostrum.

℟. breve. Ascéndo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, * Allelúia, allelúia. Ascéndo ad Patrem. ℣. Deum meum, & Deum vestrum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Ascéndo ad Patrem. ℣. Dóminus in cælo allelúia. ℟. Parávit sedem suam, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona. Hæc locútus sum vobis, ut cùm vénerit hora eórum, reminiscámini quia ego dixi vobis, allelúia. Orátio. Omnípotens. ut suprà. 285.

Et fit Commemorátio de Ascensióne, Antíphona. O Rex glóriæ, Dómine virtútum, qui triumphátor hódie super omnes cælos ascendísti, ne derelínquas nos órphanos: sed mitte promíssum Patris in nos, Spíritum veritátis, allelúia. ℣. Ascéndit Deus in iubilatióne, allelúia. ℟. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

Orátio. Concéde quǽsumus. ut suprà. 285.

FE-



## FERIA QUARTA.

Ad Vésperas, Duplex. Omnia ut in i. Vésperis Festi. 282.

In Octáva Ascensiónis, omnia sicut in die. 282.

In ii. Vésperis non fit Commemorátio Officij sequéntis diéi.

Duobus sequéntibus diébus Officium fit sicut infrà Octávam Ascensiónis, excéptis Capítulis, Antíphonis ad Benedíctus & Magníficat, & Oratióne, quæ dicúntur de Domínica infrà Octávam Ascensiónis, suprà. 285. Et non dicúntur Preces ad Primam & Completórium.

Si verò Féria vi. occúrrat Festum ix. Lectiónum, fit de Festo cum Commemoratióne Officij eiúsdem diéi, nisi illud Festum fúerit ex solemnióribus, ut dícitur in Rúbrica de Commemoratiónibus.

A Vigília Pentecóstes usque ad Festum SS. Trinitátis inclusívè, si occúrrat Festum novem Lectiónum, transfértur post prædíctum Festum SS. Trinitátis.

IN

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS





# IN FESTO PENTECOSTES.

AD VESPERAS,

Aña. Cùm compleréntur. ut infrà in Laud. 290. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. & loco ultimi, Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

Capitulum. *Act.* 2.

CUm compleréntur dies Pentecóstes, erant omnes discípuli páriter in eódem loco: & factus est repentè de cælo sonus, tamquam adveniéntis spíritus veheméntis, & replêvit totam domum ubi erant sedéntes.

Hymnus.

VEni, Creâtor Spíritus,
Mentes tuórum vísita,
Imple supérna grátia,
Quæ tu creásti, péctora.
Qui díceris Paráclitus,
Altíssimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, Cháritas,
Et spiritális únctio.
Tu septifórmis múnere,
Dígitus Patérnæ déxteræ,
Tu ritè promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.
Accénde lumen sénsibus:
Infúnde amórem córdibus:
Infírma nostri córporis
Virtúte firmans pérpeti.
Hostem repéllas lóngiùs,
Pacémque dones prótinùs:
Ductóre sic te prævio,
Vitêmus omne nóxium.
Per te sciámus da Patrem,
Noscâmus atque Fílium,
Teque utriúsque Spíritum
Credámus omni témpore.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui à mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sǽcula. Amen.

Sic terminántur Hymni usque ad Vésperas Sábbati sequéntis.

℣. Repléti sunt omnes Spíritu sancto, allelúia. ℟. Et cœpérunt loqui, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Non vos relínquam órphanos, allelúia: vado & vénio ad vos, allelúia: & gaudêbit cor vestrum, allelúia.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, & de eius semper consolatióne gaudére. Per Dóminum nostrum. In unitáte eiúsdem.

DOMINICA
Pentecóstes.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Allelúia, Spíritus Dómini replêvit orbem terrárum: * Veníte adorêmus, allelúia. Psalmus. Venite, exultêmus. 2.

Hymnus.

IAm Christus astra ascénderat,
Revérsus undè vénerat,
Patris fruéndum múnere
Sanctum datúrus Spíritum.
Solémnis urgêbat dies,
Quo mýstico septémplici

Orbis volûtus sépties,
Signat beâta témpora.
Cum lucis hora tértia
Repénte mundus íntonat;
Apóstolis orántibus
Deum venire núnciat.
De Patris ergo lúmine
Decórus ignis almus est,
Qui fida Christi péctora
Calóre verbi cómpleat.
Impléta gaudent víscera,
Afflâta sancto Spíritu,
Vocésque divérsas sonant,
Fantur Dei magnália.
Notíque cunctis Géntibus,
Græcis, Latinis, Bárbaris;
Simúlque demirántibus,
Linguis loquúntur ómnium.
Iudæa tunc incrédula,
Vesâna torvo spíritu,
Madére musto sóbrios
Christi fidéles íncrepat.
Sed éditis miráculis
Occúrrit, & docet Petrus,
Falsum profári pérfidos;
Ioéle teste cómprobans.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui à mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculorum sǽcula. Amen.

Ad Noctúrnum, Antíphona. Factus est repénte de cælo sonus adveniéntis spíritus veheméntis, allelúia, allelúia. Psalmus. Magnus Dóminus. 68. Aña. Confírma hoc Deus, quod operâtus es in nobis: à templo sancto tuo, quod est in Ierúsalem, allelúia, allelúia. Psalmus. Exúrgat Deus,& dissipéntur. 79. Aña. Emitte Spíritum tuum, & creabúntur: & renovâbis fáciem terræ, allelúia, allelúia. Psalmus. Bénedic ánima mea Dómino: * Dómine. 113. ℣. Spíritus Dómini replêvit orbem terrârum, allelúia. ℟. Et hoc quod cóntinet ómnia sciéntiam habet vocis, allelúia.

Ad Laudes, & per Horas, Aña. Cum compleréntur dies Pentecóstes, erant omnes páriter in eódem loco, allelúia. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum réliquis. 17. Antíph. Spíritus Dómini replêvit orbem terrârum, allelúia. Antíphona. Repléti sunt omnes Spíritu sancto, & cœpérunt loqui, allelúia, allelúia. Aña. Fontes, & ómnia quæ moventur in aquis, hymnum dícite Deo, allelúia. Antíphona. Loquebántur várijs linguis Apóstoli magnália Dei, allelúia, allelúia, allelúia.

CAPITULUM. *Act.* 2.

Cum compleréntur dies Pentecóstes, erant omnes discípuli páriter in eódem loco: & factus est repénte de cælo sonus, tamquam adveniéntis spíritus veheméntis,& replêvit totam domum, ubi erant sedéntes.

HYMNUS.

Beâta nobis gáudia
Anni redúxit órbita,
Cum Spíritus Paráclitus
Illápsus est Apóstolis.
Ignis vibránte lúmine
Linguæ figúram détulit,
Verbis ut essent próflui,
Et charitâte férvidi.
Linguis loquúntur ómnium:
Turbæ pavent Gentílium:
Musto madére députant
Quos Spíritus repléverat.

Pa-



Patrâta sunt hæc mýsticè,
Paschæ perácto témpore,
Sacro diérum círculo,
Quo lege fit remíssio.
Te nunc Deus piíssime
Vultu precâmur cérnuo,
Illápsa nobis cǽlitus
Largíre dona Spíritus.
Dudum sacrâta péctora
Tua replésti grátia:
Dimítte nostra crímina,
Et da quiéta témpora.
Deo Patre sit glória,
Et Fílio, qui à mórtuis
Surréxit, ac Paráclito
In sæculórum sǽcula. Amen.

℣. Repléti sunt omnes Spíritu sancto, allelúia. ℟. Et cœpérunt loqui, allelúia.

Ad Benedíctus, Aña. Accípite Spíritum sanctum: quorum remiséritis peccâta, remittúntur eis, allelúia. ORATIO.

Deus, qui hodiérna die corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, & de eius semper consolatióne gaudére. Per Dóminum nostrum. In unitâte eiúsdem Spíritus sancti Deus.

Ad Primam, ℟. br. Christe Fili Dei vivi, miserére nobis, * Allelúia, allelúia. Christe. ℣. Qui sedes ad déxteram Patris Allelúia, allelúia. Glória. Christe. ℣. Exúrge Christe, ádiuva nos, allelúia. ℟. Et líbera nos propter nomen tuum, allelúia.

Ad Tértiam, Hymnus. Veni Creâtor Spíritus. ut suprà in Vesp. 289. Qui dícitur ad Tértiam per totam Oct. loco Hymni, Nunc sancte. Aña. Spíritus Dómini. Capitulum. Cùm compleréntur. ut suprà. 290. ℟. br. Spíritus Dómini replêvit orbem terrârum, * Allelúia, allelúia. Spíritus. ℣. Et hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, Allelúia, allelúia. Glória Patri. Spíritus. ℣. Spíritus Paráclitus, allelúia. ℟. Docêbit vos ómnia, allelúia.

Ad Sextam, Antíphona. Repléti sunt omnes.

CAPITULUM. *Act.* 2.

Facta autem hac voce, convénit multitúdo, & mente confúsa est, quóniam audiêbat unusquísque lingua sua illos loquéntes.

℟. br. Spíritus Paráclitus, * Allelúia, allelúia. Spíritus. ℣. Docêbit vos ómnia. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Spíritus. ℣. Repléti sunt omnes Spíritu sancto, allelúia. ℟. Et cœpérunt loqui, allelúia.

Ad Nonam, Antíphona. Loquebántur.

CAPITULUM. *Act.* 2. b

Iudæi quoque, & Prosélyti, Cretes, & Arabes: audívimus eos loquéntes nostris linguis magnália Dei.

℟. br. Repléti sunt omnes Spíritu sancto, * Allelúia, allelúia. Repléti. ℣. Et cœpérunt loqui. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Repléti sunt. ℣. Loquebántur várijs linguis Apóstoli, allelúia. ℟. Magnália Dei, allelúia.

Ad Vésperas, Aña. Cùm compleréntur. ut suprà in Laud. 290. Psalmus. Dixit Dóminus. cum ré-

réliquis de Domínica, 125. qui dicúntur quotídiè per Octávam. Capítulum. Cùm compleréntur. Hymnus. Veni Creátor. 289. ℣. Loquebántur váriis linguis Apóstoli, allelúia. ℟. Magnália Dei, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Hódiè compléti sunt dies Pentecóstes, allelúia: hódiè Spíritus sanctus in igne discípulis appáruit, & tríbuit eis charismatum dona: misit eos in univérsum mundum prædicáre, & testificári: qui crediderit, & baptizátus fúerit, salvus erit, allelúia.

Orátio. Deus, qui hodiérna. ut suprà. 291.

Infra Octávam Pentecóstes fit Officium sicut in die, excéptis Versículis ad Nocturn. & Antiphonis ad Benedíctus, & ad Magníficat, & Oratiónibus.

Si infra Oct. occúrrat Festum ix. Lectiónum transfértur post Oct. De Símplici autem in hoc tríduo nulla fit Commemorátio.

## FERIA SECUNDA.

Ad Matutínum. ℣. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúia. ℟. Et hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúia.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Sic Deus diléxit mundum, ut Fílium suum unigénitum daret: ut omnis qui credit in ipsum, non péreat, sed hábeat vitam ætérnam, allelúia.

ORATIO.

Deus, qui Apóstolis tuis sanctum dedísti Spíritum: concéde plebi tuæ piæ petitiónis efféctum; ut quibus dedísti fidem, largiáris & pacem. Per Dóminum. In unitáte eiúsdem Spíritus sancti.

Ad Magníficat, Antíphona.

Si quis díligit me, sermónem meum servábit: & Pater meus díliget eum, & ad eum veniémus, & mansiónem apud eum faciémus, allelúia. Orátio. ut suprà.

## FERIA TERTIA.

Ad Matutínum. ℣. Spíritus Paráclitus, allelúia. ℟. Docébit vos ómnia, allelúia.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Ego sum óstium, dicit Dñs: per me si quis introíerit, salvábitur, & páscua invéniet, allelúia.

ORATIO.

Adsit nobis, quǽsumus Dómine, virtus Spíritus sancti: quæ & corda nostra cleménter expúrget, & ab ómnibus tueátur advérsis. Per Dóminum. In unitáte eiúsdem Spíritus sancti Deus.

Ad Magníficat, Antíphona.

Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodò mundus dat, ego do vobis, allel.

## FERIA QUARTA.

Quátuor Témporum.

Ad Matutínum. ℣. Repléti sunt omnes Spíritu sancto, allel. ℟. Et cœpérunt loqui, allelúia.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Ego sum panis vivus, dicit Dóminus, qui de cælo descéndi, allelúia, allelúia.

ORATIO.

Mentes nostras, quǽsumus Dómine, Paráclitus, qui à te procédit, illúminet: & in-

dû-



dúcat in omnem, sicut tuus promísit Fílius veritátem. Qui tecum vivit & regnat in unitáte eiúsdem Spíritus sancti Deus.

Ad Magníficat, Antíphona.

Ego sum panis vivus, qui de cælo descéndi: si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum: & panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, allelúia.

## FERIA QUINTA.

Ad Matutínum. ℣. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúia. ℟. Et hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúia.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Convocátis Iesus duódecim discípulis suis, dedit illis virtútem potestátem super ómnia dæmónia, & ut languóres curárent: & misit illos prædicáre regnum Dei, & sanáre infírmos, allelúia.

ORATIO.

Deus, qui hodiérna die corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere; & de eius semper consolatióne gaudére. Per Dóminum. In unitáte eiúsdem Spíritus.

Ad Magníficat, Antíphona.

Spíritus qui à Patre procédit, allelúia, ille me clarificábit, allelúia, allelúia.

## FERIA SEXTA.

Quátuor Témporum.

Ad Matutínum. ℣. Spíritus Paráclitus, allelúia. ℟. Docébit vos ómnia, allelúia.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Dixit Iesus: Ut sciátis autem quia Fílius hóminis habet potestátem in terra dimitténdi peccáta, ait paralýtico: Tibi dico, surge: tolle lectum tuum, & vade in domum tuam, allelúia.

ORATIO.

Da, quǽsumus, Ecclésiæ tuæ miséricors Deus: ut sancto Spíritu congregáta, hostíli nullátenus incursióne turbétur. Per Dóminum nostrum. In unitáte eiúsdem Spíritus sancti Deus.

Ad Magníficat, Antíphona.

Paráclitus autem Spíritus sanctus, quem mittet Pater in nómine meo, ille vos docébit ómnia, & súggeret vobis ómnia, quæcúmque dixero vobis, allelúia.

## SABBATO.

Quátuor Témporum.

Ad Matutínum. ℣. Repléti sunt omnes Spíritu sancto, allel. ℟. Et cœpérunt loqui, allelúia.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Cháritas Dei diffúsa est in córdibus nostris, per inhabitántem Spíritum eius in nobis, allelúia.

ORATIO.

Mentibus nostris, quǽsumus Dómine, Spíritum sanctum benígnus infunde: cuius & sapiéntia cónditi sumus, & providéntia gubernámur. Per Dóminum nostrum. In unitáte eiúsdem Spíritus sancti Deus.

Post Nonam celebráta Missa terminátur tempus Paschále.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# IN FESTO SS. TRINITATIS.

## AD VESPERAS.

Aña. Glória tibi Trínitas. cum réliquis de Laudibus. 293. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Dominica. 125. & loco últimi Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

Capitulum. *Rom. 11. d*

O Altitúdo divitiárum sapiéntiæ, & sciéntiæ Dei: quàm incomprehensibília sunt iudícia eius, & investigábiles viæ eius!

Hymnus.

Iam sol recédit ígneus;
Tu lux perénnis Unitas,
Nostris beáta Trínitas,
Infúnde amórem córdibus.

Te mane laudum cármine:
Te deprecámur véspere:
Dignéris, ut Te súpplices
Laudémus inter Cǽlites.

Patri, simúlque Fílio,
Tibíque sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit iúgiter
Sæclum per omne glória.
Amen.

℣. Benedicámus Patrem & Fílium cum sancto Spíritu. ℟. Laudémus, & superexaltémus eum in sǽcula.

Ad Magníficat, Antíphona.

Grátias tibi Deus, grátias tibi vera & una Trínitas, una & summa Déitas, sancta & una Unitas.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne veræ fidei, ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere: & in poténtia maiestátis adoráre unitátem: quǽsumus, ut eiúsdem fidei firmitáte ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dóminum.

Et fit Commemor. Domínicæ primæ post Pentecosten, ut séquitur, Aña. Lóquere Dómine, quia audit servus tuus. ℣. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine. ℟. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Oratio.

Deus in te sperántium fortitúdo, adésto propítius invocatiónibus nostris: & quia sine te nihil potest mortális infírmitas, præsta auxílium grátiæ tuæ; ut in exequéndis mandátis tuis, & voluntáte tibi & actióne placeámus. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutinum, Invitatórium.

Deum verum, unum in Trinitáte, & Trinitátem in unitáte, * Veníte adorémus. Psalm. Veníte, exultémus. 2.

Hymnus.

Summæ Parens cleméntiæ,
Mundi regis qui máchinam,
Unius & substántiæ,
Trinúsque persónis Deus:

Da



Da déxteram surgéntibus,
Exúrgat ut mens sóbria
Flagrans & in laudem Dei
Grates rependat débitas.

Deo Patri sit glória,
Natóque Patris único,
Cum Spíritu Paráclito,
In sempitérna sǽcula. Amen.

In primo Noctúrno, Aña.

Adésto unus Deus omnípotens, Pater, Fílius, & Spíritus sanctus. Psalmus. Dómine Dóminus noster. 6. Antiphona. Te unum in substántia, Trinitátem in persónis confitémur. Psalm. Cæli enárrant glóriam Dei. 14. Antíphona. Te semper idem esse, vívere, & intellígere, profitémur. Psalmus. Dómini est terra. 30. ℣. Benedicámus Patrem & Fílium cum sancto Spíritu. ℟. Laudémus & superexaltémus eum in sǽcula.

In secúndo Noctúrno, Aña.

Te invocámus, te laudámus, te adorámus, ô beáta Trínitas. Psalm. Omnes Gentes pláudite. 68. Aña. Spes nostra, salus nostra, honor noster, ô beáta Trínitas. Psalm. Magnus Dóminus. 68. Aña. Líbera nos, salva nos, vivífica nos, ô beáta Trínitas. Psalm. Deus iudícium tuum regi da. 86. ℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli. ℟. Et laudábilis & gloriósus in sǽcula.

In tértio Noctúrno, Aña.

Cháritas Pater est, grátia Fílius, communicátio Spíritus sanctus, ô beáta Trínitas. Psalmus. Cantáte Dómino cánticum novum: * cantáte. 105.

Aña. Verax est Pater, véritas Fílius, véritas Spíritus sanctus, ô beáta Trínitas. Psalmus. Dóminus regnávit, exúltet. 105. Antíphona. Pater, & Fílius, & Spíritus sanctus una substántia est, ô beáta Trínitas. Psalmus. Cantáte Dómino cánticum novum: * quia. 109. ℣. Verbo Dómini cæli firmáti sunt. ℟. Et spíritu oris eius omnis virtus eórum.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antíphona.

Glória tibi Trínitas æquális, una Déitas, & ante ómnia sǽcula, & nunc & in perpétuum. Psalm. Dóminus regnávit. cum réliq. 17. Aña. Laus & perénnis glória Deo Patri, & Fílio, sancto simul Paráclito, in sæculórum sǽcula. Aña. Glória laudis résonet in ore ómnium Patri, genitǽque Proli, Spíritu sancto páriter resúltet laude perénni. Aña. Laus Deo Patri, paríque Proli, & tibi sancte stúdio perénni Spíritus, nostro résonet ab ore omne per ævum. Aña. Ex quo ómnia, per quem ómnia, in quo ómnia: ipsi glória in sǽcula.

Capitulum. *Rom. 11. d*

O Altitúdo divitiárum sapiéntiæ, & sciéntiæ Dei: quàm incomprehensibília sunt iudícia eius, & investigábiles viæ eius!

Hymnus.

Tu Trinitátis Unitas,
Orbem poténter quæ regis,
Atténde laudis cánticum,
Quod excubántes psállimus.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ortus refúlget lúcifer,
Præítque solem núncius:
Cadunt tenébræ nóctium:
Lux sancta nos illúminet.
Deo Patri sit glória,
Eiúsque soli Filio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, & per omne sæculum.
Amen.

℣. Benedicâmus Patrem & Fílium cum sancto Spíritu. ℟. Laudêmus & superexaltêmus eum in sæcula.

Ad Benedictus, Antíphona. Benedícta sit sancta creátrix & gubernátrix ómnium, sancta & indivídua Trínitas, nunc, & semper, & per infiníta sæcula sæculórum.

ORATIO.

Omnípotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne veræ fídei, ætérnæ Trinitâtis glóriam agnóscere: & in poténtia maiestâtis adoráre Unitâtem: quæsumus, ut eiúsdem fídei firmitâte, ab ómnibus semper muniâmur advérsis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Et fit Commem. Domínicæ, Antíphona. Estóte ergo misericórdes, sicut & Pater vester miséricors est: dicit Dóminus. ℣. Dóminus regnâvit, decórem índuit. ℟. Induit Dóminus fortitúdinem, & præcínxit se virtúte.

ORATIO.

Deus in te sperántium fortitúdo, adésto propítius invocatiónibus nostris: & quia sine te nihil potest immortâlis infírmitas, præsta auxílium grátiæ tuæ; ut in exequéndis mandátis tuis, & voluntâte tibi & actióne placeâmus. Per Dóminum nostrum.

Ad Primam, Psalmi ut in Festo Dúplici, cum Sýmbolo sancti Athanásij.

Ad Tértiam, Aña. Laus & perénnis glória. Capit. O altitúdo. ut suprà. 295.

℟. br. Benedicâmus Patrem & Fílium, * Cum sancto Spíritu. Benedicâmus. ℣. Laudêmus & superexaltêmus eum in sæcula. Cum sancto. Glória Patri. Benedicâmus. ℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli. ℟. Et laudábilis & gloriósus in sæcula.

Ad Sextam, Antíphona. Glória laudis.

CAPITULUM. *2. Cor. 13. d*

Grátia Dómini nostri Iesu Christi, & cháritas Dei, & communicátio sancti Spíritus sit cum ómnibus vobis. Amen.

℟. breve. Benedíctus es Dómine, * In firmaménto cæli. Benedíctus. ℣. Et laudábilis & gloriósus in sæcula. In firmaménto. Glória Patri. Benedíctus es. ℣. Verbo Dómini cæli firmáti sunt. ℟. Et Spíritu oris eius, omnis virtus eórum.

Ad Nonam, Antíphona. Ex quo ómnia.

CAPITULUM. *1. Ioan. 5. b*

Tres sunt, qui testimónium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spíritus sanctus: & hi tres unum sunt.

℟. br. Verbo Dómini, * Cæli firmáti sunt. Verbo Dómini. ℣. Et Spíritu oris eius, omnis virtus eórum. Cæli firmáti. Glória. Verbo Dómini. ℣. Sit nomen Dómini benedíctum. ℟. Ex hoc nunc & usque in sæculum.



Ad Vésperas, Antíphona. Glória tibi Trínitas. cum réliquis ut suprà in Láudibus. 295. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. Capítulum. O altitúdo. Hymnus. Iam sol recédit. 294. ℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli. ℟. Et laudábilis & gloriósus in sæcula.

Ad Magníficat, Antíphona. Te Deum Patrem ingénitum, te Fílium unigénitum, te Spíritum sanctum Paráclitum, sanctam & indivíduam Trinitâtem, toto corde & ore confitêmur, laudâmus, atque benedícimus: tibi glória in sæcula.

ORATIO.

Omnípotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne veræ fídei, ætérnæ Trinitâtis glóriam agnóscere: & in poténtia maiestâtis adoráre Unitâtem: quæsumus, ut eiúsdem fídei firmitâte, ab ómnibus semper muniâmur advérsis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Pro Commemoratióne Domínicæ, Aña. Nolíte iudicáre, ut non iudicémini: in quo enim iudício iudicavéritis, iudicabímini dicit Dóminus. ℣. Dirigâtur Dómine orátio mea. ℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

ORATIO.

Deus in te sperántium fortitúdo, adésto propítius invocatiónibus nostris, & quia sine te nihil potest mortális infírmitas, præsta auxílium grátiæ tuæ: ut in exequéndis mandátis tuis, & voluntâte tibi & actióne placeâmus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: qui tecum vivit & regnat.

## FERIA SECUNDA.

Omnia dicúntur ut in Psaltério, cum Oratióne præcedéntis Domínicæ. Orátio. Deus in te sperántium. ut suprà.

## FERIA QUINTA.

Celebrâtur Festum Córporis Christi.

Si ea die occúrrat Festum Duplex, vel Semidúplex, transfértur post Octávam: si simplex, nulla fit de eo Commemorátio.

Infra Octávam non fit de Festo, nisi fúerit Duplex: Semidúplicia transferúntur post Octávam: de Simplici fit de tantum Commemorátio.

In die Octáva non fit nisi de Nativitáte sancti Ioánnis, & de Festo sanctórum Apostolórum Petri & Pauli, vel de álio ex solemnióribus, si occúrrant, cum Commemoratióne Octávæ.

IN





# IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

## AD VESPERAS,

Antiphona.

SAcérdos in ætérnum Christus Dñs secúndùm órdinem Melchísedech, panem & vinum óbtulit. Psalmus 109.

DIxit Dóminus Dómino meo: * Sede à dextris meis:

Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtûtis tuæ emíttet Dóminus ex Sion: * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtûtis tuæ in splendóribus sanctórum: * ex útero ante lucíferum génui te.

Iurâvit Dóminus, & non pœnitêbit eum: * Tu es sacérdos in ætérnum secúndùm órdinem Melchísedech.

Dóminus à dextris tuis, * confrêgit in die iræ suæ reges.

Iudicâbit in natiónibus, implêbit ruinas: * conquassâbit cápita in terra multórum.

De torrénte in via bibet: * proptéreà exaltâbit caput.

Antiphona. Sacérdos in ætérnum Christus Dóminus secúndùm órdinem Melchísedech, panem & vinum óbtulit.

Antiphona. Miserâtor Dóminus escam dedit timéntibus se in memóriam suórum mirabílium.

Psalmus 110.

COnfitêbor tibi Dómine in toto corde meo: * in consílio iustórum, & congregatióne.

Magna ópera Dómini: * exquisíta in omnes voluntâtes eius.

Conféssio & magnificéntia opus eius: * & iustítia eius manet in sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, miséricors & miserâtor Dóminus: * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sæculum testaménti sui: * virtûtem óperum suórum annunciâbit pópulo suo:

Ut det illis hereditâtem géntium: * ópera mánuum eius véritas, & iudícium.

Fidélia ómnia mandâta eius: confirmâta in sæculum sæculi, * facta in veritâte & æquitâte.

Redemptiónem misit pópulo suo: * mandâvit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum, & terríbile nomen eius: * inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus facién-

ciéntibus eum : * laudátio eius manet in sæculum sæculi.

Antiphona. Miserátor Dóminus escam dedit timéntibus se in memóriam suórum mirabílium.

Antiphona. Cálicem salutáris accípiam, & sacrificábo hostiam laudis.

### Psalmus 115.

Crédidi, propter quod locútus sum : * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino : * pro ómnibus, quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam : * & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo eius : * pretiosa in conspéctu Dómini mors Sanctórum eius:

O Dómine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, & filius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea : * tibi sacrificábo hóstiam laudis, & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli eius : * in átrijs domus Dómini, in médio tui Ierúsalem.

Antíphona. Cálicem salutáris accípiam, & sacrificábo hostiam laudis.

Antíphona. Sicut novéllæ olivárum, Ecclésiæ filij sint in circúitu mensæ Dómini.

### Psalmus 127.

Beáti omnes, qui timent Dóminum, * qui ámbulant in vijs eius.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis : * beátus es, & benè tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abúndans, * in latéribus domus tuæ.

Filij tui sicut novéllæ olivárum, * in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo, * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion : * & vídeas bona Ierúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas fílios filiórum tuórum, * pacem super Israël.

Antiphona. Sicut novéllæ olivárum, Ecclésiæ filij sint in circúitu mensæ Dómini.

Antiphona. Qui pacem ponit fines Ecclésiæ, fruménti ádipe sátiat nos Dóminus.

### Psalmus 147.

Lauda Ierúsalem Dóminum : * lauda Deum tuum Sion.

Quóniàm confortávit seras portárum tuárum : * benedíxit filijs tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem : * & ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terræ : * velóciter currit sermo eius.

Qui dat nivem sicut lanam : * nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit crystállum suam sicut buccéllas : * ante fáciem frígoris eius quis sustinébit?

Emittet verbum suum, & liquefáciet ea : * flabit spíritus eius, & fluent aquæ.

Qui annúnciat verbum suum Iacob : * iustítias, & iudícia sua Israël.

Non



Non fecit táliter omni natióni : * & iudícia sua non manifestávit eis.

Antiphona. Qui pacem ponit fines Ecclésiæ, fruménti ádipe sátiat nos Dóminus.

### Capitulum. 1. Cor. 11. c

Fratres, Ego enim accépi à Dño quod & trádidi vobis, quóniàm Dóminus Iesus in qua nocte tradebátur, accépit panem, & grátias agens fregit, & dixit: Accípite, & manducáte: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur : hoc fácite in meam commemoratiónem.

### Hymnus.

Pange lingua gloriósi
Córporis mystérium,
Sanguinísque pretiósi,
Quem in mundi prétium
Fructus ventris generósi
Rex effúdit géntium.

Nobis datus, nobis natus
Ex intácta Vírgine,
Et in mundo conversátus
Sparso verbi sémine,
Sui moras incolátus
Miro clausit órdine.

In suprémæ nocte cœnæ
Recúmbens cum frátribus,
Observáta lege plenè
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat suis mánibus.

Verbum caro, panem verum
Verbum carnem éfficit:
Fitque sanguis Christi merum
Et si sensus déficit:
Ad firmándum cor sincérum
Sola fides súfficit.

Tantum ergo Sacraméntum
Venerémur cérnui:
Et antíquum documéntum
Novo cedat rítui:
Præstet fides supleméntum
Sénsuum deféctui.

Genitóri, Genitóque
Laus & iubilátio,
Salus, honor, virtus quoque,
Sit & benedíctio:
Procedénti ab utróque
Compar sit laudátio. Amen.

℣. Panem de cælo præstitísti eis, allelúia. ℟. Omne delectaméntum in se habéntem, allelúia.

### Ad Magníficat, Antíphona.

O quàm suávis est Dómine spíritus tuus, qui ut dulcédinem tuam in fílios demonstráres, pane suavíssimo de cælo præstito, esuriéntes reples bonis, fastidiósos dívites dimíttens inánes.

### Oratio.

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti : tríbue quǽsumus, ita nos Córporis & Sánguinis tui sacra mystéria venerári ; ut redemptiónis tuæ fructum in nobis iúgiter sentiámus. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Ad Completórium, & per Horas, in fine Hymnórum dícitur Iesu tibi sit glória, Qui natus es de Vírgine. Et simíliter per totam Octávam.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Christum Regem adorémus dominántem Géntibus : * Qui se manducántem dat spíritus pinguédinem. Psalmus. Venite, exultémus. 2.

Hym-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

HYMNUS.

SAcris solémnijs iuncta sint gaudia,
Et ex precórdijs sonent præcónia;
Recédant vétera, nova sint ómnia,
Corda, voces, & ópera.
Noctis recólitur cœna novíssima,
Qua Christus créditur agnum & ázyma
Dedisse frátribus, iuxta legítima
Priscis indulta Pátribus.
Post agnum týpicum, explétis épulis,
Corpus Domínicum, datum discípulis,
Sic totum ómnibus, quod totum síngulis,
Eius fatémur mánibus.
Dedit fragílibus córporis férculum,
Dedit & trístibus sánguinis póculum,
Dicens: Accípite quod trado vásculum,
Omnes ex eo bíbite.
Sic Sacrifícium istud instítuit,
Cuius offícium commítti vóluit
Solis Presbýteris, quibus sic cóngruit,
Ut sumant, & dent céteris.
Panis Angélicus fit panis hóminum;
Dat panis cǽlicus figúris términum:
O res mirábilis, mandûcat Dóminum
Pauper, servus, & húmilis.
Te trina Déitas únaque póscimus:
Sic nos tu vísita, sicut te cólimus:
Per tuas sémitas duc nos quò téndimus,
Ad lucem, quam inhábitas. Amen.

In primo Nocturno, Aña.

Fructum salutíferum gustándum dedit Dominus mortis suæ témpore. Psalm. Beâtus vir, qui non ábijt. 3. Aña. A fructu fruménti & vini multiplicati fidéles in pace Christi requiéscunt. Psalmus. Cùm invocárem. 148. Aña. Communione cálicis, quo Deus ipse súmitur, non vitulórum sánguine, congregâvit nos Dóminus. Psalmus. Consérva me Domine. 10. ℣. Panem cæli dedit eis, allelúia. ℟. Panem Angelorum manducâvit homo, allelúia.

In secúndo Noctúrno, Aña.

Memor sit Dóminus sacrifícij nostri, & holocáustum nostrum pingue fiat. Psalm. Exáudiat te Dominus in die. 15. Antiph. Parâtur nobis mensa Dómini advérsus omnes qui tribulant nos. Psalmus. Dóminus regit me. 32. Aña. In voce exultatiónis résonent epulántes in mensa Dómini. Psalm. Quemádmodum desíderat. 65. ℣. Cibâvit illos ex ádipe fruménti, allelúia. ℟. Et de petra, melle saturâvit eos, allelúia.

In tértio Noctúrno, Aña.

Introíbo ad altáre Dei: sumam Christum, qui rénovat iuventûtem meam. Psalm. Iúdica me Deus, & discérne. 71. Aña. Cibâvit nos Dóminus ex ádipe fruménti: & de petra, melle saturâvit nos. Psalmus. Exultâte Deo adiutóri nostro. 98. Aña. Ex altári tuo Dómine Christum súmimus: in quem cor & caro nostra exúltant. Psalmus. Quàm dilécta tabernácula. 99. ℣. Edúcas panem de terra, allelúia. ℟. Et vinum lætíficet cor hóminis, allelúia.



AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

SApiéntia ædificâvit sibi domum, míscuit vinum, & pósuit mensam, allelúia. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum réliquis. 17. Aña. Angelórum esca nutrivísti pópulum tuum, & panem de cælo præstitísti eis, allelúia. Aña. Pinguis est panis Christi, & præbebit delícias régibus, allelúia. Aña. Sacerdótes sancti incénsum & panes ófferunt Deo, allelúia. Aña. Vincénti dabo manna abscónditum, & nomen novum, allelúia.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 11. *c*

FRatres ego enim accépi à Dómino quod & trádidi vobis, quóniam Dóminus Iesus in qua nocte tradebátur, accépit panem, & grátias agens fregit, & dixit: Accípite, & manducáte: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradêtur: hoc fácite in meam commemoratiónem.

HYMNUS.

VErbum supérnum pródiens,
Nec Patris linquens déxteram,
Ad opus suum éxiens,
Venit ad vitæ vésperam.
In mortem à discípulo
Suis tradéndus ǽmulis,
Prius in vitæ férculo
Se trádidit discípulis.
Quibus sub bina spécie
Carnem dedit & sánguinem;
Ut dúplicis substántiæ
Totum cibâret hóminem.
Se nascens dedit sócium,
Convéscens in edúlium,
Se móriens in prétium,
Se regnans dat in prémium.
O salutáris Hóstia,
Quæ cæli pandis óstium!
Bella premunt hostília,
Da robur, fer auxílium.
Uni trinóque Dómino
Sit sempitérna glória:
Qui vitam sine término
Nobis donet in pátria. Amen.

℣. Pósuit fines tuos pacem, allelúia. ℟. Et ádipe fruménti sátiat te, allelúia.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Ego sum panis vivus, qui de cælo descéndi: si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum, allelúia.

ORATIO.

DEus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti: tríbue quǽsumus, ita nos Córporis & Sánguinis tui sacra mystéria venerári; ut redemptiónis tuæ fructum in nobis iúgiter sentiámus. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Ad Primam, in ℟. brevi. Christe Fili, ℣. Qui natus est de María vírgine.

Et

Et sic dicitur per totam Octávam.

In Versículis Primæ & Completórij non additur. Allelúia. sed in álijs Horis.

Ad Tértiam, Antíphona. Angelórum esca. Capitulum. Fratres, Ego enim accépi. 303.

℟. breve. Panem cæli dedit eis, * Allelúia, allelúia. Panem. ℣. Panem Angelórum manducávit homo. Allelúia, allelúia. Glória. Panem. ℣. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allelúia. ℟. Et de petra, melle saturávit eos, allelúia.

Ad Sextam, Antíphona. Pinguis est panis.

Capitulum. 1.*Cor*.11.*f*

Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc, & cálicem bibétis: mortem Dómini annunciábitis donec véniat.

℟. breve. Cibávit illos ex ádipe fruménti, * Allelúia, allelúia. Cibávit. ℣. Et de petra, melle saturávit eos. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Cibávit. ℣. Edúcas panem de terra, allelúia. ℟. Et vinum lætíficet cor hóminis, allelúia.

Ad Nonam, Antíphona. Vincénti.

Capitulum. 1.*Cor*.11.*f*

Quicúmque manducáverit panem hunc, vel biberit cálicem Dómini indignè: reus erit córporis, & sánguinis Dómini.

℟. breve. Edúcas panem de terra. * Allelúia, allelúia. Edúcas panem. ℣. Et vinum lætíficet cor hóminis. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Edúcas. ℣. Posuit fines tuos pacem, allelúia, ℟. Et ádipe fruménti sátiat te, allelúia.

In ii. Vésperis ómnia dicúntur sicut in primis Vésperis. 299. ℣. Panem de cælo præstitísti eis, allelúia. ℟. Omne delectaméntum in se habéntem, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona. O sacrum convívium, in quo Christus súmitur: recólitur memória passiónis eius: mens implétur grátia: & futúræ glóriæ nobis pignus datur, allelúia.

Oratio.

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquisti: tríbue quæsumus, ita nos Córporis & Sánguinis tui sacra mystéria venerari; ut redemptiónis tuæ fructum in nobis iúgiter sentiámus. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

## SABBATO

Ad Vésperas, Antíphona. Sacérdos in ætérnum. cum reliquis Antíphonis & Psalmis, ut supra. 299.

Capitulum. 1.*Ioan*.3.*b*

Charíssimi, Nolite mirári, si odit vos mundus. Nos scimus quóniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.

Hymnus. Pange lingua. 301. ℣. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allelúia. ℟. Et de petra, melle saturávit eos, allelúia.

Ad



Ad Magníficat, Antíphona. Puer Sámuel ministrábat ante Deum coram Heli, & sermo Dómini erat pretiosus cum eo.

Oratio.

Sancti nóminis tui, Dómine, timórem páriter & amórem fac nos habére perpétuum: quia numquam tua gubernatióne destítuis, quos in soliditáte tuæ dilectiónis instítuis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

Deindè fit Commemorátio de Octáva, Aña. O sacrum convívium: in quo Christus súmitur: recólitur memória passiónis eius: mens implétur grátia: & futúræ glóriæ nobis pignus datur, allelúia. ℣. Panem de cælo præstitísti eis, allelúia. ℟. Omne delectaméntum in se habéntem, allelúia.

Oratio.

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquisti: tríbue quæsumus, ita nos Córporis & Sánguinis tui sacra mystéria venerari; ut redemptiónis tuæ fructum in nobis iúgiter sentiámus. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

## DOMINICA

Infra Octávam quæ est secúnda post Pentecósten.

Omnia dicúntur de Octáva, præter Capitula, Antíphonas ad Benedíctus, & Magníficat, & Oratiónem, quæ hîc habéntur própria.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antíphona.

Sapiéntia ædificávit sibi domum, míscuit vinum & pósuit mensam, allelúia. Psalm. Dóminus regnávit. cum réliquis 17. Aña. Angelórum esca nutrivísti pópulum tuum, & panem de cælo præstitísti eis, allelúia. Aña. Pinguis est panis Christi, & præbébit delícias régibus, allelúia. Antíphona. Sacerdótes sancti incénsum & panes ófferunt Deo, allelúia. Aña. Vincénti dabo manna abscónditum, & nomen novum, allelúia. Capitulum. Charíssimi, Nolite. 304. Hymn. Verbum supérnum. 303. ℣. Panem cæli dedit eis, allelúia. ℟. Panem Angelórum manducávit homo, allelúia.

Ad Benedíctus, Antíphona. Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocávit multos: & misit servum suum hora cœnæ dícere invitátis ut venírent, quia ómnia paráta sunt, allelúia.

Oratio.

Sancti nóminis tui, Dómine timórem páriter & amórem fac nos habére perpétuum: quia numquam tua gubernatióne destítuis, quos in soliditáte tuæ dilectiónis instítuis. Per Dóminum nostrum.

Deindè fit Commemorát. de Octáva, Aña. Ego sum panis vivus, qui de cælo descéndi: si quis manducáverit ex hoc pane vivet in ætérnum, allelúia. ℣. Pósuit fines tuos pacem,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

allelúia. ℟. Et ádipe fruménti sátiat te, allelúia.

ORATIO.

DEus, qui nobis sub Sacraménto mirabili passiònis tuæ memóriam reliquisti: tríbue quǽsumus, ita nos Córporis & Sánguinis tui sacra mystéria venerari; ut redemptiónis tuæ fructum in nobis iúgiter sentiàmus. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Ad Primam, ad Absolutiônem Capituli dicitur Capitulum Nonæ. Filíoli mei. mirà.

Ad Tértiam, Antíphona.

Angelôrum esca. Capítulum. Charíssimi, Nolite. 304.

℟. brev. Panem cæli dedit eis, * Allelúia, allelúia. Panem. ℣. Panem Angelorum manducâvit homo. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Panem. ℣. Cibâvit illos ex ádipe fruménti, allelúia. ℟. Et de petra, melle saturâvit, eos, allelúia.

Ad Sextam, Antíphona.

Pinguis est panis.

CAPITULUM. 1. *Ioan.* 3. *c*

IN hoc cognóvimus charitâtem Dei, quóniam ille ánimam suam pro nobis pósuit: & nos debêmus pro frátribus ánimas pónere.

℟. brev. Cibâvit illos ex ádipe fruménti, * Allelúia, allelúia. Cibâvit. ℣. Et de petra, melle saturâvit eos. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Cibâvit. ℣. Edúcas panem de terra, allelúia. ℟. Et vinum lætíficet cor hóminis, allelúia.

Ad Nonam, Antíphona.

Vincénti.

CAPITULUM. 1. *Ioann.* 3. *b*

FIlíoli mei: non diligâmus verbo, neque lingua, sed ópere & veritâte.

℟. breve. Edúcas panem de terra, * Allelúia, allelúia. Edúcas. ℣. Et vinum lætíficet cor hóminis. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Edúcas. ℣. Pósuit fines tuos pacem, allelúia. ℟. Et ádipe fruménti satiat te, allelúia.

Ad Vésperas, Antíphona.

Sacérdos in ætérnum. cum réliquis Antíphonis & Psalmis, ùt in 1. Vésperis Festi. 299. Capítulum. Charíssimi, Nolite mirári. ùt suprà. 304. Hymnus. Pange lingua. 391. ℣. Cibâvit illos ex ádipe fruménti, allelúia. ℟. Et de petra, melle saturâvit eos, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Exi citò in platéas & vicos civitâtis: & páuperes ac débiles, cæcos & claudos compélle intrâre, ut impleâtur domus mea, allelúia. Orátio. Sancti nóminis. ùt suprà. 305.

Deindè fit Commemorát. de Octâva, Aña. O sacrum convívium, in quo Christus súmitur, recólitur memória passiônis eius: mens implêtur grátia: & futúræ glóriæ nobis pignus datur, allelúia. ℣. Panem de cælo præstitísti eis, allelúia. ℟. Omne delectaméntum in se habéntem, allelúia.

Orátio. Deus, qui nobis. ùt suprà.





## FERIA QUARTA.

Ad Vésperas, omnia ùt in primis Vésperis Festi.

Et si hac die fúerit festum Duplex, in Vésperis fit tantum Commemorátio de eo: nisi fúerit ex solemnióribus ùt dicitur in Rúbrica de Commemorationibus.

## FERIA QUINTA.

Octâva Córporis Christi.

Omnia sicut in Festo.

## ANTIPHONÆ

dicéndæ in Sábbatis post Pentecósten usque ad Advéntum.

## SABBATO

ante Domínicam tértiam post Pentecosten.

Ad Magníficat, Antíphona.

Cognovérunt omnes à Dan usque Bersabée, quòd fidêlis Samuël Prohêta esset Dómini.

Orátio. Protéctor in te sperántium. quæ habêtur infrà post Antíphonam últimæ Hebdómadæ Novémbris cum álijs Oratiónibus usque ad Advéntum. 311.

Sábbato ante Domínicam iv. post Pentecósten.

Ad Magníficat, Antíphona.

Præváluit David in Philísthæum in funda & lápide, in nómine Dómini.

Sábbato ante Domínicam v. post Pentecósten.

Ad Magníficat, Antíphona.

Montes Gélboë, nec ros nec plúvia véniant super vos: quia in te abiéctus est clýpeus fortium, clýpeus Saül, quasi non esset unctus óleo. Quómodò cecidérunt fortes in bello? Iónathas in excélsis interféctus est: Saül, & Iónathas amábiles, & decóri valdè in vita sua, in morte quoque non sunt divísi.

Sábbto ante Domínicam vi. post Pentecósten.

Ad Magníficat, Antíphona.

Obsecro Dómine, aufer iniquitâtem servi tui, quia insipiénter egi.

Sábbato ante Domínicam vii. post Pentecósten.

Ad Magníficat, Antíphona.

Unxérunt Salomônem Sadoc sacérdos, & Nathan Prophêta, regem in Gihon, & ascendéntes læti dixérunt: Vivat rex in ætérnum,

Nisi ponénda sit Antíphona pro Domínica prima Augusti, quia tunc omissis Antíphonis de libris Regum, ponúntur de libris Salomonis: quod étiam servâtur in sequéntibus Hebdómadis.

Sábbato ante Domínicam viii. post Pentecósten.

Ad Magníficat, Antíphona.

Exaudísti Dómine oratiônem servi tui, ut ædificârem templum nómini tuo.

Sábbato ante Domínicam ix. post Pentecósten.

Ad Magníficat, Antíphona.

Dum tólleret Dóminus Elíam per túrbinem in cælum, Eliséus clamâbat: Pater mi, currus Israël, & auriga eius.

Sábbato ante Domínicam x. post Pentecósten.

Ad Magníficat, Antíphona.

Fecit Ioas rectum coram Dómino cunctis diébus, quibus dócuit eum Ioíada sacérdos.

Sábbato ante Domínicam xi. post Pentecósten.

Ad Magníficat, Antíphona.

Obsécro, Dómine, meménto quæso, quómodò ambuláverim coram te in veritáte, & in corde perfécto; & quod plácitum est coram te, fécerim.

### SABBATO

Ante Domínicam primam Augústi.

Ea autem dícitur prima Domínica mensis, quæ est in Kaléndis, vel proximior Kaléndis illius mensis: ita ut si Kaléndæ fúerint ii. iii. & iv. Féria, tunc prima Domínica mensis est ea, quæ præcédit Kaléndas. Sin autem v. & vi. Féria, vel Sábbato; est ea quæ séquitur. Et in Sábbato præcedénti ad Magníficat ponátur Antíphona illius históriæ, omíssa ália quæ fortè occúrreret.

Ad Magníficat, Antíphona.

Sapiéntia ædificávit sibi domum, excídit colúmnas septem, súbdidit sibi gentes, superbórum & sublímium colla própria virtúte calcávit.

Orátio quæ contíngit in órdine aliárum Dominicárum, ut infra.

Sábbato ante Domínicam secúndam Augústi.

Ad Magníficat, Antíphona.

Ego in altíssimis hábito: & thronus meus in colúmna nubis.

Sábbato ante Domínicam tértiam Augústi.

Ad Magníficat, Antíphona.

Omnis sapiéntia à Dómino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante ævum.

Sábbato ante Domínicam quartam Augústi.

Ad Magníficat, Antíphona.

Sapiéntia clámitat in platéis: Si quis díligit sapiéntiam, ad me declinet, & eam invéniet: & cùm invénerit, beátus erit si tenúerit eam.

Sábbato ante Domínicam quintam Augústi, nisi hæc fúerit propínquior Kaléndis Septémbris: quia tunc ista omíttitur, & pónitur Antíphona pro prima Domínica Septémbris, ut infra.

Ad Magníficat, Antíphona.

Obsérva fili præcépta patris tui, & ne dimíttas legem matris tuæ, sed liga eam semper in corde tuo.

### SABBATO

Próximo Kaléndis Septémbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Cùm audísset Iob nunciórum verba, sustínuit patiénter, & ait: Si bona suscépimus de manu Dómini, mala autem quare non sustineâmus? In ómnibus his non peccâvit Iob lábijs suis, neque stultum áliquid contra Deum locútus est.

Sábbato ante Domínicam secúndam Septémbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

In ómnibus his non peccâvit Iob lábijs suis, neque stultum áliquid contra Deum locútus est.

Sábbato ante Domínicam tértiam Septémbris.





Ad Magníficat, Antíphona.

Ne reminiscâris Dómine delícta mea, vel paréntum meórum: neque vindíctam sumas de peccátis meis.

Féria iv. Quátuor Témporum Septémbris.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Hoc genus dæmoniórum in nullo potest exíre, nisi in orâtióne & ieiúnio.

Deindè dicúntur Preces, ut in Psaltério. 62. ORATIO.

MIsericórdiæ tuæ remédijs, quæsumus Dómine, fragílitas nostra subsístat: ut quæ sua conditióne attéritur, tua cleméntia reparétur. Per Dóminum nostrum.

Et dícitur per Horas diéi tantùm.

Ad Vésperas, si fit de Féria, dicúntur Preces feriáles. 130. cum Oratióne Domínicæ præcedéntis.

Féria vi. Quátuor Témporum.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Múlier quæ erat in civitáte peccátrix, stans retrò secus pedes Dómini, lácrymis cœpit rigáre pedes, eius, & capíllis cápitis sui tergébat, & deosculabátur pedes eius, & unguénto ungébat.

Deindè dicúntur Preces, ut in Psaltério. 62. ORATIO.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: ut observatiónes sacras ánnua devotióne recoléntes, & córpore tibi placeâmus, & mente. Per Dóminum.

Et dícitur per Horas diéi tantùm.

In Vésperis, nisi fiat de Festo novem Lectiónum, dicúntur Preces feriáles. 130. & Orátio Domínicæ prætéritæ.

Sábbato Quátuor Témporum.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Illumináre Dómini ijs, qui in ténebris sedent, & dírige pedes nostros in viam pacis, Deus Israël.

Deindè dicúntur Preces ut in Psaltério. 62.

ORATIO.

OMnípotens sempitérne Deus, qui per continéntiam salutárem corpóribus medéris & méntibus: maiestátem tuam súpplices exorâmus: ut pia ieiunántium deprecatióne placâtus, & præséntia nobis subsídia tríbuas, & futúra. Per Dóminum nostrum Iesum.

Et dícitur per Horas diéi tantùm.

Sábbato ante Domínicam quartam Septémbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Adónai Dómine Deus magne, & mirábilis, qui dedísti salútem in manu féminæ, exáudi preces servórum tuórum.

Sábbato ante Domínicam quintam Septémbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Dómine Rex omnípotens, in ditióne tua cuncta sunt pósita, & non est qui possit tuæ resístere voluntáti.

### SABBATO

ante Domínicam i. Octóbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Adapériat Dóminus cor vestrum in lege sua, & in præ-



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

céptis suis, & fáciam pacem Dominus Deus noster.

Sábbato ante Domínicam secúndam Octóbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Refúlsit sol in clýpeos áureos, & resplenduérunt montes ab eis, & fortitúdo Géntium dissipáta est.

Sábbato ante Domínicam tértiam Octóbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Lugébat autem Iudam Israël planctu magno, & dicébat: Quomodò cecidísti potens in prælio, qui salvum faciébas pópulum Dómini?

Sábbato ante Domínicam quartam Octóbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Exáudiat Dóminus oratiónes vestras, & reconciliétur vobis: nec vos déserat in témpore malo Dóminus Deus noster.

Sábbato ante Domínicam v. Octóbris, nisi sit dimitténda, quia hæc próximior sit Kaléndis Novémbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Tua est poténtia, tuum regnum Dómine, tu es super omnes Gentes: da pacem Dómine in diébus nostris.

SABBATO

ante Dñam i. Novémbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Vidi Dóminum sedéntem super sólium excélsum, & plena erat omnis terra maiestáte eius: & ea quæ sub ipso erant replébant templum.

Sábbato ante Domínicam secúndam Novémbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Aspice Dómine, quia ſacta est desoláta cívitas plena divítijs, sedet in tristítia dómina Géntium: non est qui consolétur eam, nisi Deus noster.

Si Novémber hábeat tantùm quatuor Domínicas, tunc Sábbato ante Domínicam ii. ad Magníficat dicétur Antíphona. Muro tuo, & duobus sequéntibus Sábbatis dicúntur sequéntes Antíphonæ.

Sábbato ante Domínicam tértiam Novémbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Muro tuo inexpugnábili circumcínge nos Dómine, & armis tuæ poténtiæ prótege nos semper.

Sábbato ante Domínicam quartam Novémbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Qui cælórum cóntinens thronum, & abýssos intuéris, Dómine Rex regum, montes pónderas, terram palmo conclúdis: exáudi nos Dómine in gemítibus nostris.

Sábbato ante Domínicam quintam Novémbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Super muros tuos Ierúsalem constítui custódes: tota die & nocte non tacébunt laudáre nomen Dómini.

Sábbato post últimam Domínicam Novémbris.

Ad Vesper. Antíphonæ cum Psalmis de Psalt. 143. Capítulum, Hymnus, ℣. Aña. ad Magníficat, & Orátio, ut in Sábbato ante Domínicam primam Advéntus. 155.

ORA-



# ORATIONES ET ANTIPHONAE IN DOMINICIS,

Per órdinem dispósitæ, à tértia post Pentecósten usque ad Advéntum.

## DOMINICA III. post Pentecósten.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Adorémus Dóminum, * Qui fecit nos. Psalmus. Venite. 2. Hymnus. Nocte surgéntes. 3. Aña. Servite Dómino. cum réliquis Antiphonis, Psalmis, & Versículis, ut in Psaltério. 3.

ORATIO.

Protéctor in te sperántium Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum: multíplica super nos misericórdiam tuam; ut te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, ut non amittámus ætérna. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, & si perdíderit unam ex illis, nónne dimíttit nonagintanóvem in desérto, & vadit ad illam quæ períerat, donec invéniat eam? allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Quæ múlier habens drachmas decem, & si perdíderit drachmam unam, nónne accéndit lucérnam, & evérrit domum, & quærit diligénter donec invéniat?

## DOMINICA IV.

Post Pentecósten. ORATIO.

Da nobis, quæsumus Dómine, ut & mundi cursus pacificè nobis tuo órdine dirigátur: & Ecclésia tua tranquílla devotióne lætétur. Per Dóminum nostrum.

Ad Benedictus, Antíphona.

Ascéndens Iesus in navim, sedens docébat turbas, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Præcéptor, per totam noctem laborántes nihil cépimus, in verbo autem tuo laxábo rete.

## DOMINICA V.

Post Pentecósten. ORATIO.

Deus, qui diligéntibus te bona invisibília præparásti: infúnde córdibus nostris tui amóris afféctum; ut te in ómnibus, & super ómnia diligéntes, promissiónes tuas, quæ omne desidérium súperant, consequámur. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antíphona.

Audístis quia dictum est antíquis: Non occídes: qui autem occíderit, reus erit iudício.

Ad Magníficat, Antíphona.

Si offers munus tuum ad altáre, recordátus fúeris, quia frater tuus habet áliquid advérsùs

 sùs

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

céptis suis, & fáciam pacem Dominus Deus noster.

Sábbato ante Domínicam secúndam Octóbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Refúlsit sol in clýpeos áureos, & resplenduérunt montes ab eis, & fortitúdo Géntium dissipáta est.

Sábbato ante Domínicam tértiam Octóbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Lugébat autem Iudam Israël planctu magno, & dicêbat: Quómodò cecidísti potens in prælio, qui salvum faciêbas pópulum Dómini?

Sábbato ante Domínicam quartam Octóbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Exáudiat Dóminus oratiônes vestras, & reconciliêtur vobis: nec vos déserat in témpore malo Dóminus Deus noster.

Sábbato ante Domínicam v. Octóbris, nisi sit dimitténda, quia hæc próximior sit Kaléndis Novémbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Tua est poténtia, tuum regnum Dómine, tu es super omnes Gentes: da pacem Dómine in diêbus nostris.

SABBATO

ante Dñam i. Novémbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Vidi Dóminum sedéntem super sólium excélsum, & plena erat omnis terra maiestâte eius: & ea quæ sub ipso erant replébant templum.

Sábbato ante Domínicam secúndam Novémbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Aspice Dómine, quia facta est desoláta cívitas plena divítijs, sedet in tristítia dómina Géntium: non est qui consolêtur eam, nisi Deus noster.

Si Novémber hábeat tantùm quátuor Domínicas, tunc Sábbato ante Domínicam ii. ad Magníficat dicétur Antíphona. Muro tuo, & duobus sequéntibus Sábbatis dicúntur sequéntes Antíphonæ.

Sábbato ante Domínicam tértiam Novémbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Muro tuo inexpugnábili circumcínge nos Dómine, & armis tuæ poténtiæ prótege nos semper.

Sábbato ante Domínicam quartam Novémbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Qui cælórum cóntinens thronum, & abýssos intuêris, Dómine Rex regum, montes pónderas, terram palmo conclúdis: exáudi nos Dómine in gemítibus nostris.

Sábbato ante Domínicam quintam Novémbris.

Ad Magníficat, Antíphona.

Super muros tuos Ierúsalem constítui custódes: tota die & nocte non tacébunt laudâre nomen Dómini.

Sábbato post últimam Domínicam Novémbris.

Ad Vésper. Antíphonæ cum Psalmis de Psalt. 143. Capítulum, Hymnus, ℣. Aña. ad Magníficat, & Orátio, ut in Sábbato ante Domínicam primam Advéntus. 155.

ORA-



# ORATIONES ET ANTIPHONAE IN DOMINICIS,

Per órdinem dispósitæ, à tértia post Pentecósten usque ad Advéntum.

## DOMINICA III.

post Pentecósten.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Adorêmus Dóminum, * Qui fecit nos. Psalmus. Venite. 2. Hymnus. Nocte surgéntes. 3. Aña. Servíte Dómino. cum réliquis Antiphonis, Psalmis, & Versículis, ut in Psaltério. 3.

ORATIO.

PRotéctor in te sperántium Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum: multíplica super nos misericórdiam tuam; ut te rectôre, te duce, sic transeâmus per bona temporália, ut non amittâmus ætérna. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, & si perdíderit unam ex illis, nónne dimíttit nonagintanôvem in desérto, & vadit ad illam quæ períerat, donec invéniat eam? allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Quæ múlier habens drachmas decem, & si perdíderit drachmam unam, nónne accéndit lucérnam, & evérrit domum, & quærit diligénter donec invéniat?

## DOMINICA IV.

Post Pentecósten. ORATIO.

DA nobis, quæsumus Dómine, ut & mundi cursus pacíficè nobis tuo órdine dirigâtur: & Ecclésia tua tranquílla devotióne lætêtur. Per Dóminum nostrum:

Ad Benedíctus, Antíphona.

Ascéndens Iesus in navim, & sedens docêbat turbas, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Præcéptor, per totam noctem laborántes nihil cépimus, in verbo autem tuo laxâbo rete.

## DOMINICA V.

Post Pentecósten. ORATIO.

DEus, qui diligéntibus te bona invisibília præparásti: infúnde córdibus nostris tui amóris affectum; ut te in ómnibus, & super ómnia diligéntes, promissiónes tuas, quæ omne desidérium súperant, consequâmur. Per Dóminum.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Audístis quia dictum est antíquis: Non occídes: qui autem occíderit, reus erit iudício.

Ad Magníficat, Antíphona.

Si offers munus tuum ad altâre, recordâtus fúeris, quia frater tuus habet áliquid advérsus

 sus

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sus te; relinque ibi munus tuum ante altáre, & vade prius reconciliári fratri tuo: & tunc véniens ófferes munus tuum, allelúia.

DOMINICA VI.

Post Pentecósten. ORATIO.

DEus virtútum, cuius est totum quod est óptimum: ínsere pectóribus nostris amórem tui nóminis, & præsta in nobis religiónis augméntum: ut quæ sunt bona, nutrias; ac pietátis stúdio, quæ sunt nutríta, custódias. Per Dóminum nostrum.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Cùm turba multa esset cum Iesu, nec habérent quod manducárent; convocátis discípulis, ait illis: Miséreor super turbam: quia ecce iam tríduo sústinent me, nec habent quod mandúcent, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Miséreor super turbam: quia ecce iam tríduo sústinent me, nec habent quod mandúcent: & si dimísero eos ieiúnos, defícient in via, allelúia.

DOMINICA VII.

Post Pentecósten. ORATIO.

DEus, cuius providéntia in sui dispositióne non fállitur: te súpplices exorámus; ut nóxia cuncta submóveas, & ómnia nobis profutúra concédas. Per Dóminum.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Atténdite à falsis prophétis, qui véniunt ad vos in vestiméntis óvium, intrínsecus autem sunt lupi rapáces: à frúctibus eórum cognoscétis eos, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Non potest arbor bona fructus malos fácere, nec arbor mala fructus bonos fácere: omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidétur, & in ignem mittétur, allelúia.

DOMINICA VIII.

Post Pentecósten. ORATIO.

LArgíre nobis, quǽsumus Dómine, semper spíritum cogitándi quæ recta sunt, propítius & agéndi: ut qui sine te esse non póssumus, secúndùm te vívere valeámus. Per Dóminum nostrum.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Ait dóminus víllico: Quid hoc áudio de te? redde ratiónem villicatiónis tuæ, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Quid fáciam, quia dóminus meus aufert à me villicatiónem? fódere non váleo, mendicáre erubésco: scio quid fáciam, ut cùm amótus fúero à villicatióne, recípiant me in domos suas.

DOMINICA IX.

Post Pentecósten. ORATIO.

PAteant aures misericórdiæ tuæ, Dómine, précibus supplicántium: & ut peténtibus desideráta concédas, fac eos, quæ tibi sunt plácita, postuláre. Per Dóminum.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Cùm appropinquáret Dóminus Ierúsalem, videns civitátem flevit super illam, & dixit: Quia si cognovisses & tu: quia vénient dies in te, & circúmdabunt te inimíci tui vallo, & circúmdabunt te, & coangustábunt



bunt te úndique, & ad terram prostérnent te: eò quod non cognovísti tempus visitatiónis tuæ, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Scriptum est enim: Quia domus mea domus oratiónis est cunctis géntibus: vos autem fecístis illam spelúncam latrónum: & erat quotídiè docens in templo.

DOMINICA X.

Post Pentecósten. ORATIO.

DEus, qui omnipoténtiam tuam parcéndo máximè & miserándo manifestas: multíplica super nos misericórdiam tuam; ut ad tua promíssa curréntes, cæléstium bonórum fácias esse consórtes. Per Dóminum nostrum.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Stans à longè publicánus, nolébat óculos ad cælum leváre: sed percutiébat pectus suum, dicens: Deus, propítius esto mihi peccatóri.

Ad Magníficat, Antíphona.

Descéndit hic iustificátus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exáltat, humiliábitur: & qui se humíliat, exaltábitur.

DOMINICA XI.

Post Pentecósten. ORATIO.

OMnípotens sempitérne Deus, qui abundántia pietátis tuæ & mérita súpplicum excédis & vota: effúnde super nos misericórdiam tuam; ut dimíttas quæ consciéntia métuit, & adiícias quod orátio non præsúmit. Per Dóminum nostrum.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Cùm transísset Dóminus fines Tyri, surdos fecit audíre, & mutos loqui.

Ad Magníficat, Antíphona.

Benè ómnia fecit, & surdos fecit audíre, & mutos loqui.

DOMINICA XII.

Post Pentecósten. ORATIO.

OMnípotens & miséricors Deus, de cuius múnere venit, ut tibi à fidélibus tuis dignè & laudabíliter serviátur: tribue quǽsumus nobis, ut ad promissiónes tuas sine offensióne currámus. Per Dóminum.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Magister, quid faciéndo vitam ætérnam possidébo? at ille dixit ad eum: In Lege quid scriptum est? quómodò legis? Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Homo quidam descendébat ab Ierúsalem in Iéricho, & íncidit in latrónes; qui étiam despoliavérunt eum, & plagis impósitis abiérunt, semivívo relícto.

DOMINICA XIII.

Post Pentecósten. ORATIO.

OMnípotens sempitérne Deus, da nobis fídei, spei, & charitátis augméntum: & ut mereámur ássequi quod promíttis, fac nos amáre quod prǽcipis. Per Dóminum.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Cùm transíret Iesus quoddam castéllum, occurrérunt ei decem viri leprósi: qui stetérunt à longè & levavérunt vocem, dicéntes: Iesu præceptor, miserére nostri.

Ad

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ad Benedictus, Antiphona.
Unus autem ex illis, ut vidit quod mundâtus est, regréſſus est cum magna voce magníficans Deum, allelúia.

## DOMINICA XIV.

Post Pentecósten. ORATIO.

CUstódi Dómine, quǽsumus, Ecclésiam tuam propitiatióne perpétua: & quia sine te lábitur humána mortálitas; tuis semper auxílijs & abstrahâtur à nóxijs, & ad salutária dirigâtur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

Ad Benedictus, Antiphona.
Nolíte solíciti esse, dicéntes: Quid manducábimus, aut quid bibémus? scit enim Pater vester, quid vobis necéſſe sit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.
Quǽrite primùm regnum Dei, & iustítiam eius, & hæc ómnia adijciéntur vobis, allelúia.

## DOMINICA XV.

Post Pentecósten. ORATIO.

ECclésiam tuam, Dómine, miserátio continuâta mundet & múniat: & quia sine te non potest salva consístere, tuo semper múnere gubernétur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

Ad Benedictus, Antiphona.
Ibat Iesus in civitâtem, quæ vocâtur Naim: & ecce defunctus efferebâtur fílius únicus matri suæ.

Ad Magnificat, Antiphona.
Prophêta magnus surréxit in nobis, & quia Deus visitâvit plebem suam.

## DOMINICA XVI.

Post Pentecósten. ORATIO.

TUa nos, quǽsumus Dómine, grátia semper & prævéniat & sequâtur: ac bonis opéribus iúgiter præstet esse inténtos. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Ad Magnificat, Antiphona.
Cùm intrâret Iesus in domum cuiúsdam Príncipis Pharisæórum sábbato manducâre panem: ecce homo quidam hydrópicus erat ante illum: ipse verò apprehénsum sanâvit eum, ac dimísit.

Ad Magnificat, Antiphona.
Cùm vocâtus fúeris ad núptias, recúmbe in noviſſimo loco; ut dicat tibi qui te invitâvit: Amíce, ascénde supérius: & erit tibi glória coram simul discumbéntibus, allelúia.

## DOMINICA XVII.

Post Pentecósten. ORATIO.

DA, quǽsumus Dómine, pópulo tuo diabólica vitâre contagia: & te solum Deum pura mente sectâri. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiphona.
Magíster, quod est mandâtum magnum in Lege? Ait illi Iesus: Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.
Quid vobis vidétur de Christo? cuius fílius est? Dicunt ei omnes: David. Dicit eis Iesus: Quómodò David in spíritu vocat eum Dóminum, dicens: Dixit Dóminus Dómino meo: Sede à dextris meis?

DO-



## DOMINICA XVIII.

Post Pentecósten. ORATIO.

DIrigat corda nostra, quǽsumus Dómine, tuæ miseratiônis operátio: quia tibi sine te placêre non póſſumus. Per Dóminum nostrum.

Ad Benedictus, Antiphona.
Dixit Dóminus paralýtico: Confide fili, remittúntur tibi peccâta tua.

Ad Magnificat, Antiphona.
Tulit ergo paralýticus lectum suum, in quo iacêbat, magníficans Deum: & omnis plebs, ùt vidit, dedit laudem Deo.

## DOMINICA XIX.

Post Pentecósten. ORATIO.

OMnipotens & miséricors Deus, univérsa nobis adversántia propitiâtus exclúde: ut mente & córpore páriter expedíti, quæ tua sunt, líberis méntibus exequâmur. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiphona.
Dícite invitâtis: Ecce prándium meum parávi: venite ad núptias, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.
Intrâvit autem Rex, ut vidéret discumbéntes: & vidit ibi hóminem non vestítum veste nuptiali, & ait illi: Amíce quómodò huc intrásti, non habens vestem nuptiálem?

## DOMINICA XX.

Post Pentecósten. ORATIO.

LArgíre, quǽsumus Dómine, fidélibus tuis indulgéntiam placâtus, & pacem: ut páriter ab ómnibus mundéntur offénsis, & secúra tibi mente desérviant. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiphona.
Erat quidam régulus, cuius fílius infirmabâtur Caphárnaum: hìc cùm audiſſet quòd Iesus veniret in Galilǽam, rogâbat eum ut sanâret fílium eius.

Ad Magnificat, Antiphona.
Cognôvit autem pater, quia illa hora erat, in qua dixit Iesus, Fílius tuus vivit, & crédidit ipse, & domus eius tota.

## DOMINICA XXI.

Post Pentecósten. ORATIO.

FAmíliam tuam, quǽsumus Dómine, continua pietâte custódi: ut à cunctis adversitátibus te protegénte sit líbera, & in bonis áctibus tuo nómine sit devôta. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiphona.
Dixit autem Dóminus servo: Redde quod debes. Prócidens autem servus ille rogâbat eum, dicens: Patiéntiam habe in me, & ómnia reddam tibi.

Ad Magnificat, Antiphona.
Serve nequam, omne débitum dimísi tibi, quóniàm rogásti me: nónne ergo opórtuit & te miseréri consérvi tui, sicut & ego tui misértus sum? allelúia.

## DOMINICA XXII.

Post Pentecósten. ORATIO.

DEus, refúgium nostrum, & virtus: adésto pijs Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietâtis, & præsta; ut quod fidéliter pétimus, efficáciter consequâmur. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiphona.
Magister: scimus quia verax es, & viam Dei in veritâte doces, allelúia.

Ad

Ad Magníficat, Antíphona.

Réddite ergo quæ sunt Cǽsaris, Cǽsari: & quæ sunt Dei, Deo, allelúja.

Si sequens Domínica fúerit última post Pentecósten, eius loco pónitur xxiv. ut infrà: & Officium hujus Domínicæ pónitur in Sábbato præcedénti, non impedito Festo ix. Lectiónum, alióquin Féria vi. vel ália símiliter non impedita.

## DOMINICA XXIII.
Post Pentecósten. Oratio.

Absólve, quǽsumus Dómine, tuórum delícta populórum: ut à peccatorum nostrórum néxibus, quæ pro nostra fragilitáte contraximus, tua benignitáte liberémur. Per Dóminum.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Dicébat enim intra se: Si tetígero fímbriam vestiménti eius tantùm, salva ero.

Ad Magníficat, Antíphona.

At Iesus convérsus, & videns eam, dixit: Confíde fília, fides tua te salvam fecit, allelúia.

Dominicæ post Pentecósten non possunt esse pauciores vigínti tribus, neque plures vigínti octo. Cum autem fúerint plures vigintiquátor, tunc post xxiii. Domínicam resumúntur, quæ eo anno superfuérunt post Epiphaníam; quoad Oratiónem & Antíphonas ad Benedíctus, & Magníficat hoc órdine.

Si Domínicæ post Pentecósten fúerint xxv. Domínica xxiv. Post Pentecósten erit quæ est vi. post Epiphaníam.

Si fúerint xxvi. Domínica xxiv. erit quæ est v. post Epiphaníam, & xxv. erit quæ est vi.

Si fúerint xxvii. Domínica xxiv. erit quæ est iv. post Epiphaníam, xxv. erit v. & xxvi. erit vi.

Si fúerit xxviii. Domínica xxiv. erit quæ est iii. post Epiphaníam xxv. erit iv. & xxvi. erit v. & xxvii. erit vi. & último loco semper pónitur, quæ séquitur hìc in órdine xxiv.

## DOMINICA XXIV.
última post Pentecósten.

Oratio.

Excita, quǽsumus Dómine, tuórum fidélium voluntátes: ut divíni óperis fructum propénsiùs exequéntes, pietátis tuæ remédia maióra percípiant. Per Dóminum.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Cùm vidéritis abominatiônem desolatiônis, quæ dicta est à Daniêlis Prophéta, stantem in loco sancto: qui legit, intélligat.

Ad Magníficat, Antíphona.

Amen dico vobis, quia non præteríbit generátio hæc, donec ómnia fiant: cælum & terra transíbunt, verba autem mea non transíbunt, dicit Dóminus.





# PROPRIUM SANCTORUM.

## DIE XXIX. NOVEMBRIS.
S. SATURNINI MARTYRIS.
Commemorátio.

Ad Vésperas, Antíphona.

Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundátus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honôre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Saturníni mártyris tui concêdis natalítio pérfrui: eius nos tribue méritis adiuvári. Per Dóminum.

De Festis occurréntibus in Advéntu non fit Officium, nisi fúerit Duplex, vel Semiduplex. Quòd si vénerit in Domínica, transfértur in Fériam ii. similiter non impeditam. De Simplícibus autem fit tantùm commemorátio: quòd servátur étiam in Quadragésima, Quatuor Tempóribus, & in Vigíliis, ùt in Rubrícis generálibus Breviárij dictum est.

## IN VIGILIA
S. Andrêæ Apóstoli.

Si hæc Vigília vénerit in Advéntu, nihil fit de ea, nisi in Missa. Si verò non vénerit in Advéntu, fit Officium de Féria, ut dictum est in Rubrícis generálibus Breviárij, cum Oratióne de Vigília, ut infrà. Quod étiam servátur in áliis Vigíliis occurréntibus in Advéntu, Quadragésima, & Quátuor Tempóribus.

Si Festum S. Andrêæ vénerit Féria ii. de Vigília fit Officium in Sábbato præcedénti, & Commemorátio S. Saturníni in Domínica.

Ad Laudes, ùt in Psaltério, & dicúntur Preces feriáles flexis génibus suprà. 62.

Oratio.

Quǽsumus omnípotens Deus: ut beátus Andréas Apóstolus, cuius prævenimus festivitátem; tuum pro nobis implôret auxílium: ut à nostris reátibus absolúti, à cunctis étiam perículis eruámur. Per Dñum.

Deindè pro Commemoratióne S. Saturníni, Antíphona. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. ℣. Iustus ùt palma florébit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Saturníni mártyris tui concêdis natalítio pérfrui: eius nos tríbue méritis adiuvári. Per Dóminum nostrum.

Extra Advéntum fit Commemorátio de Cruce, cum réliquis. 146.

Ad Magníficat, Antiphona.
Réddite ergo quæ sunt Cǽsaris, Cǽsari: & quæ sunt Dei, Deo, allelúia.

Si sequens Domínica fúerit última post Pentecósten, eius loco pónitur xxiv. ut infrà: & Officium hujus Domínicæ pónitur in Sábbato præcedénti, non impedito Festo ix. Lectiónum, alióquin Féria vi. vel ália simíliter non impedita.

## DOMINICA XXIII.
Post Pentecósten. ORATIO.

ABsólve, quǽsumus Dómine, tuórum delícta populórum: ut à peccatorum nostrórum néxibus, quæ pro nostra fragilitáte contraximus, tua benignitáte liberêmur. Per Dóminum.

Ad Benedíctus, Antíphona.
Dicêbat enim intra se: Si tetígero fímbriam vestiménti eius tantùm, salva ero.

Ad Magníficat, Antíphona.
At Iesus convérsus, & videns eam, dixit: Confíde fília, fides tua te salvam fecit, allelúia.

Domínicæ post Pentecósten non possunt esse paucióres vigínti tribus, neque plures vigínti octo. Cum autem fúerint plures vigintiquátor, tunc post xxiii. Domínicam resumúntur, quæ eo anno superfuérunt post Epiphaníam; quoad Oratiónem & Antíphonas ad Benedíctus, & Magníficat hoc órdine.

Si Domínicæ post Pentecósten fúerint xxv. Domínica xxiv. Post Pentecósten erit quæ est vi. post Epiphaníam.

Si fúerint xxvi. Domínica xxiv. erit quæ est v. post Epiphaníam, & xxv. erit quæ est vi.

Si fúerint xxvii. Domínica xxiv. erit quæ est iv. post Epiphaníam, xxv. erit v. & xxvi. erit vi.

Si fúerit xxviii. Domínica xxiv. erit quæ est iii. post Epiphaníam xxv. erit iv. & xxvi. erit v. & xxvii. erit vi. & último loco semper pónitur, quæ séquitur hìc in órdine xxiv.

## DOMINICA XXIV.
última post Pentecósten.
ORATIO.

EXcita, quǽsumus Dómine, tuórum fidélium voluntátes: ut divíni óperis fructum propénsiùs exequéntes, pietátis tuæ remédia maióra percípiant. Per Dóminum.

Ad Benedíctus, Antíphona.
Cùm vidéritis abominatiônem desolatiônis, quæ dicta est à Daniêlis Prophéta, stantem in loco sancto: qui legit, intélligat.

Ad Magníficat, Antíphona.
Amen dico vobis, quia non prætéribit generátio hæc, donec ómnia fiant: cælum & terra transíbunt, verba autem mea non transíbunt, dicit Dóminus.





# PROPRIUM SANCTORUM.

## DIE XXIX. NOVEMBRIS.
S. SATURNINI MARTYRIS.
Commemorátio.

Ad Vésperas, Antíphona.
Iste sanctus pro lege Dei sui certâvit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundâtus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honôre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuârum.

ORATIO.

DEus, qui nos beáti Saturnîni mártyris tui concêdis natalítio pérfrui: eius nos tríbue méritis adiuvári. Per Dóminum.

De Festis occurréntibus in Advéntu non fit Officium, nisi fúerit Duplex, vel Semiduplex. Quòd si vénerit in Domínica, transfértur in Fériam ii. simíliter non impeditam. De Simplícibus autem fit tantùm commemorátio: quòd servâtur étiam in Quadragésima, Quatuor Tempóribus, & in Vigíliis, ut in Rúbricis generálibus Breviárij dictum est.

## IN VIGILIA
S. Andrêæ Apóstoli.

Si hæc Vigília vénerit in Advéntu, nihil fit de ea, nisi in Missa. Si vero non vénerit in Advéntu, fit Officium de Féria, ut dictum est in Rúbricis generálibus Breviárij, cum Oratiône de Vigília, ut infrà. Quod étiam servâtur in áliis Vigíliis occurréntibus in Advéntu, Quadragésima, & Quátuor Tempóribus.

Si Festum S. Andrêæ vénerit Féria ii. de Vigília fit Officium in Sábbato præcedénti, & Commemorátio S. Saturníni in Domínica.

Ad Laudes, ut in Psaltério, & dicúntur Preces feriáles flexis génibus suprà. 62.

ORATIO.

QUǽsumus omnípotens Deus: ut beâtus Andréas Apóstolus, cuius prævenímus festivitâtem; tuum pro nobis implôret auxílium: ut à nostris reátibus absolúti, à cunctis étiam perículis eruâmur. Per Dñum.

Deìndè pro Commemoratiône S. Saturníni, Antíphona. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. ℣. Iustus ùt palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

ORATIO.

DEus, qui nos beáti Saturníni mártyris tui concêdis natalítio pérfrui: eius nos tríbue méritis adiuvári. Per Dóminum nostrum.

Extra Advéntum fit Commemorátio de Cruce, cum réliquis. 146.

## DIE XXX. NOVEMBRIS.

### IN FESTO S. ANDREÆ Apóstoli. Duplex.

Ad Vésperas, Antiphona. Salve crux pretiósa. cum réliquis de Laudibus. 319. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. & loco ultimi. Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

Capitulum. *Rom.* 10. *b*

Fratres, Corde enim créditur ad iustítiam: ore autem conféssio fit ad salútem. Dicit enim Scriptúra: Omnis, qui credit in illum, non confundêtur. Hymnus.

Exúltet orbis gáudijs:
Cælum resúltet láudibus:
Apostolôrum glóriam
Tellus & astra concinunt.
Vos sæculôrum iúdices,
Et vera mundi lúmina,
Votis precâmur córdium;
Audíte voces súpplicum.
Qui templa cæli clauditis,
Serásque verbo sólvitis,
Nos à reátu nóxios
Solvi iubête, quæsumus.
Præcépta quorum prótinus
Languor salúsque séntiunt;
Sanâte mentes lánguidas:
Augête nos virtútibus:
Ut cum redíbit Arbiter
In fine Christus sæculi,
Nos sempitérni gáudij
Concêdat esse compotes.
Patri, simúlque Filio,
Tibíque sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit iúgiter
Sæclum per omne glória.
Amen.

℣. In omnem terram exivit sonus eórum. ℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Ad Magníficat, Antiphona. Unus ex duôbus, qui secúti sunt Dóminum, erat Andréas frater Simônis Petri, allelúia.

Oratio.

Maiestâtem tuam, Dómine, supplíciter exorâmus: ut sicut Ecclésiæ tuæ beátus Andréas Apóstolus éxtitit prædicâtor & rector; ità apud te sit pro nobis perpétuus intercéssor. Per Dóminum nostrum.

Si vénerit in Advéntu fit Commem. Fériæ occurréntis.

Ad Matutinum, Invitatórium. Regem Apostolôrum Dóminum, * Venite adorêmus. Psalmus. Venite, exultémus. 2. Hymnus. Ætérna Christi múnera. infrà in Commûni Apostolôrum. ii.

In primo Noctúrno, Aña.

Vidit Dóminus Petrum, & Andréam, & vocâvit eos. Psalm. Cæli enárrant glóriam Dei. 14. Aña. Veníte post me, dicit Dóminus, fáciam vos fieri piscatóres hóminum. Psalmus. Benedicam Dóminum. 54. Antiph. Relictis rétibus suis, secúti sunt Dóminum Redemptôrem. Psalmus. Eructâvit cor meum. 67. ℣. In omnem terram exivit sonus eórum. ℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

In secúndo Noctúrno, Aña. Dignum sibi Dóminus computâvit mártyrem, quem vocâvit Apóstolum, dum esset in mari, allelúia. Psalmus. Omnes Gentes.



tes. 68. Aña. Diléxit Andréam Dóminus in odórem suavitátis. Psalm. Exáudi Deus deprecatiónem. 77. Aña. Bíduo vivens pendêbat in cruce beátus Andréas pro Christi nómine, & docêbat pópulum. Psalmus. Exáudi Deus oratiónem. 78 ℣. Constítues eos príncipes super omnem terram. ℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

In tértio Noctúrno, Aña. Non me permíttas, Dómine, fámulum tuum à te separári: tempus est ut commendêtur terræ corpus meum, & me ad te veníre iúbeas. Psalm. Confitébimur tibi Deus. 89. Aña. Andréas verò rogâbat pópulum; ut non impedíret passiónem ipsius. Psalmus. Dóminus regnâvit exúltet. 105. Aña. Accipe me ab homínibus, & redde me magístro meo: ut per te me recípiat, qui per te me redêmit, allelúia. Psalmus. Dóminus regnâvit, irascántur. 110. ℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus. ℟. Nimis confortâtus est principâtus eórum.

### AD LAUDES, & per Horas Antíphona.

Salve crux pretiósa, súscipe discípulum eius, qui pepéndit in te magíster meus Christus. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum réliq. 17. Aña. Beátus Andréas orâbat, dicens: Dómine Rex ætérnæ glóriæ, súscipe me pendéntem in patíbulo. Aña. Andréas Christi fámulus, dignus Dei Apóstolus, germânus Petri, & in passióne sócius. Aña. Maximilla Christo amabílis, tulit corpus Apóstoli, óptimo loco cum aromátibus sepelívit. Aña. Quia persequebántur iustum, demersísti eos Dómine in inférno, & in ligno crucis dux iusti fuísti.

Capitulum. *Rom.* 10. *b*

Fratres, Corde enim créditur ad iustítiam: ore autem conféssio fit ad salûtem. Dicit enim Scriptúra: Omnis, qui crédit in illum, non confundêtur.

Hymnus. Exúltet orbis gáudijs. ut suprà. 318.

℣. Annunciavérunt ópera Dei. ℟. Et facta eius intellexérunt.

Ad Benedíctus, Antíphona. Concêde nobis hóminem iustum, redde nobis hóminem sanctum; ne interfícias hóminem Deo charum, iustum, mansuêtum, & pium. Oratio.

Maiestâtem tuam, Dómine, supplíciter exorâmus: ut sicut Ecclésiæ tuæ beátus Andréas Apóstolus éxtitit prædicâtor & rector; ità apud te sit pro nobis perpétuus intercéssor. Per Dóminum nostrum.

Deindè fit Commemorátio Fériæ, si vénerit in Advéntu.

Ad Tértiam, Antíphona. Beátus Andréas. Capitul. Fratres, Corde enim créditur. ut suprà.

℟. breve. In omnem terram, * Exívit sonus eórum. In omnem. ℣. Et in fines orbis terræ verba eórum. Exívit. Glória Patri. In omnem. ℣. Constítues eos príncipes super omnem terram. ℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Ad

Ad Sextam, Antiphona.
Andréas Christi fámulus.

Capitulum. *Rom. 10. c*

NOn est enim distínctio Iudǽi & Græci : nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes qui ínvocant illum. Omnis enim, quicúmque invocáverit nomen Dómini, salvus erit.

℞. br. Constítues eos príncipes * Super omnem terram. Constítues. ℣. Mémores erunt nóminis tui Dómine. Super. Glória Patri. Constítues. ℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus. ℞. Nimis confortátus est principátus eórum.

Ad Nonam, Antiphona.
Qui persequebántur iustum.

Capitulum. *Rom. 10. c*

ISaías enim dicit: Dómine, quis crédidit audítui nostro? Ergo fides ex audítu, audítus autem per verbum Christi. Sed dico: Numquid non audiérunt? Et quidem in omnem terram exívit sonus eórum, & in fines orbis terræ verba eórum.

℞. breve. Nimis honoráti sunt, * Amíci tui Deus. Nimis. ℣. Nimis confortátus est principátus eórum. Amíci. Glória Patri. Nimis. ℣. Annunciavérunt ópera Dei. ℞. Et facta eius intellexérunt.

Ad Vésperas, Antiphona.
Salve crux pretiósa. cum reliq. de Láudibus. 319. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis in ii. Vesp. de Commúni Apostolórum. iii. Capitulum. Fratres, Corde enim. ut suprà, 318.

Hymn. Exúltet orbis gáudijs. i. ℣. Annunciavérunt ópera Dei. ℞. Et facta eius intellexérunt.

Ad Magníficat, Antiphona.
Cùm pervenísset beátus Andréas ad locum, ubi crux paráta erat, exclamávit & dixit: O bona crux, diu desideráta, & iam concupiscénti ánimo præparáta: secúrus & gáudens vénio ad te, ità & tu exúltans suscípias me discípulum eius, qui pepéndit in te.

Orátio. Maiestátem tuam. ut supra. 318.

Si vénerit in Advéntu fit Commemorátio Fériæ occurréntis.

## FESTA DECEMBRIS.

Ante Advéntum prima die non impedita dícitur Officium Defunctórum. lxviii.

### DIE II. DECEMBRIS.

In festo S. Bibiánæ vírginis & mártyris. Semidúplex.

Officium fit, ut in Rúbricis generálibus Breviárij notátur de Festo Semidúplici.

Omnia dicúntur de Commúni Vírginum. xxiii. præter Oratiónem.

Oratio.

DEus ómnium largítor bonórum, qui in fámula tua Bibiána cum virginitátis flore martýrij palmam coniunxísti: mentes nostras eius intercessióne tibi charitáte coniúnge, ut, amótis perículis, prǽmia consequámur ætérna. Per Dóminum nostrum.

Vésp. de S. Francísco Xavério cum Comm. S. Bibiánæ, & Fériæ.

DIE



### DIE III. DECEMBRIS.

In festo S. Francísci Xavérij, Confessóris. Duplex.

Omnia de Commúni Confessóris non Pontíficis, xx. præter Oratiónem. Oratio.

DEus, qui Indiárum Gentes beáti Francísci prædicatióne & miráculis Ecclésiæ tuæ aggregáre voluísti: concéde propítius; ut cuius gloriósa mérita venerámur, virtútum quoque imitémur exémplum. Per Dóminum nostrum.

Deindè fit Comm. S. Bibiánæ, Aña. Veni sponsa. ℣. Diffúsa est grátia. Orátio. Deus, ómnium largítor. ut suprà. 320.

Póstea de Féria: quod & servátur per totum Advéntum in Vésperis & Láudibus.

Vésperæ à Capítulo de sequénti, Commem. præcedéntis, Fériæ, & S. Bárbaræ.

### DIE IV. DECEMBRIS.

In festo S. Petri Chrysológi Epíscopi & Confes. Duplex.

Omnia de Commúni Confess. Pont. xvii. præter Oratiónem.

In Hymno. Iste Conféssor. mutátur tértius Versus.

Ad Magníficat in utrísque Vésperis, Aña. O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beáte Petre Chrysologe, divínæ legis amátor, deprecáre pro nobis Fílium Dei. Oratio.

DEus, qui beátum Petrum Doctórem egrégium, divinitùs præmonstrátum ad regéndam, & instruéndam Ecclésiam tuam éligi voluísti: præsta quæsumus; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

Deindè fit Comm. præcedéntis, Fériæ, & S. Bárbaræ vírginis & mart. Aña. Veni sponsa Christi. Orátio. Deus qui inter cétera. ut in Commúni uníus Vírginis & Mártyris. xxv.

In Laud. fit Comm. Fériæ, & S. Bárbaræ virg. & mart. Aña. Símile. Orátio. Deus, qui xxv.

In ii. Vésperis fit Commem. Fériæ, & sequéntis.

### DIE V. DECEMBRIS.

Sancti Sabbæ Abbátis Commemorátio.

In Vésperis, Aña. Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram. ℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum. ℞. Stolam glóriæ índuit eum. Oratio.

INtercéssio nos, quǽsumus Dómine, beáti Sabbæ Abbátis comméndet: ut quod nostris méritis non valémus, eius patrocínio assequámur. Per Dóminum nostrum.

In Láudibus, Antiphona.
Euge serve bone, & fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, intra in gáudium Dñi tui. ℣. Iustum dedúxit Dñs per vias rectas. ℞. Et osténdit illi regnum Dei. Orátio. Intercéssio. ut suprà.

### DIE VI. DECEMBRIS.

In festo S. Nicolái Epíscopi & Confessóris. Duplex.

Omnia dicúntur de Commúni Confessóris Pontíficis. xvii. præter Oratiónem.

X Ora-

Oratio.

Deus, qui beátum Nicolâum Pontíficem innúmeris decorásti miráculis: tribue quæsumus; ut eius méritis & précibus, à gehénnæ incéndijs liberémur. Per Dominum.

Ad Vesperas, Antiph. Ecce sacérdos. Psalmi ut in ii. Vesperis de Communi Confessoris Pontíficis. xix.

A Capitulo de S. Ambrosio, cum Commemoratione S. Nicolâi, & Fériæ.

## DIE VII. DECEMBRIS.

In festo S. Ambrosij Episcopi, Confessoris, & Ecclésiæ Doctoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessôris Pontíficis. xvii.

In Hymno ad Vésperas mutâtur tertius Versus.

Ad Magnificat, Antiphona.

O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beáte Ambrosi, divínæ legis amâtor, deprecâre pro nobis Filium Dei.

Oratio.

Deus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Ambrósium ministrum tribuísti: præsta quæsumus; ut quem Doctorem vitæ habúimus in terris, intercessorem habére mereâmur in cælis. Per Dóminum.

Deindè fit Commemorátio S. Nicolai, nisi transferâtur, Antiphona. Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum, stolam glóriæ induit eum, & ad portas paradisi coronâvit eum. ℣. Iustum dedúxit Dominus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei. Orátio. Deus qui beâtum, ut suprà.

Pósteà de Féria.

Vésperæ de Conceptiône, cum Commemoratione S. Ambrósij, & Fériæ.

## DIE VIII. DECEMBRIS.

In festo Conceptiônis B. Mariæ Virginis. Duplex.

Si Féria quarta Quátuor Témporum occúrrat xiv. vel xv. Decembris, de ea fit Commemorátio in Laudibus.

Ad Vésperas, Antiph. Concéptio gloriósæ. cum réliq. ut infrà in Laudibus. 323. Psalmi consueti de sancta Maria, ut in eius Officio parvo. xl.

Capitulum. *Eccli.* 24.

AB inítio, & ante sǽcula creáta sum, & usque ad futúrum sǽculum non désinam, & in habitatione sancta coram ipso ministrávi.

Hymnus. Ave maris stela. xlii.

℣. Concéptio est hódiè sanctæ Mariæ vírginis. ℟. Cuius vita ínclyta cunctas illústrat Ecclésias.

Ad Magníficat, Antiphona.

Gloriósæ vírginis Mariæ Conceptiónem dignissimam recolâmus, quæ & genitricis dignitâtem obtinuit, & virginâlem pudicitiam non amisit.

Oratio.

Famulis tuis, quæsumus Dómine, cæléstis grátiæ munus impertíre, ut quibus beátæ Virginis partus éxtitit salútis exordium, Conceptiônis eius votiva solémnitas, pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum nostrum.

Dein-



Deindè fit Commemorátio S. Ambrosij, Aña. O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beâte Ambrósi, divínæ legis amâtor, deprecâre pro nobis Filium Dei. ℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Orátio. Deus, qui pópulo tuo, ut suprà. 322.

Pósteà de Féria occurrénte.

Ad Matutinum, Invitatórium.

Conceptiônem vírginis Mariæ celebrêmus: * Christum eius Filium adorêmus Dóminum. Psalmus. Venite, exultêmus. 2. Hymnus. Quem terra. xlv.

Antiphonæ & Psalmi Nocturnórum, ut in eius Officio parvo. xlvi.

In primo Nocturno.

℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procéde, & regna.

In secundo Nocturno.

℣. Adiuvâbit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio eius, non commovébitur.

In tértio Nocturno loco nonæ Antiphonæ. Post partum. dicitur Aña. Angelus Dñi nunciâvit Mariæ, & concépit de Spíritu sancto. ℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitâre facit eam.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

COncéptio gloriósæ vírginis Mariæ ex sémine Abrahæ, ortæ de tribu Iuda: clara ex stirpe David. Psalm. Dóminus regnâvit. cum réliq. 17. Aña. Concéptio est hódiè sanctæ Mariæ vírginis, cuius vita ínclyta cunctas illústrat Ecclésias. Aña. Regali ex progénie Maria exórta refulget: cuius précibus nos adiuvári mente & spíritu devotíssimè póscimus. Antiph. Corde & ánimo Christo canâmus glóriam, in hac sacra solemnitâte præcélsæ genitrícis Dei Mariæ. Aña. Cum iucunditâte Conceptiónem beatæ Mariæ celebrêmus, ut ipsa pro nobis intercêdat ad Dóminum Iesum Christum. Capitulum. A b inítio. Hymn. O gloriósa Vírginum. xxxvi. ℣. Concéptio est hódiè sanctæ Mariæ virginis. ℟. Cujus vita ínclyta cunctas illústrat Ecclésias.

Ad Benedictus, Antiphona.

Conceptiônem hodiérnam perpétuæ vírginis genitrícis Dei Mariæ solemniter celebrêmus, qua celsitúdo throni procéssit, allelúia. Oratio.

Famulis tuis, quǽsumus Dómine, cæléstis grátiæ munus impertíre: ut quibus beátæ Virginis partus éxtitit salútis exórdium, Conceptiônis eius votiva solemnitas, pacis tribuat increméntum. Per Dóminum.

Deindè fit Commem. Fériæ.

Ad Primam in ℟. brevi dicitur ℣. Qui natus es de María Vírgine. Et dícitur per totam Octavam, étiam in Festis.

Ad Horas Antiphonæ de Laudibus. Capitula, & ℟. brevia ut in Officio B. Mariæ in Sábbato. xxxvii.

In secúndis Vésperis ómnia ut in primis Vésperis. 322.

Ad Magníficat, Antiphona. Concéptio tua, Dei génitrix virgo, gáudio annunciàvit univérso mundo ex te enim ortus est sol instítiæ, Christus Deus noster: qui solvens maledictionem, dedit benedictionem; & confúndens mortem, donàvit nobis vitam sempitérnam.

Et fit Commemorátio Fériæ.

## DIE IX. DECEMBRIS.

Secúnda die infra Octàvam Conceptiónis B. Mariæ.

In Láudibus fit Commemor. Fériæ: cui in Vésperis additur Commem. S. Melchíadis Papæ, & mártyris, Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certàvit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundàtus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituisti eum super ópera mánuum tuârum.

Oratio.

INfirmitàtem nostram réspice omnípotens Deus: & quia pondus própriæ actiônis gravat, beàti Melchíadis mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriòsa nos prótegat. Per Dominum nostrum.

## DIE X. DECEMBRIS.

Tértia die infra Octàvam Conceptionis B. Mariæ.

In Laudibus fit Commemor. Fériæ, & S. Melchíadis Papæ & mártyris, Aña. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custodit eam. ℣. Iustus ùt palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Orátio. Infirmitâtem. ut suprà.

## DIE XI. DECEMBRIS.

In festo S. Damási Papæ & Confessoris. Semiduplex. Oratio.

EXáudi Dñe preces nostras & interveniénte beáto Dámaso Confessóre tuo atque Pontífice, indulgéntiam nobis tríbue placátus, & pacem. Per Dñm.

Deindè fit Commemorátio Octàvæ, & Fériæ in Laudibus.

Vésperæ à Capítulo de Octàva, cum Comm. S. Damási & Fériæ.

## DIE XII. DECEMBRIS.

Quinta die infra Octàvam Conceptiònis B. Mariæ.

In Láudibus fit Commemorátio Fériæ.

Vésperæ de S. Lúcia vírgine & mártyre, cum Commemoratióne Octàvæ, & Fériæ.

## DIE XIII. DECEMBRIS.

In festo S. Lúciæ vírginis & mártyris. Duplex.

Ad Vésperas, Antiphona. Oránte sancta Lúcia. ùt infra in Láudibus. 325. Psalmi, Capítulum, Hymnus, & ℣. de Commúni Vírginum. xxiii.

Ad Magníficat, Antiphona. In tua patiéntia possedísti ánimam tuam, Lúcia sponsa Christi: odísti quæ in mundo sunt, & corúscas cum Angelis: sánguine próprio inimícum vicisti.

Oratio.

EXáudi nos Deus salutàris noster: ut sicut de beatæ Lúciæ vírginis & mártyris tuæ festivitâte gaudêmus; ità piæ devotiónis erudiâmur afféctu. Per Dominum.

Deindè fit Commemorátio Octàvæ, & Fériæ.





Ad Matutínum, de Commúni Vírginum, ùt infrà. xxvi.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

ORánte sancta Lúcia, appáruit ei beàta Agatha, & consolabâtur ancíllam Christi. Psalm. Dóminus regnàvit. cum réliq. 17. Antiphona. Lúcia virgo quid à me petis, quod ipsa póteris præstàre continuò matri tuæ? Aña. Per te Lúcia virgo, cívitas Syracusâna decorábitur à Dño Iesu Christo. Aña. Benedíco te Pater Dñi mei Iesu Christi, quia per Fílium tuum ignis extínctus est à látere meo. Aña. Soror mea Lúcia, virgo Deo devóta, quid à me petis, quod ipsa póteris præstâre continuò matri tuæ?

Capitulum. 2. *Cor.* 10. *d*

FRatres, Qui gloriâtur, in Dómino gloriétur. Non enim qui seipsum comméndat, ille probâtus est, sed quem Deus comméndat.

Hymnus de Commûni Vírginum. xxv.

℣. Diffûsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona. Colúmna es immóbilis, Lúcia sponsa Christi: quia omnis plebs te spéctat, ut accípias corônam vitæ, allelúia. Orátio. Exáudi nos Deus. ut suprà.

Et fit Commemorátio Octâvæ, & Fériæ.

Ad Horas Antíphonæ de Láudibus. Capítula & ℟. brévia ùt in Commûni Vírginum. xxvii.

Ad Vésperas, Aña. Oránte S. Lúcia. cum réliq. ùt suprà. Psalm. Capítulum & Hymnus de Commúni Vírginum. xxv. ℣. Diffûsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magníficat, Antiphona. Tanto póndere eam fixit Spíritus sanctus, ut virgo Christi immóbilis permanêret.

Orátio. Exáudi nos Deus. ut suprà.

Deindè fit Commemoratio Octàvæ, & Fériæ.

## DIE XIV. DECEMBRIS.

Septima die infra Octàvam Conceptionis B. Mariæ.

Si hac die occúrrat Féria quarta Quatuor Temporum, de ea fit Commemoratio in Laudibus.

Ad Vésperas duplex; & ómnia dicúntur sicut in primis Vésperis Festi, cum Commemoratióne Fériæ.

Si dies Octàva Conceptiónis B. Mariæ Vírginis incíderit in Domínicam tertiam Adventus, fit Officium de Domínica, hoc modo: Vésperæ de Sábbato præcedénti dicúntur de Féria, ùt in Psaltério, scilicèt Antíphona. Benedíctus. Psalmi de Sábbato: & à Capítulo fit de Domínica, cum Commemoratióne diêi Octâvæ, ut in primis Vésperis Festi, Aña. Gloriôsæ Vírginis. ℣. Concéptio est.

Orátio. Fámulis tuis. sine Précibus propter Octàvam.

Sequénti die fit de Domínica prædicta, cum Commemorat. Octàvæ in Laudibus, & secundis



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dis Vêsperis, & non dicúntur Preces ad Primam, & Completórium.

## DIE XV. DECEMBRIS.

Octâva Conceptiônis B. Mariæ. Duplex.

Si hac die occúrrat Féria iv. Quátuor Témporum, de ea fit Commemorátio in Láudibus.

In secúndis Vésperis fit Commemorátio sequéntis & Fériæ.

## DIE XVI. DECEMBRIS.

In festo S. Eusébii Epíscopi & mártyris. Semiduplex.

Omnia de Commúne unius Mart. viii. præter Oratiónem.

ORATIO.

DEus, qui nos beáti Eusébij mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut cuius natalítia cólimus, de eiúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum nostrum.

De Vigília S. Thomæ Apóstoli nihil fit nisi in Missa.

## DIE XXI. DECEMBRIS.

### IN FESTO SANCTI THOMÆ

Apóstoli. Duplex.

Omnia de Commúni Apostolórum, I. excéptis iis, quæ hic sunt própria.

Ad Magníficat in utrísque Vésperis, & ad Benedíctus in Láudibus, Aña. Quia vidísti me, Thoma, credidísti: Beáti qui non vidérunt, & credidérunt, allelúia.

ORATIO.

DA nobis, quǽsumus Dómine, beáti Apóstoli tui Thomæ solemnitátibus gloriári: ut eius semper & patrocínijs sublevêmur, & fidem côngrua devotióne sectémur. Per Dóminum nostrum.

Deindè pro Commemoratióne Advéntus, Aña. O clavis David, & sceptrum domus Israël, qui áperis, & nemo claudit: claudis, & nemo áperit: veni & educ vinctum de domo cárceris, sedéntem in ténebris, & umbra mortis. ℣. Roráte cæli désuper, & nubes pluant iustum. ℟. Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem.

Orátio ut in Advéntus.

Si contingat Festum transférri in secúndam Fériam, tunc dícitur alia súbsequens Antiph. O óriens splendor lucis ætérnæ, & sol iustítiæ: veni, & illúmina sedéntes in ténebris, & umbra mortis. ℣. Roráte, &c.

In Láudibus pro Commemoratióne Advéntus, Aña. Nolíte timêre; quinta enim die véniet ad vos Dóminus noster. ℣. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini. ℟. Rectas fácite sémitas eius. Orátio ut in Advéntu. Si hoc Festum transferátur, tunc Antiph. Nolíte timêre, dícitur ad Benedíctus in Domínica, loco Antiph. Ave María. & in Offício S. Thomæ pro Commemoratióne Advéntus ponitur Antíphona Fériæ secúndæ, Dicit Dóminus: Pœniténtiam ágite: appropinquávit enim regnum cælórum, allelúia. ℣. Vox clamátis, &c.

## FESTA IANUARII.

Prima die non impedita dícitur Offícium Defunctor. lxviii.





## DIE XI. IANUARII.

S. Higíni Papæ & mártyris fit Commemorátio infra Octâvam Epiphaníæ.

Ad Vésperas, Antíphona.

Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundátus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honore coronásti eum Dñe. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum. ORATIO.

INfirmitátem nostram réspice omnípotens Deus: & quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti Hygíni mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriosa nos prótegat. Per Dóminum.

Ad Laudes, Antíphona.

Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. ℣. Iustus ut palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Orátio. Infirmitátem nostram. ut supra.

## DOMINICA II.

Post Epiphaníam.

### FESTUM SS. NOMINIS IESU.

Duplex.

Ad Vésperas, Antíphona.

OMnis qui invocáverit nomen Dómini, salvus erit. Psalmus. Dixit Dóminus. cum reliquis de Domínica, & loco últimi, Psalmus. Crédidi. Antíphona. Sanctum & terríbile nomen eius, inítium sapiéntiæ timor Dómini. Aña. Ego autem in Dómino gaudêbo, & exultábo in Deo Iesu meo. Aña. A solis ortu usque ad occásum laudábile nomen Dómini. Aña. Sacrificábo hóstiam laudis, & nomen Dómini invocábo.

CAPITULUM. *Philip. 2.*

FRatres, Christus humiliávit semetípsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltávit illum, & donávit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nómine Iesu omne genu flectátur.

HYMNUS.

IEsu dulcis memória,
Dans vera cordi gáudia:
Sed super mel, & omnia,
Eius dulcis præséntia.
Nil cánitur suávius,
Nil audítur iucúndius,
Nil cogitátur dúlcius,
Quàm Iesus Dei Fílius.
Iesu spes pœniténtibus,
Quàm pius es peténtibus!
Quàm bonus te quæréntibus!
Sed quid inveniéntibus?
Nec lingua valet dícere,
Nec littera exprímere:
Expértus potest crédere,
Quid sit Iesum dilígere.
Sis Iesu nostrum gáudium,
Qui es futúrus prǽmium:
Sit nostra in te glória,
Per cuncta semper sǽcula.
Amen.

℣. Sit nomen Dómini benedíctum, allelúia. ℟. Ex hoc nunc & usque in sǽculum, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius, allelúia.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ORATIO.

DEus, qui Unigénitum Fílium tuum constituísti humáni géneris Salvatorem, & Iesum vocári iussísti: concêde propitius; ut cuius sanctum Nomen venerâmur in terris, eius quoque aspéctu perfruâmur in cælis. Per cúndem Dominum nostrum.

Fit Commemorátio Dominicæ secundæ post Epiphaniam.

Ad Completorium, & alias Horas dici, in fine Hymnorum dicitur Iesu, tibi sit glória, Qui natus es de Vírgine.

## AD LAUDES.

& per Horas, Antiphona.

OLeum effúsum nomen tuum, ídeo adolescéntulæ dilexérunt te. Psalm. Dóminus regnâvit. cum reliq. Aña. Scitôte quia Dóminus ipse est Deus, cuius nomen in ætérnum. Antiphona. Sitívit ánima mea ad nomen sanctum tuum Dómine. Antiphona. Benedíctum nomen glóriæ tuæ, sanctum, & laudábile, & superexaltâtum in sæcula. Antiphona. Iúvenes & vírgines, senes cum iunióribus laudâte nomen Dómini, quia exaltatum est nomen eius solius.

CAPITULUM. *Philip. 2.*

FRatres, Christus humiliâvit semetipsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltâvit illum, & donâvit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nómine Iesu omne genuflectâtur.

HYMNUS.

IEsu decus Angélicum,
In aure dulce cánticum,
In ore mel miríficum,
In corde nectar cælicum.
Qui te gustant, esúriunt,
Qui bibunt, adhuc sitiunt,
Desiderâre nésciunt,
Nisi Iesum, quem díligunt.
O Iesu mi dulcíssime,
Spes suspirántis ánimæ:
Te quærunt lácrimæ,
Te clamor mentis íntimæ.
Mane nobíscum Dómine,
Et nos illústra lúmine,
Pulsa mentis calígine,
Mundum reple dulcédine.
Iesu, flos Matris Vírginis,
Amor nostræ dulcédinis,
Tibi laus, honor nóminis,
Regnum beatitúdinis. Amen.

℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini. ℟. Qui fecit cælum & terram.

Ad Benedictus, Antiphona.

Dedit se, ut liberâret pópulum, & acquíreret sibi nomen ætérnum, allelúia.

ORATIO.

DEus, qui Unigénitum Fílium tuum constituísti humáni géneris Salvatórem, & Iesum vocári iussísti: concêde propítius, ut cuius sanctum Nomen venerâmur in terris, eius quoque aspéctu perfruâmur in cælis. Per cúmdem Dóminum nostrum.

Postea fit Commemorátio Domínicæ.

Ad Primam in ℟. brevi dícitur ℣. Qui natus es de Marîa vírgine.

In ℟. brevi ad Primam & Completórium non additur Allelúia. sed tantùm in alijs Horis.



Ad Tértiam, Aña. Scitôte. Capítulum. Fratres, Christus humiliâvit. ut suprà. 328.

℟. breve. Sit nomen Dómini benedíctum, * Allelúia, allelúia. Sit nomen. ℣. Ex hoc nunc, & usque in sæculum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Sit nomen Domini. ℣. Afférte Domino glóriam & honórem, allelúia. ℟. Afférte Domino glóriam nómini eius, allelúia.

Ad Sextam, Antiphona.

Sitivit.

CAPITULUM. *Philip. 2. b*

IN nómine Iesu omne genuflectâtur cæléstium, terréstrium, & infernórum, & omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Iesus Christus in glória est Dei Patris.

℟. br. Afférte Dño glóriam & honôrem, * Allelúia, allelúia. Afférte. ℣. Afférte Dño glóriam nómini eius. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Afférte. ℣. Magnificâte Dóminum mecum, allelúia. ℟. Et exaltêmus nomen eius in idípsum, allelúia.

Ad Nonam, Antiphona.

Iúvenes & vírgines.

CAPITULUM. *Coloss. 3. c*

OMne quodcúmque fácitis in verbo, aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Iesu Christi fácite, grátias agéntes Deo & Patri per ipsum.

℟. br. Magnificâte Dñm mecum, * Allelúia, allelúia. Magnificâte. ℣. Et exaltêmus nomen eius in idípsum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Magnificâte. ℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini, allelúia. ℟. Qui fecit cælum & terram, allelúia.

In secundis Vésperis ómnia dicúntur sicut in primis. 327.

Ad Magníficat, Antiphona.

Vocâbis nomen eius Iesum, ipse enim salvum fáciet pópulum suum à peccátis eorum, allelúia.

Orátio. Deus, qui Unigénitum. ut suprà. 328.

Fit Commem. Domínicæ.

## DIE XIV. IANUARII.

In festo S. Hilárij Epíscopi & Confessóris. Semiduplex.

In Hymno mutâtur tértius Versus.

Aña. Sacérdos & Póntifex, & virtûtum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum. ℣. Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum. ℟. Stolam glóriæ induit eum.

ORATIO.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beâtum Hilárium minístrum tribuísti: præsta quæsumus; ut quem doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habêre mereâmur in cælis. Per Dóminum.

Si hoc Festum vénerit in Domínica, transfértur in 1. diem non impeditam, & Commem. S. Felicis fit in Domínica: quod & in simílibus servâtur.

Commem. S. Felicis Presbýteri & mart. Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certâvit usque ad mortem, & à verbis impiôrum non tímuit: fundâtus enim

enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honore coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum. ORATIO.

Concéde quǽsumus omnípotens Deus: ut ad melliórem vitam Sanctórum tuórum exémpla nos provocent: quaténus quorum solémnia ágimus, étiam actus imitémur. Per Dóminum.

In Láudibus, Aña. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. ℣. Iustus ut palma florébit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Orátio. Concéde quǽsumus. ut suprà.

Vésperæ de sequénti, Commemorat. præcedéntis.

## DIE XV. IANUARII.

In festo S. Pauli primi Eremítæ. Duplex.

Omnia de Commúni Confessóris non Pontíficis. xx.

In Hymno Vesperárum mutatur tértius Versus.

ORATIO.

Deus qui nos beáti Pauli Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut cuius natalítia cólimus, étiam actiones imitémur. Per Dóminum.

Pro S. Hilário, Aña. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum, stolam glóriæ induit eum, & ad portas paradísi coronávit eum. ℣. Elégit eum Dóminus sacerdótem sibi. ℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis. Orátio. Deus, qui pópulo. ut suprà. 229.

Deindè pro Commemoratióne S. Mauri Abbátis, Antiphona. Euge serve bone, & fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, intra in gáudium Dómini tui. ℣. Iustum dedúxit Dñs per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Sed si festum S. Pauli transférri contingat, non variátur Aña. & ℣. sed dicúntur ut in eodem Commúni. ORATIO.

Intercéssio nos, quǽsumus Dñe, beáti Mauri Abbátis commendet: ut quod nostris méritis non valémus, eius patrocínio assequámur. Per Dñm.

In Láudibus pro Commemoratióne S. Mauri Abbátis, Antiphona. Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram. ℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum. ℟. Stolam glóriæ induit eum.

Orátio. Intercéssio. ut suprà.

In Vésperis Commemorátio sequéntis.

## DIE XVI. IANUARII.

In festo S. Marcélli Papæ & mártyris. Semiduplex.

ORATIO.

Preces pópuli tui, quǽsumus Dómine, cleménter exáudi: ut beáti Marcélli mártyris tui atque Pontíficis méritis adiuvémur, cuius passióne lætámur. Per Dóminum.

## DIE XVII. IANUARII.

In festo sancti Antónij Abbátis Duplex. ORATIO.

Intercéssio nos, quǽsumus Dómine, beáti Antónij Abbátis commendet: ut quod nos-



nostris méritis non valémus, eius patrocínio assequámur. Per Dóminum nostrum.

Deindè fit Commemorátio S. Marcélli, Antiph. Qui vult veníre post me, ábneget semetípsum, & tollat crucem suam, & sequátur me. ℣. Iustus ut palma florébit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Orátio. Preces pópuli tui. ut suprà. 330.

## DIE XVIII. IANUARII.

In festo Cáthedræ S. Petri, qua Romæ primùm sedit. Duplex.

Ad Vésperas, Aña. Ecce sacérdos. cum réliq. de Laud. 332. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliq. de Domínica, 125. & loco ultimi, Psalm. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

CAPITULUM. *Eccli. 44. c*

Ecce sacérdos magnus qui in diébus suis plácuit Deo, & invéntus est iustus: & in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio.

HYMNUS.

Quodcúmque in orbe néxibus revinxeris,
Erit revínctum, Petre, in arce síderum:
Et quod resólvit hic potéstas trádita,
Erit solútum cæli in alto vértice:
In fine mundi iudicábis sǽculum.
Patri perénne sit per ævum glória,
Tibíque laudes concinámus ínclytas,
Ætérnæ Nate, sit supérne Spíritus
Honor tibi decúsque: sancta iúgiter
Laudétur omne Trínitas per sǽculum. Amen.

℣. Tu es Petrus. ℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.

Ad Magníficat, Antíphona. Tu es pastor óvium, princeps Apostolórum, tibi tráditæ sunt claves regni cælórum.

ORATIO.

Deus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni cæléstis, ligandi atque solvendi pontifícium tradidísti: concéde; ut intercessiónis eius auxílio, à peccatórum nostrórum néxibus liberémur. Qui vivis & regnas.

Deindè fit Commemorátio S. Pauli ante álias quascúmque Commem. étiam Festi Dúplicis, aut Domínicæ. Quod & servátur in Commemorat. sancti Petri, quæ fit in festis sancti Pauli, Antiphona. Sancte Paule Apóstole, prædicátor veritátis, & doctor Géntium, intercéde pro nobis ad Deum, qui te elégit. ℣. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole. ℟. Prædicátor veritátis in universo mundo.

ORATIO.

Deus, qui multitúdinem Géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti: da nobis quǽsumus; ut cuius commemoratiónem cólimus, eius apud te patrocínia sentiámus.

Póstea fit Commemorátio S. Antónij, Antiphona. Hic vir despíciens mundum, & terréna, trium-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

triúmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu. ℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei. Orátio. Intercéssio. ut sup. 330.

Postrémò fit Commemorátio S. Priscæ virginis & mártyris, Aña. Veni sponsa Christi, áccipe corônam, quam tibi Dñs præparâvit in ætérnum. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prosperè procéde, & regna.

ORATIO.

DA quǽsumus omnípotens Deus: ut qui beatæ Priscæ vírginis & mártyris tuæ natalítia cólimus; & ánnua solemnitáte lætêmur, & tantæ fídei proficiámus exémplo. Per Dóminum.

Ad Matutínum, Invitatórium. Tu es pastor óvium, princeps Apostolórum: * Tibi trádidit Deus claves regni cælórum. Psalmus. Venite, exultemus. 2. Hymnus. Quodcúmque. ut suprà. 331.

In primo Noctúrno, Aña. Beátus vir. cum áliis Antíphonis, Psalm. & ℣. de Commúni Confessóris Pontíficis, ut infra. xviii.

## AD LAUDES.

& per Horas, Antíphona.

ECce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo, & invéntus est iustus. Psalm. Dóminus regnâvit. cum réliquis. 17. Aña. Non est invéntus símilis illi, qui consérvâret legem Excélsi. Antíphona. Ideò iureiurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam. Aña. Sacerdótes Dei benedícite Dóminum, servi Dómini, hymnum dícite Deo, allelúia. Aña. Serve bone & fidélis, intra in gáudium Dómini tui.

CAPITULUM. *Eccli.* 44. c

ECce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo, & invéntus est iustus: & in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio.

HYMNUS.

BEáte Pastor Petre, clemens áccipe
Voces precántum, críminúmque víncula
Verbo resólve, cui potéstas trádita,
Aperíre terris cælum, apértum cláudere.
Sit Trinitáti sempitérna glória,
Honor, potéstas, atque iubilátio,
In unitáte quæ gubérnat ómnia,
Per univérsa æternitátis sǽcula. Amen.

℣. Exáltent eum in Ecclésia plebis. ℟. Et in cáthedra seniórum laudent eum.

Ad Benedíctus, Antíphona. Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligâtum & in cælis: & quodcúmque sólveris super terram, erit solûtum & in cælis: dicit Dóminus Simóni Petro.

ORATIO.

DEus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni cæléstis, ligándi atque solvéndi pontifícium tradidísti: concéde; ut intercessiónis eius auxílio, à peccatórum nostrórum néxibus liberêmur. Qui vivis & regnas.

Deindè fit Comm. S. Pauli, sup.

Pos-



Pósteà S. Priscæ, Aña. Símile est regnum cælôrum hómini negotiatóri quæréntí bonas margarítas: invénta una pretiósa, dedit ómnia sua, & comparâvit eam. ℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum. Orátio. Da quǽsumus omnípotens Deus. ut suprà. 332.

Ad Horas Antiphonæ, Capítula, ℟. brévia, ut in Commúni Confessóris Pontíficis. xix.

Ad Vésperas, Antíphona. Ecce sacérdos magnus. cum réliquis de Láudibus. 332. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco últimi, Psalmus. Meménto Dómine David. 136. Capítulum & Hymnus, ut suprà in primis Vésperis. 331.

℣. Elégit te Dóminus sacerdôtem sibi. ℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

Ad Magníficat, Antiphona. Dum esset summus Póntifex, terréna non métuit, sed ad cæléstia regna gloriósus migrâvit. Orátio. Deus, qui beáto. suprà.

Pósteà fit Commem. S. Pauli, ut suprà in 1. Vésperis. 332.

Deindè de SS. Mário & Sócijs, ut infrà.

## DIE XIX. IANUARII.

SS. Márij, Marthæ, Audífacis, & Abachum mártyrum.

Aña. Istórum est enim regnum cælôrum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad prǽmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætámini in Dño, & exultáte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

ORATIO.

EXaudi Dómine pópulum tuum cum Sanctórum tuórum patrocínio supplicántem: ut & temporâlis vitæ nos tríbuas pace gaudêre, & ætérnæ reperíre subsídium. Per Dóminum.

## DIE XX. IANUARII.

In festo SS. Fabiáni & Sebastiáni mártyrum. Duplex.

ORATIO.

INfirmitâtem nostram réspice omnípotens Deus: & quia pondus própriæ actiónis gravat, beatórum mártyrum tuórum Fabiáni & Sebastiáni intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

In secúndis Vésperis à Capítulo fit de S. Agnéte.

## DIE XXI. IANUARII.

In festo S. Agnétis vírginis & mártyris. Duplex.

Quando hoc Festum transfértur in áliam diem, ad Vésperas Aña. Ingréssa Agnes. cum réliquis de Láudibus. 335. Psalmus. Dixit Dóminus. cum reliq. de Domínica, & loco últimi, Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

CAPITULUM. *Eccli.* 51.

COnfitêbor tibi Dómine rex, & collaudábo te Deum salvatórem meum. Confitêbor nómini tuo: quóniam adiútor & protéctor factus es mihi, & liberásti corpus meum à perditióne.

Hymnus. Iesu, coróna Vírginum. ℣. Spécie tua. de Commúni Vírginum. xxv.

Ad

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

Ad Magníficat, Antíphona. Beâta Agnes in médio flammârum expansis mánibus orabat; Te déprecor omnípotens adoránde, colénde, Pater metuénde, quia per sanctum Filium tuum evási minas sacrílegi tyránni, & carnis spurcítias immaculáto calle transívi: & ecce vénio ad te, quem amávi, quem quæsívi, quem semper optávi.

ORATIO.

Omnípotens sempitérne Deus, qui infírma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas: concêde propítius; ut qui beátæ Agnêtis vírginis & mártyris tuæ solémnia cólimus, eius apud te patrocínia sentiâmus. Per Dóminum.

Deindè fit Commemorátio sanctórum mártyrum Fabiáni & Sebastiáni, Aña. Gaudent in cælis ánimæ sanctórum, qui Christi vestígia sunt secúti: & quia pro eius amóre sánguinem suum fudérunt, ideò cum Christo exúltant sine fine. ℣. Exultábunt Sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Orátio. Infirmitátem. ut sup.

Ad Matutinum, Invitatórium. Regem Vírginum Dóminum, * Veníte adorêmus. Psalm. Veníte. 2. Hymn. Vírginis proles. ut in Commúni Vírginum. xxvi.

In primo Nocturno, Aña. Discêde à me pábulum mortis, quia iam ab alio amatore prævénta sum. Psalm. Beátus vir, qui non abiit. 3. Aña. Dexteram meam & collum meum cinxit lapídibus pretiosis, tradidit áuribus meis inæstimábiles margarítas. Psalm. Quare fremuérunt Gentes. 4. Aña. Pósuit signum in fáciem meam, ut nullum præter eum amatórem admittam. Psalmus. Dómine, quid multiplicáti. 4. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procêde, & regna.

In secúndo Nocturno, Aña. Induit me Dóminus cýclade auro texta, & imménsis monílibus ornâvit me. Psalm. Cùm invocârem. 148. Aña. Mel & lac ex eius ore suscépi, & sanguis eius ornâvit genas meas. Psalm. Verba mea áuribus pércipe. 60. Aña. Ipsi soli servo fidem, ipsi me tota devotióne commítto. Psalm. Dómine Dóminus noster. 5. ℣. Adiuvâbit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio eius, non commovébitur.

In tértio Nocturno, Aña. Cuius pulchritúdinem sol & luna mirántur, ipsi soli servo fidem. Psalm. Dómine, quis. 9. Aña. Christus circúmdedit me vernántibus atque coruscántibus gemmis pretiósis. Psalmus. Eructâvit cor meum. 67. Aña. Ipsi sum desponsâta, cui Angeli sérviunt, cuius pulchritúdinem sol & luna mirántur. Psalmus. Deus noster, refúgium. 68. ℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

AD LAUDES

& per Horas, Antíphona.

Ingréssa Agnes turpitúdinis locum, Angelum Dómini præparátum invênit. Psalmus. Dóminus regnâvit, cum réliquis. 17. Aña. Mecum enim hábeo custódem córporis mei, Angelum Dómini. Aña. Annulo suo subarrhâvit me Dóminus meus Iesus Christus, & tamquam sponsam decorávit me coróna. Aña. Benedico te Pater Dómini mei Iesu Christi, quia per Filium tuum ignis extinctus est à látere meo. Aña. Congaudête mecum, & congratulámini, quia cum his omnibus lúcidas sedes accépi.

CAPITULUM. *Eccli.* 51.

Confitêbor tibi Dñe rex, & collaudâbo te Deum salvatórem meum. Confitêbor nómini tuo: quóniàm adiútor & protéctor factus es mihi, & liberásti corpus meum à perditióne.

Hymnus. Iesu corona Vírginum. ut in Commúni Vírginum. xxv. ℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Propterèa benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedíctus, Antíphona. Ecce quod concupívi, iam vídeo: quod sperávi, iam téneo: ipsi sum iuncta in cælis, quem in terris pósita, tota devotióne diléxi.

ORATIO.

Omnípotens sempitérne Deus, qui infírma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas: concêde propítius; ut qui beátæ Agnêtis vírginis & mártyris tuæ solémnia cólimus, eius apud te patrocínia sentiâmus. Per Dóminum.

Ad Tértiam, Antíphona. Mecum enim hábeo. Capitulum. Confitêbor tibi. ut suprà.



℟. br. Spécie tua. * Et pulchritúdine tua. Spécie tua. ℣. Inténde, prosperè procêde, & regna. Et pulchritúdine. Glória. Spécie tua. ℣. Adiuvâbit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio eius, non commovébitur.

Ad Sextam, Aña. Annulo suo.

CAPITULUM. *Eccli.* 51.

Liberásti me secúndùm multitúdinem misericórdiæ nóminis tui à rugiéntibus, præparátis ad escam, de mánibus quæréntium ánimam meam, & de multis tribulatiónibus quæ circumdedérunt me.

℟. br. Adiuvâbit eam, * Deus vultu suo. Adiuvâbit. ℣. Deus, in médio eius, non commovébitur. Deus. Glória. Adiuvâbit. ℣. Elêgit eam Deus, præelêgit eam. ℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Ad Nonam, Antíphona. Congaudête mecum.

CAPITULUM. *Eccli.* 51.

Laudâbit usque ad mortem ánima mea Dóminum: quóniàm éruis sustinéntes te, & liberas eos de manu angústiæ, Dómine Deus noster.

℟. br. Elêgit eam Deus, * Et præelêgit eam. Elêgit. ℣. In tabernáculo suo habitáre facit eam. Et præelêgit. Glória Patri. Elêgit. ℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Propterèa benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Vésperas, Antíphona. Ingréssa Agnes. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco último, Psalm. Lauda Ierúsalem. 145.

Ca-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Capítul. & Hymn. ùt in primis Vesp. 333. ℣. Diffúsa est gratia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Magníficat, Antíphona. Stans beâta Agnes in médio flammæ, expánsis mánibus orabat ad Dóminum: Omnípotens, adorande, colénde, treménde, benedico te, & glorífico nomen tuum in ætérnum.

Orátio. Omnipotens sempitérne Deus. ùt suprà. 335.

Deindè fit Commemorátio Festi sequéntis.

## DIE XXII. IANUARII.

In festo SS. Vincéntij & Anastásij mart. Semiduplex.

Aña. Istôrum est enim regnum cælôrum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad prǽmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætámini in Dño, & exultáte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Oratio.

Adésto Dómine supplicatiónibus nostris: ut qui ex iniquitâte nostra reos nos esse cognóscimus, beatôrum mártyrum tuôrum Vincéntij & Anastásij intercessióne liberêmur. Per Dóminum.

Vésperæ à Capítulo de S. Raymúndo, cum Commem. SS. Vincéntij & Anastásij mártyrum, ac S. Emerentiánæ.

## DIE XXIII. IANUARII.

In festo S. Raymúndi de Peñafort. Confess. Semiduplex.

Omnia de Commúni Confessôris non Pontíficis, xx. præter Orationem: & ad Hymnum. Iste Conféssor. dícitur ℣. Hac die lætus méruit suprémos Laudis honóres.

Oratio.

Deus, qui beátum Raymúndum pœniténtiæ Sacraménti insignem ministrum elegísti, & per maris undas mirabiliter traduxísti: concéde, ut eius intercessióne dignos pœniténtiæ fructus fácere, & ad ætérnæ salútis portum pervenire valeámus. Per Dóminum.

Deindè fit Commemorátio SS. Vincéntij & Anastásij mart.

Póstea S. Emerentiánæ vírginis & mártyris, Aña. Veni sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparâvit in ætérnum. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prosperè procéde, & regna.

Oratio.

Indulgéntiam nobis, quǽsumus Dómine, beáta Emerentiâna virgo & martyr implôret: quæ tibi grata semper éxtitit & mérito castitâtis, & tuæ professióne virtútis.

In Láudibus fit Commemor. S. Emerentiánæ, Aña. Símile est regnum cælórum hómini negotiatóri quærénti bonas margaritas: invénta una pretiosa, dedit ómnia sua, & comparâvit eam. ℣. Diffúsa est gratia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Orátio. Indulgéntiam nobis. ùt suprà.

Vésperæ à Capítulo de S. Timotheo Episcopo & mártyre, cum Commem. S. Raymúndi.

DIE



## DIE XXIV. IANUARII.

In festo S. Timóthei Epíscopi & mártyris. Semiduplex.

Oratio.

Infirmitâtem nostram réspice omnípotens Deus: & quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti Timóthei mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa, nos prótegat. Per Dóminum.

Deindè fit Commemorátio S. Raymúndi, Aña. Hic vir despíciens. ℣. Iustum dedúxit.

Orátio. Deus qui beâtum Raymúndum. ùt suprà. 336.

Vesp. de Conversióne S. Pauli.

## DIE XXV. IANUARII.

In Conversióne sancti Pauli Apóstoli. Duplex.

Ad Vésperas, Aña. Ego plantávi. cum reliq. de Laudib. 333. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. & loco últimi, Psalm. Laudate Dóminum omnes Gentes. 129.

Capitulum. *Act. 9.*

Saulus adhuc spirans minârum, & cædis in discípulos Dómini, accéssit ad príncipem Sacerdótum, & pétijt ab eo epístolas in Damáscum ad synagógas: ut si quos invenisset huius viæ viros ac muliéres, vinctos perdúceret in Ierúsalem.

Hymnus.

Egregie Doctor Paule mores instrue,
Et nostra tecum péctora in cælum trahe:
Velâta dum merídiem cernat Fides,
Et solis instar sola regnet Cháritas.
Sit Trinitâti sempitérna glória,
Honor, potéstas, atque iubilátio,
In unitâte quæ gubérnat ómnia,
Per univérsa æternitâtis sæcula.
Amen.

℣. Tu est vas electiônis sancte Paule Apóstole. ℟. Prædicâtor veritâtis in univérso mundo.

Ad Magníficat, Antíphona. Vade Anania, & quære Saulum: ecce enim orat: quia vas electiónis est mihi, ut portet nomen meum coram Géntibus, & régibus, & filijs Israël.

Oratio.

Deus, qui univérsum mundum beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuisti: da nobis quǽsumus; ut qui eius hódiè Conversiónem colimus, per eius ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Pro Commemorat. S. Petri, Aña. Tu es pastor óvium, prínceps Apostolórum, tibi tráditæ sunt claves regni cælorum. ℣. Tu es Petrus. ℟. Et super hanc petram ædificâbo Ecclésiam meam.

Oratio.

Deus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni cæléstis, ligándi atque solvéndi pontifícium tradidísti: concêde, ut intercessionis eius auxílio, à peccatórum nostrórum néxibus liberêmur.

Deindè fit Commemorátio Sancti Timóthei, Antíphona. Qui vult venire post me, ábneget semetipsum; & tollat crucem suam, & sequâtur me. ℣. Iustus ùt palma florêbit.

 ℟. Si

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Orátio Infirmitátem nostram. ut suprà. 337.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Laudêmus Deum nostrum, * In conversióne Doctóris Géntium. Psalmus. Venite, exultémus. 2. Hymnus Egrégie Doctor. ut supra. 337.

In primo Noctúrno, Aña.

Qui operátus est Petro in Apostolátum, operátus est & mihi inter Gentes: & cognovérunt grátiam, quæ data est mihi à Christo Dómino. Psalmus. Cæli enárrant glóriam Dei. 14. Aña. Scio cui crédidi, & certus sum, quia potens est depositum meum serváre in illum diem, iustus iudex. Psalmus. Benedicam Dóminum. 54. Aña. Mihi vívere Christus est, & mori lucrum: gloriári me oportet in cruce Dómini nostri Iesu Christi. Psalm. Eructávit cor meum 67. ℣. In omnem terram exivit sonus eórum. ℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

In secúndo Noctúrno, Aña.

Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole, prædicátor veritátis in univérso mundo. Psalmus. Omnes Gentes. 68. Antiphona. Magnus sanctus Paulus vas electiónis, verè dignè est glorificándus, qui & méruit thronum duodécimum possidére. Psalmus Exaudi Deus deprecatiónem. 77. Aña. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. Psalmus. Exaudi Deus oratiónem. 78. ℣. Constítues eos príncipes super omnem terram. ℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

In tértio Noctúrno, Aña.

Saulus, qui & Paulus, magnus prædicátor, à Deo confortátus convalescêbat, & confundêbat Iudæos. Psalm. Confitébimur tibi Deus. 89. Aña. Ne magnitúdo revelatiónum extóllat me, datus est mihi stímulus carnis meæ, ángelus sátanæ, qui me colaphízet: propter quod ter Dóminum rogávi, ut auferrétur à me, & dixit mihi Dóminus: Súfficit tibi Paule grátia mea. Psalm. Dóminus regnávit, exúltet. 105. Aña. Réposita est mihi corona iustítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die iustus Iudex. Psalmus. Dóminus regnávit, irascántur. 110. ℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus. ℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

AD LAUDES,
& per Horas, Antíphona.

EGO plantávi, Apóllo rigávit, Deus autem increméntum dedit, allelúia. Psalm. Dóminus regnávit. cum réliquis. 17. Antíphona. Libénter gloriábor in infirmitátibus meis, ut inhábitet in me virtus Christi. Antíphona. Grátia Dei in me vácua non fuit, sed grátia eius semper in me manet. Antíphona. Damásci, præpósitus gentis Aretæ regis vóluit me comprehéndere: à frátribus per murum demíssus sum in sporta, & sic evásit manus eius, in nómini Dómini. Aña. Ter virgis cæsus sum, semel lapidátus sum, ter naufrágium pértuli pro Christi nómine.



Capitulum. Actor. 9.

Saulus adhuc spirans minárum, & cædis in discípulos Dómini, accéssit ad príncipem Sacerdótum, & pétijt ab eo epístolas in Damáscum ad Synagógas: ut si quos invenísset huius viæ viros ac mulieres, vinctos perdúceret in Ierúsalem.

Hymnus. Exúltet orbis gáudijs. ut in Commúni Apost.

℣. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole. ℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Ad Benedictus, Antiphona.

Vos, qui secúti estis me, sedébitis super sedes, iudicántes duódecim tribus Israël, dedit Dóminus.

Orátio.

Deus, qui univérsum mundum beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti: da nobis quæsumus; ut qui eius hódiè Conversiónem cólimus, per eius ad te exémpla gradiámur. Per Dñm.

Et fit Commemorátio S. Petri, ut suprà. 337.

Ad Tértiam, Antíphona.

Libénter gloriábor. Capitulum. Saulus adhuc. ut suprà. ℟. br. In omnem terram, * Exivit sonus eórum. In omnem. ℣. Et in fines orbis terræ verba eórum. Exivit. Glória Patri. In. ℣. Constítues eos príncipes super omnem terram. ℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Ad Sextam, Aña. Grátia Dei

Capitulum. Actor. 9. b

Surréxit autem Saulus de terra, apertísque óculis nihil vidébat. Ad manus autem illum trahéntes, introduxérunt Damáscum. Et erat ibi tribus diébus non videns, & non manducávit, neque bibit.

℟. br. Constítues eos príncipes, * Super omnem terram. Constítues. ℣. Mémores erunt nóminis tui Dñe. Super. Glória. Constítues. ℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus. ℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

Ad Nonam, Antíphona.

Ter virgis cæsus sum.

Capitulum. Act. 9. d

Saulus autem multò magis convalescêbat, & confundêbat Iudæos, qui habitábant Damásci, affírmans quóniam hic est Christus.

℟. br. Nimis honoráti sunt, * Amíci tui Deus. Nimis. ℣. Nimis confortátus es principátus eórum. Amíci. Glória Patri. Nimis. ℣. Annunciavérunt ópera Dei. ℟. Et facta eius intellexérunt.

Ad Vesp. Aña. Ego plantávi. cum réliquis de Laudibus. 338. Psalmi de Commúni Apostolórum. iij. Capítul. Saulus adhuc spirans. Hymnus. Egrégie Doctor. ℣. Tu es vas. ut suprà. in primis Vésperis. 337.

Ad Magníficat, Antíphona.

Sancte Paule Apóstole, prædicátor veritátis, & doctor Géntium, intercéde pro nobis ad Deum, qui te elégit.

Orátio. Deus, qui. ut suprà.

Deinde fit Commemorátio S. Petri, ut suprà. 337.

Et S. Polycarpi, ut infrà.

## DIE XXVI IANUARII.

In festo S. Polycarpi Episcopi & martyris. Semiduplex.

Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, & à verbis impiòrum non tímuit: fundâtus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honòre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuârum.

ORATIO.

DEus, qui nos beáti Polycárpi mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitâte lætíficas: concêde propítius; ut cuius natalítia cólimus, de eiúsdem étiam protectiòne gaudeámus. Per Dóminum.

Vésperæ de S. Ioánne, cum Commemor. S. Polycárpi.

## DIE XXVII. IANUARII.

In festo S. Ioánni Chrysostomi Episcopi & Confessoris. Duplex.

In Hymno Vesperârum mutâtur tértius Versus.

In utrísque Vesp. ad Magníficat, Aña. O Doctor óptime, Ecclésiæ sancte lumen, beáte Ioánnes Chrysóstome, divínæ legis amâtor, deprecâre pro nobis Fílium Dei.

ORATIO.

ECclésiam tuam, quæsumus Dómine, grátia cæléstis amplíficet: quam beáti Ioánnis Confessôris tui atque Pontíficis illustrâre voluísti gloriósis méritis, & doctrínis. Per Dóminum.

Deinde fit Commemor. S. Polycárpi, Aña. Qui vult veníre post me, ábneget semetípsum, & tollat crucem suam, & sequátur me. ℣. Iustus ùt palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Orátio. Deus, qui nos. ùt supra.

In ij. Vésperis fit Commemorátio S. Agnêtis, ut infrà.

## DIE XXVIII. IANUARII.

Sanctæ Agnêtis secúndò.

Ad Magníficat, Antiphona. Stans à dextris eius agnus nive cándidior, Christus sibi sponsam & mártyrem consecrâvit. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procêde, & regna.

ORATIO.

DEus, qui nos ánnua beátæ Agnêtis vírginis & mártyris tuæ solemnitâte lætíficas: da quæsumus, ut quam venerâmur officio, étiam piæ conversatiônis sequâmur exémplo. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutínum, Invitatórium & Hymnus de Commûni Vírginum, infrà. xxvj.

Noctúrnum Fériæ occurréntis.

Ad Laudes, & per Horas, Aña. Ingréssa Agnes. cum réliquis. ùt in die Festi. 334. Similitèr & per Horas ómnia dicúntur ùt annotátur in Festo, præter Oratiônem, quæ dícitur ùt suprà; & deinceps post Nonam nihil fit de ea.

## DIE XXIX. IANUARII.

In Festo S. Francisci Salésij Episcopi & Confess. Duplex.

Omnia de Commûni Confessôris Pontíficis, xvij. præter Oratiônem.

In Hymno. Iste Confêssor. murâtur tértius Versus.

ORATIO.



DEus, qui ad animârum salûtem beâtum Franciscum Confessôrem tuum atque Pontíficem, ómnibus ómnia factum esse voluísti: concêde propítius; ut charitâtis tuæ dulcédine perfúsi, eius dirigéntibus mónitis, ac suffragántibus méritis ætérna gáudia consequâmur. Per Dóminum.

In ij. Vésperis fit Commemorátio S. Martínæ ùt infrà.

## DIE XXX. IANUARII.

In festo S. Martinæ vírginis & mártyris. Semiduplex.

Omnia de Commûni Vírginum, xxiij. præter ea, quæ assignántur própria.

Ad Vésperas pro Commem. S. Martínæ vírginis & mártyris, Aña. Veni sponsa Christi, áccipe corônam, quam tibi Dñs præparâvit in ætérnum. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procêde, & regna.

ORATIO.

DEus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula étiam in sexu frágili victóriam martýrij contulísti: concêde propítius; ut qui beátæ Martínæ vírginis & mártyris tuæ natalítia cólimus, per eius ad te exémpla gradiâmur. Per Dóminum.

Ad Matutínum Invitatórium.

REgem Vírginum Dóminum, * Veníte adorêmus. Psalm. Veníte exultêmus. 2.

Nisi festum S. Martínæ transférri contingat: tunc enim in primis Vésperis, à Capítulo fit de eódem Festo, & dícitur Hymn. Martínæ célebri. usque ad Quærit præmia. & in fine A nobis ábigas. & ad Matutínum incípitur Hymnus. Non illam. usque in finem. Si verò non transferátur, ad Matutínum erit Hymnus ùt infrà.

HYMNUS.

MArtínæ célebri pláudite nómini,
Cives Romúlei, pláudite glóriæ:
Insígnem méritis dícite Vírginem,
Christi dícite Mártyrem.
Hæc dum conspícuis orta paréntibus,
Inter delícias, inter amábiles
Luxus illécebras dítibus ǽffluit
Faustæ munéribus domus.
Vitæ despíciens cómmoda, dédicat
Se rerum Dómino, & munífica manu
Christi paupéribus distríbuens opes,
Quærit præmia Cǽlitum.
NON illam crúcians úngula, non feræ,
Non virgæ horríbili vúlnere cómmovent;
Hinc lapsi è Súperum sédibus Angeli
Cæléstí dape récreant.
Quin & depósita sævítiæ leo
Se rictu plácido prójicit ad pedes:
Te Martína tamen dans gládius neci
Cæli cœtibus ínserit.
Te, thuris rédolens ara vapóribus
Quæ sumat, précibus iúgiter ínvocat,
Et falsum périmens auspícium, tui
Delet nóminis ómine.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

A nobis ábigas lúbrica gáudia
Tu, qui Martýribus dexter ades, Deus
Une & Trine: tuis dá fámulis jubar,
Quo clemens ánimos beas. Amen.

Ad Laudes, Hymnus.

TU natâle solum prótege, tu bonæ
Da pacis requiem Christíadum plagis:
Armorum strépitus, & fera prælia
In fines age Thrácios:
Et Regum socians ágmina sub Crucis
Vexíllo, Sólymas néxibus éxime,
Vindéxque innócui sanguinis hósticum
Robur fúnditùs érue.
Tu nostrum columen, tu decus ínclytum,
Nostrârum obséquium réspice méntium;
Romæ vota libens éxcipe, quæ pio
Te ritu canit, & colit.
A nobis ábigas lúbrica gáudia
Tu, qui Martyribus dexter ades, Deus
Une & Trine: tuis da fámulis iubar,
Quo clemens ánimos beas. Amen.

℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Símile est regnum cælórum hómini negotiatori quærénti bonas margaritas: invénta una pretiósa, dedit ómnia sua, & comparâvit eam. Orátio ùt suprà. 341.

Vesperæ de S. Petro Nolásco, cum Commemor. S. Martínæ.

## DIE XXXI. IANUARII.

In festo sancti Petri Nolásci Confessoris. Duplex.

Omnia de Com. Confes. non Pont. xx. præter Orationem.

In Hymno Vesp. mutâtur tértius Versus. Oratio.

DEus, qui in tuæ charitâtis exémplum, ad fidélium redemptionem sanctum Petrum Ecclésiam tuam nova prole fœcundâre divinitùs docuísti: ipsius nobis intercessióne concêde, à peccáti servitûte solútis, in cælésti pátria perpétua libertáte gaudêre. Qui vivis.

Deindè fit Commem. S. Martínæ virg. & mart. Aña. Veni sponsa Christi. ℣. Diffúsa. Orátio. Deus, qui inter cétera. 341.

In ij. Vesp. fit Commem. S. Ignátii Episc. & mart. ùt infrà.

## FESTA FEBRUARII.

Prima die non impedita dicitur Officium Defunctórum. lxxiij.

## DIE I. FEBRUARII.

In festo S. Ignátii Epíscopi & mártyris. Semiduplex.

Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certâvit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundâtus enim erat suprà firmam petram. ℣. Glória & honôre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera manuum tuârum.

Oratio.

INfirmitâtem nostram réspice omnípotens Deus: ut quia pondus próprię actionis gravat beáti Ignátij mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dñm.

## DIE II. FEBRUARII.

In festo Purificationis B. Mariæ Vírginis. Duplex.

Ad Vésperas, Antíphona.

O Admirábile commértium! Creâtor géneris humáni, animâtum corpus sumens, de Vírgine nasci dignâtus est: & procédens homo sine sémine, largítus est nobis suam Deitâtem. Psalm. Dixit Dóminus. & réliqui consuéti de S. María, ùt in eius Officio Parvo. xl. Aña. Quando natus es ineffabíliter ex Vírgine, tunc implétæ sunt Scriptúræ: sicut plúvia in vellus descendísti, ut salvum fáceres genus humánum: te laudâmus Deus noster. Aña. Rubum, quem víderat Moyses incombústum, conservàtam agnóvimus tuam laudábilem virginitâtem: Dei génitrix intercêde pro nobis. Aña. Germinâvit radix Iesse: orta est stella ex Iacob, virgo péperit Salvatórem: te laudâmus Deus noster. Aña. Ecce María génuit nobis Salvatórem, quem Ioánnes videns exclamâvit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccâta mundi, allelúia.

Capitulum. *Malach.* 3.

ECce ego mitto Angelum meum, & præparâbit viam ante fáciem meam. Et statim véniet ad templum sanctum suum Dominâtor, quem vos quǽritis; & Angelus testaménti, quem vos vultis.

Hymn. Ave maris stella. xxxv.



℣. Respónsum accêpit Símeon à Spíritu sancto. ℟. Non visûrum se mortem, nisi vidêret Christum Dóminum.

Ad Magníficat, Antiphona.

Senex púerum portâbat, puer autem senem regêbat: quem virgo péperit, & post partum virgo permánsit: ipsum quem génuit, adorâvit.

Oratio.

OMnipotens sempitérne Deus, maiestâtem tuam súpplices exorâmus: ut sicut Unigénitus Fílius tuus hodiérna die cum nostræ carnis substántia in templo est præsentâtus; ità nos fácias purificátis tibi méntibus præsentári. Per eúmdem.

Et non fit Commemorátio sancti Ignátij.

Ad Completórium, & álias Horas, in fine ómnium Hymnórum dícitur. Iesu tibi sit glória, Qui natus es de Vírgine. prætérquam in Hymno. Ave maris stella. Quod semper servátur, quando fit Officium de S. María.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Ecce venit ad templum sanctum suum Dominâtor Dóminus. * Gaude & lætâre Sion, occúrrens Deo tuo. Psalm. Venite, exultêmus. Hymn. Quem terra. ùt infrà. xlvj.

Antíphonæ, & Psalmi Nocturnórum & ℣. dicúntur ùt in Officio parvo B. Mariæ. xlvj.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antíphona.

SImeon iustus & timorâtus expectâbat redemptionem Israël, & Spíritus sanctus erat



ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

erat in eo. Psalmus. Dóminus regnávit. cum réliquis de Domínica. 17. Aña. Respónsum accépit Símeon à Spíritu sancto, non visúrum se mortem, nisi vidéret Dóminum. Aña. Accípiens Símeon púerum in mánibus, grátias agens benedíxit Dóminum. Aña. Lumen ad revelatiónem Géntium, & glóriam plebis tuæ Israel. Aña. Obtulérunt pro eo Dómino par túrturum, aut duos pullos columbárum.

CAPITULUM. *Malach.* 3.

Ecce ego mitto Angelum meum, & præparábit viam ante fáciem meam. Et statim véniet ad templum sanctum suum Dominátor quem vos quǽritis; & Angelus testaménti, quem vos vultis.

HYMNUS.

O Gloriósa Vírginum,
Sublímis inter sídera,
Qui te creávit, párvulum
Lacténte nutris úbere.
Quod Heva tristis ábstulit,
Tu reddis almo gérmine:
Intrent ut astra flébiles,
Cæli reclúdis cárdines.
Tu Regis alti iánua,
Et aula lucis fúlgida:
Vitam datam per Vírginem
Gentes redémptæ pláudite.
Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedíctus, Antíphona. Cùm indúcerent púerum Iesum paréntes eius, accépit eum Símeon in ulnas suas, & benedíxit Deum, dicens: Nunc dimíttis servum tuum in pace.

Orátio. Omnípotens sempitérne Deus. ut suprà. 343.

Ad Primam in ℟. brevi dícitur ℣. Qui natus es de María vírgine. Et sic dícitur semper, quando fit de beáta Vírgine.

Ad Tértiam, Aña. Respónsum accépit Símeon. Capitul. Ecce ego mitto Angelum. ut suprà. ℟. br. Spécie tua, * Et pulchritúdine tua. Spécie tua. ℣. Inténde, prósperè procéde, & regna. Et pulchritúdine. Glória. Spécie tua. ℣. Adiuvábit eam. Deus vultu suo. ℟. Deus in médio eius, non commovébitur.

Ad Sextam, Antíphona. Accípiens Símeon.

CAPITULUM. *Malach.* 3.

Ecce véniet, dicit Dóminus exercítuum: & quis póterit cogitáre diem advéntus eius, & quis stabit ad vidéndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullónum.

℟. br. Adiuvábit eam, * Deus vultu suo. Adiuvábit. ℣. Deus, in médio eius, non commovébitur. Deus. Glória Patri. Adiuvábit. ℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Ad Nonam, Aña. Obtulérunt.

CAPITULUM. *Malach.* 3.

Et placébit Dómino sacrifícium Iuda & Ierúsalem sicut dies sǽculi, & sicut anni antíqui, dicit Dñs omnípotens.

℟. br. Elégit eam Deus, * Et præelégit eam. Elégit. ℣. In tabernáculo suo habitáre facit eam. Et præelégit. Glória Patri. Elégit. ℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.



Ad Vésperas, Antíphona. Símeon iustus. cum réliquis de Láudibus. 343. Psalmi, Capítulum, Hymnus & ℣. ut suprà in primis Vésperis. 343.

Ad Magníficat, Antíphona. Hódiè beáta virgo María púerum Iesum præsentávit in templo, & Símeon replétus Spíritu sancto accépit eum in ulnas suas, & benedíxit Deum in ætérnum.

Orátio ut suprà. 343.

Deinde fit Comm. S. Blásij.

## DIE III. FEBRUARII.

S. Blásij Epíscopi & mártyris. Aña. Iste sanctus. ℣. Glória & honóre. Orátio. Deus, qui nos. ut infrà. ix.

## DIE IV. FEBRUARII.

In festo S. Andréæ Corsíni Epíscopi & Confessóris. Duplex.

Omnia de Commúni Conféssóris Pontíficis. xvij. præter ea, quæ hic ponúntur própria.

In Hymno ad Vésperas, & Matutínum dícitur. Hac die lætus méruit suprémos Laudis honóres.

ORATIO.

Deus, qui in Ecclésia tua nova semper instáuras exémpla virtútum: da pópulo tuo beáti Andréæ Confessóris tui atque Pontíficis ita sequi vestígia, ut assequátur & prǽmia. Per Dóminum.

Vésperæ à Capítulo de sequénti, Commem. præcedéntis.

## DIE V. FEBRUARII.

In festo S. Agathæ vírginis & mártyris. Duplex.

Quando hoc Festum transfértur in aliam diem, ad Vésperas, Aña. Quis es tu. cum reliq. de Laudib. 346. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, & loco últimi, Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

CAPITULUM. *Eccli.* 51.

Confitébor tibi Dómine rex, & collaudábo te Deum salvatórem meũ. Confitébor nómini tuo: quóniam adiútor & protéctor factus es mihi, & liberásti corpus meum à perditióne.

Hymnus. Iesu, coróna Vírginum. ℣. Spécie tua. de Commúni Vírginum. xxv.

Ad Magníficat, Antíphona. Stans beáta Agatha in médio cárceris, expánsis mánibus orábat ad Dóminum: Dómine Iesu Christe, magister bone, grátias tibi ago, qui me fecísti víncere torménta carníficum: iube me Dómine ad tuam immarcessíbilem glóriam felíciter pervenire.

ORATIO.

Deus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula étiam in sexu frágili victóriam martyrij contulísti: concéde propítius; ut qui beátæ Agathæ vírginis & mártyris tuæ natalítia cólimus, per eius ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Deindè fit Commem. S. Andréæ Corsini Epíscopi & Conf.

Ad Matutínum, Invitatórium, Regem Vírginum Dóminum, * Ve-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

* Venite adorêmus. Psalm. Venite, exultêmus. 2. Hymn. Virginis proles. ùt in Commûni Vírginum infrà. xxvj.

In primo Noctúrno, Aña.

Ingénua sum, & ex spectábili génere, ùt omnis parentêla mea testâtur. Psalm. Beátus, vir, qui nonábijt. 3. Aña. Summa ingenúitas ista est, in qua sérvitus Christi comprobâtur. Psalm. Quare fremuérunt Gentes. 4. Aña. Ancílla Christi sum, ideò me osténdo servílem habêre persônam. Psalm. Dómine, quid multiplicáti. 4. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procéde, & regna.

In secúndo Noctúrno, Aña.

Agatha sancta dixit: Si feras mihi promíttis, audíto Christi nómine mansuéscunt. Psal. Cùm invocârem. 148. Aña. Si ignem adhíbeas, rorem mihi salvíficum de cælo Angeli ministrábunt. Psalm. Verba mea áuribus pércipe. 60. Aña. Agatha lætíssimè & gloriánter ibat ad cárcerem, quasi ad épulas invitâta: & agônem suum Dómino précibus commendâbat. Psalm. Dómine Dóminus noster. 5. ℣. Adiuvâbit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio eius, non commovébitur.

In tértio Noctúrno. Aña.

Nisi diligénter perféceris corpus meum à carnifícibus attrectári, non potest ánima mea in paradísum Dómini cum palma intrâre martýrij. Psalm. In Dómino confído. 7. Aña. Vidísti Dómine agônem meum, quómodò pugnávi in stádio: sed quia nólui obedíre mandátis príncipum, iussa sum in mamilla torquéri. Psalm. Dómine, quis habitábit. 9. Aña. Propter fidem castitátis iussa sum suspéndi in equúleo: adiuva me Dómine Deus meus in tortúra mamillárum meárum. Psalm. Consérva me Dómine. 10. ℣. Elêgit eam Deus, & præelêgit eam. ℟. In tabernáculo suo habitâre facit eam.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Quis es tu, qui venísti ad me curâre vúlnera mea? Ego sum Apóstolus Christi: nihil in me dúbites fília. Psalm. Dóminus regnávit. cum reliq. 17. Aña. Medicínam carnâlem córpori meo numquam exhíbui: sed hábeo Dóminum Iesum Christum, qui solo sermone restáura univérsa. Antiphona. Grátias tibi ago, Dómine Iesu Christe, quia memor es mei, & misísti ad me Apóstolum tuum curâre vúlnera mea. Aña. Benedico te Pater Dómini mei Iesu Christi: quia per Apóstolum tuum mamillam meam meo péctori restituísti. Aña. Qui me dignâtus est ab omni plaga curâre, & mamillam meam meo péctori restitúere; ipsum invoco Deum vivum.

CAPITULUM. *Eccli.* 15.

Confitêbor tibi Dómine rex, & collaudábo te Deum salvatórem meum. Confitêbor nómini tuo: quóniàm adiútor & protéctor factus es mihi, & liberásti corpus meum à perditione.

Hymnus. Iesu corôna Vírginum. xxv. ℣. Diffûsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Paganôrum multitûdo fúgiens ad sepúlchrum Vírginis, tulérunt velum eius contra ignem: ut comprobâret Dóminus, quòd à perículis incéndij méritis beátæ Agathæ mártyris suæ eos liberâret.

Orátio. Deus, qui inter cétera. ùt suprà. 345.

Ad Tértiam, Antiphona.

Medicínam carnâlem. Capitulum. Confitêbor. ùt suprà. 346

℟. br. Spécie, tua, *Et pulchritúdine tua. Spécie tua. ℣. Inténde, prósperè procéde, & regna. Et pulchritúdine. Glória Patri. Spécie tua. ℣. Adiuvâbit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio eius, non commovébitur.

Ad Sextam, Antiphona.

Grátias tibi ago.

CAPITULUM. *Eccli.* 51.

Liberásti me secúndùm multitúdinem misericórdiæ nóminis tui à rugiéntibus, præparátis ad escam, de mánibus quæréntium ánimam meam, & de multis tribulatiónibus quæ circumdedérunt me.

℟. br. Adiuvâbit eam, *Deus vultu suo. Adiuvâbit. ℣. Deus, in médio eius, non commovébitur. Deus. Glória. Adiuvâbit. ℣. Elêgit eam Deus, & præelêgit eam. ℟. In tabernáculo suo habitâre facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.

Qui me dignâtus est.

CAPITULUM. *Eccli* 51.

Laudâbit usque ad mortem ánima mea Dóminum: quóniàm éruis sustinéntes te, & líberas eos de manu angústiæ, Dómine Deus noster.

℟. br. Elêgit eam Deus, *Et præelêgit eam. Elêgit. ℣. In tabernáculo suo habitâre facit eam. Et præelêgit. Glória Patri. Elêgit. ℣. Diffûsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Vésperas, Antiphona.

Quis es tu. cum reliq. ùt suprà in Láudibus. 346. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco último, Psalmus. Lauda Ierúsalem. 145. Capitulum & Hymnus ùt in j. Vesp. 345. ℣. Diffûsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magníficat, Antiphona.

Stans beâta Agatha in médio cárceris, expánsis mánibus orábat ad Dóminum: Dómine Iesu Christe, magíster bone, grátias tibi ago, qui me fecísti víncere torménta carníficum: iube me Dómine ad tuam immarcessíbilem glóriam felíciter pervenîre. Orátio. Deus, qui inter cétera. ùt in primis Vésperis. 345.

Deinde fit Commemorátio S. Dorothéæ vírginis & mart.

DIE VI. FEBRUARII.

S. Dorothéæ vírginis & mart.

Aña. Veni sponsa Christi, áccipe corônam, quam tibi Dóminus præparâvit in ætérnum. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. In-

℟. Inténde, prósperè procéde, & regna.

ORATIO.

INdulgéntiam nobis, quæsumus Dómine beáta Dorothea virgo & martyr implóret: quæ tibi grata semper éxtitit, & mérito castitátis, & tuæ professióne virtútis. Per Dóminum.

DIE VII. FEBRUARII.

In festo S. Romuáldi Abbátis. Duplex.

In Hymno Vesperárum mutátur tertius Versus.

ORATIO

INtercéssio nos quæsumus Dómine, beáti Romuáldi Abbátis commendet: ut quod nostris méritis non valémus, eius patrocínio assequámur. Per Dóminum.

In secundis Vésperis à Capítulo de sequénti, cum Commemoratióne præcedéntis.

DIE VIII. FEBRUARII.

In festo S. Ioánnis de Matha Confessóris, Duplex.

Omnia de Commúni Confessóris non Pontíficis, xx. excéptis his, quæ hic sunt própria.

In Hymno. Iste Confessor. dícitur. Hac die lætus méruit suprémos Laudis honóres.

ORATIO.

DEus, qui per sanctum Ioánnem Ordinem Sanctíssimæ Trinitátis ad rediméndum de potestáte Saracenórum captívos cǽlitùs instítuere dignátus es: præsta quæsumus; ut eius suffragántibus méritis, à captivitáte córporis & ánimæ, te adiuvánte liberémur. Per Dóminum.

Deinde fit Commemorátio S. Romuáldi Abbátis.

In ij. Vesp. fit Comm. S. Apollóniæ vírginis & mártyris.

DIE IX. FEBRUARII.

S. Apollóniæ vírginis & mart.

Aña. Veni sponsa. ℣. Spécie tua. ut suprà.

ORATIO.

DEus, qui inter cétera poténtiæ tuæ miràcula étiam in sexu frágili victóriam martyrij contulísti: concéde propítius; ut qui beátæ Apollóniæ vírginis & mártyris tuæ natalítia cólimus, per eius ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum nostrum.

DIE X. FEBRUARII.

In festo S. Scholásticæ Vírginis. Duplex.

Omnia de Commúni Vírginum, xxv. præter Oratiónem.

ORATIO.

DEus, qui ánimam beátæ vírginis tuæ Scholásticæ, ad ostendéndam innocéntiæ viam in colúmbæ spécie cælum penetráre fecísti: da nobis eius méritis, & précibus ita innocénter vívere, ut ad ætérna mereámur gáudia perveníre. Per Dóminum.

DIE XIV. FEBRUARII.

Sancti Valentíni Presbyteri & mártyris.

ORATIO.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: ut qui beáti Valentíni mártyris tui natalítia cólimus, à cunctis malis imminéntibus, eius intercessióne liberémur. Per Dóminum nostrum.

DIE



DIE XV. FEBRUARII.

SS. Faustíni & Iovítæ martyr.

ORATIO.

DEus, qui nos ánnua sanctórum mártyrum tuórum Faustíni & Iovítæ solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut quorum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Dñm.

DIE XVIII. FEBRUARII.

S. Simeónis Episcopi & mart.

ORATIO.

INfirmitátem nostram réspice omnípotens Deus: ut quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti Simeónis mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum nostrum.

DIE XXII. FEBRUARII.

In Cáthedra S. Petri Antiochiæ. Duplex.

Officium fit ut suprà in Cáthedra Romána, 331. omíssa Commemoratióne S. Priscæ.

Si hoc Festum ante Quadragésimam vénerit in Sábbato, vel transferátur in Fériam secúndam, & annus non fúerit bissextílis, de Vigília S. Mathíæ fit Commem. ad Laudes post Commem. S. Pauli. In Quadragésima autem fit Comm. in Láudibus de Féria occurrénte, & nihil fit de Vigília nisi in Missa.

DIE XXIII. vel XXIV.

Februárij anno Bissextíli.

In Vigília S. Mathíæ Apóstoli.

Si non vénerit in Quadragésima.

ORATIO.

DA quæsumus omnípotens Deus: ut beáti Mathíæ Apóstoli tui, quam prævenímus veneránda solémnitas, & devotiónem nobis áugeat, & salútem. Per Dóminum.

Si autem vénerit in Quadragésima, nihil fit de Vigília nisi in Missa.

DIE XXIV. vel XXV.

Februárij anno Bissextíli.

IN FESTO S. MATHIÆ Apóstoli. Duplex.

Omnia dicúntur de Commúni Apostolórum, j. præter Oratiónem.

ORATIO.

DEus, qui beátum Mathíam Apostolórum tuórum collégio sociásti: tribue quæsumus; ut eius interventióne, tuæ circa nos pietátis semper víscera sentiámus. Per Dóminum nostrum.

Si hoc Festum vénerit in Quadragésima, fit Commemorátio Fériæ occurréntis.

FESTA MARTII.

Ante Quadragésimam prima die non impedita dícitur Officium Defunctórum. lxviij.

FERIA SEXTA.

Post Dominicam Passiónis celebrátur Officium Septem Dolórum B. Maríæ Vírginis. Duplex.

Si hoc Festum occúrrat cum álio Festo Dúplici j. vel ij. Classis, transfértur in Sábbatum sequens, non obstánte, quod dicto Sábbato occúrrat áliud Officium altérius Sancti, dummodò non sit altióris ritus, & tunc Festum Sancti occurréntis juxta Rúbricas generáles transfértur. Numquam transfértur hoc Festum ad tempus Paschále.

Ad

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ad Vésperas Antiphona.

VAdam ad montem myrrhæ. cum réliquis de Laudib. 351. Psalm. Crédidi propter quod. ut in Vésperis in Cœna Dómini. 200.

Capitulum. *Isaiæ* 53.

QUis crédidit auditui nostro? & brachium Dñi cui revelátum est? Et ascéndet sicut virgúltum coram eo, & sicut radix de terra sitiénti.

Hymnus.

Stabat Mater dolorósa
Iuxta crucem lacrymósa,
Dum pendébat Filius.
Cuius ánimam geméntem,
Constristàtam, & doléntem,
Pertransívit gládius.
O quam tristis & afflícta
Fuit illa benedícta
Mater Unigéniti!
Quæ mœrébat, & dolébat,
Et tremébat, cum vidébat
Nati pœnas ínclyti.
Quis est homo, qui non fleret,
Christi matrem si vidéret
In tanto supplício?
Quis posset non contristári,
Piam matrem contemplári
Doléntem cum Filio?
Pro peccátis suæ gentis
Vidit Iesum in torméntis,
Et flagéllis súbditum.
Vidit suum dulcem natum
Moriéntem, desolátum,
Dum emísit spíritum.
Eia mater fons amóris,
Me sentíre vim dolóris
Fac, ut tecum lugeam.
Fac, ut árdeat cor meum
In amándo Christum Deum
Ut sibi compláceam. Amen.

℣. Ora pro nobis Virgo dolorosíssima. ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

Tuam ipsíus ánimam (ait ad Maríam Simeon) pertransíbit gládius.

Oratio.

DEus, in cuius passióne secúndùm Simeónis prophetíam dulcíssimam ánimam gloriósæ vírginis & matris Maríæ dolóris gládius pertransívit: concéde propítius; ut qui transfixiónem eius & passiónem venerando recólimus, gloriósis méritis & précibus ómnium Sanctórum Cruci fidéliter astántium intercedéntibus, passiónis tuæ efféctum felícem consequámur. Qui vivis & regnas.

Deinde fit Commem. Fériæ.

Ad Completórium, & per Horas, in fine Hymnórum dícitur Iesu tibi sit glória, Qui natus es de Vírgine.

Ad Matutinum Invitatórium.

Dolóres gloriósæ recoléntes Vírginis, Dóminum pro nobis passum, * Veníte adorémus. Psalmus. Venite, exultémus. 2.

Hymnus.

SAncta Mater istud agas,
Crucifíxi fige plagas
Cordi meo validè.
Tui nati vulneráti,
Tam dignáti pro me pati
Pœnas mecum divide.
Fac me verè tecum flere,
Crucifíxo condolére,
Donec ego víxero.
Iuxta Crucem tecum stare,
Te libénter sociáre
In planctu desídero. Amen.

In



In primo Noctúrno, Aña.

Astitérunt reges terræ & príncipes convenérunt in unum advérsùs Dóminum, & advérsùs Christum eius. Psalm. Quare fremuérunt Gentes. 4. Antiphona. Voce mea ad Dóminum clamávi, & exaudívit me de monte sancto suo. Psalmus. Dómine quid multiplicáti. 4. Antiphona. Factum es cor meum tamquam cera liquéscens in médio ventris mei. Psalmus. Usquequò Dómine oblivíscéris me in finem. 8. ℣. Pósuit me desolátam. ℟. Tota die mœróre conféctam. Pater noster. Absolútio. Exáudi Dómine. ℣. Iube domne. Benedíctio. Benedictióne perpétua.

In secúndo Noctúrno, Aña.

Inimíci mei dixérunt mala mihi: Quando moriétur, & peribit nomen eius? Psalmus. Beátus qui intélligit. 65. Antiphona. Deus, vitam meam annunciávi tibi: possuísti lácrymas meas in conspéctu tuo. Psalmus. Miserére mei Deus, quóniàm conculcávit me homo. 75. Antiphona. Filij hóminum, dentes eórum arma & sagittæ; & lingua eorum gládius acútus. Psalmus. Miserére mei Deus, miserére mei: * quoniàm in te confídit ánima mea. 75. ℣. Fácies mea intúmuit à fletu. ℟. Et pálpebræ meæ caligavérunt. Pater noster. Absolútio. Ipsius píetas. ℣. Iube domne. Benedíctio. Deus Pater omnípotens.

In tértio Noctúrno, Aña.

Intendérunt arcum, rem amáram, ut sagíttent in occúltis immaculátum. Psalmus. Exáudi Deus oratiónem meam cum déprecor. 78. Antiphona. Factus sum sicut homo sine adiutório inter mórtuos liber. Psalmus. Dómine Deus salútis meæ. 101. Antiphona. Replévit me amaritúdine, inebriávit me absýnthio. Psalmus. Deus laudem meam ne tacúeris. 120. ℣. Deus vitam meam annunciávi tibi. ℟. Posuísti lácrymas meas in conspéctu tuo. Pater noster. Absolut. A vínculis. ℣. Iube domne. Benedíctio. Evangélica léctio.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

VAdam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Psalmus. Dóminus regnávit. cum reliq. de Domínica. 17. Antiphona. Diléctus meus cándidus, & rubicúndus: comæ cápitis eius sicut púrpura Regis vincta canálibus. Antiphona. Quò ábijt diléctus tuus, ò pulchérrima mulíerum? Quò diléctus tuus declinávit? Antiphona. Fascículus myhrræ diléctus meus mihi inter úbera mea commorábitur. Aña. Fulcite me flóribus, stipáte me malis, quia amóre lángueo.

Capitulum. *Isaiæ* 53.

QUis crédidit audítui nostro? & bráchium Dómini cui revelátum est? Et ascéndet sicut virgútum coram eo, & sicut radix de terra sitiénti.

Hym-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

HYMNUS.

VIrgo vírginum præclâra,
Mihi iam non sis amâra,
Fac me tecum plángere.
Fac ut portem Christi mortem,
Passionis fac consórtem,
Et plagas recólere.
Fac ne plagis vulnerári,
Cruce hac inebriári,
Ob amórem Filij.
Inflammâtus, & accénsus,
Per te Virgo sim defénsus
In die iudicij.
Fac me cruce custodíri,
Morte Christi præmuníri,
Confovéri grátia.
Quando corpus moriêtur,
Fac ut animæ donêtur
Paradisi glória. Amen.

℣. Ora pro nobis virgo dolorosíssima. ℟. Ut digni efficiâmur promissiónibus Christi.

Ad Benedíctus, Antíphona. Cùm vidisset Iesus matrem stantem iuxta crucem, & discípulum quem diligêbat, dicit matri suæ, Múlier: ecce fílius tuus. Deinde dicit discípulo, Ecce mater tua.

ORATIO.

DEus, in cuius passiône secúndùm Simeónis prophetíam dulcíssimam ánimam gloriósæ vírginis & matris Maríæ dolóris gládius pertransívit: concêde propítius; ut qui transfixiônem eius & passiónem venerándo recólimus, gloriósis méritis & précibus ómnium Sanctórum Cruci fidéliter astántium, intercedéntibus, passiónis tuis effectum felicem consequâmur. Qui vivis.

Et fit Commemorátio Fériæ.

Ad Primam, Antíphona. Vadam ad montem.

℟. br. Christe Fílij Dei vivi, *Miserêre nobis. Christe. ℣. Qui pasus es pro hómine. Miserêre nobis. Glória Patri. Christe Fílij Dei vivi, miserêre nobis. ℣. Exúrge Christe, ádiuva nos. ℟. Et líbera nos propter nomen tuum.

Ad Tértiam, Antíphona. Diléctus meus.

Capit. Quis crédidit. ùt suprà.

℟. breve. Pósuit me, *Desolâtam. Pósuit. ℣. Tota die mœróre conféctam. Desolâtam. Glória Patri. Pósuit. ℣. Fácies mea intúmuit à fletu. ℟. Et pálpebræ meæ caligavérunt.

Ad Sextam, Antíphona. Quò abijt.

CAPITULUM. *Isaiæ 53. b*

IPse vulnerâtus est propter iniquitâtes nostras, attritus est propter scélera nostra. Disciplína pacis nostræ super eum, & livore eius sanáti sumus.

℟. breve. Fácies mea, *Intúmuit à fletu. Fácies mea. ℣. Et pálpebræ meæ caligavérunt. Intúmuit. Glória Patri. Fácies mea. ℣. Deus vitam meam annunciávi tibi. ℟. Posuísti lácrymas meas in conspéctu tuo.

Ad Nonam, Antíphona. Fulcîte me flóribus.

CAPITULUM. *Isaiæ 53. c*

GEneratiônem eius quis enarrâbit? quia abscíssus est de terra vivéntium: propter scelus pópuli mei percússi eum.

℟. brev. Deus vitam meam, *Annunciávi tibi. Deus vitam meam. ℣. Posuísti lácrymas meas



in conspéctu tuo. Annunciávi. Glória Patri. Deus vitam meam. ℣. Ora pro nobis Virgo dolorosíssima. ℟. Ut digni efficiâmur promissiônibus Christi.

In secúndis Vésperis ómnia ùt in primis.

Ad Magníficat, Antíphona. Cùm vidísset Iesus mátrem stantem iuxta crucem, & discípulum quem diligêbat, dicit matri suæ: Múlier, ecce fílius tuus. Deíndè dicit discípulo: Ecce mater tua.

Orátio. Deus, in cuius. ùt suprà. 352.

## DIE IV. MARTII.

In festo S. Casimíri Confessôris. Semiduplex.

Omnia de Commûni Confessôris non Pontif. xx. præter ea, quæ hîc habéntur. ORATIO.

DEus, qui inter regáles delícias, & mundi illécebras, sanctum Casimirum virtûte constantiæ roborásti: quæsumus, ut eius intercessiône fidêles tui terrêna despíciant, & ad cæléstia semper aspírent. Per Dóminum.

Deíndè fit Commem. Fériæ, si in Quadragésima vénerit.

Posteà S. Lúcij Papæ & márt. Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certâvit usque ad mortem, & à verbis impiôrum non tímuit: fundâtus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuârum.

ORATIO.

DEus, qui nos beáti Lúcij mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitâte lætíficas: concêde propítius; ut cuius natalítia cólimus, de eiúsdem étiam protectiône gaudeâmus. Per Dóminum.

Et in Láudibus, Aña. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custôdit eam. ℣. Iustus ùt palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Orátio. Deus, qui nos. suprà.

## DIE VII. MARTII.

In festo S. Thomæ de Aquino Confessóris, & Ecclésiæ Doctóris. Duplex.

Omnia de Commûni Confessóris non Pontíficis, xx. præter sequéntia.

Ad Magníficat in utrísque Vesp. Aña. O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beâte Thoma, divínæ legis amâtor, deprecâre pro nobis Fílium Dei.

ORATIO.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Thomæ Conféssóris tui mira eruditióne claríficas, & sancta operatióne fœcúndas: da nobis quæsumus, & quæ dócuit, intellectu conspícere, & quæ egit, imitatiône complêre. Per Dóminum.

Deíndè fit Comm. de Féria. Posteà sanctârum mártyrum Perpétuæ & Felicitâtis.

In Vésperis & Láudibus. Aña. Istârum est enim regnum cælôrum, quæ contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad præmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Glória & honore coronásti eas Dómi-

mine. ℟. Et constituísti eas super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

DA nobis quǽsumus Dómine Deus noster, sanctárum mártyrum tuárum Perpétuæ & Felicitátis palmas incessábili devotióne venerári: ut quas digna mente non póssumus celebráre humílibus saltem frequentémus obséquijs. Per Dóminum.

In Láudibus fit Commemor. Fériæ, & Sanctárum, ut supra.

Vésperæ à Capítulo de sequénti, Commem. præcedéntis.

DIE VIII. MARTII.

In festo S. Ioánnis de Deo Confessóris. Duplex.

Omnia de Commúni Confessóris non Pontíficis, præter Oratiónem. Oratio.

DEus, qui beátum Ioánnem tuo amóre succénsum inter flammas innoxium incédere fecísti, & per eum Ecclésiam tuam nova prole fœcundásti: præsta ipsius suffragántibus méritis, ut igne charitátis tuæ vítia nostra curéntur, & remédia nobis ætérna provéniant. Per Dóminum.

Vésperæ à Capítulo de sequénti, Commem. præcedéntis.

DIE IX. MARTII.

In festo sanctæ Francíscæ víduæ Románæ. Duplex.

Omnia de Commúni nec Vírginum nec Mártyrum, xxix. præter Oratiónem. Oratio.

DEus, qui beátam Francíscam fámulam tuam, inter cétera grátiæ tuæ dona, familiári Angeli consuetúdine decorásti: concéde quǽsumus; ut intercessiónis eius auxílio, Angelórum consórtium cónsequi mereámur. Per Dóminum.

In ii. Vésp. Commem. sanctórum Quadragínta mártyrum.

DIE X. MARTII.

In festo SS. Quadragínta Mártyrum. Semiduplex.

Aña. Istórum est enim regnum cælórum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad prǽmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætámini in Dómino, & exultáte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde. Oratio.

PRæsta quǽsumus omnípotens Deus: ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

DIE XII. MARTII.

In festo S. Gregórij Papæ, Confessóris & Ecclésiæ Doctóris. Duplex.

Ad Magníficat in utrísque Vésp. Aña. O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beáte Gregóri, divínæ legis amátor, deprecáre pro nobis Fílium Dei. Oratio.

DEus, qui ánimæ fámuli tui Gregórij ætérnæ beatitúdinis prǽmia contulísti: concéde propítius; ut qui peccatórum nostrorum póndere prémimur, eius apud te précibus sublevémur. Per Dóminum.

DIE XVII. MARTII.

In festo S. Patrítij Epíscopi & Confessóris. Semiduplex.

Om-



Omnia de Commúni Confess. Pontif. xvii. præter Oratiónem. Oratio.

DEus, qui ad prædicándam Géntibus glóriam tuam beátum Patrítium confessórem atque Pontíficem míttere dignátus es: eius méritis, & intercessióne concéde; ut quæ nobis agénda præcipis, te miseránte adimplére possímus. Per Dñm.

Et fit Commemorátio Fériæ occurréntis.

DIE XIX. MARTII.

IN FESTO S. IOSEPH Confessoris. Duplex.

AD VESPERAS,

Antiphona.

IAcob autem génuit Ioseph virum Maríæ de qua natus est Iesus, qui vocátur Christus. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco ultimi, Psalm. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129. Aña. Missus est Angelus Gábriel à Deo ad Vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, & nomen vírginis María. Aña. Cùm esset desponsáta Mater Iesu María Ioseph, ántequam convenírent, invénta est in útero habens de Spíritu sancto. Aña. Ioseph vir eius, cùm esset iustus, & nollet eam tradúcere, vóluit occúltè dimíttere eam. Aña. Angelus Dómini appáruit Ioseph dicens: Ioseph fili David noli timére accípere Maríam cóniugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spíritu sancto est: páriet autem fílium, & vocábis nomen eius Iesum.

Capitulum. *Prov. 28. & 27.*

VIr fidélis multum laudábitur; & qui custos est Dómini sui, glorificábitur.

Hymnus.

TE, Ioseph, célebrent ágmina Cǽlitum,
Te cuncti résonent Christíadum Chori,
Qui clarus méritis, iunctus es ínclytæ
Casto fœdere Vírgini.

Almo cùm túmidam gérmine cóniugem
Admírans, dúbio tángeris ánxius,
Afflátu súperi Fláminis Angelus
Concéptum púerum docet.

Tu natum Dóminum stringis, ad éxteras
Ægýpti prófugum tu séqueris plagas;
Amíssum Sólymis quæris, & ínvenis,
Miscens gáudia flétibus.

Post mortem réliquos mors pia cónsecrat,
Palmamque eméritos glória súscipit:
Tu vivens, súperis par, frúeris Deo,
Mira sorte beátior.

Nobis, summa Trias, parce precántibus,
Da Ioseph méritis sídera scándere:
Ut tandem líceat nos tibi pérpetim
Gratum prómere cánticum.
Amen.

℣. Constítuit eum Dóminum domus suæ. ℟. Et príncipem omnis possessiónis suæ.



Ad

Ad Magnificat, Antiphona.

Exúrgens Ioseph à somno fecit, sicut præcêpit ei Angelus Dómini, & accêpit Cóniugem suam.

Oratio.

SAnctíssimæ Genitrícis tuæ Sponsi, quǽsumus Dómine, méritis adiuvêmur: ut quod possibílitas nostra non óbtinet, eius nobis intercessióne donêtur. Qui vivis & regnas.

Si celebrêtur in Quadragés. fit Commemorátio Fériæ.

Ad Matutinum, Invitatórium.

Christum Dei filium, qui putári dignâtus est fílius Ioseph, * Venite adorêmus. Psalm. Venîte, exultêmus. Hymnus.

CÆlitum Ioseph decus atque nostræ
Certa spes vitæ, columénque mundi,
Quas tibi læti cánimus benignus
Súscipe laudes.

Te sator rerum státuit pudícæ
Vírginis sponsum, voluítque Verbi
Te patrem dici, dedit & minístrum
Esse salûtis.

Tu Redemptorem stábulo iacéntem,
Quem chorus Vatum cécinit futûrum,
Aspicis gáudens, humilísque natum
Numen adóras.

Rex Deus regum, & Dominâtor orbis,
Cuius ad nutum tremit inferórum
Turba, cui pronus famulâtur Æther,
Se tibi subdit.

Laus sit excélsæ tríadi perénnis,
Quæ tibi præbens súperos honóres,
Det tuis nobis méritis beátæ
Gáudia vitæ. Amen.

In primo Nocturno, Aña.

Ascéndit Ioseph à Galilǽa de civitâte Názareth in Iudǽam, in civitâtem David, quæ vocâtur Béthlehem, ut profiterêtur cum María. Psalm. Beâtus vir, qui non ábijt. 3. Aña. Venérunt pastóres festinántes: & invenérunt Maríam, & Ioseph, & Infántem pósitum in præsépio. Psalmus. Quare fremuérunt Gentes. 4. Aña. Ecce Angelus Dómini appáruit in somnis Ioseph dicens: Surge, & áccipe púerum & matrem eius, & fuge in Ægýptum. Psalm. Dómine quid multiplicâti. 4. ℣. Constítuit eum Dóminum domus suæ. ℟. Et príncipem omnis possessiónis suæ.

In secundo Nocturno, Aña.

Consúrgens Ioseph accêpit púerum, & matrem eius nocte, & secéssit in Ægýptum: & erat ibi usque ad óbitum Heródis. Psalm. Cùm invocârem. 148. Aña. Defúncto Heróde Angelus Dómini appáruit in somnis Ioseph in Ægýpto, dicens: Surge, & áccipe púerum, & matrem eius, & vade in terram Israël: defúncti sunt enim, qui quærébant ánimam púeri. Psalmus. Verba mea áuribus pércipe. 60. Aña. Accêpit Ioseph púerum, & matrem eius, & venit in terram Israël. Psalm. Dómine Dóminus noster. 5.





℣. Magna est glória eius in salutári tuo. ℟. Glóriam, & magnum decórem impónes super eum.

In tertio Nocturno, Aña.

Audiens Ioseph quód Archeláus regnâret in Iudǽa pro Heróde patre suo, tímuit illo ire. Psalm. Dómine quis habitâbit. 9. Aña. Admónitus in somnis Ioseph, secéssit in partes Galilǽæ & véniens habitâvit in civitâte, quæ vocâtur Názareth: ut adimplerêtur quod dictum est per Prophétas: Quóniam Nazaræus vocâbitur. Psalm. Dómine in virtûte tua. 15. Aña. Erat Pater Iesu, & Mater mirántes super his, quæ dicebántur de illo; & benedíxit illis Símeon. Psalm. Dómini est terra. 30. ℣. Iustus germinâbit sicut lílium. ℟. Et florêbit in ætérnum ante Dóminum.

## AD LAUDES,

& per Horas Antíphona.

IBant Paréntes Iesu per omnes annos in Ierúsalem, in die solémni Paschæ. Psalm. Dóminus regnâvit. cum reliquis. 17. Aña. Cùm redírent, remánsit puer Iesus in Ierúsalem, & non cognovérunt Paréntes eius. Aña. Non inveniéntes Iesum, regréssi sunt in Ierúsalem requiréntes eum, & post tríduum invenérunt illum in templo sedéntem in médio Doctórum, audiéntem, & interrogántem eos. Aña. Dixit Mater eius ad illum: Fili quid fecísti nobis sic? Ecce Pater tuus, & ego doléntes, quærebámus te. Aña. Descéndit Iesus cum eis, & venit Názareth, & erat súbditus illis.

Capitulum. *Prov.* 28. & 27.

VIr fidélis multùm laudabitur; & qui custos est Dómini sui, glorificâbitur.

Hymnus.

ISte, quem læti cólimus fidéles,
Cuius excélsos cánimus triúmphos,
Hac die, Ioseph, méruit perénnis
Gáudia vitæ.

O nimis felix, nimis ô beâtus,
Cuius extrêmam vígiles ad horam
Christus & Virgo simul astitérunt
Ore seréno.

Hinc stygis victor, láqueo solútus
Carnis, ad sedes plácido sopôre
Migrat ætérnas, rutilísque cingit
Témpora sertis.

Ergo regnántem flagitêmus omnes
Adsit ut nobis, veniámque nostris
Obtinens culpis, tríbuat supérnæ
Múnera pacis.

Sint tibi pláusus, tibi sint honóres,
Trine, qui regnas, Deus, & corónas
Aureas servo tríbuis fidéli
Omne per ævum. Amen.

℣. Os iusti meditábitur sapiéntiam. ℟. Et lingua eius loquêtur iudícium.

Ad Benedictus, Antíphona.

Ipse Iesus erat incípiens, quasi annórum trigínta, ut putabâtur fílius Ioseph.

Oratio.

SAnctíssimæ Genitrícis tuæ sponsi, quǽsumus Dómine,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

méritis adiuvêmur: ut quod possibílitas nostra non óbtinet, eius nobis intercessióne donêtur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Et fit Commemorátio Fériæ si vénerit in Quadragésima.

Ad Tértiam, Antíphona.

Cùm redírent. Capitulum. Vir fidélis. ut suprà. 355.

℟. br. Constítuit eum, * Dóminum domus suæ. Constítuit. ℣. Et príncipem omnis possessiónis suæ. Dóminum domus suæ. Glória. Constítuit. ℣. Magna est glória eius in salutári tuo. ℟. Glóriam, & magnum decórem impónes super eum.

Ad Sextam, Antíphona.

Non inveniéntes.

CAPITULUM. *Eccli.* 45.

Dilectus Deo & homínibus, cuius memória in benedictióne est. In fide, & lenitáte ipsius sanctum fecit illum, & elégit eum ex omni carne.

℟. br. Magna est glória eius. * In salutári tuo. Magna est. ℣. Glóriam & magnum decórem impónes super eum. In salutári tuo. Glória Patri. Magna est. ℣. Iustus germinâbit sicut lílium. ℟. Et florêbit in ætérnum ante Dóminum.

Ad Nonam, Antíphona.

Descéndit Iesus.

CAPITULUM. *Sap.* 10.

Prófugum iustum dedúxit Sapiéntia per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei, & dedit illi sciéntiam Sanctórum, honestávit illum in labóribus, & complêvit labóres illíus.

℟. br. Iustus germinâbit * Sicut lílium. Iustus. ℣. Et florêbit in ætérnum ante Dóminum. Sicut lílium. Glória Patri. Iustus germinâbit. ℣. Plantátus in domo Dómini. ℟. In átrijs domus Dei nostri.

In secúndis Vésperis, Aña.

Ibant paréntes, ut in Láudibus 357. Capitulum & Hymnus ut in I. Vésperis. 355.

℣. Glória, & divítiæ in domo eius. ℟. Et iustítia eius manet in sǽculum sǽculi.

Ad Magníficat, Antíphona.

Ecce fidélis servus, & prudens, quem constítuit Dóminus super famíliam suam.

Orátio. Sanctíssimæ genitrícis tuæ. ut suprà.

Deìnde fit Commemor. Fériæ occurréntis, si celebrêtur in Quadragésima.

## DIE XXI. MARTII.

In festo S. Benedícti Abbâtis. Duplex.

Omnia de Commúni Confessóris non Pontíficis. xx.

Orátio. Intercéssio. de eódem Commúni. xxi.

Fit Commem. Fériæ, si celebrêtur in Quadragésima.

## DIE XXV. MARTII.

IN FESTO ANNUNTIATIONIS B. Maríæ Vírginis. Duplex.

Si hoc Festum vénerit in majóri Hebdómada, vel infra Octávam Paschæ, transfértur post Octávam iuxta Rúbricam de Translatióne Festórum: & tunc in fine Antiphonárum, ℣. & ℟. ádditur Allelúia: Quod étiam fit



fit in ómnibus Festis, quæ celebrántur témpore Paschâli.

Ad Vésperas, Antíphona.

Missus est Gábriël Angelus. cum réliquis ut infrà de Láudibus. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis ut in Officio parvo B. Maríæ. xl.

CAPITULUM. *Isaíæ 7. c*

Ecce virgo concípiet, & páriet fílium, & vocábitur nomen eius Emmánuel. Butýrum & mel cómedet, ut sciat reprobâre malum, & elígere bonum.

Hymnus. Ave maris stella. ut infrà xlii. ℣. Ave María, grátia plena. ℟. Dóminus tecum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Spíritus sanctus in te descéndet María, & virtus Altíssimi obumbrâbit tibi.

ORATIO.

Deus, qui de beátæ Maríæ, vírginis útero Verbum tuum, Angelo nunciánte, carnem suscípere voluísti: præsta supplícibus tuis; ut qui verè eam genitrícem Dei crédimus, eius apud te intercessiónibus adiuvêmur. Per eúmdem.

Si hoc Festum celebrêtur in Quadragésima, fit Commemorátio de Féria in utrísque Véspris & Láudibus.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Ave María, grátia plena: * Dóminus tecum. Psalmus. Venite exultêmus. Hymn. Quem terra. Item Añæ, Psalmi, & ℣. Nocturnórum, ut in Officio parvo B. Maríæ, xlv. excépta nona Aña, cuius loco dícitur Aña. Angelus Dómini nunciávit Maríæ, & concépit de Spíritu sancto.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antíphona.

Missus est Gábriël Angelus ad Maríam vírginem desponsátam Ioseph. Psalm. Dóminus regnávit. cum reliq. 17. Aña. Ave María, grátia plena: Dóminus tecum: Benedícta tu in muliéribus. Aña. Ne tímeas María, invenísti grátiam apud Dóminum: Ecce concípies & páries fílium. Aña. Dabit ei Dóminus sedem David patris eius, & regnâbit in ætérnum. Aña. Ecce ancílla Dómini, fiat mihi secúndùm verbum tuum.

CAPITULUM. *Isaíæ 7. c*

Ecce virgo concípiet, & páriet fílium, & vocábitur nomen eius Emmanuël. Butýrum & mel cómedet, ut sciat reprobâre malum, & elígere bonum.

HYMNUS.

O Gloriósa Vírginum,
Sublímis inter sídera,
Qui te creávit, párvulum
Lacténte nutris úbere.
Quod Heva tristis ábstulit,
Tu reddis almo gérmine:
Intrent ut astra flébiles,
Cæli reclúdis cárdines.
Tu regis alti iánua,
Et aula lucis fúlgida:
Vitam datam per Vírginem
Gentes redémptæ plaudite.
Iesu tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Ave María, grátia plena.
℟. Dóminus tecum.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ad Benedíctus, Antíphona.

Quómodò fiet istud, Angele Dei, quoniàm virum non cognósco? Audi María virgo: Spíritus sanctus supervéniet in te, & virtus Altíssimi obumbrâbit tibi.

Orátio. Deus qui, ut sup. 359.

Ad Primam in ℟. brevi dícitur ℣. Qui natus es de María vírgine.

Ad Tertiam, Antíphona.

Ave María. Capítulum. Ecce virgo concípiet, ut suprà. 359.

℟. br. Spécie tua, * Et pulchritúdine tua. Spécie tua. ℣. Inténde, próspere procéde, & regna. Et pulchritúdine. Glória. Spécie tua. ℣. Adiuvâbit eam Deus vultu suo. ℟. Deus in médio eius non commovébitur.

Ad Sextam, Antíphona.

Ne tímeas María.

Capítulum. *Lucæ* 1. *d*

Dabit illi Dóminus Deus sedem David Patris eius, & regnâbit in domo Iacob in ætérnum, & regni eius non erit finis.

℟. br. Adiuvâbit eam, * Deus vultu suo. Adiuvâbit. ℣. Deus in médio eius non commovébitur. Deus. Glória. Adiuvâbit.

℣. Elégit eam, Deus, & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitâre facit eam.

Ad Nonam, Antíphona.

Ecce ancílla Dómini.

Capítulum. *Isaiæ* 11.

Egrediêtur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascéndet. Et requiéscet super eum Spíritus Dómini.

℟. br. Elégit eam Deus, * Et præelégit eam. Elégit. ℣. In tabernáculo suo habitâre facit eam. Et præelégit. Glória Patri. Elégit. ℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

In ii. Vésperis dicúntur ómnia ut suprà in i. Vésperis. 359.

Ad Magníficat, Antíphona.

Gábriël Angelus locûtus est Maríæ, dicens: Ave grátia plena, Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus.

## FESTA APRILIS.

### DIE II. APRILIS.

In festo S. Francisci de Paula Confessóris, Duplex.

Orátio.

Deus humílium celsitûdo qui beâtum Franciscum Confessorem Sanctórum tuórum glória sublimásti: tríbue quæsumus, ut eius méritis & imitatione, promissa humílibus præmia felíciter consequâmur. Per Dóminum.

### DIE IV. APRILIS.

In festo S. Isidóri Epíscopi & Confessóris. Duplex.

Omnia de Commúni Confessóris Pontíficis, xvii. præter ea, quæ sequúntur.

Ad Magníficat in utrísque Vésp. Aña. O Doctor óptime.

Orátio.

Deus, qui pópulo tuo ætérnæ salûtis beâtum Isidórum minístrum tribuísti: præsta quæsumus, ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereâmur in cælis. Per Dñm.

Vésp. à Capítulo de sequénti, Commemorátio præcedéntis.

DIE



### DIE V. APRILIS.

In festo S. Vincéntij Ferrérij Confessóris. Duplex.

Omnia de Commúni Confessôris non Pontíficis, xx. præter Oratiónem. Orátio.

Deus, qui Ecclésiam tuam beâti Vincéntij Confessoris tui méritis & prædicatióne illustrâre dignâtus es: concéde nobis fámulis tuis; ut ipsius instruâmur exémplis, & ab ómnibus eius patrocínio liberêmur advérsis. Per Dóminum.

Si celebrêtur in Quadragésima, fit Commemorátio Fériæ.

### DIE XI. APRILIS.

In festo S. Leónis Papæ, Confessóris & Doctóris. Duplex.

In utrisq. Vésp. ad Magníficat, Aña. O Doctor óptime.

Orátio.

Exáudi, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in beâti Leónis Confessôris tui atque Pontíficis solemnitâte deférimus: & qui tibi dignè méruit famulári, eius intercedéntibus méritis ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

### DIE XIII. APRILIS.

In festo S. Hermenegíldi mártyris. Semiduplex.

Omnia de Commúni uníus Mártyris, viii. præter sequéntia.

In utrísque Vésperis & Láudibus. Hymnus.

Regáli sólio fortis Ibériæ
Hermenegílde iubar, glória Mártyrum,
Christi quos amor almis
Cæli Cœtibus ínserit.
Ut perstas pátiens pollícitũ Deo
Servans obséquium: quo pótiùs tibi
Nil propônis, & arces
Cautus nóxia, quæ placent.
Ut motus cóhibes, pábula qui parant
Surgéntis vítij non dúbios agens
Per vestígia gressus,
Quo viri via dírigit?
Sit rerum Dómino iugis honor Patri:
Et Natum célebrent ora precántium,
Divinúmque suprémis
Flamen láudibus éfferant.
Amen.

Orátio.

Deus, qui beâtum Hermenegíldum mártyrem tuum cælésti Regno terrênum postpónere docuísti: da quæsumus nobis, eius exémplo cadúca despícere, atque ætérna sectári. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutínum, Hymnus.

Nullis te génitor blandítijs trahit,
Non vitæ cáperis dívitis ótio,
Gemmarúmve nitóre,
Regnandíve cupídine.
Diris non acies te gládij minis,
Nec terret périmens carníficis furor:
Nam mansûra cadúcis
Præfers gáudia cælitum.
Nunc nos è Súperum prótege sédibus
Clemens, atque preces, dum cánimus tua
Quæsitam nece palmam,
Pronis áuribus éxcipe.
Sit rerum Dómino iugis honor Patri,

Et

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Et Natum célebrent ora precántium,
Divinúmque suprémis
Flamen láudibus éfferant.
Amen.

Si celebrétur in Quadragésima fit Commemorát. Fériæ in utrísque Vésperis & Laudibus.

## COMMUNE

Sanctórum Mártyrum témpore Paschâli habétur cum áliis Commúnibus infra. xi.

## DIE XIV. APRILIS.

SS. Mártyrum Tibúrtij, Valeriáni, & Máximi. Oratio.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: ut qui sanctórum mártyrum tuórum Tibúrtij, Valeriáni, & Máximi solémnia cólimus, eórum étiam virtûtes imitémur. Per Dóminum.

## DIE XVII. APRILIS.

Sancti Anicéti Papæ & mart.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Anicéti mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas: concéde propítius, ut cuius natalítia cólimus, de eiúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

## DIE XXI. APRILIS.

In festo S. Anselmi Episcopi & Confessóris. Duplex.

Omnia de Commûni Confessôris Pontíficis, xvii. præter Orationem.

In utrísque Vésperis ad Magníficat, Aña. O Doctor óptime.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salûti beâtum Anselmum minístrum tribuísti; præsta quæsumus, ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habêre mereâmur in cælis. Per Dñm.

In ii. Vésperis fit Commemorátio sequéntis Festi.

## DIE XXII. APRILIS.

In festo SS. Sotêris & Cáij Pontíficum & mártyrum.

Semiduplex. Oratio.

BEatórum mártyrum, paritérque Pontíficum Sotêris & Cáij nos, quæsumus Dómine, festa tueántur: & eórum commendet orátio veneránda. Per Dóminum nostrum.

In ii. Vésperis à Capítulo fit de S. Geórgio.

## DIE XXIII. APRILIS.

In festo S. Geórgij mártyris.

Semiduplex. Oratio.

DEus, qui nos beáti Geórgij mártyris tui méritis & intercessióne lætíficas: concéde propítius; ut qui tua per eum benefícia póscimus, dono tuæ grátiæ consequâmur. Per Dñm.

Deindè fit Commem. SS. Sotêris & Caij, Aña. Sancti & iusti in Dómino gaudête, allelúia: vos elêgit Deus in hereditâtem sibi, allelúia. ℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia. ℟. Mors sanctórum eius, allelúia. Orátio. Beatórum mártyrum. ut suprà. 362.

## DIE XXIV. APRILIS.

In festo S. Fidélis à Sigmaringa, Protomártyris.

Duplex.

Omnia de Commun. Mart. témpore Paschâli; præter ea, quæ hic assignántur.

Ora-



Oratio.

DEus, qui beâtum Fidêlem Seráphico spíritus ardóre succénsum in veræ fidei propagatióne martýrij palma, & gloriósis miráculis decoráre dignátus es; eius quæsumus méritis, & intercessióne, ità nos per grátiam tuam in fide, & charitáte confirma, ut in servítio tuo fidéles usque ad mortem inveníri mereâmur. Per Dóminum.

## DIE XXV. APRILIS.

In festo S. Marci Evangelístæ.

Duplex.

Omnia de Commûni Apostolórum témpore Paschâli, vi. præter Orationem. Oratio.

DEus, qui beâtum Marcum Evangelístam tuum, Evangélicæ prædicatiónis grátia sublimásti: tríbue quæsumus, eius nos semper & eruditióne profícere, & oratióne defendi. Per Dóminum.

Hódiè qui non intérsunt Processióni Litaniárum, dicant illas privatìm post Matutinum cum suis Précibus & Orationibus, sine Psalmis Pœnitentiálibus, étiam si hoc Festum transferâtur in áliam diem.

Si Litaníæ maióres occúrrant in die Paschâtis, transferántur in Fériam tértiam sequéntem.

In ii. Vésperis fit Commemorátio Festi sequéntis.

## DIE XXVI. APRILIS.

In festo SS. Cleti & Marcellíni Pontíficum & mártyrum.

Semiduplex.

Aña. Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine, & ætérnitas témporum, allelúia. ℣. Sancti & iusti in Dómino gaudête, allel. ℟. Vos elêgit Deus in hereditâtem sibi, allelúia. Oratio.

BEatórum mártyrum, paritérque Pontíficum Cleti & Marcellíni nos, Dómine, fóveat pretiósa conféssio: & pia iúgiter intercéssio tueâtur. Per Dñm.

## DIE XXVIII. APRILIS.

S. Vitális mártyris. Oratio.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: ut qui beáti Vitâlis mártyris tui natalítia cólimus, intercessióne eius in tui nóminis amóre roborêmur. Per Dóminum nostrum.

## DIE XXIX. APRILIS.

In festo sancti Petri mártyris.

Duplex. Oratio.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus, ut beáti Petri mártyris tui fidem congrua devotióne sectémur: qui pro eiúsdem fidei dilatatióne, martýrij palmam méruit obtinêre. Per Dóminum.

In ii. Vésperis à Capítulo fit de S. Catharína, cum Commemoratióne S. Petri.

## DIE XXX. APRILIS.

In festo S. Catharínæ Senénsis vírginis. Duplex.

Oratio.

DA quæsumus omnípotens Deus: ut qui beátæ Catharínæ vírginis tuæ natalítia cólimus, & ánnua solemnitáte lætémur, & tantæ virtûtis proficiâmus exémplo. Per Dóminum.

Pro Commemorat. S. Petri, Aña.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Aña. Sancti & iusti in Dómino, gaudête, allelúia: vos elégit Deus in hereditâtem sibi, allelúia. ℣. Pretiosa in conspéctu Dómini, allelúia. ℟. Mors sanctórum eius, allelúia.

Orátio. Præsta, quǽsumus. ut suprà. 163.

## FESTA MAII.

Prima die non impedita, dícitur Officium Defunctórum extra tempus Paschâle. lxviii.

## DIE I. MAII.

IN FESTO SS. PHILIPPI ET IACOBI Apostolórum. Duplex.

Ad Vésperas, Antíphona.

Dómine, osténde nobis. cum réliq. de Laud. Psalm. Dixit Dóminus cum réliq. de Dñica. 125. & loco ultimi, Psalmi. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

Capitulum. *Sap. 5.*

Stabunt iusti in magna constántia advérsus eos, qui se angustiavérunt, & qui abstulérunt labóres eórum.

Hymnus. Tristes erant Apóstoli. ℣. Sancti & iusti. ut in Commûni Apostolórum témpore Paschâli. vi.

Ad Magníficat, Antíphona.

Non turbêtur cor vestrum, neque formídet: créditis in Deum & in me crédite: in domo Patris mei mansiónes multæ sunt, allelúia, allelúia. Orátio.

Deus, qui nos ánnua Apostolórum tuórum Philíppi & Iacóbi solemnitâte lætíficas: præsta quǽsumus; ut quorum gaudêmus méritis, instruâmur exémplis. Per Dñm.

Et fit Comm. S. Catharínæ.

Ad Matutinum, ómnia de Commûni Apostolórum témpore Paschâli, ut infrà. vi.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antíphona.

Domine, osténde nobis Patrem, & súfficit nobis, allelúia. Psalm. Dóminus regnâvit. cum réliq. 17.

Aña. Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum, allelúia.

Aña. Tanto témpore vobíscum sum, & non cognovístis me? Philíppe, qui videt me, videt & Patrem meum, allelúia. Aña. Si cognovissêtis me, & Patrem meum útique cognovissêtis, & amodò cognoscêtis eum, & vidístis eum, allel. allel. allel. Aña. Si dilígitis me, mandâta mea servâte, allelúia, allelúia, allelúia.

Capitulum. *Sap. 5.*

Stabunt iusti in magna constántia advérsus eos, qui se angustiavérunt, & qui abstulérunt labóres eórum.

Hymnus. Paschâle mundo. ℣. Pretiôsa. ut in Commûni. vii.

Ad Benedictus, Antíphona.

Ego sum via, véritas, & vita: nemo venit ad Patrem, nisi per me, allelúia.

Orátio. Deus, qui nos ánnua. ut suprà.

Ad Horas, Antíphonæ de Láudibus. Capitula & ℟. brévia, ut in Commûni Apostolórum témpore Paschâli. vii.

Ad Vésperas, Antíphona.

Dómine, osténde nobis. cum réliquis de Láudibus. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis ut in Commûni Apostó-

ló-



lórum. iii. Capitulum. Stabunt iusti. Hymnus. Tristes erant Apóstoli. vi. ℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allel. ℟. Mors Sanctórum eius, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Si manséritis in me, & verba mea in vobis mánserint, quodcúmque petiéritis, fiet vobis, allelúia, allelúia, allelúia.

Orátio ut suprà.

Deindè fit Commemorátio S. Athanasij.

## DIE II. MAII.

In festo S. Athanásij Episcopi & Confessóris. Duplex.

Ad Magníficat, Antíphona.

O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beâte Athanási, divínæ legis amâtor, deprecâre pro nobis Fílium Dei, allelúia. ℣. Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum, allelúia. ℟. Stolam glóriæ induit eum, allelúia.

Oratio.

Exáudi, quǽsumus Dómine, preces nostras, quas in beáti Athanásij Confessoris tui atque Pontíficis solemnitâte deférimus: & qui tibi dignè méruit famulári, eius intercedéntibus méritis ab ómnibus nos absólve peccâtis. Per Dñm.

## DIE III. MAII.

IN FESTO INVENTIONIS S. CRUCIS. Duplex.

Ad Vésperas, Antíphona.

O magnum pietâtis opus. cum réliq. de Laud. 366. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco ultimi, Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

Capitulum. *Philip. 2.*

Fratres, Hoc enim sentíte in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrâtus est esse se æquâlem Deo: sed semetipsum exinanívit formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, & hábitu invéntus ut homo.

Hymnus.

Vexilla Regis pródeunt:
Fulget Crucis mystérium,
Qua vita mortem pértulit,
Et morte vitam prótulit.
Quæ vulnerâta lánceæ
Mucróne diro, críminum
Ut nos lavâret sórdibus,
Manâvit unda & sánguine.
Implêta sunt, quæ cóncinit
David fidéli cármine,
Dicéndo natiónibus:
Regnâvit à ligno Deus.
Arbor decóra, & fúlgida,
Ornâta Regis púrpura,
Elécta digno stípite
Tam sancta membra tángere.
Beâta, cuius bráchijs
Prétium pepéndit sǽculi,
Statêra facta córporis,
Tulítque prædam tártari.
O Crux ave spes única,
Paschâle quæ fers gáudium,
Pijs adáuge grátiam,
Reísque dele crímina.
Te, fons salútis Trínitas,
Collâudet omnis spíritus:
Quibus Crucis victóriam
Largíris, adde prǽmium.
Amen.

℣. Hoc signum Crucis erit in cælo, allelúia. ℟. Cum Dóminus

ad

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS

ad iudicándum vénerit, allelúia.

Ad Magníficat, Antiphona.

O Crux, splendídior cunctis astris, mundo célebris, homínibus multùm amábilis, sánctior univérsis: quæ sola fuísti digna portàre taléntum mundi: dulce lignum, dulces clavos, dúlcia ferens póndera: salva præséntem catérvam in tuis hódiè láudibus congregátam, allelúia, allelúia.

ORATIO.

Deus, qui in præclára salutíferæ Crucis Inventióne, passiônis tuæ mirácula suscitásti: concède, ut vitális ligni prétio, ætérnæ vitæ suffrágia consequámur. Qui vivis.

Deindè pro Commemoratióne S. Athanásij, Aña. O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beate Athanási, divinæ legis amâtor, deprecàre pro nobis Fílium Dei, allelúia. ℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas, allelúia. ℟. Et osténdit illi regnum Dei, allelúia.

Orátio. Exáudi quæsumus Dómine. ut suprà. 365.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Christum Regem crucifíxum, * Venite adorêmus, allelúia. Psalm. Venite, exultêmus. 2. Hymnus. Pange lingua gloriósi láuream. 235.

In primo Noctúrno, Aña.

Invéntæ Crucis festa recólimus, cuius præcónium univérsum per orbem micánti lúmine fulget, allelúia. Psalm. Beátus vir, qui non ábijt. 3. Quare fremuérunt Gentes. 4. Dómine, quid multiplicáti. 4. ℣. Hoc signum Crucis erit in cælo, allelúia. ℟. Cùm Dóminus ad iudicándum vénerit, allelúia.

In secúndo Noctúrno, Aña.

Felix ille triúmphus sit salus ægris, vitæ lignum, mortis remédium, allelúia. Psalmi. Cùm invocârem. 148. Verba mea áuribus pércipe. 60. Dómine Dóminus noster. 5. ℣. Adorâmus te Christe, & benedícimus tibi, allelúia. ℟. Quia per crucem tuam redemísti mundum, allel.

In tértio Noctúrno, Aña.

Adorâmus te Christe, & benedícimus tibi, quia per crucem tuam redemísti mundum, allel. Psalmi. Cantâte Dómino cánticum novum: * cantâte. 105. Dóminus regnâvit, exúltet terra. 105. Cantâte Dómino cánticum novum, * quia. 109. ℣. Omnis terra adóret te, & psallat tibi, allelúia. ℟. Psalmum dicat nómini tuo Dómine, allelúia.

AD LAUDES,
& per Horas, Antiphona.

O Magnum pietátis opus! mors mórtua tunc est, in ligno quando mortua vita fuit, allelúia. Psalm. Dóminus regnâvit. cum réliquis. 17. Aña. Salva nos Christe Salvâtor per virtûtem Crucis, qui salvásti Petrum in mari, miserêre nobis, allel. Aña. Ecce Crucem Dómini, fúgite partes advérsæ, vicit leo de tribu Iuda, radix David, allel. Aña. Nos autem gloriári opórtet in Cruce Dómini nostri Iesu Christi, allel. Aña. Per signum Crucis de inimícis nostris líbera nos Deus noster, allelúia.

CA-



CAPITULUM. *Philip. 2.*

Fratres: Hoc enim sentíte in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrâtus est esse se æquálem Deo: sed semetipsum exinanívit formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, & hábitu invéntus ùt homo.

HYMNUS.

Lustra sex qui iam perégit,
Tempus implens córporis,
Sponte líbera Redémptor
Passióni déditus,
Agnus in Crucis levâtur
Immolándus stípite.

Felle, potus ecce languet,
Spina, clavi, láncea
Mite corpus perforárunt:
Unda manat, & cruor:
Terra, pontus, astra, mundus,
Quo lavántur flúmine!

Crux fidélis, inter omnes
Arbor una nóbilis:
Silva talem nulla profert
Fronde, flore, gérmine:
Dulce ferrum, dulce lignum,
Dulce pondus sústinent.

Flecte ramos arbor alta,
Tensa laxa víscera,
Et rigor lentéscat ille,
Quem dedit natívitas;
Et supérni membra Regis
Tende miti stípite.

Sola digna tu fuísti
Ferre mundi Víctimam;
Atque portum præparâre
Arca mundo náufrago,
Quam sacer cruor perúnxit,
Fusus Agni córpore.

Sempitérna sit beátæ
Trinitâti glória,
Æqua Patri, Filióque:
Par decus Paráclito:
Unius Trinique nomen
Láudet univérsitas. Amen.

℣. Adorâmus te Christe, & benedícimus tibi, allelúia. ℟. Quia per Crucem tuam redemísti mundum, allelúia.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Super ómnia ligna cedrôrum tu sola excélsior, in qua vita mundi pepéndit in qua Christus triumphâvit, & mors mortem superâvit in ætérnum, allelúia.

ORATIO.

Deus, qui in præclára salutíferæ Crucis Inventione, passiônis tuæ mirácula suscitásti: concède; ut vitális ligni prétio, ætérnæ vitæ suffrágia consequámur. Qui vivis.

Et fit Commem. SS. Alexándri, Evéntij, & Theodúli mártyrum, ac Iuvenâlis Epíscopi & Confessôris, hoc loco tantùm. Aña. Fíliæ Ierúsalem, veníte, & vidéte Mártyres cum corónis, quibus coronâvit eos Dóminus in die solemnitátis & lætítiæ, allelúia, allelúia. ℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia. ℟. Mors sanctórum eius, allel.

ORATIO.

Præsta quæsumus omnípotens Deus: ut qui sanctórum tuórum Alexándri, Evéntij, Theodúli, atque Iuvenâlis natalítia cólimus, à cunctis malis imminéntibus, eorum intercessiónibus liberêmur. Per Dóminum.

Ad Tértiam, Antíphona.

Salva nos. Capitulum. Fratres, Hoc enim. ut suprà.

℟. bre-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

℟. br. Hoc signum Crucis erit in cælo, * Allelúia, allelúia. Hoc signum. ℣. Cùm Dóminus ad iudicándum vénerit. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Hoc.
℣. Adorâmus te Christe, & benedícimus tibi, allelúia.
℟. Quia per Crucem tuam redemísti mundum, allelúia.

Ad Sextam, Antíphona.

Ecce Crucem Dómini.

CAPITULUM. *Galat. 6. d*

Mihi autem absit gloriári, nisi in Cruce Dómini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifíxus est, & ego mundo.

℟. br. Adorâmus te Christe, & benedícimus tibi, * Allelúia, allelúia. Adorâmus. ℣. Quia per Crucem tuam redemísti mundum. Allelúia, allelúia. Glória. Adorâmus. ℣. Omnis terra adóret te, & psallat tibi, allelúia.
℟. Psalmum dicat nómini tuo Dómine, allelúia.

Ad Nonam, Antíphona.

Per signum Crucis.

CAPITULUM. *Philip. 2.*

Humiliâvit semetípsum factus obédiens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltâvit illum, & donâvit illi nomen, quod est super omne nomen.

℟. br. Omnis terra adóret te, & psallat tibi, * Allelúia, allelúia. Omnis. ℣. Psalmum dicat nómini tuo Dómine. Allelúia, allelúia. Glória. Omnis. ℣. Hoc signum Crucis erit in cælo, allelúia.
℟. Cùm Dóminus ad iudicándum vénerit, allelúia.

Ad Vésperas, Antíphona.

O magnum. cum réliq. de Láudibus. 366. Psalmi, Capitulum, Hymnus, & ℣. ut in i. Vésp. 365.

Ad Magníficat, Antíphona.

Crucem sanctam súbijt, qui inférnum confrégit, accínctus est poténtia, surrexit die tértia, allelúia. Orátio. Deus, qui. ut suprà. 367.

Et fit Commemorátio S. Mónicæ, ut infrà.

## DIE IV. MAII.

In festo S. Mónicæ víduæ. Duplex.

Omnia de Commúni nec Vírginis, nec Mártyris, xxviii. præter sequéntia.

Aña. Símile est regnum cælórum hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas: invénta una pretiósa, dedit ómnia sua & comparâvit eam, allelúia.
℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua, allelúia. ℟. Inténde, prósperè procéde, & regna, allelúia.

ORATIO.

Deus, mœréntium consolâtor, & in te sperántium salus, qui beatæ Mónicæ pias lácrymas in conversióne fílij sui Augustíni misericórditer suscepísti: da nobis utriúsque interventu peccáta nostra deploráre, & grátiæ tuæ indulgéntiam invenire. Per Dñm.

In ii. Vésp. fit Comm. sequéntis.

## DIE V. MAII.

In festo S. Pij Quinti Papæ & Confessóris. Semiduplex.

Omnia de Commúni Confessóris Pontíficis, xvii. præter ea, quæ sequúntur.

In



In Hymno. Iste Conféssor. mutátur tértius Versus.

ORATIO.

Deus, qui ad conteréndos Ecclésiæ tuæ hostes, & ad divînum cultum reparándum, beâtum Pium Quintum Pontíficem Máximum elígere dignâtus es: fac nos ita tuis inhærêre obséquijs, ut ómnium hóstium superâtis insídijs, perpétua pace lætêmur. Per Dóminum.

Vésperæ de sequénti, cum Commemor. præcedéntis Festi. Aña. Dum esset.

## DIE VI. MAII.

In festo S. Ioánnis ante portam Latínam. Duplex.

Omnia de Commúni Apostolórum témpore Paschâli. vj. præter illa, quæ hic sunt própria.

Ad Magníficat in utrisque Vésperis, Aña. In fervéntis ólei dólium missus beátus Ioánnes Apóstolus, divína se protegénte grátia illǽsus exívit, allelúia.

ORATIO.

Deus qui cónspicis, quia nos úndique mala nostra pertúrbant: præsta quæsumus; ut beáti Ioánnis Apóstoli tui & Evangelístæ intercéssio gloriósa nos protegat. Per Dóminum.

In ij. Vésperis fit Commemorátio S. Stanislái.

## DIE VII. MAII.

In festo S. Stanislái Epíscopi & mártyris. Duplex.

Aña. Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine, & ætérnitas témporum, allelúia. ℣. Sancti & iusti in Dómino gaudéte, allelúia. ℟. Vos elégit Deus in hereditâtem sibi, allelúia.

ORATIO.

Deus, pro cuius honôre gloriósus Póntifex Stanisláus gládijs impiórum occúbuit: præsta quæsumus, ut omnes, qui eius implórant auxílium, petitiónis suæ salutârem consequántur efféctum. Per Dóminum.

## DIE VIII. MAII.

In Apparitióne S. Michaélis Archángeli. Duplex.

Si hoc Festum celebrétur post tempus Paschâle, Officium fit ùt in eius Dedicatióne mense Septémbris die xxix.

Ad Vésperas, Antíphona.

Stetit Angelus. cum réliquis de Láudibus. 370. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. & loco últimi, Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

CAPITULUM. *Apoc. 1.*

Significâvit Deus quæ opórtet fieri citò, loquens per Angelum suum servo suo Ioanni, qui testimónium perhíbuit verbo Dei, & testimónium Iesu Christi, quæcúmque vidit.

HYMNUS.

Te splendor, & virtus Patris,
Te vita, Iesu, córdium,
Ab ore qui pendent tuo,
Laudâmus inter Angelos.
Tibi mille densa míllium
Ducum coróna mílitat:
Sed explicat Victor Crucem
Michaël salútis Sígnifer.
Dracónis hic dirum caput
In ima pellit tártara,

Ducémque cum rebéllibus
Cæléſti ab arce fúlminat.
Contra ducem supérbiæ
Sequâmur hunc nos Príncipem,
Ut detur ex Agni throno
Nobis coróna glóriæ.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui à mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula.
Amen.

℣. Stetit Angelus iuxta aram templi, allelúia. ℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

Dum sacrum mystérium cérneret Ioannes, Archángelus Michaël tuba cécinit: Ignósce Dñe Deus noster, qui áperis librum, & solvis signácula eius, allelúia.

ORATIO.

Deus, qui miro órdine Angelórum ministéria, hominúmque dispénsas: concéde propítius; ut à quibus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur, ab his in terra vita nostra muniátur. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commem. S. Stanislai. Aña. Sancti & iusti in Dómino gaudéte, allelúia: vos elégit Deus inhereditátem sibi, allelúia. ℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia. ℟. Mors sanctórum eius, allelúia. Orat. Deus, pro cuius. ut suprà. 369.

Ad Matutínum, Invitatórium. Regem Archangelórum Dóminum, * Veníte adorêmus, allelúia. Psalmus. Veníte, exultêmus. 2. Hymnus. Te splendor. ut suprà. 369.

In primo Noctúrno, Aña.

Concússum est mare, & contrémuit terra, ubi Archángelus Michaël descendêbat de cælo, allelúia. Psalmi. Dómine Dñs noster. 5. In Dómino confído 7. Dómine, quis habitábit. 9 ℣. Stetit Angelus iuxta aram templi, allelúia. ℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua, allelúia.

In secúndo Noctúrno, Aña.

Michaël Archángele, veni in adiutórium pópulo Dei, allelúia. Psalm. Cæli enárrant. 14. Dómini est terra. 30. Benedicam Dóminum. 54. ℣. Ascéndit fumus arómatum, in conspéctu Dómini, allelúia. ℟. De manu Angeli, allelúia.

In tértio Noctúrno, Aña.

Angelus Archángelus Michaël, Dei núncius pro animâbus iustis, allelúia, allelúia. Psalm. Cantâte Dómino cánticum novum: * cantâte. 105. Dóminus regnâvit exultet. 105. Benedic ánima mea Dómino: & ómnia. 113. ℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus, allelúia. ℟. Adorâbo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo, allelúia.

AD LAUDES,
& per Horas, Antíphona.

Stetit Angelus iuxta aram templi, habens thuríbulum áureum in manu sua, allelúia. Psalm. Dóminus regnâvit. cum réliq. 17. Aña. Dum præliarêtur Michaël Archángelus cum dracóne, audíta est vox dicéntium: Salus Deo nostro, allelúia. Aña. Archángele Michaël, constítui te príncipem super omnes ánimas suscipiéndas, allelúia. Aña. Angeli Dómini Dóminum benedícite in ætérnum, allelúia. Aña. Angeli, Archángeli, Troni, & Dominatiónes, Principátus, & Potestátes, Virtútes cælórum, laudáte Dóminum de cælis, allelúia.

CAPITULUM. *Apoc. 1.*

Significâvit Deus quæ opórtet fieri citò, loquens per Angelum suum servo suo Ioanni, qui testimónium perhíbuit Verbo Dei, & testimónium Iesu Christi, quæcúmque vidit.

HYMNUS.

Christe, sanctórum decus Angelórum,
Gentis humánæ Sator & Redémptor,
Cælitum nobis tríbuas beátas
Scándere sedes.
Angelus pacis Míchaël in ædes
Cælitus nostras véniat; serénæ
Auctor ut pacis lacrymósa in orcum
Bella relêget.
Angelus fortis Gábriël, ut hostes
Pellat antíquos, & amíca cælo,
Quæ triumphâtor státuit per orbem
Templa revísat.
Angelus nostræ médicus salútis
Adsit è cælo Raphaël, ut omnes
Sanet ægrótos, dubiósque vitæ
Dírigat actus.
Virgo Dux pacis, Genitríxque lucis,
Et sacer nobis Chorus Angelórum
Semper assístat, simul & micántis
Régia cæli.
Præstet hoc nobis Déitas beâta
Patris, ac Nati, paritérque sancti
Spíritus, cuius résonat per omnem
Glória mundum.
Amen.

℣. Stetit Angelus iuxta aram templi, allelúia. ℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua, allelúia.

Ad Benedictus, Antíphona.

Factum est siléntium in cælo, dum draco committeret bellum: & Míchaël pugnâvit cum eo, & fecit victóriam, allelúia.

ORATIO.

Deus, qui miro órdine, Angelórum ministéria, hominúmque dispénsas: concéde propítius; ut à quibus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur, ab his in terra vita nostra muniâtur. Per Dóminum.

Ad Tértiam, Antíphona.

Dum præliarêtur. Capitul. Significâvit Deus. ut suprà.

℟. br. Stetit Angelus iuxta aram templi, * Allelúia, allelúia. Stetit. ℣. Habens thuríbulum áureum in manu sua. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Stetit. ℣. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini, allelúia. ℟. De manu Angeli, allelúia.

Ad Sextam, Antíphona.

Archángele Michaël.

CAPITULUM. *Apoc. 5. c.*

Audívi vocem Angelórum multórum in circúitu throni, & animálium, & seniórum:





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rum: & erat númerus eórum míllia míllium, voce magna dicéntium: Salus Deo nostro. ℟. breve. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini, * Allelúia, allelúia. Ascéndit. ℣. De manu Angeli. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Ascéndit. ℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus, allelúia. ℟. Adorâbo ad templum sanctum tuum, & confitêbor nómini tuo, allelúia.

Ad Nonam, Antíphona. Angeli, Archángeli.

Capitulum. *Apoc. 12.b*

FActum est prælium magnum in cælo: Míchaël & Angeli eius præliabántur cùm dracone, & draco pugnâbat, & ángeli eius: & non prævaluérunt, neque locus invéntus est eorum ámpliùs in cælo.

℟. breve. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus, * Allelúia, allelúia. In conspéctu. ℣. Adorâbo ad templum sanctum tuum, & confitêbor nómini tuo. Allelúia, allelúia. Glória. In conspéctu. ℣. Adorâte Deum, allelúia. ℟. Omnes Angeli eius, allelúia.

In ij. Vésperis, Aña. Stetit Angelus. cum réliquis de Laúdibus 370. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco último, Psalmus. Confitêbor tibi Dómine in toto corde meo: * quoniàm audísti. 135. Capítulum. Significavit. Hymnus. Te splendor. ut suprà in j. Vésperis. 369. ℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus, allelúia. ℟. Adorâbo ad templum sanctum tuum, & confitêbor nomini tuo, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona. Princeps gloriosíssime, Míchaël Archángele, esto memor nostri: hìc & ubique semper precâre pro nobis Fílium, Dei. allelúia, allelúia. Orátio. Deus, qui miro órdine, út suprà. 371.

Deindè fit Commemorátio sequénti Festi.

## DIE IX. MAII.

In festo S. Gregórij Nazianzéni Epíscopi & Confessóris. Duplex.

Ad Magníficat in utrísque Vésperis, Aña. O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beâte Gregóri, divínæ legis amâtor, deprecâre pro nobis Fílium Dei, allelúia. ℣. Amâvit eum Dñs, & ornâvit eum, allelúia. ℟. Stolam glóriæ índuit, eum, allelúia.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beâtum Gregórium minístrum tribuísti: præsta quæsumus; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habêre mereâmur in cælis. Per Dóminum nostrum.

In Vésperis fit Commemorátio sequéntis Festi.

## DIE X. MAII.

In festo S. Antoníni Epíscopi & Confessóris. Semiduplex.

Omnia de Commúni Confessóris Pontíficis, xvij. præter Orationem.

In Hymno. Iste Conféssor. mutâtur tértius Versus.

Oratio.

SAncti Antoníni Dómine Confessóris tui, atque pontíficis méritis adiuvêmur: ut sicut te in illo mirábilem prædicâmus, ità in nos misericordem fuísse gloriêmur. Per Dóminum.

Deindè fit Commem. SS. Gordiâni & Epímachi mártyrum, Aña. Lux perpétua lucêbit sanctis tuis Dómine, & ætérnitas témporum, allelúia. ℣. Sancti & iusti in Dómino gaudête, allelúia. ℟. Vos elêgit Deus in hereditâtem sibi, allelúia.

Oratio.

DA quæsumus omnípotens Deus: ut qui beatórum mártyrum tuórum Gordiâni & Epímachi solémnia cólimus & eórum apud te intercessiónibus adiuvêmur. Per Dóminum.

## DIE XII. MAII.

In festo SS. Nérei, Achillei, & Domitilli vírginis, atque Pancrátij mártyrum. Semiduplex.

Oratio.

SEmper nos Dómine mártyrum tuórum Nérei, Achíllei, Domitillæ, atque Pancrátij fóveat quæsumus beâta solémnitas: & tuo dignos reddat obséquio. Per Dóminum.

## DIE XIV. MAII.

S. Bonifácij mártyris.

Oratio.

DA quæsumus omnípotens Deus: ut qui beâti Bonifácij mártyris tui solémnia cólimus, eius apud te intercessiónibus adiuvêmur. Per Dóminum nostrum.



## DIE XVI. MAII.

In festo S. Ubaldi Epíscopi & Confessóris. Semiduplex.

Omnia de Commúni Confessóris Pontíficis, xvij. præter Orationem. Oratio.

AUxílium tuum nobis Dómine quæsumus placâtus impénde; & intercessione beati Ubáldi Confessóris tui, atque Pontíficis contra omnes diaboli nequítias déxteram super nos tuæ propitiationis extende. Per Dóminum nostrum.

## DIE XVIII. MAII.

In festo S. Venántij mártyris. Semiduplex.

Ad Vésperas Hymnus.

MArtyr Dei Venántius,
Lux & decus Camértium,
Tortóre victo & iúdice
Lætus triúmphum cóncinit.
Annis puer, post víncula,
Post cárceres, post vérbera,
Longa fame treméntibus
Cibus datur leonibus.
Sed eius innocéntiæ
Parcit leonum immánitas,
Pedésque lambunt mártyris
Iræ famísque immémores.
Verso deorsùm vértice
Haurire fumum cogitur:
Costas utrímque & víscera
Succénsa lampas ústulat.
Sit laus Patri, sit Fílio,
Tibique sancte Spíritus:
Da per preces Venántij
Beâta nobis gáudia. Amen.

Oratio.

DEus, qui hunc diem beâti Venántij mártyris tui triúmpho consecrasti: exaudi pre-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

preces pópuli tui, & præsta; ut qui eius mérita venerâmur, fidei constántiam imitêmur. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutínum, Hymnus.

Athlêta Christi nóbilis
Idóla damnat Géntium,
Deíque amòre saucius
Vitæ pericla déspicit.

Loris revinctus ásperis,
E rupe præceps vólvitur:
Spinêta vultum láncinant:
Per saxa corpus scínditur.

Dum membra raptant mártyris,
Languent siti satéllites:
Signo Crucis Venántius
E rupe fontes élicit.

Bellátor ô fortíssime,
Qui pérfidis tortóribus
E caute præbes póculum,
Nos rore grátiæ irriga.

Sit laus Patri, sit Fílio,
Tibíque sancte Spíritus:
Da per preces Venántij
Beâta nobis gáudia. Amen.

Ad Laudes, Hymnus.

Dum nocte pulsa lúcifer
Diem propínquam núnciat,
Nobis refert Venántius
Lucis beátæ múnera.

Nam críminum calíginem,
Stygísque noctem dépulit:
Veróque cives lúmine
Divinitátis ímbuit.

Aquis sacri baptísmatis
Lustrávit ille pátriam:
Quos tinxit unda mílites,
In astra misit mártyres.

Nunc Angelórum párticeps
Adésto votis súpplicum:
Procul repélle crímina,
Tuúmque lumen íngere.

Sit laus Patri, sit Fílio,
Tibíque sancte Spíritus:
Da per preces Venántij
Beâta nobis gáudia. Amen.

Vésperæ de S. Petro Cælestíno Papa & Confessóre.

## DIE XIX. MAII.

In festo S. Petri Cælestíni Papæ & Confes. Duplex.

Omnia de Commúni Confessoris Pontíficis, xvij. præter Orationem.

Oratio.

Deus, qui beâtum Petrum Cælestínum ad summi Pontificâtus ápicem sublimásti, quique illum humilitáti postpónere docuísti: concêde propítius; ut eius exémplo cuncta mundi despícere, & ad promíssa humílibus præmia pervenire felíciter mereâmur. Per Dóminum nostrum.

Deíndè fit Commemorátio S. Venántij mártyris.

Témpore Paschali, Aña. Sancti & iusti in Dómino gaudête: allelúia: vos elègit Deus in herêditátem sibi, allelúia. ℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia. ℟. Mors sanctórum eius, allelúia.

Extra tempus Paschále, Antiph. Qui vult venire post me ábneget semetípsum, & tollat crucem suam, & sequâtur me. ℣. Iustus ùt palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Orátio. Deus, qui hunc diem. ùt suprà. 373.

Posteà fit Commemorátio sanctæ Pudentiánæ vírginis, Aña. Veni sponsa Christi, accipe corônam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, próspere procède, regna. Oratio.

Exáudi nos Deus salutâris noster: ut sicut de beatæ Pudentiánæ vírginis tuæ festivitâte gaudêmus; ità piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum nostrum.

In Láudibus fit Commemorátio S. Pudentiánæ vírginis, Aña. Símile est regnum cælórum hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas: invénta una pretiósa, dedit ómnia sua, & comparávit eam. ℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Orátio. Exáudi. ùt suprà.

In ij. Vésperis fit Commem. S. Bernardíni Confessoris.

## DIE XX. MAII.

In festo S. Bernardíni Senénsis, Confessóris. Semiduplex.

Omnia de Commúni Confessoris non Pontíficis, xx præter Orationem.

Oratio.

Domine Iesu, qui beáto Bernardíno Confessori tuo exímium sancti nóminis tui amórem tribuísti: eius, quæsumus, méritis & intercessióne, Spíritum nobis tuæ dilectiónis benígnus infúnde. Qui vivis & regnas. In unitâte eiúsdem.

Vésperæ de S. Gregório Pap. & Confessóre, cum Commemoratióne S. Bernardíni, & S. Urbani Papæ & mártyris.



## DIE XXV. MAII.

In festo S. Gregórij VII. Pap. & Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontíficis, xvij. præter Orationem.

Oratio.

Deus in te sperántium fortitûdo, qui beâtum Gregórium Confesórem tuum, atque Pontíficem pro tuénda Ecclésiæ libertâte virtûte constántiæ roborásti: da nobis eius exémplo, & intercessióne, ómnia adversántia fórtiter superâre. Per Dóminum.

Deindè fit Commemorátio S. Urbani Papæ & mártyris.

Tempore Paschál i, Antiphona. Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine, & ætérnitas témporum, allelúia. ℣. Sancti & iusti in Dómino gaudête, allelúia. ℟. Vos elégit Deus in hereditâtem sibi, allelúia.

Extra tempus Paschále, Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundâtus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum. Oratio.

Da quæsumus omnípotens Deus: ut qui beáti Urbáni mártyris tui atque Pontíficis solémnia cólimus, eius apud te intercessiónibus adiuvêmur. Per Dóminum nostrum.

In Láudibus fit Commemor. S. Urbáni Papæ & mártyris.

Témpore Paschâli, Aña. Filiæ



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

liæ Ierúsalem, venite, & vidête Mártyres cum corónis, quibus coronâvit eos Dóminus in die solemnitâtis & lætítiæ, allelúia, allelúia. ℣. Pretiosa in conspéctu Dómini, allelúia. ℟. Mors sanctórum eius, allelúia.

Extra tempus Paschale, Aña. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custôdit eam. ℣. Iustus ùt palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicâbitur.

Orátio. D a quæsumus. ut suprà. 375.

Vésperæ à Capítulo de S. Philippo cum Commemoratióne S. Gregórij VII.

## DIE XXVI. MAII.

In festo S. Philíppi Confessôris. Duplex.

Omnia dicúntur de Commûni Confes. non Pont. xx. præter. Oratiônem.

ORATIO.

DEus, qui beâtum Philíppum Confessórem tuum sanctórum tuórum glória sublimásti: concêde propítius; ut cuius solemnitâte lætámur, eius virtûtum proficiámus exémplo. Per Dóminum.

Pósteà fit Commemor. S. Gregóri VII. Aña. Amâvit. ℣. Iustum. & Orátio. D eus in te sperantium. ut suprà. 375.

Deindè sancti Eleuthérij Papæ & mártyris.

Témpore Paschâli, Antíphona. Lux perpétua lucêbit sanctis tuis Dñe, & æternitas témporum, allelúia. ℣. Sancti & iusti in Dño gaudête, allelúia. ℟. Vos elêgit Deus in hereditâtem sibi, allelúia.

Extra tempus Paschále, Antiph. Iste sanctus pro lege Dei sui certâvit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundâtus enim erat suprà firmam petram. ℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

ORATIO.

INfirmitâtem nostram réspice omnípotens Deus: & quia pondus própriæ actiônis gravat, beâti Eleuthérij mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriosa nos prótegat. Per Dóminum nostrum.

In Láudibus fit Commemorátio S. Eleuthérij.

Témpore Paschâli, Antíphona. Fíliæ Ierúsalem, venite, & vidête Mártyres cum corónis, quibus coronâvit eos Dóminus in die solemnitâtis & lætítiæ, allelúia, allelúia. ℣. Pretiosa in conspéctu Dómini, allelúia. ℟. Mors sanctórum eius, allelúia.

Extra tempus Paschále, Aña. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam éternam custódit eam. ℣. Iustus ùt palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicâbitur.

Orátio. Infirmitâtem. ùt supr.

In ij. Vésperis fit Commem. S. Maríæ Magdalénæ de Pazzis, & pósteà S. Ioánnis Papæ, & mart. Antíphona, & ℣. ut suprà.

## DIE XXVII. MAII.

In festo S. Maríæ Magdalénæ de Pazzzis Virginis. Semíduplex.

Omnia de Commûni unius Vírginis, xxiij. præt. Oratiônem.





ORATIO.

DEus virginitâtis amâtor, qui beâtam Maríam Magdalénam vírginem tuo amore succénsam, cæléstibus donis decorásti: da, ut quàm festiva celebritâte venerâmur, puritâte & charitâte imitêmur. Per Dóminum nostrum.

Deindè fit Commemorátio S. Ioánnis Papæ & mártyris.

Orátio. D eus qui nos beâti. ùt in Commûni.

## DIE XXX. MAII.

S. Felícis Papæ & mártyris.

ORATIO.

INfirmitâtem nostram réspice omnípotens Deus: & quia pondus própriæ actiônis gravat, beâti Felícis mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriosa nos prótegat. Per Dóminum.

## DIE XXXI. MAII.

Sanctæ Petronillæ vírginis.

ORATIO.

EXáudi nos Deus salutâris noster: ut sicut de beatæ Petronillæ vírginis tuæ festivitâte gaudêmus; ità piæ devotiônis erudiâmur affectu. Per Dñm.

## FESTA IUNII.

Prima die non impedita dícitur Officium Defunct. lxviij.

## DIE II. IUNII.

SS. Marcellíni, Petri atque Erásmi mart. ORATIO.

DEus, qui nos ánnua beatórum mártyrum tuórum Marcellíni, Petri, atque Erásmi solemnitâte lætíficas: præsta quæsumus; ut quorum gaudêmus méritis, accendâmur exémplis. Per Dóminum.

## DIE VI. IUNII.

In festo S. Norbérti Epíscopi & Confessôris. Duplex.

ORATIO.

DEus, qui beâtum Norbértum Confessórem tuum, atque Pontíficem, verbi tui præcónem exímium effecísti, & per eum Ecclésiam tuam nova prole fœcundásti: præsta quæsumus; ut eiúsdem suffragántibus méritis, quod ore simul & ópere dócuit, te adiuvánte exercêre valeâmus. Per Dóminum nostrum.

## DIE IX. IUNII.

SS. Primi & Feliciáni martyr.

ORATIO.

FAc nos, quæsumus Dómine, sanctórum mártyrum tuórum Primi & Feliciáni semper festa sectári: quorum suffrágijs protectiónis tuæ dona sentiâmus. Per Dóminum.

## DIE X. IUNII.

In festo S. Margarítæ Regínæ Scótiæ. Semíduplex.

Omnia de Commúni nec Vírginis nec Mart. xxviij. præter Oratiônem. ORATIO.

DEus, qui beâtam Margarítam, Scotórum regínam exímia in páuperes charitâte mirábilem effecísti: da ut eius intercessióne, & exémplo tua in córdibus nostris charitas iúgiter augeâtur. Per Dóminum.

Vésperæ de sequénti, cum Commemorotióne præced.

## DIE XI. IUNII.

In festo S. Barnábæ Apóstoli. Duplex.

Omnia de Commûni Apostolórum, j. præt. Oratiônem.

liæ Ierúsalem, venite, & vidête Mártyres cum corónis, quibus coronâvit eos Dóminus in die solemnitâtis & lætítiæ, allelúia, allelúia. ℣. Pretiosa in conspéctu Dómini, allelúia. ℟. Mors sanctórum eius, allelúia.

Extra tempus Paschale, Aña. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. ℣. Iustus ùt palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicâbitur.

Orátio D a quǽsumus. ùt suprà. 375.

Vésperæ à Capítulo de S. Philíppo cum Commemoratióne S. Gregórij VII.

## DIE XXVI. MAII.

In festo S. Philíppi Confessôris. Duplex.

Omnia dicúntur de Commûni Confes. non Pont. xx. præter. Oratiônem.

ORATIO.

DEus, qui beâtum Philíppum Confessôrem tuum sanctórum tuôrum glória sublimásti: concêde propítius; ut cuius solemnitâte lætâmur, eius virtûtum proficiâmus exémplo. Per Dóminum.

Pósteà fit Commemor. S. Gregóri VII. Aña. Amâvit. ℣. Iustum. & Orátio. D eus in te sperantium. ùt suprà. 375.

Deíndè sancti Eleuthérij Papæ & mártyris.

Témpore Paschâli, Antíphona. Lux perpétua lucêbit sanctis tuis Dñe, & ætérnitas témporum, allelúia. ℣. Sancti & iusti in Dño gaudête, allelúia. ℟. Vos elêgit Deus in hereditâtem sibi, allelúia.

Extra tempus Paschále, Antiph. Iste sanctus pro lege Dei sui certâvit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundâtus enim erat suprà firmam petram. ℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuârum.

ORATIO.

INfirmitâtem nostram réspice omnípotens Deus: & quia pondus propriæ actiónis gravat, beáti Eleuthérij mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum nostrum.

In Láudibus fit Commemorátio S. Eleuthérij.

Témpore Paschâli, Antíphona. Filiæ Ierúsalem, venite, & vidête Mártyres cum corónis, quibus coronâvit eos Dóminus in die solemnitâtis & lætítiæ, allelúia, allelúia. ℣. Pretiôsa in conspéctu Dómini, allelúia. ℟. Mors sanctórum eius, allelúia.

Extra tempus Paschále, Aña. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam éternam custódit eam. ℣. Iustus ùt palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicâbitur.

Orátio. Infirmitâtem. ùt supr.

In ij. Vésperis fit Commem. S. Mariæ Magdalénæ de Pazzis, & pósteà S. Ioánnis Papæ, & mart. Antíphona, & ℣. ut suprà.

## DIE XXVII. MAII.

In festo S. Mariæ Magdalénæ de Pazzis Vírginis. Semíduplex.

Omnia de Commûni unius Vírginis, xxiij. præt. Oratiônem.

ORATIO.



DEus virginitâtis amâtor, qui beâtam Maríam Magdalénam vírginem tuo amore succénsam, cæléstibus donis decorásti: da, ut quàm festiva celebritâte venerâmur, puritâte & charitâte imitêmur. Per Dóminum nostrum.

Deíndè fit Commemorátio S. Ioánnis Papæ & mártyris.

Orátio. D eus qui nos beáti. ùt in Commûni.

## DIE XXX. MAII.

S. Felícis Papæ & mártyris.

ORATIO.

INfirmitâtem nostram réspice omnípotens Deus: & quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti Felícis mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriosa nos prótegat. Per Dóminum.

## DIE XXXI. MAII.

Sanctæ Petronillæ vírginis.

ORATIO.

EXáudi nos Deus salutâris noster: ut sicut de beatæ Petronillæ vírginis tuæ festivitâte gaudêmus; itá piæ devotiónis erudiâmur affectu. Per Dñm.

## FESTA IUNII.

Prima die non impedita dícitur Offícium Defunct. lxviij.

## DIE II. IUNII.

SS. Marcellíni, Petri atque Erásmi mart. ORATIO.

DEus, qui nos ánnua beatôrum mártyrum tuórum Marcellíni, Petri, atque Erásmi solemnitâte lætíficas: præsta quǽsumus; ut quorum gaudêmus méritis, accendâmur exémplis. Per Dóminum.

## DIE VI. IUNII.

In festo S. Norbérti Epíscopi & Confessôris. Duplex.

ORATIO.

DEus, qui beâtum Norbértum Confessórem tuum, atque Pontíficem, verbi tui præcónem exímium effecísti, & per eum Ecclésiam tuam nova prole fœcundásti: præsta quǽsumus; ut eiúsdem suffragántibus méritis, quod ore simul & ópere dócuit, te adiuvánte exercêre valeâmus. Per Dóminum nostrum.

## DIE IX. IUNII.

SS. Primi & Feliciáni martyr.

ORATIO.

FAc nos, quǽsumus Dómine, sanctórum mártyrum tuórum Primi & Feliciáni semper festa sectári: quorum suffrágijs protectiónis tuæ dona sentiâmus. Per Dóminum.

## DIE X. IUNII.

In festo S. Margaritæ Reginæ Scótiæ. Semíduplex.

Omnia de Commúni nec Vírginis nec Mart. xxviij. præter Oratiônem. ORATIO.

DEus, qui beâtam Margarítam, Scotórum regínam exímia in páuperes charitâte mirábilem effecísti: da ut eius intercessiône, & exémplo tua in córdibus nostris charitas iúgiter augeâtur. Per Dóminum.

Vésperæ de sequénti, cum Commemorotióne præced.

## DIE XI. IUNII.

In festo S. Barnábæ Apóstoli. Duplex.

Omnia de Commûni Apostolórum, j. præt. Oratiônem.

ORA-

Oratio.

Deus, qui nos beáti Bárnabæ Apóstoli tui méritis & intercessióne lætíficas: concéde propítius; ut qui tua per eum benefícia póscimus, dono tuæ grátiæ consequámur. Per Dóminum.

In ij. Vésperis fit Commemorátio sequéntis, & SS. Basílidis & Sociórum.

### DIE XII. IUNII.

In festo S. Ioánnis à S. Facúndo Confessóris. Duplex.

Omnia de Commúni Confessóris non Pontíficis, xx. præter Oratiónem.

Aña. Similábo, ℣. Amávit.

Oratio.

Deus auctor pacis, & amátor charitátis, qui beátum Ioánnem Confessórem tuum mirífica dissidéntes componéndi grátia decorásti: eius méritis, & intercessióne concéde, ut in tua charitáte firmáti, nullis à te tentatiónibus separémur. Per Dóminum.

Deindè fit Commemorátio SS. Basílidis, Cyríni, Nabóris & Nazárij mártyrum, Antíphona. Istórum est enim regnum cælórum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad prǽmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætámini in Dómino, & exultáte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Oratio.

Sanctórum mártyrum tuórum Basílidis, Cyríni, Nabóris, atque Nazárij quǽsumus Dómine, natalítia nobis votíva respléndeant: & quod illis cóntulit excelléntia sempitérna, frúctibus nostræ devotiónis accréscat. Per Dóminum nostrum.

Vésperæ à Capítulo de sequénti, Commemoratio præcedéntis.

### DIE XIII. IUNII.

In festo S. Antónij de Padua Confessóris. Duplex.

Oratio.

Ecclésiam tuam, Deus, beáti Antónij Confessóris tui solémnitas votíva lætíficet: ut spirituálibus semper muniátur auxílijs, & gáudijs pérfrui mereátur ætérnis. Per Dóminum.

Vésperæ à Capítulo de S. Basílio, cum Comm. S. Antónij.

### DIE XIV. IUNII.

In festo S. Basílij Magni Epíscopi & Conf. Duplex.

In Hymno Vesperárum mutátur tértius Versus.

Ad Magníficat in utrísque Vésperis, Aña. O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beáte Basíli, divínæ legis amátor, deprecáre pro nobis Fílium Dei.

Oratio.

Exáudi, quǽsumus Dómine, preces nostras, quas in beáti Basílij Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte deférimus: & qui tibi digné méruit famulári, eius intercedéntibus méritis ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

Deindè fit Commemorátio S. Antónij, Aña. Hic vir despíciens mundum, & terréna, triumphans, divítias cælo cóndidit ore, manu. ℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei. Orátio. Ecclésiam tuam. ut suprà.



In ij. Vésperis fit Commem. SS. Viti & Sociórum.

### DIE XV. IUNII.

SS. Viti, Modésti atque Crescéntiæ mártyrum.

Aña. Istórum est enim regnum cælórum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad prǽmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætámini in Dño, & exultáte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Oratio.

Da Ecclésiæ tuæ, quǽsumus Dómine, sanctis mártyribus tuis Vito, Modésto, atque Crescéntia intercedéntibus, supérbè non sápere, sed tibi plácita humilitáte profícere: ut prava despíciens, quæcúmque recta sunt, líbera exérceat charitáte. Per Dóminum.

### DIE XVIII. IUNII.

Sanctórum Marci & Marcelliáni mártyrum. Oratio.

Præsta quǽsumus omnípotens Deus: ut qui sanctórum mártyrum tuórum Marci & Marcelliáni natalítia cólimus; à cunctis malis imminéntibus, eórum intercessiónibus liberémur. Per Dóminum.

### DIE XIX. IUNII.

In festo S. Iuliánæ de Falconérijs vírginis. Semidúplex.

Omnia de Commúni Virgin. excéptis his, quæ hic sequúntur.

AD VESPERAS,

Et ad Matutinum. Hymnus.

Cæléstis Agni núptias,
O Iuliána dum petis,
Domum patérnam déseris,
Chorúmque ducis Vírginum.

Sponsúmque suffixum Cruci
Noctes, diésque dum gemis,
Dolóris icta cúspide
Sponsi refers imáginem.

Quin septifórmi vúlnere
Fles ad genu Deíparæ;
Sed crescit infúsa fletu,
Flammásque tollit cháritas.

Hinc morte fessam próxima
Non usitáto te modo
Solátur, & nutrit Deus,
Dapem supérnam pórrigens.

Ætérne rerum Cónditor,
Ætérne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus
Soli tibi sit glória. Amen.

Oratio.

Deus, qui per beátam Iuliánam vírginem tuam extrémo morbo laborántem pretióso Fílij tui Córpore mirabíliter recreáre dignátus es: concéde quǽsumus; ut, eius intercedéntibus méritis, nos quoque eódem in mortis agóne refécti, ac roboráti ad cæléstem pátriam perducámur. Per eúndem Dñm nostrum.

Et fit Commem. SS. Gervásij & Protásij mártyrum in primis Vésperis & Láudibus.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua sanctórum mártyrum tuórum Gervásij & Protásij solemnitáte lætíficas: concéde propítius, ut quorum gaudémus méritis, accendámur exémplis.

Per

Per Dóminum nostrum.

In secúndis Vésperis fit Commemorátio S. Silvérij Papæ & mártyris.

## DIE XX. IUNII.

S. Silvérij Papæ & mártyris.

Oratio.

Infirmitátem nostram réspice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actiónis gravat, beáti Silvérij mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dñm nostrum.

## DIE XXII. IUNII.

S. Paulíni Epíscopi & Confes.

Oratio.

Da quǽsumus omnípotens Deus: ut beáti Paulíni Confessôris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, & devotiónem nobis áugeat & salútem. Per Dóminum.

## DIE XXIII. IUNII.

In Vigília S. Ioánnis Baptistæ.

Antiphona ad Benedíctus, ut in Psaltério: & post Antiphonam dicúntur Preces feriáles flexis génibus. 62.

Oratio.

Præsta quǽsumus omnípotens Deus: ut família tua per viam salútis incédat; & beáti Ioánnes præcursôris hortaménta sectándo, ad eum quem prædixit, secúra pervéniat, Dñm nostrum Iesum. Qui tecum.

## DIE XXIV. IUNII.

IN NATIVITATE

## S. IOANNIS BAPTISTÆ.

Duplex.

Ad Vésperas, Antiphona.

Ipse præíbit ante illum in spíritu & virtúte Elíæ, paráre Dómino plebem perféctam. Psalm. Dixit Dóminus. cum reliq. de Domínica, 125. & loco última, Psalm. Laudáte Dóminum 129. Aña. Ioánnes est nomen eius: vinum & síceram non bibet, & multi in nativitáte eius gaudébunt. Aña. Ex útero senectútis & stérili Ioánnes natus est præcúrsor Dómini. Aña. Iste puer magnus coram Dómino: nam & manus eius cum ipso est. Aña. Nazaræus vocábitur puer iste: vinum & síceram non bibet, & omne immúndum non manducábit ex útero matris suæ.

Capitulum. *Isaiæ 49.*

Audite ínsulæ, & atténdite pópuli de longè, Dóminus ab útero vocávit me: de ventre matris meæ recordátus est nóminis mei.

Hymnus.

Ut queant laxis resonáre fibris
Mira gestórum fámuli tuórum,
Solve pollúti lábij reátum
Sancte Ioánnes.

Núncius celso véniens Olympo,
Te patri magnum fore nascitúrum,
Nomen, & vitæ sériem gerendæ
Ordine promit.

Ille promíssi dúbius supérni,
Pérdidit promptæ módulos loquelæ
Sed reformásti génitus perémptæ
Organa vocis.

Ventris obstrúso récubans cubíli,
Senseras Regem thálamo manéntem:
Hinc



Hinc parens, nati méritis utérque
Abdita pandit.

Sit decus Patri, genitǽque Proli,
Et tibi compar utriúsque Virtus
Spíritus semper, Deus unus, omni
Témporis ævo. Amen.

℣. Fuit homo missus à Deo.
℟. Cui nomen erat Ioánnes.

Ad Magníficat, Antiphona.

Ingrésso Zacharía templum Dómini, appáruit ei Gábriel Angelus, stans à dextris altáris incénsi.

Oratio.

Deus, qui præséntem diem honorábilem nobis in beáti Ioánnis Nativitáte fecísti: da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum; & ómnium fidélium mentes dírige in viam salútis ætérnæ. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Regem præcursôris Dóminum, * Venite adorémus. Psalm. Veníte, exultémus. 2.

Hymnus.

Antra desérti téneris sub annis,
Cívium turmas fúgiens, petísti,
Ne levi posses maculáre vitam
Crímine linguæ.

Præbuit durum tégumen camélus
Artubus sacris, stróphium bidéntes,
Cui latex haustum, sociáta pastum
Mella locústis.

Cæteri tantùm cecinêre Vatum
Corde præságo Iubar affutúrum:
Tu quidem mundi scelus auferéntem
Indice prodis.

Non fuit vasti spátium per orbis
Sánctior quisquam génitus Ioánne;
Qui nefas sæcli méruit lavántem
Tíngere lymphis.

Sit decus Patri, genitǽque Proli,
Et tibi compar utriúsque Virtus
Spíritus semper, Deus unus, omni
Témporis ævo. Amen.

In primo Noctúrno, Aña.

Priúsquam te formárem in útero, novi te: & ántequam progrederéris, sanctificávi te. Psalmus. Beátus vir, qui non ábiit, 3. Aña. Ad ómnia quæ mittam te, dicit Dóminus, ibis: ne tímeas, & quæ mandávero tibi, loquéris ad eos. Psalmus. Quare fremuérunt Gentes. 4 Aña. Ne tímeas à fácie eórum, quia ego tecum sum, dicit Dóminus. Psalm. Dómine, quid multiplicáti. 4. ℣. Fuit homo missus à Deo. ℟. Cui nomen erat Ioánnes.

In secúndo Noctúrno, Aña.

Misit Dóminus manum suam, & tétigit os meum, & Prophêtam in Géntibus dedit me Dóminus. Psalmus. Cùm invocárem. 148. Aña. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constítui te super gentes, & regna. Psalmus. Verba mea áuribus pércipe. 60. Antiphona. Dóminus ab útero vocávit me,

me, de ventre matris meæ recordátus est nóminis mei. Psalmus. Dómine Dóminus noster. 5. ℣. Inter natos mulíerum non surréxit maior. ℟. Ioánne Baptísta.

In tértio Noctúrno. Aña.

Pósuit os meum Dóminus quasi gládium acútum: sub umbra manus suæ protéxit me. Psalm. Dómine, quis habitábit. 9. Aña. Formans me ex útero servum sibi Dóminus, dicit: Dedi te in lucem Géntium, ut sis salus mea usque ad extrêmum terræ. Psalmus. Dómine in virtúte tua. 15. Antíphona. Reges vidébunt, & consúrgent príncipes, & adorábunt Dominum Deum tuum, qui elêgit te. Psalm. Benedícam Dñm. 54. ℣. Elisabeth Zacharíæ magnum virum génuit. ℟. Ioánnem Baptístam præcursôrem Dómini.

AD LAUDES,
& per Horas, Antíphona.

Elísabeth Zacharíæ magnum virum génuit, Ioánnem Baptístam præcursôrem Dómini. Psalm. Dóminus regnávit, cum réliquis. 17. Antíphona. Innuébant patri eius, quem vellet vocári eum: & scripsit, dicens: Ioánnes est nomen eius. Antíphona. Ioánnes vocábitur nomen eius: & in nativitáte eius multi gaudébunt. Antíphona. Inter natos mulíerum non surréxit maior Ioánne Baptísta. Antiph. Tu puer, Prophêta Altíssimi vocabéris: præíbis ante Dóminum paráre vias eius.

CAPITULUM. *Isaiæ* 49.

Audite ínsulæ, & atténdite pópuli de longè: Dóminus ab útero vocávit me, de ventre matris meæ recordátus est nóminis mei.

HYMNUS.

O Nimis felix, meritíque celsi,
Nésciens labem nívei pudóris,
Præpotens Mártyr, nemorúmque cultor,
Máxime Vatum.

Serta ter denis álios corónant
Aucta creméntis, duplicáta quosdam;
Trina te fructu cumuláta centum
Néxibus ornant.

Nunc potens nostri méritis opímis
Péctoris duros lápides revélle,
Asperum planans iter, & reflexos
Dírige calles.

Ut pius mundi Sator & Redémptor,
Méntibus culpæ sine labe puris,
Ritè dignêtur véniens beátos
Pónere gréssus.

Láudibus cives célebrent supérni,
Te Deus simplex, paritérque Trine;
Súpplices & nos véniam precámur:
Parce redémptis. Amen.

℣. Iste puer magnus coram Dómino. ℟. Nam & manus eius cum ipso est.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Apértum est os Zacharíæ; & prophetávit, dicens: Benedíctus Deus Israël.

ORA-



ORATIO.

Deus, qui præséntem diem honorábilem nobis in beáti Ioánnis Nativitáte fecísti: da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum; & ómnium fidélium mentes dírige in viam salútis ætérnæ. Per Dóminum nostrum.

Ad Tértiam, Antíphona.

Innuébant patri eius. Capítulum. Audite ínsulæ. ut suprà. ℟. br. Fuit homo, * Missus à Deo. Fuit. ℣. Cui nomen erat Ioánnes. Missus. Glória Patri. Fuit. ℣. Inter natos mulíerum non surréxit maior. ℟. Ioánne Baptísta.

Ad Sextam, Antíphona.

Ioánnes vocábitur.

CAPITULUM. *Isaiæ* 49.

Et nunc hæc dicit Dóminus, formans me ex útero servum sibi: Dedi te in lucem Géntium, ut sis salus mea usque ad extrêmum terræ.

℟. br. Inter natos mulíerum, * Non surréxit maior. Inter. ℣. Ioánne Baptísta. Non. Glória Patri. Inter. ℣. Elisabeth Zacharíæ magnum virum génuit. ℟. Ioánnem Baptístam præcursôrem Dómini.

Ad Nonam, Antíphona.

Tu puer.

CAPITULUM. *Isaiæ* 49. *b*

Reges vidébunt, & consúrgent príncipes, & adorábunt Dominum Deum tuum, & sanctum Israël, qui elêgit te.

℟. breve. Elisabeth Zacharíæ, * Magnum virum génuit. Elisabeth. ℣. Ioánnem Baptístam præcursôrem Dómini, Magnum. Glória Patri. Elisabeth. ℣. Iste puer magnus coram Dómino. ℟. Nam & manus eius cum ipso est.

Ad Vésperas, Aña. Elisabeth Zacharíæ. cum réliq. de Láudibus. 382. Psalmi, Capitulum & Hymnus, ut in j. Vesp. 380. ℣. Iste puer magnus coram Dómino. ℟. Nam & manus eius cum ipso est.

Ad Magníficat, Antíphona.

Puer, qui natus est nobis, plus quàm Prophêta est: hic est enim, de quo Salvátor ait: Inter natos mulíerum non surréxit maior Ioánne Baptísta. Orátio. Deus, qui præséntem diem. ut suprà. 381.

DIE XXVI. IUNII.

In festo SS. mártyrum Ioánnis & Pauli. Duplex.

Ad Vésperas Antíphona.

Paulus, & Ioánnes dixérunt. cum réliquis de Láudibus. 384. Psalm. Dixit Dominus. cum reliq. de Domínica. 125. & loco ultimi, Psalm. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129. Capitulum, Hymnus, & ℣. de Commúni plurimórum Mártyrum. xiv.

Ad Magníficat, Antíphona.

Astitêrunt iusti ante Dóminum, & ab ínvicem non sunt separáti: cálicem Dómini bibêrunt, & amíci Dei appelláti sunt.

ORATIO.

Quǽsumus omnípotens Deus: ut nos gemináta lætítia hodiérnæ festivitátis excípiat, quæ de beatórum

rum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rum Ioánnis, & Pauli glorificatione p ocêdit: quos éadem fides & pássio verè fecit esse germános. Per Dominus.

Deindè fit Commemor. de Octâva S. Ioánnis, Aña. Puer qui natus est nobis, plus quàm Prophêta est: hic est enim, de quo Salvâtor ait: Inter natos mulíerum non surréxit maior Ioánne Baptísta. ℣. Iste puer magnus coram Dómino. ℟. Nam & manus eius cum ipso est.

Orátio. Deus, qui præséntem diem. ut suprà. 383.

AD LAUDES,

& per Horas, Antíphona.

PAulus & Ioánnes dixérunt Iuliáno: Nos unum Deum cólimus, qui fecit cælum & terram. Psalmus. Dominus regnâvit. cum réliquis. 17. Antiph. Paulus & Ioánnes dixérunt Terentiáno: Si tuus dóminus est Iuliánus, habêto pacem cum illo: nobis álius non est, nisi Dóminus Iesus Christus. Aña. Ioánnes & Paulus agnoscéntes tyránnidem Iuliáni, facultátes suas paupéribus erogáre cœpérunt. Aña. Sancti spíritus & ánimæ iustórum hymnum dícite Deo, allelúia. Antíphona. Ioánnes & Paulus dixérunt ad Gallicânum: Fac votum Deo cæli, & eris victor mélius quàm fuisti.

Capitulum. *Sap.* 3.

IUstórum ánimæ in manu Dei sunt, & non tanget illos torméntum mortis. Visi sunt óculis insipiéntium mori: illi autem sunt in pace.

Hymnus, Rex gloriôse Mártyrum. ℣. Exultábunt. de Commûni Mártyrum. xvj.

Ad Benedictus, Antíphona.

Isti sunt sancti, qui pro Christi amôre minas hóminum contempsérunt: sancti Mártyres in regno cælórum exúltant cum Angelis: ô quàm pretiósa est mors sanctórum, qui assiduè assistunt ante Dóminum: & ab ínvicem non sunt separáti.

Orátio. Quæsumus omnípotens. ut suprà. 383.

Deindè fit Commemorátio de Octâva S. Ioánnis, Antíphona. Apértum est os Zacharíæ, & prophetâvit, dicens: Benedictus Deus Israël. ℣. Iste puer magnus coram Dómino. ℟. Nam & manus eius cum ipso est.

Orátio. Deus, qui præséntem. ut suprà. 383.

In ij. Vésperis, Aña. Paulus & Ioánnes. cum réliquis, ut suprà in Laudib. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco últimi, Psalm. Crédidi. 129. Capítulum & Hymnus de Commúni. xiv. ℣. Exultábunt sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Magníficat, Antíphona.

Isti sunt duæ olívæ, & duo candelabra lucéntia ante Dóminum: habent potestátem cláudere cælum núbibus, & aperíre portas eius: quia linguæ eórum claves cæli factæ sunt.

Orátio. Quæsumus omnípotens Deus. ut suprà. 383.

Dein-



Deindè fit Commemor. de Octâva S. Ioánnis, Aña. Puer qui natus est nobis, plus quàm Prophêta est: hic est enim, de quo Salvâtor ait: Inter natos mulíerum non surréxit maior Ioánne Baptísta. ℣. Iste puer magnus coram Dño. ℟. Nam & magnus eius cum ipso est.

ORATIO.

DEus, qui præséntem diem honorábilem nobis in beáti Ioánnis Nativitáte fecísti: da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum: & ómnium fidélium mentes dírige in viam salútis ætérnæ. Per Dñm nostrum.

DIE XXVIII. IUNII.

In festo S. Leônis Papæ.

Semiduplex.

A Capítulo fit de festo, cum Commemoratiône Octávæ S. Ioánnis.

Si hoc Festum vénerit in Domínica, transfértur post Octávam Apostolórum: & in Sábbato, in quo fit de Octâva S. Ioánnis, fit Comm. Vigíliæ Apostolórum ad Laudes tantùm.

ORATIO.

DEus, qui beátum Leônem Pontíficem Sanctórum tuórum méritis coæquásti: concêde propítius; ut qui commemoratiónis eius festa percólimus, vitæ quoque imitémur exémpla. Per Dóminum.

In Vésperis fit Commemorátio Octávæ S. Ioánnis, Antíphona. Puer, qui natus est nobis, plus quàm Prophêta est: hic est enim, de quo Salvâtor ait: Inter natos mulíerum non surréxit maior Ioánne Baptísta. ℣. Iste puer magnus coram Dómino. ℟. Nam & manus eius cum ipso est.

Orátio. Deus, qui præséntem diem. ut suprà.

Et in Láudibus, Antíphona.

Apértum est os Zacharíæ, & prophetavit, dicens: Benedictus Deus Israël. ℣. Iste puer magnus coram Dómino. ℟. Nam & manus eius cum ipso est.

Orátio. Deus, qui præséntem diem. ut suprà.

Deindè pro Comm. Vigíliæ, Aña. & ℣. de Féria currénti, ad Benedictus, ut in Psaltério.

ORATIO.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: ut nullis nos permittas perturbatiónibus concuti, quos in Apostolícæ confessiónis petra solidásti. Per Dóminum nostrum.

DIE XXIX. IUNII.

In festo SS. Apostolórum

PETRI & PAULI.

Duplex.

Ad Vésperas, Antíphona.

Petrus & Ioánnes. cum réliquis de Láudibus. 386. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco últimi, Psalm. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

Capitulum. *Actor.* 12.

MIsit Heródes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclésia. Occídit autem Iacóbum fratrem Ioánnis gládio. Videns autem quia placêret Iudæis, appósuit ut apprehénderet & Petrum.

### HYMNUS.

Decora lux Æternitátis, áuream
Diem beátis irrigávit ígnibus,
Apostolórum quæ corónat Príncipes,
Reísque in astra líberam pandit viam.
Mundi Magíster, atque cæli Iánitor,
Romæ paréntes, Arbitríque géntium,
Per ensis ille, hic per Crucis victor necem
Vitæ senátum laureáti póssident.
O Roma felix, quæ duórum Príncipum
Es consecráta glorióso sánguine:
Horum cruóre purpuráta, céteras
Excéllis orbis unà pulchritúdines.
Sit Trinitáti sempitérna glória,
Honor, potéstas, atque iubilátio,
In unitáte, quæ gubérnat ómnia,
Per univérsa sæculórum sæcula. Amen.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum. ℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Tu es pastor óvium, princeps Apostolórum, tibi trádite sunt claves regni cælórum.

### ORATIO.

Deus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri & Pauli martýrio consecrásti: da Ecclésiæ tuæ, eórum in ómnibus sequi præcéptum, per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum.

Et non fit Commemorátio S. Pauli, cùm Oratio fit Commúnis, nec Octávæ S. Ioánnis.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Regem Apostolórum Dóminum, * Veníte adorémus. Psalmus. Veníte, exultémus. 2. Hymnus. Ætérna Christi múnera ùt infrà. i. Antíphonæ étiam, Psalmi, & ℣. Nocturnórum dicúntur de Commúni Apostolórum, ùt infrà. ii.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antíphona.

Petrus & Ioánnes ascendébant in templum ad horam oratiónis nonam. Psalm. Dóminus regnávit. cum réliquis. 17. Aña. Argéntum & aurum non est mihi: quod autem hábeo, hoc tibi do. Antíphona. Dixit Angelus ad Petrum: Circúmda tibi vestiméntum tuum, & séquere me. Antíphona. Misit Dóminus Angelum suum, & liberávit me de manu Heródis, allelúia. Antíphona. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.

Capítulum. Misit Heródes. 385.

### HYMNUS.

Beáte Pastor Petre, clemens áccipe
Voces precántum, criminúmque víncula
Verbo resólve, cui potéstas trádita,
Aperíre terris cælum, apértum cláudere.





Egrégie Doctor Paule mores ínstrue,
Et nostra tecum péctora in cælum trahe:
Veláta dum merídiem cernat Fides,
Et solis instar sola regnet Cháritas.
Sit Trinitáti sempitérna glória,
Honor, potéstas, atque iubilátio,
In unitáte quæ gubérnat ómnia,
Per univérsa æternitátis sæcula. Amen.

℣. Annunciavérunt ópera Dei.
℟. Et facta eius intellexérunt.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum & in cælis: & quodcúmque sólveris super terram, erit solútum & in cælis: dicit Dóminus Simóni Petro.

### ORATIO.

Deus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri & Pauli martýrio consecrásti: da Ecclésiæ tuæ, eórum in ómnibus sequi præcéptum, per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum.

Ad Tértiam, Antíphona.

Argéntum & aurum. Capítulum. Misit Heródes. 385.

℟. br. In omnem terram, * Exívit sonus eórum. In omnem. ℣. Et in fines orbis terræ verba eórum. Exívit. Glória Patri. In omnem. ℣. Constítues eos príncipes super omnem terram. ℟. Mémores erunt nóminis tui, Dómine.

Ad Sextam, Antíphona.

Dixit Angelus.

CAPITULUM. *Act.* 12.

Petrus quidem servabátur in cárcere. Oratio autem fiebat sine intermissióne ab Ecclésia ad Deum pro eo.

℟. br. Constítues eos príncipes, * Super omnem terram. Constítues. ℣. Mémores erunt nóminis tui Dómine. Super. Glória Patri. Constítues. ℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus. ℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

Ad Nonam, Antíphona.

Tu es Petrus.

CAPITULUM. *Act.* 12. *b*

Et Petrus ad se revérsus, dixit: Nunc scio verè, quia misit Dóminus Angelum suum, & erípuit me de manu Heródis, & de omni expectatióne plebis Iudæórum.

℟. br. Nimis honoráti sunt, * Amíci tui Deus. Nimis. ℣. Nimis confortátus est principátus eórum. Amíci. Glória. Nimis.

℣. Annunciavérunt ópera Dei.
℟. Et facta eius intellexérunt.

Ad Vésperas, ubi non est faciéndum Officium S. Pauli in Ecclésia própria, dícitur Antíphona. Iurávit Dóminus. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis ùt in Commúni, Apostolórum. iii. Capítulum & Hymnus ùt in primis Vésperis. 385.

℣. Annunciavérunt ópera Dei.
℟. Et facta eius intellexérunt.

Ad Magníficat, Antíphona.

Hódiè Simon Petrus ascéndit crucis patíbulum, allelúia: hódiè claviculárius regni gaudens migrávit ad Christum: hódiè Pau-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

lus Apóstolus, lumen orbis terræ, inclináto cápite pro Christi nómine martýrio coronátus est, allelúia. Orátio. Deus, qui. ut suprà. 386.

Et non fit Commem. S. Pauli nec Octávæ S. Ioánnis.

UBI VERO FIT OFFICIUM.

S. Pauli in Ecclésia própria.

Ad Vésperas, Aña. Ego plantávi. cum reliq. de Laudib. 389. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco ultimi, Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

CAPITULUM. 2. *Tim.* 4. *b*

Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In réliquo repósita est mihi coróna iustítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die iustus iudex.

HYMNUS.

Egrégie Doctor Paule mores ínstrue,
Et nostra tecum péctora in cælum trahe:
Veláta dum merídiem cernat Fides,
Et solis instar sola regnet Cháritas.
Sit Trinitáti sempitérna glória,
Honor, potéstas, atque iubilátio,
In unitáte, quæ gubérnat ómnia,
Per univérsa æternitátis sæcula. Amen.

℣. Tu es vas electiónis sancte Paule Apóstole. ℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Ad Magníficat, Antíphona.

Sancte Paule Apóstole, prædicátor veritátis, & Doctor Géntium, intercéde pro nobis ad Deum, qui te elégit.

ORATIO.

Deus, qui multitúdinem Géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti: da nobis quǽsumus; ut cuius natalítia cólimus, eius apud te patrocínia sentiámur. Per Dóminum.

Deinde fit Commemorátio S. Petri, Antiph. Tu es pastor óvium, princeps Apostolórum, tibi tráditæ sunt claves regni cælórum. ℣. Tu es Petrus. ℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.

ORATIO.

Deus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni cæléstis, ligándi atque solvéndi pontifícium tradidísti: concéde, ut intercessiónis eius auxílio, à peccatórum nostrórum néxibus liberémur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Et non fit Commemorátio S. Ioánnis, neque in Láudibus.

Si Comm. S. Pauli vénerit in die Octáva Córporis Christi, extra própriam Ecclésiam transfértur in primam diem infra Octávam, Domínica vel festo non impedítam; & totum Officium fit ut in própria Ecclésia.

## DIE XXX. IUNII.

In Commemoratióne S. Pauli Apóstoli. Duplex.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Regem Apostolórum Dóminum, * Veníte adorémus. Psalmus. Veníte, exultémus. 2. Hymnus. Egrégie Doctor. ut suprà.





In primo Noctúrno, Aña.

Qui operátus est Petro in Apostolátum, operátus est & mihi inter Gentes: & cognovérunt grátiam, quæ data est mihi à Christo Dómino. Psalm. Cæli enárrant glóriam Dei. 14. Antíphona. Scio cui crédidi, & certus sum, quia potens est depósitum meum serváre in illum diem, iustus iudex. Psalm. Benedícam Dóminum. 54. Antíphona. Mihi vívere Christus est, & mori lucrum: gloriári me opórtet in cruce Dómini nostri Iesu Christi. Psalmus. Eructávit cor meum. 67. ℣. In omnem terram exívit sonus eórum. ℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

In secúndo Noctúrno, Aña.

Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole, Prædicátor veritátis in univérso mundo. Psalmus. Omnes Gentes. 68. Aña. Magnus sanctus Paulus vas electiónis, verè dignè est glorificándus, qui & méruit thronum duodécimum possidére. Psalm. Exáudi Deus deprecatiónem. 77. Antiph. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. Psalmus. Exáudi Deus oratiónem. 78. ℣. Constítues eos príncipes super omnem terram. ℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

In tértio Noctúrno, Aña.

Saulus, qui & Paulus, magnus prædicátor, à Deo confortátus convalescébat, & confundébat Iudǽos. Psalmus. Confitébimur tibi Deus. 89. Aña. Ne magnitúdo revelatiónum extóllat me, datus est mihi stímulus carnis meæ, ángelus sátanæ, qui me colaphízet: propter quod ter Dóminum rogávi, ut auferrétur à me, & dixit mihi Dóminus: Súfficit tibi Paule grátia mea. Psalmus. Dóminus regnávit, exúltet. 105. Antíphona. Repósita est mihi coróna iustítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die iustus iudex. Psalmus. Dóminus regnávit, irascántur. 110. ℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus. ℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

AD LAUDES,

& per Horas, Antíphona.

Ego plantávi, Apóllo rigávit, Deus autem increméntum dedit, allelúia. Psalm. Dóminus regnávit. cum réliquis. 17. Antíphona. Libénter gloriábor in infirmitátibus meis, ut inhábitet in me virtus Christi. Antíphona. Grátia Dei in me vácua non fuit, sed grátia eius semper in me manet. Aña. Damásci, præpósitus gentis Aretæ regis vóluit me comprehéndere: à frátribus per murum demíssus sum in sporta, & sic evási manus eius, in nómine Dómini. Aña. Ter virgis cæsus sum, semel lapidátus sum, ter naufrágium pértuli pro Christi nómine.

CAPITULUM. 2. *Tim.* 4. *b*

Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In réliquo repó-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sita est mihi corôna iustítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die iustus iudex.

Hymnus. E xúltet orbis gáudijs. infrà, ùt in Commûni Apostolor. i. ℣. Tu es vas electiônis, sancte Paule Apostole. ℟. Prædicâtor veritátis in univérso mundo.

Ad Benedictus, Antiphona.

Vos, qui secúti estis me, sedébitis super sedes, iudicántes duódecim tribus Israel, dicit Dñs.

ORATIO.

DEus, qui multitúdinem Géntium beati Pauli Apóstoli prædicatiône docuísti: da nobis quæsumus; ut cuius natalítia cólimus, eius apud te patrocínia sentiâmus. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemor. S. Petri Añ. Tu es pastor óvium, princeps Apostolórum, tibi tráditæ sunt claves regni cælórum. ℣. Tu es Petrus. ℟. Et super hanc petram ædificâbo Ecclésiam meam.

ORATIO.

DEus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni cæléstis, ligândi atque solvéndi pontifícium tradidísti: concêde, ut intercessiônis eius auxílio, à peccatórum nostrórum néxibus liberêmur.

Deindè Octâvæ S. Ioannis Añ. Apértum est os Zachariæ, & prophetâvit, dicens: Benedíctus Deus Israël. ℣. Iste puer magnus coram Dómino. ℟. Nam & manus eius cum ipso est.

ORATIO.

DEus, qui præséntem diem honorábilem nobis in beati Ioánnis nativitate fecísti: da pópulis tuis spiritualium grátiam gaudiorum; & ómnium fidélium mentes dírige in viam salútis ætérnæ. Per Dóminum.

Ad Tértiam, Aña. Libénter gloriâbor. Capitulum. Bonum certâmen. ut suprà. 389.

℟.br. In omnem terram, * Exívit sonus eorum. In omnem. ℣. Et in fines orbis terræ verba eórum. Exivit. Gloria Patri. In omnem. ℣. Constítues eos príncipes super omnem terram. ℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Ad Sextam, Antíphona.

Grátia Dei.

CAPITULUM. 2.*Cor*.12.*b*

NE magnitûdo revelatiônum extollat me, datus est mihi stímulus carnis meæ ángelus satanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter Dóminum rogávi, ut discéderet à me: & dixit mihi: Súfficit tibi grátia mea.

℟.br. Constítues eos príncipes, * Super omnem terram. Constítues. ℣. Mémores erunt nóminis tui Dómine. Super. Glória Patri. Constítues. ℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus. ℟. Nimis confortâtus est principâtus eórum.

Ad Nonam, Antiphona.

Ter virgis cæsus sum.

CAPITULUM. 1.*Cor*. 15.

EGo enim sum mínimus Apostolórum, qui non sum dignus voçári Apóstolus, quóniàm persecûtus sum Ecclésiam Dei. Grátia autem Dei sum id quod sum, & grátia eius in me vacua non fuit.

℟.br. Nimis honoráti sunt. * Amíci tui Deus. Nimis. ℣. Nimis confortàtus est principâtus eorum. Amíci. Glória Patri. Nimis. ℣. Annunciavérunt ópera Dei. ℟. Et facta eius intellexérunt.

Ad Vésperas, Aña. Iurâvit Dóminus. cum réliquis de Commûni Apostolórum. iii.

A Capitulo fit de Octâva S. Ioánnis, ut in primis Vésperis Festi. 380.

In fine pro Commem. Apostolórum, Aña. Petrus Apóstolus, & Paulus Doctor Géntium, ipsi nos docuérunt legem tuam Dómine. ℣. Constítues eos príncipes super omnem terram. ℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

ORATIO.

DEus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuorum Petri & Pauli martýrio consecrásti: da Ecclésiæ tuæ, eórum in ómnibus sequi præcéptum, per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum.

Sed in Ecclésia S. Pauli Vésperæ integræ dicúntur de eo. Aña. Iurâvit Dóminus. cum réliquis de Commûni Apostolórum. iii. Capitulum & réliqua fit in primis Vésperis, 385. cum Commem. S. Petri, 388. & Octâvæ S. Ioánnis, Aña. Ingrésso Zacharía templum Dómini, appáruit ei Gabriël Angelus, stans à dextris altáris incénsi. ℣. Fuit homo missus à Deo. ℟. Cui nomen erat Ioánnes.

Orátio. Deus, qui præséntem diem. ùt suprà. 390.

FESTA IULII.

Prima die non impedita dícitur Officium Defunctor. lxviii.

DIE I. IULII.

In die Octâva S. Ioánnis Baptístæ. Duplex.

Omnia dicúntur sicut in die. 380. In Láudibus fit Commemor. Apostolor. Aña. Gloriósi príncipes terræ, quómodò in vita sua dilexérunt se, ità & in morte non sunt separáti. ℣. In omnem terram exívit sonus eórum. ℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Orátio. Deus, qui hodiérnam diem. ùt suprà.

DIE II. IULII.

In festo Visitatiónis B. Maríæ Virginis. Duplex.

Ad Vésperas, Antiphona.

Exúrgens María. cum réliquis de Laudibus. 392. Psalmi consuéti de S. María, ùt in eius Officio parvo, ùt infrà.

CAPITULUM. *Eccli*. 24. *b*

AB inítio, & ante sǽcula creâta sum, & usque ad futúrum sǽculum non désinam, & in habitatiône sancta coram ipso ministrávi.

Hymnus. Ave maris stella. xlii. ℣. Benedícta tu in muliéribus. ℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Magnificat, Antiphona.

Beâta es María, quæ credidísti: perficiéntur in te quæ dicta sunt tibi à Dómino, allelúia.

Bb 4 ORA-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ORATIO.

FAmulis tuis, quǽsumus Dómine, cæléstis grátiæ munus impertíre: ut quibus beátæ Vírginis partus éxtitit salútis exórdium, Visitatiónis eius votíva solémnitas, pacis tríbuat increméntum. Per Dñm nostrum.

Et fit Commemorátio sancti Ioánnis, Aña. Puer qui natus est nobis, plus quàm Prophéta est: hic est enim, de quo Salvátor ait: Inter natos mulíerum non surréxit maior Ioánne Baptista. ℣. Iste puer magnus coram Dómino. ℟. Nam & manus eius cum ipso est.

ORATIO.

DEus, qui præséntem diem honorábilem nobis in beáti Ioánnis Nativitáte fecísti: da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum; & ómnium fidélium mentes dírige in viam salútis ætérnæ.

Deíndè fit Commemorátio Apostolórum, Antiph. Petrus Apóstolus, & Paulus Doctor Géntium, ipsi nos docuérunt legem tuam Dómine. ℣. Constítues eos príncipes super omnem terram. ℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

ORATIO.

DEus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri & Pauli martýrio consecrásti: da Ecclésiæ tuæ, eórum in ómnibus sequi præcéptum, per quos religiónis sumpsit exórdium.

Postrémò fit Commemorátio sanctórum Mártyrum Procéssi & Martiniáni, Aña. Istórum est enim regnum cælórum, qui contempsérunt vitam mundi & pervenérunt ad prǽmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætámini in Dómino, & exultáte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

ORATIO.

DEus, qui nos sanctórum mártyrum tuórum Procéssi & Martiniáni gloriósis confessiónibus circúmdas & prótegis: da nobis & eórum imitatióne profícere, & intercessióne gaudére. Per Dóminum.

Ad Matutínum, Invitatórium. Visitatiónem vírginis Maríæ celebrémus, * Christum eius Fílium adorémus Dóminum. Psalmus. Veníte, exultémus. 2. Hymnus. Quem terra. Añæ, Psalmi, & Versículi Nocturnórum, ut in Offício parvo B. Maríæ. xlv.

## AD LAUDES, & per Horas, Antiphona.

EXúrgens María ábiit in montána cum festinatióne in civitátem Iuda. Psalm. Dóminus regnávit. cum réliquis. 17. Aña. Intrávit María in domum Zacharíæ, & salutávit Elísabeth. Aña. Ut audívit salutatiónem Maríæ Elísabeht, exultávit infans in útero eius, & replèta es Spíritu sancto, allelúia. Aña. Benedícta tu inter mulíeres, & benedíctus fructus ventris tui. Antíphona. Ex quo facta est vox salutatiónis tuæ in áuribus meis, exultávit infans in útero meo, al-



lelúia. Capítulum. Ab inítio. Hymnus. O gloriósa Vírginum. ut supra in Offício B. Maríæ in Sabbato. xxxvi.

℣. Benedícta tu in mulíeribus. ℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Benedíctus, Antíphona. Cùm audísset salutatiónem Maríæ Elísabeth, exclamávit voce magna, & dixit: Undè hoc mihi, ut véniat mater Dómini mei ad me? allelúia.

ORATIO.

FAmulis tuis, quǽsumus Dómine, cæléstis grátiæ munus impertíre: ut quibus beátæ Vírginis partus éxtitit salútis exórdium, Visitatiónis eius votíva solémnitas, pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum nostrum.

Deíndè fit Comm. de Octáva Apostolórum, Antiph. Gloriósi príncipes terræ, quómodò in vita sua dilexérunt se, ità & in morte non sunt separáti. ℣. In omnem terram exívit sonus eórum. ℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

ORATIO.

DEus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri & Pauli martýrio consecrásti: da Ecclésiæ tuæ, eórum in ómnibus sequi præcéptum, per quos religiónis sumpsit exórdium.

Et sanctórum Procéssi & Martiniáni mártyrum, Antíphona. Vestri capilli cápitis omnes numeráti sunt: nolíte timére: multis passéribus melióres estis vos. ℣. Exultábunt sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis. Orátio. Deus, qui nos. ut supra. 392.

Ad Primam in ℟. brevi dícitur. ℣. Qui natus es de María vírgine.

Ad Tértiam, Antíphona. Intrávit María. Capítulum. Ab inítio. xxxvi.

℟. br. Spécie tua, * Et pulchritúdine tua. Spécie tua. ℣. Inténde, prósperè procéde, & regna. Et pulchritúdine. Glória. Spécie tua. ℣. Adiuvábit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio eius, non commovébitur.

Ad Sextam, Antíphona. Ut audívit.

CAPITULUM. *Eccli. 24. b*

ET sic in Sion firmáta sum, & in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, & in Ierúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, & in parte Dei mei heréditas illíus, & in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

℟. br. Adiuvábit eam, * Deus, vultu suo. Adiuvábit. ℣. Deus, in médio eius, non commovébitur. Deus. Glória. Adiuvábit. ℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Ad Nonam, Antíphona. Ex quo facta est.

CAPITULUM. *Eccli. 24. b*

IN platéis sicut cinnamómum & bálsamum aromatízans odórem dedi: quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris.

℟. br. Elégit eam Deus, * Et præ-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

præelêgit eam. Elêgit. ℣. In tabernaculo suo habitâre facit eam. Et præelêgit. Glória Patri. Elêgit. ℣. Diffûsa est grátia in labijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

In secúndis Vésperis ómnia ùt in primis. 391.

Ad Magníficat, Antíphona.

Beátam me dicent omnes generatiónes, quia ancíllam humilem respéxit Deus, allelúia.

Orátio. Fámulis tuis, quǽsumus. ut suprà. 393.

Deindè fit Commem. de Octáva Apostol. Aña. Petrus Apóstolus, & Paulus Doctor Géntium, ipsi nos docuérunt legem tuam Dómine. ℣. Constítues eos príncipes super omnem terram. ℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine. Orátio. Deus, qui hodiérnam. ùt infrà.

Infra Octâvam SS. Petri & Pauli, omnia dicúntur de Commúni Apostolórum, præter Antíphonas ad Benedíctus, & ad Magníficat, quæ dicúntur, ùt infrà notâtur.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Gloriósi príncipes terræ, quómodo in vita sua dilexérunt se, ità & in morte non sunt separáti. ℣. In omnem terram exivit sonus eôrum. ℟. Et in fines orbis terræ verba eôrum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Petrus Apóstolus, & Paulus Doctor Géntium, ipsi nos docuérunt legem tuam Dómine. ℣. Constítues eos príncipes super omnem terram. ℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

ORATIO.

DEus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri & Pauli martýrio consecrásti: da Ecclésiæ tuæ, eorum in ómnibus sequi præcéptum, per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum nostrum.

## DIE VI. IULII.

In Octâva SS. Apostolôrum Petri & Pauli. Duplex.

Ad Vésperas, Antíphona.

Hoc est præcéptum. cum réliquis Antiphonis, & Psalmis, Capítulo, & Hymno ùt in primis Vésperis de Commúni Apostolórum. i. ℣. Constítues eos príncipes super omnem terram. ℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Ad Magníficat, Antíphona.

Petrus Apóstolus, & Paulus Doctor Géntium, ipsi nos docuérunt legem tuam Dómine.

ORATIO.

DEus, cuius déxtera beâtum Petrum ambulántem in flúctibus, ne mergerêtur, eréxit: & coapóstolum eius Paulum, tértiò naufragántem, de profúndo pélagi liberávit: exáudi nos propítius, & concêde: ut ambórum méritis æternitâtis glóriam consequâmur. Qui vivis & regnas.

Ad Matutínum, Laudes & álias Horas ómnia dicúntur de Commúni Apostolorum sicut infra Octâvam.

In Láudibus, ℣. In omnem terram exivit sonus eôrum. ℟. Et in fines orbis terræ verba eôrum.





Ad Benedíctus, Antíphona.

Gloriósi príncipes terræ, quómodo in vita sua dilexérunt se, ità & in morte non sunt separáti. Orátio. Deus, cuius déxtera beâtum Petrum ambulántem. ùt suprà. 394.

In ii. Vésperis, Aña. Iurâvit Dóminus. cum réliquis Antiphonis & Psalmis de Commúni Apostolorum. iii. ℣. Constítues eos príncipes super omnem terram. ℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Ad Magníficat, Antíphona.

Petrus Apóstolus, & Paulus Doctor Géntium, ipsi nos docuérunt legem tuam Dómine.

Orátio. Deus, cuius déxtera beâtum Petrum. ùt suprà. 394.

## DIE VIII. IULII.

In festo S. Elisabeth Regínæ Portugálliæ. Semiduplex.

Ad Vesperas, Antiphona.

Dum esset Rex. cum réliquis de Láudibus. 396. Psalmi de Commúni non Virg. xxviii.

CAPITULUM. *Prov. 31. b*

MUlíerem fortem quis invéniet? procul, & de últimis fínibus prétium eius. Confidit in ea cor viri sui, & spólijs non dirigêbit.

HYMNUS.

DOmâre cordis ímpetus Elisabeth
Fortis, inópsque, Deo
Servire, regno prætulit.
En fúlgidis recépta cæli sédibus,
Sidereǽque domus
Ditâta sanctis gáudijs.

Nunc regnat inter Cǽlites beátior,
Et premit astra, docens
Quæ vera sint regni bona.
Patri potéstas, Filióque glória,
Perpetuúmque decus
Tibi sit alme Spíritus. Amen.

℣. Ora pro nobis beâta Elisabeth. ℟. Ut digni efficiâmur promissiónibus Christi.

Ad Magníficat, Antíphona.

Et nunc reges intelligite, erudímini qui iudicâtis terram.

ORATIO.

CLementíssime Deus, qui beâtam Elísabeth reginam, inter céteras egrégias dotes, béllici furoris sedándi prærogatíva decorásti: da nobis eius intercessióne, post mortâlis vitæ, quam suppliciter pétimus, pacem, ad ætérna gáudia perveníre. Per Dóminum.

Ad Matutinum, Invitatórium.

Laudêmus Deum nostrum, * In sanctis opéribus beatæ Elísabeth.

Hymnus ùt suprà in Vésperis.

In primo Nocturno, Aña.

Elevâta est magnificéntia Elísabeth super cælos. Psalm. Dómine Dóminus noster. cum réliquis, ut in Psaltério. 6. Antíphona. Veni elécta mea, & ponam in te thronum meum, quia concupivit Rex spéciem tuam. Psalmus. Cæli enárrant. 14. Antíphona. Accépit benedictiónem à Dómino, & misericórdiam à Deo salutâri suo. Psalmus. Dómini est terra. 31. ℣. Multæ fíliæ congregavérunt divítias. ℟. Tu supergréssa es univérsas.

In secúndo Noctúrno, Aña. Propter veritâtem, & mansuetúdinem, & iustítiam dedûcet te mirabíliter déxtera tua. Psalmus. Eructâvit cor meum. 67. Antíphona. Arcum cónteret, & confrínget arma, & scuta combûret igni. Psalmus. Deus noster refúgium. 68. Aña. Iustítia & misericórdia plena est déxtera tua. Psalmus. Magnus Dóminus. 68. ℣. Virga tua, & báculus tuus. ℟. Ipsa me consolâta sunt.

In tértio Noctúrno, Aña. Conféssio & pulchritúdo in conspéctu eius, sanctitas & magnificéntia in sanctificatióne eius. Psalm. Cantâte Dómino cánticum novum. i. 105. Aña. Annunciavérunt cæli iustítiam eius: & vidérunt omnes pópuli glóriam eius. Psalmus. Dóminus regnâvit, exúltet terra. 105. Aña. Iudicâvit in iustítia, & pópulos in æquitâte. Psalm. Cantâte Dómino cánticum novum. ii. 109. ℣. Ignis ante ipsam præcêdet. ℟. Et inflammábit in circúitu inimícos eius.

AD LAUDES,

& per Horas, Antíphona.

Dum esset in Rex accúbito suo, nardus mea dedit odórem suavitâtis. Psalm. Dóminus regnâvit, cum reliq. 17. Aña. Et concupíscet Rex decórem tuum, quia ipse est Dóminus Deus tuus. Antíphona. Potens in ópere & sermône lenívit iracúndiam Dómini, & conciliâvit cor patris ad fílium. Antíph. Quasi arcus refúlgens inter nébulas glóriæ, & quasi flos rosârum in diébus vernis. Antiph. Quasi stella matutína in médio nébulæ, & quasi luna plena in diébus suis.

Capítulum. Mulíerem fortem. ut suprà. 395.

HYMNUS.

Opes decúsque régium relíqueras
Elisabeth, Dei dicâta númini:
Recépta nunc beâtis inter Angelos:
Libens ab hóstium tuêre nos dolis.
Præi, viámque dux salûtis índica
Sequêmur. O sit una mens fidélium,
Odor bonus sit omnis áctio, tuis
Id innuit rosis opérta cháritas.
Beâta cháritas, in arce síderum,
Potens locâre nos per omne sæculum:
Patríque, Filióque summa glória,
Tibíque laus perénnis, alme Spíritus. Amen.

℣. Méritis & précibus beatæ Elisabet. ℟. Propítius esto Dómine pópulo tuo.

Ad Benedíctus, Antíphona. Tu glória Ierúsalem, tu lætítia Israël, tu honorificéntia pópuli tui. Orátio. Clementíssime Deus. ut suprà. 395.

Ad Horas, Antíphonæ Laudum Capítula & Responsória brévia de Commûni non Vírginum. xxx.

In ii. Vésp. Aña. Dum esset Rex, ut suprà in Láudib. Psalmi, Capítulum, Hymnus & ℣. ut in primis Vésperis. 395.

Ad Magníficat, Antíphona. Elísabeth pacis & pátriæ mater, in cælo triúmphans dona nobis pacem. Orátio. Clementíssime. ut suprà. 395.

DIE X. IULII.

In festo SS. septem fratrum, ac Rufínæ & Secúndæ virg. & mart. Semidúplex.

Omnia de Commûni plurimôrum Mart. xiv.

ORATIO.

Præsta quǽsumus omnípotens Deus: ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognovimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiâmus. Per Dóminum.

In ii. Vésp. fit Commem. S. Pij.

DIE XI. IULII.

S. Pij Papæ & mártyris.

Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certâvit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundâtus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honóre coronásti eum Dñe. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuârum.

ORATIO.

Infirmitâtem nostram réspice omnípotens Deus: & quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti Pij mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

DIE XII. IULII.

In festo S. Ioánnis Gualbérti Abbátis. Dúplex.

Omnia de Commûni Confessóris non Pontíficis. xx.



ORATIO.

Intercéssio nos, quǽsumus Dómine, beáti Ioánnis Abbâtis comméndet: ut quod nostris méritis non valêmus, eius patrocínio assequâmur. Per Dóminum.

In primis Vésperis & Láudibus fit Commemor. SS. Naboris & Felícis mártyrum.

In Vésperis, Aña. Istórum. ℣. Lætámini in Dómino. ut in Commûni. xiv.

ORATIO.

Præsta quǽsumus Dómine: ut sicut nos sanctórum mártyrum tuórum Naboris & Felícis natalítia celebránda non déserunt, ità iúgiter suffrágijs commiténtur. Per Dóminum.

Ad Laudes, Antíphona. Vestri capílli. ℣. Exultábunt sancti. xvi.

In secúndis Vésperis fit Commemorátio S. Anacléti Papæ & mártyris, ut infrà.

DIE XIII. IULII.

In festo S. Anacléti Papæ & mártyris. Semidúplex.

ORATIO.

Deus, qui nos beáti Anacléti mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitâte lætíficas: concéde propítius; ut cuius natalítia cólimus, de eiúsdem étiam protectióne gaudeâmus. Per Dóminum.

DIE XIV. IULII.

In festo S. Bonaventûræ Epíscopi Confessóris & Ecclésiæ Doctóris. Dúplex.

Ad Magníficat in utrísque Vés-

Vésperis, Antíphona. O Doctor óptime. ùt in Commûni Confessóris Pontíficis. xvii.

ORATIO.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beâtum Bonaventûram minístrum tribuísti: præsta quæsumus; ut quem Doctôrem vitæ habúimus in terris, intercessorem habêre mereâmur in cælis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Deindè fit Commem. S. Anacléti, Antiph. Qui vult venîre pos me, ábneget semetípsum, & tollat crucem suam, & sequâtur me. ℣. Iustus ùt palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Orátio. Deus, qui nos. ùt suprà. 397.

In secúndis Vésperis fit Commemorátio S. Henrîci Confessoris, Aña. Similâbo eum viro sapiénti, qui ædificâvit domum suam supra petram. ℣. Amàvit eum Dóminus, & ornàvit eum. ℟. Stolam glóriæ induit eum. Orátio. Deus, qui hodiérna. ùt infrà.

## DIE XV. IULII.

In festo sancti Henrîci Imperatôris Confessôris.

Semiduplex.

Omnia de Commûni Confessôris non Pontíficis, xx. præter Orationem.

In Hymno. Iste Conféssor. mutàtur tértius Versus.

ORATIO.

DEus, qui hodiérna die beâtum Henrícum Confessorem tuum è terréni cúlmine impérij ad regnum ætérnum transtulísti: te súpplices exorâmus; ut sicut illum gratiæ tuæ ubertâte prævéntum, illécebras sǽculi superâre fecisti; ità nos facias eius imitatione, mundi huius blandiménta vitâre, & ad te puris méntibus pervenire. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Vésperæ de sequénti, Commemoratio præcedéntis.

## DIE XVI. IULII.

In festo B. Maríæ Vírginis de Monte Carmelo.

Duplex.

Omnia ùt in festo B. Maríæ ad Nives v. Augústi, præter illa, quæ sequúntur.

Ad Magníficat, Antíphona.

Sancta Maria succúrre míseris, iuva pusillánimes, réfove flébiles, ora pro pópulo, intérveni pro clero, intercêde pro devóto femíneo sexu: séntiant omnes tuum iuvâmen, quicúmque célebrant tuam solémnem Commemoratiónem.

ORATIO.

DEus, qui beatíssimæ semper Vírginis & Genitrícis tuæ Maríæ singulári título Carméli Ordinem decorásti: concêde propítius; ut cuius hodiè Commemoratiónem solémni celebrâmus Officio, eius muníti præsídijs, ad gáudia sempitérna pervenire mereâmur. Qui vivis.

Deindè fit Comm. S. Henrici. Aña. Hic vir. ℣. Iustum dedúxit. ℟. Et osténdit. Orátio, ùt suprà.

Ad Laudes, & per Horas, ómnia ùt in festo B. Maríæ ad Nives.





Ad Benedictus, Antíphona.

Caput tuum ùt Carmêlus, & comæ cápitis tui, sicut púrpura Regis vincta canálibus, allelúia.

In ii. Vésperis Antiphonæ, Psalmi, Capitulum, Hymnus, & ℣. ùt in primis Vésperis.

Ad Magníficat, Antíphona.

Glória Líbani data est ei: decor Carméli, & Saron, allelúia.

Deindè fit Comm. S. Aléxij.

## DIE XVII. IULII.

In festo S. Aléxij Confessôris.

Semiduplex. ORATIO.

DEus, qui nos beáti Aléxij Confessôris tui ánnua solemnitâte lætíficas: concêde propítius; ut cuius natalítia cólimus, étiam actiónes imitêmur. Per Dóminum.

In secúndis Vésperis à Capítulo de sequénti cum Commemoratióne præcedéntis, & S. Simphorósæ cum septem filijs martyr.

## DIE XVIII. IULII.

In festo S. Camílli de Lellis Confessoris. Semiduplex.

Omnia de Commûni Confessôris non Pontíficis, xx. præter Orationem.

ORATIO.

DEus, qui beâtum Camíllum ad animárum in extrémo agône luctántium subsídium singulári charitâtis prærogativa decorasti: eius, quæsumus, méritis spíritum nobis tuæ dilectiónis infúnde; ut in hora éxitus nostri hostem víncere, & ad cæléstem mereâmur corônam pervenîre. Per Dóminum.

Deindè fit Commemor. S. Aléxij, Antíphona. Hic vir. ℣. Iustum dedúxit. Orátio. Deus, qui nos. ùt suprà. & posteà S. Symphorósæ &c. Aña. Istôrum, est. ℣. Lætámini. ùt in Commûni plurimôrum Mart.

ORATIO.

DEus, qui nos concêdis sanctôrum mártyrum tuorum, Symphorosæ & Filiorum eius, natalítia cólere: da nobis in ætérna beatitúdine de eôrum societâte gaudêre. Per Dóminum.

In Láudibus fit Commem. S. Symphorosæ, &c. Aña. Vestri capilli. ℣. Exultábunt sancti. & Orátio. Deus, qui nos. ùt suprà.

Vésperæ de S. Vincéntio à Paulo, Confessore, cum Commem. S. Camílli de Lellis.

## DIE XIX. IULII.

In festo S. Vincéntij à Paulo Confessôris. Duplex.

Omnia de Commûni Confessôris non Pontíficis, xx. præter Oratiônem.

In Hymno. Iste Conféssor. mutâtur tértius versus.

ORATIO.

DEus, qui ad evangelizándum paupéribus, & ecclesiástici Ordinis decôrem promovéndum, beâtum Vincéntium Apostólica virtûte roborásti: præsta quæsumus; ut cuius pia mérita venerámur, virtûtum quoque instruâmur exémplis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

In secúndis Vésperis fit Commemorátio S. Margaritæ.

## DIE XX. IULII.

In festo S. Hierónymi Æmiliani, Congregatiónis Somáschæ Fundatóris. Duplex.

Vésperæ de S. Vincéntio à Paulo, à Capítulo de sequenti.

Omnia de Commúni Confessôris non Pontíficis, xx. præter sequentia.

ORATIO.

Deus misericordiárum Pater, per mérita, & intercessiónem beáti Hierónymi, quem Orphanis adiutórem & patrem esse voluísti: concêde; ut spíritum adoptiónis, quo fílij tui nominámur & sumus, fidéliter custodiámus. Per Dóminum nostrum.

Deindè fit Commemorátio præcedéntis, & S. Margarítæ Vírginis & Mártyris.

ORATIO.

Indulgéntiam nobis, quæsumus Dómine, beáta Margaríta virgo & mártyr imploret: quæ tibi grata semper éxtitit & mérito castitátis, & tuæ professióne virtútis. Per Dóminum.

## DIE XXI. IULII.

S. Praxêdis vírginis.

ORATIO.

Exáudi nos Deus salutâris noster: ut sicut de beátæ Praxêdis vírginis tuæ festivitâte gaudêmus; ità piæ devotiónis erudiâmur affectu. Per Dóminum nostrum.

## DIE XXII. IULII.

In festo S. Maríæ Magdalénæ Duplex.

Ad Vésperas, Antíphona.

Dum esset Rex. cum réliquis de Láudibus. 400. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis de Commúni Vírginum. xxiii.

CAPITULUM. *Prov. 31. b*

Mulíerem fortem quis invéniet? procul, & de últimis fínibus prétium eius. Confídit in ea cor viri sui, & spólijs non indigêbit.

HYMNUS.

Pater supérni lúminis,
Cum Magdalênam réspicis,
Flammas amóris éxcitas,
Gelúque solvis péctoris.
Amore currit sáucia
Pedes beátos úngere,
Laváre fletu, térgere
Comis, & ore lambere.
Adstâre non timet Cruci,
Sepulchro inhæret anxia:
Truces nec horret mílites:
Pellit timórem Cháritas.
O vera, Christe, Cháritas,
Tu nostra purga crímina,
Tu corda reple grátia,
Tu redde cæli præmia.
Patri, simúlque Fílio,
Tibique sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit iúgiter
Sæclum per omne glória.
Amen.

℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℞. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Múlier, quæ erat in civitâte peccátrix, ùt cognóvit quòd Iesus accúbuit in domo Simónis leprósi, áttulit alabástrum unguénti, & stans retrò secus pedes Iesu, lácrymis cœpit rigáre pedes eius, & capíllis cápitis sui tergêbat, & osculabâtur pedes eius, & unguénto ungêbat.

ORA-



ORATIO.

Beátæ Maríæ Magdalénæ, quǽsumus Dómine, suffrágijs adiuvêmur: cuius précibus exorâtus, quatriduánum fratrem Lázarum vivum ab ínferis resuscitásti. Qui vivis.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Laudêmus Deum nostrum, * In conversióne Maríæ Magdalénæ. Psalmus. Venite, exultêmus. 2.

HYMNUS.

Maria castis ósculis
Lambit Dei vestígia:
Fletu rigat, tergit comis,
Detérsa nardo pérlinit.
Deo Patri sit glória,
Eiúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, & per omne sǽculum.
Amen.

Añæ, Psal. & ℣. Noct. de Comm. nec Virg. nec Márt. & ad Laudes, & per Horas, & Capitul. Añæ. Mulíerem fortem. de Commúni nec Vírgin. nec Mart. xxix.

HYMNUS.

Summi Paréntis Unice,
Vultu pio nos réspice,
Vocans ad arcem glóriæ
Cor Magdalénæ pœnitens.
Amissa drachma régio
Recóndita est ærário;
Et gemma, detérso luto,
Nitore vincit sídera.
Iesu, medêla vúlnerum,
Spes una pœniténtium,
Per Magdalénæ lácrymas
Peccáta nostra díluas.
Dei parens píissima,
Hevæ népotes flébiles
De mille vitæ flúctibus
Salûtis in portum vehas.
Uni Deo sit glória,
Pro multifórmi grátia,
Peccántium qui crímina
Remíttit, & dat prǽmia.
Amen.

℣. Elêgit eam Deus, & prælêgit eam. ℞. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Maria unxit pedes Iesu, & extérsit capíllis suis, & domus implêta est ex odóre unguénti.

Orátio. Beatæ Maríæ Magdalénæ. 400.

Ad Tértiam, Antíphona.

In odórem. Capítulum. Mulíerem fortem. ut suprà. 400.

℞. br. Spécie tua, * Et pulchritúdine tua. Spécie tua. ℣. Inténde, próspere procêde, & regna. Et pulchritúdine. Glória Patri. Spécie tua. ℣. Adiuvâbit eam Deus vultu suo. ℞. Deus, in médio eius, non commovébitur.

Ad Sextam, Antíphona.

Iam hiems tránsijt.

CAPITULUM. *Prov. 31. c*

Manum suam apéruit ínopi, & palmas suas exténdit ad páuperem. Non timêbit dómui suæ à frigóribus nivis.

℞. br. Adiuvâbit eam, * Deus vultu suo. Adiuvâbit. ℣. Deus, in médio eius, non commovébitur. Deus. Glória. Adiuvâbit.

℣. Elêgit eam Deus, & prælêgit eam. ℞. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Ad Nonam, Antíphona.

Ista est speciósa.

CAPITULUM. *Prov. 31. d*

Multæ filiæ congregavérunt divítias: tu supergréssa

Cc es

es univérsas. Fallax grátia, & vana est pulchritúdo: múlier timens Dóminum, ipsa laudábitur. ℟. br. Elêgit eam Deus, * Et præelêgit eam. Elêgit. ℣. In tabernáculo suo habitâre facit eam. Et præelêgit. Glória Patri. Elêgit. ℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Vésperæ à Capítulo de sancto Apollinâri, cum Commemorat. S. Maríæ Magdalénæ, & S. Libórij Epíscopi & Confessôris.

## DIE XXIII. IULII.

In festo S. Apollinâris Epíscopi & mártyris. Duplex.

ORATIO.

DEus, fidélium remunerâtor animârum, qui hunc diem beáti Apollinâris sacerdótis tui martýrio consecrasti: tríbue nobis quǽsumus fámulis tuis; ut cuius venerándam celebrâmus festivitâtem, précibus eius indulgéntiam consequâmur. Per Dóminum.

Deindè fit Commem. sanctæ Maríæ Magdalénæ, Aña. Múlier, quæ erat in civitâte peccátrix, áttulit alabástrum unguénti, & stans retrò secus pedes Dómini, lácrymis cœpit rigáre pedes eius, & capíllis cápitis sui tergêbat. ℣. Elêgit eam Deus, & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitâre facit eam. Orátio. Beatæ Maríæ. ùt suprà. 400.

Pósteà S. Libórij Epíscopi & Confessôris, Antiph. Sacérdos. ℣. Amâvit. Orátio. Da quæsumus. xviii.

In Láudibus fit Commemor. S. Libórij Epíscopi & Confessôris, Aña. Euge serve. ℣. Iustum dedúxit. xix. Orátio. Da quǽsumus. xviii.

In ii. Vésperis fit Commem. S. Christínæ vírginis & mart. Aña. Veni sponsa Christi, áccipe corônam, quam tibi Dóminus præparâvit in ætérnum. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procéde, & regna. ORATIO.

INdulgéntiam nobis, quæsumus Dómine, beâta Christína virgo & martyr implóret: quæ tibi grata semper éxtitit & mérito castitâtis, & tuæ professióne virtûtis. Per Dóminum.

## DIE XXIV. IULII.

In Vigília S. Iacóbi Apóstoli. Ad Laudes ùt in Psaltério, & dicuntur Preces feriáles flexis génibus. 60. ORATIO.

DA quæsumus omnípotens Deus: ut beáti Iacóbi Apóstoli tui, quam prævenimus, veneránda solémnitas, & devotiónem nobis áugeat, & salûtem. Per Dóminum.

Deindè fit Commemorátio S. Christínæ, Aña. Símile est regnum cælórum hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas: invénta una pretiósa, dedit ómnia sua, & comparâvit eam. ℣. Diffûsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum. Orátio. Indulgéntiam. ùt sup.

## DIE XXV. IULII.

In festo S. Iacóbi Apóstoli. Duplex.



Omnia de Commûni Apostolórum, præter Oratiónem.

ORATIO.

ESto Dómine plebi tuæ sanctificâtor & custos: ut Apóstoli tui Iacóbi munita præsídijs, & conversatióne tibi pláceat, & secúra mente desérviat. Per Dóminum.

In Láudibus tantùm fit Commemor. S. Christóphori martyris, Aña. Qui odit. ℣. Iustus ùt palma. & Orátio. Præsta quǽsumus. de Commûni uníus Mártyris. ix.

In ii. Vésperis fit Commemorátio S. Annæ.

## DIE XXVI. IULII.

In festo S. Annæ Matris B. Maríæ vírginis. Duplex.

Aña. Símile est regnum cælôrum hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas: invénta una pretiósa, dedit ómnia sua, & comparâvit eam. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procêde, & regna.

ORATIO.

DEus, qui beátæ Annæ grátiam conférre dignâtus es, ut Genitrícis unigéniti Fílij tui mater éffici mererêtur: concêde propítius; ut cuius solémnia celebrâmus, eius apud te patrocínijs adiuvêmur. Per eúmdem Dóminum.

In ii. Vésperis fit Commemorátio S. Pantaleónis.

## DIE XXVII. IULII.

S. Pantaleónis mártyris.

Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certâvit usque ad mortem, & à verbis impiorum non tímuit: fundâtus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honôre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera manuum tuârum.

ORATIO.

PRæsta quǽsumus omnípotens Deus: ut intercedénte beáto Pantaleône mártyre tuo, & à cunctis adversitátibus liberêmur in córpore, & à pravis cogitatiónibus mundêmur in mente. Per Dóminum.

## DIE XXVIII. IULII.

In festo SS. Nazárij, Celsi & Victóris mart. ac Innocéntij Papæ & Confes. Semiduplex.

ORATIO.

SAnctôrum tuôrum nos, Dómine, Nazárij, Celsi, Victôris, ac Innocéntij conféssio beâta commúniat: & fragilitâti nostræ subsídium dignánter exoret. Per Dóminum.

In ii. Vésperis à Capítulo fit de S. Martha.

## DIE XXIX. IULII.

In festo S. Marthæ vírginis. Semiduplex.

ORATIO.

EXáudi nos Deus salutâris noster: ut sicut de beatæ Marthæ vírginis tuæ festivitâte gaudêmus; ità piæ devotiónis erudiâmur afféctu. Per Dñm.

Pósteà fit Commemorátio SS. Nazárij, Celsi, &c. Antiph. Gáudent in cælis ánimæ sanctôrum, qui Christi vestígia sunt secûti: & quia pro eius amore sánguinem suum fudérunt, ideò cum Christo exúltant sine fine. ℣. Exultábunt sancti in glória. ℟. Læ-

℞. Lætabúntur in cubílibus suis. Orátio. Sanctórum tuorum nos, Dómine. ùt suprà.

Deindè Commem. SS. Felícis, Simplícij, Faustini, & Beatrícis, mártyrum, Aña. Istôrum est enim regnum cælôrum, qui contempsérunt vitam mundi,& pervenérunt ad præmia regni,& lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætámini in Dómino, & exultâte iusti. ℞. Et gloriámini omnes recti corde.

ORATIO.

PRæsta quæsumus Dómine, ut sicut pópulus Christiánus mártyrum tuórum Felícis, Simplícij, Faustini, & Beatrícis temporáli solemnitâte congáudet, ità perfruâtur ætérna: & quod votis célebrat, comprehéndat efféctu. Per Dóminum.

In Láudibus fit Commemor. SS. mártyrum Felícis, Simplícij, &c. Aña. Vestri capílli cápitis omnes numeráti sunt: nolíte timêre: multis passéribus melióres estis vos. ℣. Exultábunt sancti in glória. ℞. Lætabúntur in cubílibus suis. Orátio. Præsta quæsumus, ùt suprà. 403.

Et in ii. Vésperis SS. Abdon & Sennen mártyrum.

## DIE XXX. IULII.

SS. Abdon & Sennen mart.

Aña. Istôrum est enim regnum cælôrum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad præmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætámini in Dómino, & exultâte iusti. ℞. Et gloriámini omnes recti corde.

ORATIO.

DEus, qui sanctis tuis Abdon & Sennen ad hanc glóriam veniéndi copiósum munus grátiæ contulísti: da fámulis tuis suórum véniam peccatôrum; ut Sanctôrum tuórum intercedéntibus méritis, ab ómnibus mereâmur adversitátibus liberári. Per Dóminum.

## DIE XXXI. IULII.

In festo S. Ignátij Confessôris. Duplex.

Omia de Commûni Confessôris non Pontíficis, xx. præter Oratiônem. ORATIO.

DEus, qui ad maiórem tui Nóminis glóriam propagándam, novo per beâtum Ignátium subsídio militántem Ecclésiam roborásti: concêde, ut eius auxílio & imitatiône certántes in terris, coronári cum ipso mereâmur in cælis. Qui vivis.

## FESTA AUGUSTI.

Prima die non impedita dicitur Officium Defunctórum. lxviii.

## DIE I. AUGUSTI.

In festo S. Petri ad Vincula. Duplex.

Ad Vésperas, Antíphona. Heródes rex. cum relíquis de Láudibus. 406. Psalmus. Dixit Dóminus. cum relíquis de Domínica, 125. & loco último, Psalmus. Laudâte Dóminum omnes Gentes. 129.

CAPITULUM. *Actor.* 12.

MIsit Heródes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclésia. Occídit autem Iacobum fratrem Ioánnis

glá-



gládio. Videns autem quia placêret Iudæis, appósuit ut apprehénderet & Petrum.

HYMNUS.

MIris modis repéntè liber, férrea
Christo iubénte víncla Petrus éxuit:
Ovílis ille Pastor, & Rector gregis,
Vitæ reclûdit páscua, & fontes sacros,
Ovésque servat créditas, arcet lupos.
Patri perénne sit per ævum glória,
Tibíque laudes concinâmus ínclytas,
Ætérne Nate; sit supérne Spíritus
Honor tibi, decúsque: sancta iúgiter
Laudêtur omne Trínitas per sæculum. Amen.

℣. Tu es Petrus. ℞. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.

Ad Magníficat, Antíphona. Tu es pastor óvium, princeps Apostolórum, tibi tráditæ sunt claves regni cælórum.

ORATIO.

DEus, qui beâtum Petrum Apóstolum, à vínculis absolûtum, illǽsum abîre fecísti: nostrórum, quæsumus, absolve víncula peccatôrum; & ómnia mala à nobis propitiâtus exclûde. Per Dóminum.

Deindè fit Commem. S. Pauli, Aña. Sancte Paule Apóstole, prædicátor veritâtis, & Doctor Géntium, intercêde pro nobis ad Deum, qui te elégit. ℣. Tu es vas electiónis sancte Paule Apóstole. ℞. Prædicátor veritâtis in univérso mundo.

ORATIO.

DEus, qui multitúdinem Géntium beâti Pauli Apóstoli prædicatiône docuísti: da nobis quæsumus; ut cuius commemoratiônem cólimus, eius apud te patrocínia sentiâmus.

Et sancti Ignátij, Antíphona. Hic vir despíciens mundum, & terrêna, triúmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu. ℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℞. Et osténdit illi regnum Dei. Orátio. Deus, qui ad. ùt suprà. 404.

Pósteà SS. Mártyrum Machabæórum, Aña. Istôrum est enim regnum cælôrum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad præmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætámini in Dómino, & exultâte iusti. ℞. Et gloriámini omnes recti corde.

ORATIO.

FRatérna nos, Dómine, Mártyrum tuórum coróna lætíficet: quæ & fídei nostræ præbeat increménta virtútum, & multíplici nos suffrágio consolêtur. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutinum, Invitatórium. Regem Apostolôrum Dóminum, *Venite adorêmus. Psalmus. Veníte, exultêmus. 2.

HYMNUS.

QUodcúmque in orbe néxibus revínxeris,

 Erit

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Erit revínctum, Petre, in arce síderum:
Et quod resólvit hìc potéstas trádita,
Erit solútum cæli in alto vértice:
In fine mundi iudicábis sǽculum.
Patri perénne sit per ævum glória,
Tibíque laudes concinámus ínclytas,
Ætérne Nate; sit supérne Spíritus
Honor tibi, decúsque: sancta iúgiter
Laudétur omne Trínitas per sǽculum. Amen.

Antíphonæ, Psalmi, & ℣. Nocturnórum dicúntur de Commúni Apostolórum ut infrà. ii.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antíphona.

Heródes rex appósuit ut apprehénderet & Petrum: quem cùm apprehendísset, misit in cárcerem, volens post Pascha prodúcere eum pópulo. Psalm. Dóminus regnávit. cum réliq. 17. Aña. Petrus quidem servabátur in cárcere: orátio autem fiébat sine intermissióne ab Ecclésia ad Deum pro eo. Aña. Dixit Angelus ad Petrum: Circúmda tibi vestiméntum tuum, & séquere me. Aña. Misit Dóminus Angelum suum, & liberávit me de manu Heródis, allelúia. Aña. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.

CAPITULUM. *Act.* 12.

Misit Heródes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclésia. Occídit autem Iacóbum fratrem Ioánnis gládio. Videns autem quia placéret Iudǽis, appósuit ut apprehénderet & Petrum.

HYMNUS.

Beáte Pastor Petre, clemens áccipe
Voces precántum, críminúmque víncula
Verbo resólve, cui potéstas trádita,
Aperíre terris cælum, apértum cláudere.
Sit Trinitáti sempitérna glória,
Honor, potéstas, atque iubilátio,
In unitáte quæ gubérnat ómnia,
Per univérsa æternitátis sǽcula. Amen.

℣. Tu es Petrus. ℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.

Ad Benedictus, Antíphona.

Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum & in cælis: & quodcúmque sólveris super terram, erit solútum & in cælis: dicit Dóminus Simóni Petro.

ORATIO.

Deus, qui beátum Petrum Apóstolum, à vínculis absolútum, illǽsum abíre fecísti: nostrórum, quǽsumus, absólve víncula peccatórum; & ómnia mala à nobis propitiátus exclúde. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemorat. S. Pauli, ut suprà in Vésperis. 405.

Et sanctórum Machabæórum, Aña. Vestri capílli cápitis omnes numeráti sunt: nolíte timére: multis passéribus melióres estis vos. ℣. Exultábunt sancti in



glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Orátio. Fratérna nos. ut suprà. 405.

Ad Tertiam, Antíphona.

Petrus quidem. Capítulum. Misit Heródes. ut suprà.

℟. br. In omnem terram, * Exívit sonus eórum. In omnem. ℣. Et in fines orbis terræ verba eórum. Exívit. Glória Patri. In omnem. ℣. Constítues eos príncipes super omnem terram. ℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Ad Sextam, Antíphona.

Dixit Angelus.

CAPITULUM. *Act.* 12.

Petrus quidem servabátur in cárcere. Orátio autem fiébat sine intermissióne ab Ecclésia ad Deum pro eo.

℟. br. Constítues eos príncipes, * Super omnem terram. Constítues. ℣. Mémores erunt nóminis tui Dñe. Super. Glória. Constítues. ℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus. ℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

Ad Nonam, Antíphona.

Tu es Petrus.

CAPITULUM. *Act.* 12. *b*

Et Petrus ad se revérsus, dixit: Nunc scio verè, quia misit Dóminus Angelum suum, & erípuit me de manu Heródis, & de omni expectatióne plebis Iudæórum.

℟. br. Nimis honoráti sunt, * Amíci tui Deus. Nimis. ℣. Nimis confortátus es principátus eórum. Amíci. Glória Patri. Nimis. ℣. Annunciavérunt ópera Dei. ℟. Et facta eius intellexérunt.

Ad Vésperas, Antíphona.

Heródes rex. cum réliquis de Láudibus. 406. Psalmi, ut in secúndis Vésperis de Commúni Apostolórum. iii. Capítulum, Hymnus, & ℣. ut in primis Vésperis. 404.

Ad Magníficat, Antíphona.

Solve iubénte Deo terrárum Petre caténas, qui facis ut páteant cæléstia regna beátis.

Deindè fit Commemorátio S. Pauli, ut suprà. 405. Et pósteà S. Stéphani Papæ & mártyris.

## DIE II. AUGUSTI.

S. Stéphani Papæ & Mártyris.

Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundátus enim erat suprà firmam petram. ℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

ORATIO.

Deus, qui nos beáti Stéphani mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut cuius natalítia cólimus, de eiúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

## DIE III. AUGUSTI.

In Inventióne S. Stéphani Protomártyris. Semidúplex.

Ad Vésperas, Antíphona.

Lapidavérunt Stéphanum. cum réliquis ut infrà de Láudibus. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & lo-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

loco últimi, Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

CAPITULUM. *Act. 6. b*

STéphanus autem plenus grátia & fortitúdine, faciébat prodígia, & signa magna in pópulo.

Hymnus. Deus tuórum mílitum. ℣. Glória & honóre. de Commúni uníus Mártyris. viii.

Ad Magníficat, Antíphona. Stéphanus autem plenus grátia & fortitúdine, faciébat signa magna in pópulo.

ORATIO.

DA nobis, quǽsumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discámus & inimícos dilígere: quia eius Inventiónem celebrámus, qui novit etiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit.

Ad Matutínum de Commúni uníus Mártyris. ix.

AD LAUDES, & per Horas, Antíphona.

LApidavérunt Stéphanum, & ipse invocábat Dóminum, dicens: Ne státuas illis hoc peccátum. Psalmus. Dóminus regnávit cum réliq. 17. Aña. Lápides torréntis illi dulces fuérunt: ipsum sequúntur omnes ánimæ iustæ. Aña. Adhǽsit ánima mea post te, quia caro mea lapidáta est pro te Deus meus. Aña. Stéphanus vidit cælos apértos, vidit & introívit: beátus homo, cui cæli patébant. Aña. Ecce vídeo cælos apértos, & Iesum stantem à dextris virtútis Dei.

Capítulum. Stéphanus autem. ut suprà. Hymnus. Invícte Martyr. de Commúni uníus Mártyris. x. ℣. Sepeliérunt Stéphanum viri timoráti. ℟. Et fecérunt planctum magnum super eum.

Ad Benedíctus, Antíphona. Stéphanus autem plenus grátia & fortitúdine, faciébat signa magna in pópulo. Orátio. Da nobis. ut suprà. 408.

Ad Tértiam, Antíphona. Lápides torréntis. Capitul. Stéphanus autem. ut suprà. 408. ℟. br. Glória & honóre, * Coronásti eum Dómine. Glória & honóre. ℣. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum. Coronásti. Glória Patri. Glória & honóre. ℣. Posuísti Dómine super caput eius. ℟. Corónam de lápide pretióso.

Ad Sextam, Antíphona. Adhǽsit ánima mea.

CAPITULUM. *Act. 6. c*

SUrrexérunt autem quidam de synagóga, quæ appellátur Libertinórum, & Cyrenénsium, & Alexandrinórum, & eórum qui erant à Cilícia & Asia, disputántes cum Stéphano: & non póterant resístere sapiéntiæ, & Spirítui, qui loquebátur. ℟. br. Posuísti Dómine, * Super caput eius. Posuísti. ℣. Corónam de lápide pretióso. Super. Glória. Posuísti. ℣. Magna est glória eius in salutári tuo. ℟. Glóriam & magnum decórem impónes super eum.

Ad Nonam, Antíphona. Ecce vídeo.





CAPITULUM. *Act. 7. b*

POsitis autem génibus, clamávit voce magna, dicens: Dómine ne státuas illis hoc peccátum. Et cùm hoc dixísset, obdormívit in Dómino.

℟. br. Magna est glória eius, * In salutári tuo. Magna. ℣. Glóriam & magnum decórem impónes super eum. In salutári. Glória Patri. Magna. ℣. Iustus ut palma florébit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Vésperæ dicúntur de S. Domínico, cum Commem. S. Stéphani, Aña. Sepeliérunt Stéphanum viri timoráti, & fecérunt planctum magnum super eum. ℣. Stéphanus vidit cælos apértos. ℟. Vidit & introívit: beátus homo, cui cæli patébant. Orátio. Da nobis, quǽsumus Dómine. ut suprà. 408.

DIE IV. AUGUSTI.

In festo S. Domínici Confessóris. Duplex.

In Hymno. Iste Conféssor. mutátur tértius Versus.

ORATIO.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Domínici Confessóris tui illumináre dignátus es méritis & doctrínis: concéde, ut eius intercessióne temporálibus non destituátur auxíliis, & spirituálibus semper profíciat increméntis. Per Dóminum.

DIE V. AUGUSTI.

In festo S. Maríæ ad Nives. Duplex.

Ad Vésperas, Antíphona.

Dum esset rex, cum réliquis Antíphonis & Psalmis, ut in Officio parvo B. Maríæ. xl. Capítulum. Ab inítio. Hymn. Ave maris stella. xlii. ℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta. ℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Ad Magníficat, Antíphona. Sancta María sucúrre míseris, iuva pusillánimes, réfove flébiles, ora pro pópulo, intérveni pro clero, intercéde pro devóto femíneo sexu: séntiant omnes tuum iuvámen, quicúmque célebrant tuam sanctam festivitátem.

ORATIO.

COncéde nos fámulos tuos, quǽsumus Dómine Deus, perpétua mentis & córporis sanitáte gaudére: & gloriósa beátæ Maríæ semper vírginis intercessióne, à præsénti liberári tristítia, & ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum nostrum.

Deinde fit Commem. S. Domínici, Aña. Hic vir despíciens mundum, & terréna, triúmphans, Divítias cælo cóndidit ore, manu. ℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei. Orátio. Deus, qui Ecclésiam tuam. ut suprà.

Ad Matutínum, Invitatórium Sancta María Dei génitrix virgo, * Intercéde pro nobis. Psalmus. Venite, exultémus. Hymnus. Quem terra. Añæ & Psalmi Nocturnórum, ut in Officio parvo B. Maríæ. xlv.

In primo Nocturno.

℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procéde, & regna.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

In secúndo Noctúrno.

℣. Adiuvâbit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio eius, non commovébitur.

In tértio Noctúrno.

℣. Elêgit eam Deus, & prælêgit eam. ℟. In tabernáculo suo habitâre facit eam.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

DUm esset Rex in accúbitu suo, nardus mea dedit odórem suavitâtis. Psalm. Dn̄s. regnâvit. cum réliq. de Domínica, ut in Psaltério. 17. Aña. Læva eius sub cápite meo, & déxtera illius amplexábitur me. Aña. Nigra sum, sed formosa, fíliæ Ierúsalem: ideò diléxit me Rex, & introdúxit me in cubículum suum. Aña. Iam hiems transijt, imber ábijt, & recéssit: surge amica mea, & veni. Aña. Speciósa facta es & suávis in delícijs tuis, sancta Dei génitrix.

CAPITULUM. *Eccli. 24. b*

AB inítio, & ante sǽcula creâta sum, & usque ad futúrum sǽculum non désinam, & in habitatióne sancta coram ipso ministravi.

HYMNUS.

O Gloriôsa Vírginum,
Sublimis inter sídera,
Qui te creâvit, párvulum
Lacténte nutris úbere.
Quod Heva tristis ábstulit,
Tu reddis almo gérmine:
Intrent ut astra flébiles,
Cæli reclûdis cárdines.
Tu regis alti iánua,
Et aula lucis fúlgida:
Vitam datam per Vírginem
Gentes redémptæ plaudite.
Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Diffûsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antíphona.

Beâta es María, quæ credidísti: perficiéntur in te quæ dicta sunt tibi à Dómino, allelúia.

Orátio. Concêde nos fámulos. ut suprà. 409.

Ad Horas, Añæ, Capítula, & ℟. brevia, ut in Officio B. Mariæ in Sábbato. xxxvii.

Vésperæ de Transfiguratióne.

DIE VI. AUGUSTI.

In festo Transfiguratiônis Dómini nostri Iesu Christi.

Duplex.

Ad Vésperas, Antiphona. Assúmpsit Iesus. cum réliquis de Láudibus. 412. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco ultimi, Psalmus. Laudâte Dóminum omnes Gentes. 129.

CAPITULUM. *Philip. 3. b*

SAlvatôrem expectâmus Dóminum nostrum Iesum Christum, qui reformâbit corpus humilitâtis nostræ, configurâtum córpori claritâtis suæ.

HYMNUS.

QUicúmque Christum quǽritis,
Oculos in altum tóllite:
Illic licêbit vísere
Signum perénnis glóriæ.
Illústre quiddam cérnimus,
Quod nésciat finem pati,
Sublime, celsum, intérminum,
Antíquius cælo & chao.
Hic ille Rex est Géntium,
Populíque Rex Iudaíci,
Promíssus Abrahæ patri,
Eiúsque in ævum sémini.
Hunc & Prophétis téstibus,
Iisdémque signatóribus,
Testâtor & Pater, iubet
Audíre nos & crédere.
Iesu, tibi sit glória,
Qui te révelas párvulis,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

Sic terminántur Hymni per omnes Horas.

℣. Gloriôsus apparuísti in conspéctu Dómini. ℟. Proptéreà decórem índuit te Dóminus.

Ad Magníficat, Antiphona.

Christus Iesus splendor Patris, & figúra substántiæ eius, portans ómnia verbo virtûtis suæ, purgatiónem peccatórum fáciens, in monte excélso gloriôsus apparêre hódiè dignâtus est.

ORATIO.

DEus, qui fídei sacraménta in Unigéniti tui gloriósa Transfiguratióne, patrum testimónio roborásti; & adoptiónem filiórum perféctam, voce delápsa in nube lúcida, mirabíliter præsignásti: concêde propítius; ut ipsius Regis glóriæ nos coherédes effícias, & eiúsdem glóriæ tribuas esse consórtes. Per eúmdem Dóminum.

Pro Commemoratiône S. Maríæ ad Nives, Aña. Beatam me dicent omnes generatiónes, quia ancillam húmilem respéxit Deus



℣. Dignâre me laudâre te, Virgo sacrâta. ℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

ORATIO.

COncêde nos fámulos tuos, quǽsumus Dómine Deus, perpétua mentis & córporis sanitâte gaudêre: & gloriósa beátæ Maríæ semper vírginis intercessiône, à præsénti liberári tristítia, & ætérna pérfrui lætítia.

Deíndè fit Commemorátio SS. Xysti, Felicíssimi, & Agapiti mártyrum, Aña. Istôrum est enim regnum cælórum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad prǽmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætamine in Dómino, & exultâte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

ORATIO.

DEus, qui nos concêdis sanctórum mártyrum tuôrum Xysti, Felicíssimi, & Agapíti natalítia cólere: da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societâte gaudêre. Per Dn̄m.

Ad Matutinum, Invitatórium. Summum Regem glóriæ * Christum adorêmus. Psalmus. Venite, exultêmus. 2. Hymnus. Quicúmque. ut suprà. 410.

In primo Noctúrno, Aña. Paulò minùs ab Angelis minorâtus, glória & honóre coronâtus est, & constitûtus super ópera mánuum Dei. Psalm. Dómine Dóminus noster. 6. Aña. Revelâvit Dóminus condénsa: & in templo eius omnes dicent glóriam. Psalm. Afférte Dómino fílij Dei. 50. Aña. Speciôsus for-

forma præ filijs hóminum, diffúsa est grátia in labijs tuis. Psalm. Eructávit cor meum. 67. ℣. Gloriosus apparuísti in conspéctu Dómini. ℟. Proptéreà decórem índuit te Dóminus.

In secúndo Noctúrno, Aña. Illúminans tu mirabíliter à móntibus ætérnis: turbáti sunt omnes insipiéntes corde. Psalmus. Notus in Iudæa Deus. 89. Aña. Mélior est dies una in átrijs tuis super míllia. Psalm. Quàm dilécta tabernácula tua. 90. Aña. Gloriósa dicta sunt de te, cívitas Dei. Psalmus. Fundaménta eius in móntibus. 101. ℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

In tértio Noctúrno, Aña. Thabor & Hermon in nómine tuo exultábunt, tuum bráchium cum poténtia. Psalm. Misericórdias Dómini. 102. Aña. Lux orta est iusto, & rectis corde lætítia. Psalm. Dóminus regnávit, exúltet. 105. Aña. Confessiónem & decórem índuit, amíctus lúmine sicut vestiménto. Psalm. Benedic ánima mea Dómino: * Dómine. 113. ℣. Magna est glória eius in salutári tuo. ℟. Glóriam & magnum decórem impónes super eum.

AD LAUDES, & per Horas, Antíphona.

Assúmpsit Iesus Petrum, & Iacóbum, & Ioánnem fratrem eius, & duxit eos in montem excélsum seorsùm, & transfigurátus est ante eos. Psalm. Dóminus regnávit. cum reliq. 17. Aña. Respléndit fácies eius sicut sol, vestiménta autem eius facta sunt alba sicut nix, allelúia. Aña. Et ecce apparuérunt eis Móyses & Elías, loquéntes cum Iesu. Aña. Respóndens autem Petrus dixit ad Iesum: Dómine, bonum est nos hìc esse. Aña. Adhuc eo loquénte, ecce nubes lúcida obumbrávit eos.

Capitulum. *Philip. 3. d*

Salvatórem expectámus Dóminum nostrum Iesum Christum, qui reformábit corpus humilitátis nostræ, configurátum córpori claritátis suæ.

Hymnus.

Lux alma Iesu méntium,
Dum corda nostra récreas,
Culpæ fugas calíginem,
Et nos reples dulcédine.

Quàm lætus est quem vísitas!
Consors Patérnæ déxteræ,
Tu dulce lumen pátriæ,
Carnis negátum sénsibus.

Spléndor patérnæ glóriæ,
Incomprehénsa Cháritas,
Nobis amóris cópiam
Largíre per præséntiam.

Iesu, tibi sit glória,
Qui te revélas párvulis,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Coróna áurea super caput eius. ℟. Expréssa signo sanctitátis, glóriæ, & honóris.

Ad Benedíctus, Antíphona. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi complácui, ipsum audíte, allelúia.

Ora-



Oratio.

Deus, qui fídei sacraménta in Unigéniti tui gloriósa Transfiguratióne patrum testimónio roborásti; & adoptiónem filiórum perféctam, voce delápsa in nube lúcida mirabíliter præsignásti: concéde propítius; ut ipsius Regis glóriæ nos coherédes effícias, & eiúsdem glóriæ tríbuas esse consórtes. Per eúmdem Dóminum.

Pro Commemoratióne sanctórum Xysti, &c. mártyrum, Aña. Vestri capílli cápitis omnes numeráti sunt: nolíte timére: multis passéribus melióres estis vos. ℣. Exultábunt sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis. Orátio. Deus, qui nos. ut suprà. 411.

Ad Primam in ℟. br. Christe Fili Dei vivi. dícitur ℣. Qui apparuísti hódiè.

Ad Tértiam, Aña. Respléndit fácies eius. Capítulum. Salvatórem expectámus. ut suprà. ℟. breve. Gloriosus apparuísti in conspéctu Dómini, * Allelúia, allel. Gloriósus. ℣. Proptéreà decórem índuit te Dominus. Allelúia, allel. Glória Patri. Gloriósus. ℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine, allelúia. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum, allelúia.

Ad Sextam, Antíphona. Et ecce apparuérunt eis.

Capitulum. *2. Cor. 3. d*

Nos omnes, reveláta fácie glóriam Dómini speculántes, in eámdem imáginem transformámur à claritáte in claritátem, tamquam à Dómini Spíritu.

℟. br. Glória & honóre coronásti eum Dómine, * Allelúia, allelúia. Glória. ℣. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Glória & honóre. ℣. Magna est glória eius in salutári tuo, allelúia. ℟. Glóriam & magnum decórem impónes super eum, allelúia.

Ad Nonam, Antíphona. Adhuc eo loquénte.

Capitulum. *Apoc. 21. c*

Sustulit me in spíritu in montem magnum, & altum, & osténdit mihi civitátem sanctam Ierúsalem, descendéntem de cælo à Deo, habéntem claritátem Dei: & lucérna eius est Agnus.

℟. br. Magna est glória eius in salutári tuo, * Allelúia, allelúia. Magna. ℣. Glóriam & magnum decórem impónes super eum. Allelúia, allel. Glória Patri. Magna. ℣. Coróna áurea super caput eius, allelúia. ℟. Expréssa signo sanctitátis, glóriæ, & honóris, allelúia.

In secúndis Vésperis, Antíphona. Assúmpsit Iesus. ut suprà in Láudibus 412. Psalmi, Capítulum, Hymnus, & ℣. ut in primis Vésperis. 410.

Ad Magníficat, Antíphona. Et audiéntes discípuli cecidérunt in fáciem suam, timuérunt valdè: & accéssit Iesus, & tétigit eos, dixítque eis: Súrgite, & nolíte timére, allelúia.

Orátio. Deus, qui fídei sacra-

craménta. ut suprà. 412.

Deindè fit Commemorátio sequéntis, & posteà S. Donáti, ut infrà.

## DIE VII. AUGUSTI.

In festo S. Caietáni Confessôris. Duplex.

Omnia de Commûni Confessôris non Pontif. xx. præter ea, quæ hic habéntur própria.

Aña in utrísque Vésperis.

Quǽrite primùm regnum Dei, & iustítiam eius; & hæc ómnia adjiciéntur vobis. ℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum. ℟. Stolam glóriæ índuit eum.

ORATIO.

DEus, qui beáto Caietáno Confessôri tuo Apostólicam vivéndi formam imitári tribuísti: da nobis eius intercessióne & exémplo in te semper confídere, & sola cæléstia desideráre.

Deindè fit Commem. S. Donáti Episcopi & mártyris, Aña.

Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundátus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honóre coronásti eum Dñe. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

ORATIO.

DEus, tuórum glória sacerdótum: præsta quǽsumus; ut sancti mártyris tui & Episcopi Donáti, cuius festa gérimus sentiámus auxílium. Per Dóminum nostrum.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Nolíte solíciti esse dicéntes: Quid manducábimus, aut quid bibémus? Scit enim Pater vester, quid vobis necésse sit.

Orátio. Deus, qui beáto Caietáno. ut suprà.

Posteà fit Comm. S. Donáti Episcopi & mart. Aña. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. ℣. Iustus ut palma florébit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Orátio. Deus, tuórum. ut suprà.

In ii. Vésperis ad Magníficat, Antíphona. Quǽrite primùm. Orátio. Deus, qui beáto Caietáno. ut suprà.

Deindè fit Commemorátio sequéntis Festi.

## DIE VIII. AUGUSTI.

In festo S. Cyriáci, Largi, & Smarágdi mártyrum.

Semiduplex. ORATIO.

DEus, qui nos ánnua sanctórum mártyrum tuórum Cyriáci, Largi, & Smarágdi solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut quorum natalítia cólimus, virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dóminum.

In ii. Vésperis fit Commemorátio S. Románi mártyris, Antíphona. Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundátus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honóre coronásti eum Dñe. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

ORATIO.

PRæsta quǽsumus omnípotens Deus: ut intercedénte beáto Románo mártyre tuo, &

à



à cunctis adversitátibus liberémur in córpore, & à pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum nostrum.

## DIE IX. AUGUSTI.

In Vigília S. Lauréntij mártyris.

Dicúntur Preces feriáles, ut suprà. 62.

ORATIO.

ADésto Dómine supplicatiónibus nostris: & intercessióne beáti Lauréntij mártyris tui, cuius prævenímus festivitátem, perpétuam nobis misericórdiam benígnus impénde. Per Dóminum nostrum.

Deindè fit Commemorátio S. Románi mártyris, Antíphona.

Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. ℣. Iustus ut palma florébit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Orátio. Præsta quǽsumus omnípotens. ut suprà. 414.

## DIE X. AUGUSTI.

IN FESTO S. LAURENTII mártyris. Duplex.

Ad Vésperas, Antíphona.

Lauréntius ingréssus est mártyr. cum réliquis de Laud. 416. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. & loco últimi, Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

CAPITULUM. *2. Cor. 9. b*

FRatres, Qui parcè séminat, parcè & metet: & qui séminat in benedictiónibus, de benedictiónibus & metet.

HYMNUS.

DEus tuórum mílitum
Sors, & coróna, prǽmium,
Láudes canéntes Mártyris
Absólve nexu críminis.

Hic nempè mundi gáudia,
Et blanda fraudum pábula
Imbûta felle députans,
Pervénit ad cæléstia.

Pœnas cucúrrit fórtiter,
Et sústulit viríliter,
Fundénsque pro te sánguinē,
Ætérna dona póssidet.

Ob hoc precátu súpplici
Te póscimus piíssime;
In hoc triúmpho Mártyris
Dimítte noxam sérvulis.

Laus & perénnis glória
Patri sit atque Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Levíta Lauréntius bonum opus operátus est, qui per signum crucis cæcos illuminávit, & thesáuros Ecclésiæ dedit paupéribus.

ORATIO.

DA nobis, quǽsumus omnípotens Deus, vitiórum nostrórum flammas extínguere: qui beáto Lauréntio tribuísti tormentórum suórum incéndia superáre. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Beátus Lauréntius Christi martyr triúmphat coronátus in cælis, * Veníte adorémus Dóminum. Psalmus. Veníte, exultémus. 2. Hymnus. Deus tuórum mílitum. ut suprà.

In

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

In primo Nocturno, Aña.

Quo progréderis sine filio pater? quò sacérdos sancte sine minístro próperas? Psalmus. Beàtus vir, qui non ábijt. 3. Aña. Noli me derelinquere pater sancte, quia thesáuros tuos iam expéndi, quos tradidísti mihi. Psalm. Quare fremuérunt Gentes. 4. Aña. Non ego te désero, fili, neque derelinquo: sed maióra tibi debéntur pro Christi fide certámina. Psalmus. Dómine, quid multiplicáti. 4. ℣. Glória & honôre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuârum.

In secúndo Nocturno, Aña.

Beâtus Lauréntius orâbat, dicens: Dómine Iesu Christe, Deus de Deo, miserêre mihi servo tuo. Psalmus. Cum invocârem. 148. Aña. Dixit Románus ad beâtum Lauréntium: Vídeo ante te iúvenem pulchérrimum, festína me baptizáre. Psalm. Verba mea áuribus pércipe. 69. Aña. Beâtus Lauréntius dixit: Mea nox obscûrum non habet, sed ómnia in luce claréscunt. Psalm. Dómine Dóminus noster. 6. ℣. Posuísti Dómine super caput eius. ℟. Corónam de lápide pretióso.

In tértio Noctúrno, Aña.

Strinxérunt córporis membra pósita super craticulam; subijciéntibus prunas insúltat Levíta Christi. Psalm. Dómine quis habitábit. 9. Aña. Igne me examinásti, & non est invénta in me iníquitas. Psalmus. Exáudi Dómine iustítiam meam. 10. Aña. Interrogâtus te Dóminum conféssus sum, assátus grátias ago. Psalmus. Dómine in virtúte tua. 15. ℣. Magna est glória eius in salutári tuo. ℟. Glóriam, & magnum decórem impónes super eum.

AD LAUDES,

& per Horas, Antíphona.

LAuréntius ingréssus est martyr, & conféssus est nomen Dómini Iesu Christi. Psalm. Dóminus regnâvit. cum réliq. 17. Aña. Lauréntius bonum opus operâtus est, qui per signum crucis cæcos illuminávit. Aña. Adhǽsit ánima mea post te, quia caro mea igne cremâta est pro te Deus meus. Aña. Misit Dóminus Angelum suum, & liberàvit me de médio ignis, & non sum æstuâtus. Aña. Beâtus Lauréntius orâbat, dicens: Grátias tibi ago Dómine, quia iánuas tuas íngredi mérui.

Capitulum. 2. *Cor*. 9. *b*

FRatres, Qui parcè séminat, parcè & metet: & qui séminat in benedictiónibus, de benedictiónibus & metet.

Hymnus. Invícte Martyr. ùt in Commûni. xii.

℣. Dispérsit, dedit paupéribus. ℟. Iustítia eius manet in sǽculum sǽculi.

Ad Benedictus, Antíphona.

In craticula te Deum non negávi, & ad ignem applicátus te Christum conféssus sum: probásti cor meum, & visitásti nocte: igne me examinásti, & non est invénta in me iníquitas.





Oratio.

DA nobis, quǽsumus omnípotens Deus, vitiórum nostrórum flammas extínguere: qui beáto Lauréntio tribuísti tormentórum suórum incéndia superáre. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Ad Tértiam, Antíphona.

Lauréntius. Capit. Fratres Qui parcè séminat. ùt suprà. 416. ℟. br. Glória & honôre, * Coronásti eum Dómine. Glória & honôre. ℣. Et constituísti eum super ópera mánuum tuârum. Coronásti. Glória Patri. Glória & honôre. ℣. Posuísti Dómine super caput eius. ℟. Corónam de lápide pretióso.

Ad Sextam, Antíphona.

Adhǽsit ánima mea.

Capitulum. 2. *Cor*. 9. *b*.

UNusquísque prout destinávit in corde suo, non ex tristítia, aut ex necessitâte: hílarem enim datôrem díligit Deus.

℟. br. Posuísti Dómine, * Super caput eius. Posuísti. ℣. Corónam de lápide pretióso. Super. Glória Patri. Posuísti. ℣. Magna est glória eius in salutári tuo. ℟. Glóriam & magnum decórem impónes super eum.

Ad Nonam, Antíphona.

Beâtus Lauréntius.

Capitulum. 2. *Cor*. 9. *c*.

POtens est autem Deus omnem grátiam abundáre fácere in vobis: ut in ómnibus semper omnem sufficiéntiam habéntes, abundêtis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Dispérsit dedit paupéribus: iustítia eius manet in sǽculum sǽculi. ℟. br. Magna est glória eius, * In salutári tuo. Magna. ℣. Glóriam & magnum decórem impónes super eum. In salutári. Glória. Magna. ℣. Iustus ùt palma florébit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

In secúndis Vésperis, Aña.

Lauréntius ingréssus est mártir. cum réliq. de Laudib. 416. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco últimi, Psalmus. Crédidi. 129. Capitulum. Fratres, Qui parcè séminat. 416. Hymn. Deus tuorum militum. ùt suprà in primis Vésper. 415. ℣. Levîta Lauréntius bonum opus operâtus est. ℟. Qui per signum crucis cæcos illuminávit.

Ad Magníficat, Antíphona.

Beâtus Lauréntius dum in craticula superpositus urerétur, ad impiíssimum tyránnum dixit: Assátum est iam, versa, & mánduca: nam facultátes Ecclésiæ, quas requíris, in cæléstes thesáuros manus páuperum deportavérunt.

Orátio. Da nobis, quǽsumus. ùt suprà.

Deìndè fit Commem. SS. Tibúrtij & Susánnæ martyrum, Aña. Istôrum est enim regnum cælôrum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad prǽmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætámini in Dómino, & exultâte iusti. ℟. Et gloriamini, omnes recti corde.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ORATIO.

SAnctórum mártyrum tuôrum Tibúrtij & Susánnæ, nos, Dómine, fóveant continuâta præsídia: quia non désinis propítius intuéri, quos tálibus auxílijs concésseris adiuvári. Per Dóminum nostrum.

DIE XI. AUGUSTI.

Secúnda die infra Octâvam S. Lauréntij.

In Láudibus fit Commemor. SS. Tibúrtij & Susánnæ mart. Antíphona. Vestri capílli cápitis omnes numeráti sunt: nolite timêre: multis passéribus melióres estis vos. ℣. Exultábunt sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Orátio. Sanctórum mártyrum tuôrum. ut suprà.

Vésperæ de S. Clara, cum Commemorat. Octâvæ sancti Lauréntij.

DIE XII. AUGUSTI.

In festo sanctæ Claræ vírginis. Duplex.

Omnia dicúntur de Commúni Vírginum. xxviii.

ORATIO.

EXáudi nos Deus salutáris noster: ut sicut de beátæ Claræ vírginis tuæ festivitâte gaudémus; ità piæ devotiónis erudiâmur afféctu. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Et fit Commemorátio Octâvæ S. Lauréntij, Aña. Beâtus Lauréntius. ℣. Levita Lauréntius. Orátio. Da nobis. ut suprà. 417.

In Laud. fit Commem. Octâvæ S. Lauréntij, Aña. In cráticula. ℣. Dispérsit. Orátio. Da nobis. ut suprà. 417.

In secúndis Vésperis fit Commemorátio Octâvæ, Antíphona. Beâtus Lauréntius. ℣. Levita Lauréntius. Orátio. Da nobis. ut suprà. 417.

Posteà fit Commemorátio SS. Hippólyti & Cassiáni mártyrum, Antíphona. Istôrum est enim regnum cælorum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad præmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætámini in Dómino, & exultâte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

ORATIO.

DA quǽsumus omnípotens Deus: ut beatórum mártyrum tuórum Hippólyti & Cassiáni veneránda solémnitas, & devotiónem nobis áugeat & salûtem. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

DIE XIII. AUGUSTI.

Quarta die infra Octâvam S. Lauréntij.

In Láudibus fit Commemor. SS. Hippólyti & Cassiáni, Antíphona. Vestri capílli cápitis omnes numeráti sunt: nolite timêre: múltis passéribus melióres estis vos. ℣. Exultábunt sancti in glória. ℟. Letabúntur in cubílibus suis. Orátio. Da quǽsumus omnípotens Deus. ut suprà.

Et in Vésperis fit Commem. S. Eusébij Confes. Antíphona. Similábo eum viro sapiénti, qui ædificâvit domum suam suprà petram. ℣. Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum. ℟. Stolam glóriæ índuit eum.



ORATIO.

DEus, qui nos beáti Eusébij Confessóris tui ánnua solemnitâte lætíficas: concêde propítius; ut, cuius natalítia cólimus, per eius ad te exémpla gradiâmur. Per Dóminum nostrum.

DIE XIV. AUGUSTI.

Quinta die infra Octâvam S. Lauréntij.

In Láudibus fit Commem. Vigíliæ Assumptiónis, Antíphona & ℣. de Féria occurrénte, ut in Psaltério.

ORATIO.

DEus, qui virginâlem aulam beátæ Maríæ, in qua habitâres, elígere dignâtus es: da quǽsumus; ut sua nos defensióne munitos, iucúndos fácias suæ interésse festivitâti.

Deindè fit Commemorátio S. Eusébij Confessóris, Antíphona. Euge serve bone & fidêlis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, intra in gáudium Dómini tui. ℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei. Orátio. Deus, qui nos beáti. ut suprà.



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS





# IN ASSUMPTIONE B. MARIAE VIRGINIS.

AD VESPERAS,

Antíphona. Assúmpta est María. cum réliquis de Láudibus 422. Psalmi de beáta Vírgine, ut infrà. xl.

Capitulum. *Eccli.* 24. *b.*

IN ómnibus réquiem quæsívi, & in hereditâte Dómini morâbor. Tunc præcêpit, dixit mihi Creâtor ómnium: & qui creâvit me, requiêvit in tabernáculo meo.

Hymnus

Ave maris stella,
Dei mater alma,
Atque semper virgo,
Felix cæli porta.
Sumens illud Ave
Gabriêlis ore;
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.
Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.
Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.
Virgo singulàris,
Inter omnes mitis;
Nos culpis solútos,
Mites fac & castos.
Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut vidéntes Iesum,
Semper collætêmur.
Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spirítui sancto,
Tribus honor unus. Amen.

℣. Exaltâta est sancta Dei génitrix. ℟. Super choros Angelôrum ad cæléstia regna.

Ad Magníficat, Antiphona.

Virgo prudentíssima, quò progréderis, quasi auróra valdè rútilans? fília Sion tota formósa & suâvis es; pulchra ùt luna, elécta ùt sol.

Oratio.

Famulôrum tuôrum, quǽsumus Dómine, delíctis ignósce: ut qui tibi placêre de áctibus nostris non valêmus, genitrícis Fílij tui Dómini nostri intercessióne salvêmur. Qui tecum vivit.

Et non fit Commemorátio S. Lauréntij in utrísque Vésperis, nec Láudibus.

Ad Matutínum Invitatórium.

Venîte adorêmus Regem regum: * Cujus hódiè ad æthéreum Virgo mater assúmpta est cælum. Psalmus. Venîte, exultémus. 2.

Hymnus.

Quem terra, pontus, sídera,
Colunt, adôrant, prædícant,
Trinam regéntem máchinam
Claustrum Mariæ bájulat.

Cui luna, sol, & ómnia
Desérviunt per témpora,
Perfúsa cæli grátia,
Gestant puellæ víscera.
Beâta Mater múnere,
Cuius, supérnus Artifex,
Mundum pugíllo cóntinens,
Ventris sub arca clausus est.
Beâta cæli núncio,
Fœcúnda sancto Spíritu,
Desiderâtus géntibus
Cuius per alvum fusus est.
Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula.
Amen.

In primo Nocturno, Aña.

Exaltâta est sancta Dei génitrix super Choros Angelórum ad cæléstia regna. Psalmus. Dómine Dóminus noster. cum réliquis ùt in eius Officio parvo. xlvj. Aña. Paradísi portæ per te nobis apértæ sunt, quæ hódiè gloriósa cum Angelis triúmphas. Psalmus. Cæli enárrant glóriam. xlvi. Aña. Benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui. Psalmus. Dómini est terra. xlvii. ℣. Exaltâta est sancta Dei génitrix. ℟. Super choros Angelórum ad cæléstia regna.

In secúndo Nocturno, Aña.

Spécie tua. cum réliquis Antíphonis & Psalmis, ùt in Offício parvo Beatæ Maríæ. xlviii. ℣. Assúmpta est María in cælum, gaudent Angeli. ℟. Laudántes benedícum Dóminum.

In tértio Nocturno, Aña.

Gaude María. cum réliquis Antiphonis & Psalmis, ùt in Officio parvo B. Maríæ. xlix. ℣. María virgo assúmpta est ad æthéreum thálamum. ℟. In quo Rex regum stelláto sedet sólio.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antíphona.

ASsúmpta est María in cælum, gaudent Angeli, laudántes benedícunt Dóminum. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum réliquis. 17. Antíph. María virgo assúmpta est ad æthéreum thálamum, in quo Rex regum stelláto sedet sólio. Aña. In odórem unguentôrum tuórum cúrrimus: adolescéntulæ dilexérunt te nimis. Antíphona. Benedícta fília tu à Dómino, quia per te fructum vitæ communicávimus. Antíphona. Pulchra es, & decóra fília Ierúsalem, terríbilis ùt castrôrum ácies ordináta.

CAPITULUM. *Eccli.* 24.

IN ómnibus réquiem quæsívi, & in hereditâte Domini morâbor. Tunc præcèpit, & dixit mihi Creâtor ómnium: & qui creávit me, requiêvit in tabernáculo meo.

HYMNUS.

O Gloriòsa Vírginum,
Sublímis inter sídera,
Qui te creâvit; pávulum
Lacténte nutris úbere.
Quod Heva tristis ábstulit,
Tu reddis almo gérmine:
Intrent ut astra flébiles,
Cæli reclûdis cárdines.
Tu regis alti iánua,
Et aula lucis fúlgida:
Vitam datam per Vírginem
Gentes redémptæ pláudite.
Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Exaltâta est sancta Dei génitrix. ℟. Super choros Angelórum ad cæléstia regna.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Quæ est ista, quæ ascéndit sicut auróra consúrgens, pulchra ùt luna, elécta ùt sol, terríbilis ùt castrórum ácies ordinâta?

ORATIO.

FAmulôrum tuôrum, quæsumus Dómine, delíctis ignósce: ut qui tibi placêre de áctibus nostris non valêmus, genitrícis Fílij tui Dómini nostri intercessióne salvêmur. Qui tecum vivit & regnat in unitâte Spíritus.

Ad Primam, Antíphona.

Assúmpta est.
℟. breve. Christe Fili Dei vivi. ℣. Qui natus es de María vírgine.

Ad Tértiam, Antíphona.

María virgo. Capítulum. In ómnibus réquiem. 422.
℟. br. Exaltâta est, * Sancta Dei génitrix. Exaltâta. ℣. Super choros Angelórum ad cæléstia regna. Sancta. Glória Patri. Exaltâta. ℣. Assúmpta est María in cælum, gaudent Angeli. ℟. Laudantes benedícunt Dóminum.

Ad Sextam, Antíphona.

In odôrem.

CAPITULUM. *Eccli.* 24. *b*

ET sic in Sion firmâta sum, & in civitâte sanctificâta similiter requiévi, & in Ierusalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, & in parte Dei mei heréditas illius, & in plenitúdine sanctorum deténtio mea.

℟. breve. Assúmpta est María in cælum, * Gaudent Angeli. Assúmpta est. ℣. Laudántes benedícunt Dóminum. Gaudent. Glória Patri. Assúmpta. ℣. María virgo assúmpta est ad æthéreum thálamum. ℟. In quo Rex regum stelláto sedet sólio.

Ad Nonam, Antíphona.

Pulchra es.

CAPITULUM. *Eccli.* 24. *b*

IN platéis sicut cinnamomum & bálsamum aromatízans odórem dedi: quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris.

℟. breve. María virgo assúmpta est, * Ad æthéreum thálamum. María. ℣. In quo rex regum stelláto sedet sólio. Ad æthéreum. Glória Patri. María. ℣. Dignâre me laudâre te, Virgo sacrâta. ℟. Da mihi virtûtem contra hostes tuos.

In secúndis Vérperis, Antíphona. Assúmpta est María. cum réliquis de Laudibus. 422. Psalmi, Capítulum, & Hymnus, ut suprà in primis Vésperis. 421. ℣. Exaltâta est sancta De génitrix. ℟. Super choros Angelorum ad cæléstia regna.

Ad Magníficat, Antiphona.

Hódiè María virgo cælos ascéndit: gaudête, quia cum





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Christo regnat in ætérnum. Orátio. Famulórum tuórum. ùt suprà.

Deindè fit Commemorátio de sequénti Festo.

### DOMINICA

Infra Octávam Assumptiônis B. V. Mariæ.

Festum S. Ioachim Confesóris Patris B. V. Mariæ.

Duplex.

Omnia de Communi Confess. non Pontif. xx. exceptis ijs, quæ hic habéntur propria.

In Hymno. Iste Conféssor. mutátur tértius Versus; & in primis Vésperis ad Magnificat, & ad Benedictus, Aña. Laudêmus virum gloriôsum in generatióne sua, quia benedictiónem ómnium géntium dedit illi Dóminus, & testaméntum suum confirmâvit super caput eius. ℣. Potens in terra erit semen eius. ℟. Generátio rectórum benedicêtur.

ORATIO.

Deus, qui præ ómnibus Sanctis tuis beátum Ioáchim genitrícis Filij tui patrem esse voluísti: concéde quǽsumus; ut cuius festa venerâmur, eius quoque perpétuò patrocínia sentiâmus. Per eúmdem Dóminum.

Fit Commem. Domínicæ ubíque & Octávæ.

### DIE XVI. AUGUSTI.

In festo S. Hyacínthi Confessóris. Duplex.

Antíphona. Simil'âbo eum viro sapiénti, qui ædificâvit domum suam supra petram. Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum. ℟. Stolam glóriæ índuit.

ORATIO.

Deus, qui nos beáti Hyacínthi Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut cuius natalítia cólimus, étiam actiónes imitêmur. Per Dóminum nostrum.

In Hymno. Iste Conféssor. mutátur tértius Versus.

In Láudibus fit Commemorátio Octávæ Assumptiónis, Antíphona. Quæ est ista, quæ ascéndit sicut auróra consúrgens, pulchra ùt luna, elécta ùt sol, terríbilis ùt castrórum ácies ordinâta? ℣. Exaltâta est. ùt suprà. 423

Orátio. Famulôrum tuórum. ùt suprà. 423.

Et sancti Lauréntij, Antíphona. In craticula te Deum non negávi, & ad ignem applicátus te Christum conféssus sum: probásti cor meum, & visitásti nocte: igne me examinásti, & non est invénta in me iníquitas. ℣. Dispérsit, dedit paupéribus. ℟. Iustítia eius manet in sǽculum sǽculi.

ORATIO.

Da nobis, quǽsumus omnípotens Deus, vitiórum nostrórum flammas extínguere: qui beáto Lauréntio tribuísti tormentórum suórum incéndia superáre. Per Dóminum nostrum.

In secúndis Vésperis à Capítulo fit de die Octava S. Lauréntij cum Commemoratióne S.



S. Hyacínthi, & Octávæ Assumptiónis.

### DIE XVII. AUGUSTI.

In Octáva sancti Lauréntij. Duplex.

Omnia dicúntur sicut in die Festo, 415. præter Oratiónem.

ORATIO.

Excita Dómine in Ecclésia tua Spíritum, cui beátus Lauréntius Levita sirvivit: ut eódem nos repléti, studeámus amáre quod amávit, & ópere exercére quod dócuit. Per Dóminum nostrum. In unitâte eiúsdem Spíritus sancti Deus.

Pro S. Hyacíntho, Antíphona. Hic vir despíciens mundum, & terrêna, triúmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu. ℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei. Orátio. Deus qui nos. ùt suprà. 424.

Pro Octáva Assumptiónis, Antíphona. Hódiè María virgo cælos ascéndit: gaudête, quia cum Christo regnat in ætérnum. ℣. Exaltâta est sancta Dei génitrix. ℟. Super choros Angelórum ad cæléstia regna.

ORATIO.

Famulôrum tuórum, quǽsumus Dómine, delíctis ignósce: ut qui tibi placére de áctibus nostris non valêmus, genitrícis Filij tui Dómini nostri intercessióne salvêmur. Qui tecum vivit.

Et in Láudibus, Antíphona. Quæ est ista, quæ ascéndit sicut auróra consúrgens, pulchra ùt luna, elécta ùt sol, terríbilis ùt castrórum ácies ordináta? ℣. Exaltâta est sancta Dei génitrix. ℟. Super choros Angelorum ad cæléstia regna. Orátio. Famulorum tuorum. ùt suprà.

In secúndis Vésperis post Commemoratiónem Octávæ Assumptiónis fit Commemorátio sancti Agapiti mártyris, Antíphona. Iste sanctus pro lege Dei sui certâvit usque ad mortem, & à verbis impiorum non tímuit: fundátus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honore coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

ORATIO.

Lætêtur Ecclésia tua, Deus, beáti Agapíti mártyris tui confisa suffrágijs: atque eius précibus gloriósis, & devóta permáneat, & secúra consístat. Per Dóminum.

### DIE XVIII. AUGUSTI.

Quarta die infrà Octávam Assumptiónis beátæ Maríæ.

In Láudibus fit Commemor. S. Agapíti mártyris, Aña. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. ℣. Iustus ùt palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Orátio. Lætêtur. Ecclésia. ùt suprà.

### DIE XIX. AUGUSTI.

Quinta die infrà Octávam Assumptiónis beátæ Maríæ.

Vésperæ de sancto Bernárdo.

DIE

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

## DIE XX. AUGUSTI.

In festo sancti Bernárdi Abbátis. Duplex.

ORATIO.

INtercéssio nos, quǽsumus Dómine, beáti Benárdi Abbátis comméndet: ut, quod nostris méritis non valémus, eius patrocínio assequámur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Deindè fit Commemorátio de Octáva Assumptiónis, Antíphona. Hódiè María virgo. ℣. Exaltáta est. ℟. Super choros. Orátio. Famulórum tuórum. ut suprà. 425.

In Laudib. fit Comm. Octávæ Assumpt. Aña. Quæ est ista. ℣. Exaltáta est. ℟. Super choros. Orátio. Famulórum tuórum.

In ii. Vésperis fit Commem. de Octáva Assumpt. Aña. Hodiè María virgo cælos ascéndit: gaudéte, quia cum Christo regnat in ætérnum. ℣. Exaltáta est sancta Dei genitrix. ℟. Super choros Angelórum ad cæléstia regna. ORATIO.

FAmulórum tuórum, quǽsumus Dómine, delictis ignósce: ut qui tibi placére de áctibus nostris non valémus, genitrícis Filij tui Dómini nostri intercessióne salvémur. Qui tecum vivit.

## DIE XXI. AUGUSTI.

In festo S. Ioánnæ Francíscæ Fremiot de Chantal viduæ, Ordinis Sanctimoniálium Visitatiónis Sanctæ Maríæ Fundatrícis. Duplex.

Omnia de Commúni nec Virginum nec Mártyrum præter ea, quæ sequúntur.

ORATIO.

OMnípotens, & miséricors Deus, qui beátam Ioánnam Franciscam tuo amóre succénsam admirábili spíritus fortitúdine per omnes vitæ sémitas in via perfectiónis donásti; quique per illam illustráre Ecclésiam tuam nova prole voluísti: eius méritis, & précibus concéde; ut qui infirmitátis nostræ cónscij de tua virtúte confídimus, cæléstis grátiæ auxílio, cuncta nobis adversántia vincámus. Per Dóminum, &c.

Deindè fit Commemor. sancti Bernardi. Pósteà Octávæ Assump.

## DIE XXII. AUGUSTI.

In Octáva Assumptiónis beátæ Maríæ. Duplex.

Omnia ùt in primis Vésperis Festi, 421. cum Commemoratióne sanctórum Timóthei, Hippólyti, & Symphoriáni mart. Aña. Istórum est enim regnum cælórum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad præmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætámini in Dómino, & exultáte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

ORATIO.

AUxílium tuum nobis, Dómine, quǽsumus placátus impénde, & intercedéntibus beátis martýribus tuis, Timótheo, Hippolyto, & Symphoriáno, déxteram super nos



nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

In Láudibus fit Commemorátio SS. Timothei & Sociorum, Antíphona. Vestri capilli cápitis omnes numeráti sunt: nolíte timére: multis passéribus melióres estis vos. ℣. Exultábunt sancti glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis. Orátio. Auxílium tuum. ut suprà.

In secúndis Vésperis fit Commemorátio sequéntis Festi.

## DIE XXIII. AUGUSTI.

In festo S. Philippi Benítij Conféssóris. Duplex.

Omnia de Commúni Conféssóris non Pontíficis. xx. præter ea, quæ hìc habéntur.

ORATIO.

DEus, qui per beátum Philíppum Confessórem tuum exímium nobis humilitátis exémplum tribuísti: da fámulis tuis próspera mundi ex eius imitatióne despícere, & cæléstia semper inquírere. Per Dóminum.

Ubi festum S. Bartholomǽi celebrátur xxiv. Augusti, fit Commem. Vigíliæ eiúsdem in Láudibus, Aña. & ℣. de Féria occurrénte, ùt in Psaltério.

ORATIO.

DA quǽsumus omnípotens Deus: ut beáti Bartholomǽi Apóstoli tui, quam prævenímus, veneránda solémnitas, & devotiónem nobis áugeat, & salútem. Per Dóminum.

Vésperæ de S. Bartholomǽo Apóstolo, cum Commemoratióne S. Philippi Conféssóris.

## DIE XXIV. vel XXV. AUGUSTI.

IN FESTO S. BARTHOLOMÆI. Apóstoli. Duplex.

Omnia de Commúni Apostolórum præter Orationem.

ORATIO.

OMnípotens sempitérne Deus, qui huius diéi venerándam sanctámque lætítiam in beáti Apóstoli tui Bartholomǽi festivitáte tribuísti: da Ecclésiæ tuæ, quǽsumus, & amáre quod crédidit, & prædicáre quod dócuit. Per Dóminum.

In secúndis Vésperis fit Commemorátio S. Ludovíci.

## DIE XXV. AUGUSTI.

In festo S. Ludovici Conféssóris. Semiduplex.

Antíphona. Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram. ℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum. ℟. Stolam glóriæ índuit eum.

ORATIO.

DEus, qui beátum Ludovícum Confessórem tuum, de terréno regno ad cæléstis regni glóriam transtulísti: eius quǽsumus méritis & intercessióne, Regis regum Iesu Christi Filij tui fácias nos esse consórtes. Qui tecum vivit.

Relíqua de Commúni Conféssóris non Pontíficis.

Ubi verò Festum S. Bartholomǽi celebrátur die xxv. de S. Ludovico fit die xxvi. & fit Commemorátio S. Zephyríni, ùt infrà.

DIE

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## DIE XXVI. AUGUSTI.

Sancti Zephyrini Papæ & mártyris.

Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundátus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

ORATIO.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: ut beáti Zephyríni mártyris tui atque Pontíficis, cuius gaudêmus méritis, instruâmur exémplis. Per Dóminum.

## DIE XXVII. AUGUSTI.

In festo S. Iosephi Calasanctij à Matre Dei, Confessóris, & Fundatóris Ordinis Cleric. Regular. Paup. Matris Dei. Scholárum Piarum. Duplex.

Omnia de Comm. Confess. non Pontif. præter ea, quæ sequúntur.

In Hymno Vesperar. & mat. dicatur; Hac die lætus méruit suprémos laudis honóres.

ORATIO.

DEus, qui per sanctum Iosephum Confessórem tuum ad erudiéndam spíritu intelligéntiæ, ac pietátis iuventútem, novum Ecclésiæ tuæ subsídium providére dignâtus es: præsta quæsumus, nos eius exémplo, & intercessióne, itá fácere, & docêre, ut præmia consequâmur ætérna. Per Dóminum nostrum.

In secúndis Vesp. à cap. fit de sequénti Festo.

## DIE XXVIII. AUGUSTI.

In festo S. Augustini Episcopi, Confessóris & Ecclésiæ Doctóris. Duplex.

Ad Magníficat, Antíphona.

O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beáte Augustíne, divínæ legis amâtor, deprecâre pro nobis Fílium Dei.

ORATIO.

ADésto supplicatiónibus nostris omnípotens Deus: & quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges; intercedénte beáto Augustino Confessóre tuo atque Pontífice, consuétæ misericórdiæ tribue benígnus efféctum. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Et fit Commem. S. Hermêtis Antíphona. Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundátus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera manuum tuárum.

ORATIO.

DEus, qui beátum Hermêtem mártyrem tuum, virtúte constántiæ in passióne roborásti: ex eius nobis imitatióne tribue, pro amóre tuo próspera mundi despícere, & nulla eius advérsa formidáre. Per Dóminum.

In Láudibus fit Commemor. S. Hermêtis mártyris, Antíphona. Qui odit ánimam suam in hoc



hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. ℣. Iustus ut palma florébit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Orátio. Deus, qui beâtum Hermêtem. ut suprà.

In Vésperis à Capitulo fit de sequénti Festo.

## DIE XXIX. AUGUSTI.

In Decollatióne sancti Ioánnis Baptístæ. Duplex.

CAPITULUM. *Iacobi 1. b*

BEatus vir, qui suffert tentatiónem: quóniàm cùm probâtus fúerit, accípiet corónam vitæ, quam promisit Deus diligéntibus se.

HYMNUS.

DEus tuórum mílitum
Sors, & coróna præmium,
Láudes canéntes Mártyris
Absólve nexu críminis.
Hic nempè mundi gáudia,
Et blanda fraudum pábula
Imbúta felle députans,
Pervênit ad cæléstia.
Pœnas cucúrrit fórtitèr,
Et sústulit viríliter,
Fundénsque pro te sánguinem,
Ætérna dona póssidet.
Ob hoc precátu súpplici,
Te póscimus píssime;
In hoc triúmpho Mártyris
Dimítte noxam sérvulis.
Laus & perénnis glória
Patri sit atque Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sempitérna sæcula.
Amen.

℣. Glória & honôre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Misso Heródes spiculatóre, præcêpit amputári caput Ioánnis in cárcere: quo audíto, discípuli eius venérunt, & tulérunt corpus eius, & posuérunt illud in monuménto.

ORATIO.

SAncti Ioánnis Baptístæ, præcursóris & mártyris tui, quæsumus Dómine, veneránda festívitas, salutáris auxílij nobis præstet efféctum. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Deindè fit Commemorátio S. Augustini, Antiph. O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beáte Augustíne, divínæ legis amâtor, deprecâre pro nobis Fílium Dei. ℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Orátio. Adésto supplicatiónibus. ut suprà. 428.

Posteà S. Sabínæ mártyris, Antíphona. Símile est regnum cælórum hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas: invénta una pretiósa, dedit ómnia sua, & comparávit eam. ℣. Spécie tua & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procéde, & regna.

ORATIO.

DEus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula étiam in sexu frágili victóriam mártyrij contulísti: concéde propítius; ut qui beátæ Sabínæ már-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mártyris tuæ natalítia cólimus, per eius ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Ad Matutinum de Commûni unius Mártyris. ix.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antíphona.

HEródes enim ténuit & ligâvit Ioannem, & posuit in cárcerem propter Herodíadem. Psalmus. Dóminus regnávit. cum reliq. 17. Antíphona. Dómine mi rex, da mihi in disco caput Ioánnis Baptístæ. Antíphona. Puéllæ saltánti imperâvit mater: nihil áliud petas, nisi caput Ioánnis. Antíphona. Arguébat Heródem Ioánnes propter Herodíadem, quam túlerat fratri suo Philíppo uxórem. Antíphona. Da mihi in disco caput Ioánnis Baptístæ: & constristâtus est rex propter iusiurándum.

Capitulum. *Iacobi* 1.*b*

BEâtus vir, qui suffert tentatiónem: quóniam cum probâtus fúerit, accípiet corónam vitæ, quam repromísit Deus diligéntibus se.

Hymnus, Invícte Martyr. in Commûni unius Mártyris. x.

℣. Iustus ùt palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Benedíctus, Antíphona. Missio Heródes spiculatóre, præcépit amputári caput Ioánnis in cárcere: quo audíto, discípuli eius venérunt, & tulérunt corpus eius, & posuérunt illud in monuménto.

Orátio.

SAncti Ioánnis Baptístæ, præcursóris & mártyris tui, quǽsumus Dómine, veneránda festívitas, salutáris auxílij nobis præstet effectum. Qui vivis & regnas cum Deo Patre, in unitâte spíritus sancti Deus.

Pro Commemoratiône. S. Sabínæ, Aña. Date ei de fructu mánuum suárum, & laudent eam in portis ópera eius. ℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum. Orátio. Deus, qui. ùt suprà.

Ad Tértiam, Antíphona. Dómine mi rex Capitul. Beâtus vir, qui suffert.

℟. br. Glória & honôre, * Coronásti eum Dómine. Glória & honôre. ℣. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum. Coronásti. Glória Patri. Glória & honôre. ℣. Posuísti Dómine super caput eius. ℟. Corônam de lápide protióso.

Ad Sextam, Antíphona. Puéllæ saltánti.

Capitulum. *Eccli.* 15.

CIbâvit illum pane vitæ & intelléctus, & aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum Dóminus Deus noster.

℟. br. Posuísti Dómine, * Super caput eius. Posuísti. ℣. Corônam de lápide pretióso. Super. Glória. Posuísti. ℣. Magna est glória eius in salutári tuo. ℟. Glóriam & magnum decôrem impónes super eum.

Ad Nonam, Antíphona. Da mihi in disco.

Capitulum. *Eccli.* 39.

IUstus cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum, qui fecit illum, & in conspéctu Altíssimi deprecábitur.

℟. br. Magna est glória eius, * In salutári tuo. Magna. ℣. Glóriam & magnum decôrem impónes super eum. In salutári. Glória Patri. Magna. ℣. Iustus ùt palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Vésperas, Antíphona. Heródes enim. cum réliquis de Láudibus. 429. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. & loco últimi. Psalmus. Crédidi 129. Capítulum de sequénti, Commemorátio præcedéntis.

## DIE XXX. AUGUSTI.

In festo S. Rosæ à S. María vírginis Limânæ. Duplex.

Omnia de Commûni Vírginum, lxxvii. præter ea, quæ sequúntur.

Orátio.

BOnôrum ómnium largítor omnípotens Deus, qui beâtam Rosam, cæléstis grátiæ rore prævéntam, virginitâtis & patiéntiæ decôre Indis floréscere voluísti: da nobis fámulis tuis; ut in odôrem suavitâtis eius curréntes, Christi bonus odor éffici mereâmur. Qui tecum vivit.

Et fit Commemor. Decollatiónis S. Ioánnis, Aña. Misit rex incrédulus minístros detestábiles, & amputári iussit caput Ioánnis Baptístæ. ℣. Iustus ùt palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Orátio.

SAncti Ioánnis Baptístæ, præcursóris & mártyris tui, quǽsumus Dómine, veneránda festívitas, salutáris auxílij nobis præstet effectum.

Posteà SS. Felícis & Adáucti mártyrum, Aña. Istórum est enim regnum cælórum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad prǽmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætámini in Dómino, & exultâte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Orátio.

MAiestâtem tuam, Dómine, súpplices exorâmus: ut sicut nos iúgiter Sanctórum tuórum commemoratióne lætíficas, ità semper supplicatióne deféndas. Per Dóminum.

## DIE XXXI. AUGUSTI.

In festo S. Raymúndi Nonnâti Confessóris. Duplex.

Omnia de Commûni Confessôris non Pontíficis, xx. præter Oratiónem.

In Hymno, Iste Conféssor. mutátur tértius Versus.

Orátio.

DEus, qui in liberándis fidélibus tuis ab impiórum captivitáte, beátum Raymúndum Confessórem tuum mirábilem effecísti: eius nobis intercessióne concéde; ut à peccatórum vínculis absolúti, quæ tibi sunt plácita, liberis méntibus exequâmur. Per Dóminum nostrum.





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

In secundis Vésperis fit Commemoratio sequentis.

## FESTA SEPTEMBRIS.

Prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum. lxviii.

## DIE I. SEPTEMBRIS.

Sancti Ægidij Abbâtis.

ORATIO.

INtercéssio nos, quǽsumus Dómine, beáti Ægídij Abbâtis comméndet: ut quod nostris méritis non valêmus, eius patrocínio assequâmur. Per Dóminum.

Deindè fit Comm. SS. Duódecim Fratrum mart. Aña. Istórum est enim regnum cælórum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenêrunt ad prǽmia regni, & lavérunt stolas suas in sanguine Agni. ℣. Lætámini in Dómino, & exultâte iusti: ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Et in Láudibus, Antíphona. Vestri capílli cápitis omnes numerati sunt: nolite timêre: multis passéribus melióres estis vos. ℣. Exultâbunt sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

ORATIO.

FRatérna nos, Dómine, Mártyrum tuorum coróna lætíficet: quæ & fídei nostræ prǽbeat increménta virtútum, & multíplici nos suffrágio consolêtur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

## DIE II. SEPTEMBRIS.

In festo S. Stéphani Hungáriæ Regis, Confesóris.

Semidúplex.

Omnia de Communi Confessóris non Pontíficis, xx. præter Oratiónem.

In Hymno. Iste Conféssor. dícitur. Hac die lætus meruit suprémos Laudis honóres.

ORATIO.

COncêde quǽsumus Ecclésiæ tuæ omnípotens Deus: ut beâtum Stéphanum Confessórem tuum, quem regnántem in terris propagatórem hábuit, propugnatórem habêre mereâtur gloriosum in cælis. Per Dóminum.

## DIE V. SEPTEMBRIS.

In festo S. Lauréntij Justiniâni Episcopi & Confessôris.

Semidúplex.

Omnia de Commûni Confessôris Pontíficis. xvii.

In Hymno. Iste Conféssor. mutâtur tértius versus.

Oratio. Da quǽsumus. de eôdem Commûni.

## DIE VIII. SEPTEMBRIS.

IN NATIVITATE B. MARIÆ virginis Duplex.

Ad Vesp. Aña. Natívitas gloriósæ. cum réliq. de Laud. 432. Psalmi consuéti de B. Maria, ut in eius Officio parvo. xl.

CAPITULUM. *Eccli. 24. b.*

AB initio, & ante sǽcula creâta sum, & usque ad futúrum sǽculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministrávi.

Hymnus. Ave maris stella. ut in Officio parvo B. Mariæ. xlii.

℣. Natívitas est hódiè sanctæ Mariæ vírginis. ℟. Cuius vita ínclyta cunctas illústras Ecclésias.

Ad-



Ad Magníficat, Antíphona. Gloriôsæ vírginis Maríæ ortum digníssimum recolâmus, quæ & genitrícis dignitâtem obtínuit, & virginâlem pudicítiam non amísit.

ORATIO.

FAmulis tuis, quǽsumus Dómine, cæléstis grátiæ munus impertíre: ut quibus beátæ Vírginis partus éxtitit salûtis exórdium, Nativitâtis eius votiva solémnitas, pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum.

Ad Matutínum, Invitatórium. Nativitâtem vírginis Maríæ celebrêmus: * Christum eius Fílium adorêmus Dóminum. Psalmus. Venite, exultêmus. 2. Hymn. Quem terra. Añæ. & Psalmi Nocturnôrum ut in eius Officio parvo. xlv.

In primo Noctúrno.

℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procêde, & regna.

In secundo Noctúrno.

℣. Adiuvâvit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio eius, non commovébitur.

In tértio Noctúrno.

℣. Elêgit eam Deus, & præelêgit eam. ℟. In tabernáculo suo habitâre facit eam.

AD LAUDES, & per Horas, Antíphona.

NAtívitas gloriósæ vírginis Maríæ, ex sémine Abrahæ, ortæ de tribu Iuda, clara ex stirpe David. Psal. Dóminus regnâvit. cum réliq. 17. Aña. Natívitas est hódiè sanctæ Maríæ vírginis, cuius vita inclyta cunctas illústrat Ecclésias. Aña. Regâli ex progénie María exórta refúlget: cuius précibus nos adiuvári mente & spíritu devotíssimè póscimus. Aña. Corde & ánimo Christo canâmus glóriam, in hac sacra solemnitâte præcélsæ genitrícis Dei Maríæ. Aña. Cum iucunditâte Nativitâtem beátæ Maríæ celebrêmus, ut ipsa pro nobis intercêdat ad Dóminum Iesum Christum.

CAPITULUM. *Eccli. 24. b.*

AB initio, & ante sǽcula creâta sum, & usque ad futûrum sǽculum non désinam, & in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

HYMNUS.

O Gloriôsa Vírginum,
Sublímis inter sídera,
Qui te creâvit, parvulum
Lacténte nutris úbere.
Quod Heva tristis ábstulit
Tu reddis almo gérmine:
Intrent ut astra flébiles,
Cæli reclúdis cárdines.
Tu Regis alti iánua,
Et aula lucis fúlgida:
Vitam datam per Vírginem
Gentes redémptæ plaudite.
Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Natívitas est hódiè sancta Maríæ vírginis. ℟. Cuius vita ínclyta cunctas illústrat Ecclésias.

Ad Benedíctus, Antíphona. Nativitâtem hodiérnam perpétuæ vírginis genitrícis Dei Ma-

 ríæ

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

riæ solémniter celebrêmus, qua celsitúdo throni procéssit, allelúia. Oratio.

FAmulis tuis, quæsumus Dómine, cæléstis grátiæ munus impertíre: ut quibus beátæ Vírginis partus éxtitit salútis exórdium, nativitátis eius votíva solémnitas, pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum.

Deindè fit Commemorátio S. Adriáni mártyris hoc loco tantùm, Antíphona. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. ℣. Iustus ùt palma florébit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Oratio.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: ut qui beáti Adriáni mártyris tui natalítia cólimus, intercessióne eius in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum nostrum.

Ad Primam in ℟. brevi dícitur, ℣. Qui natus es de María vírgine. Et sic dícitur per totam Octávam, étiam in Festis.

Ad Tértiam, Aña. Natívitas est hódiè. Capítulum. Ab inítio. ℟. br. Spécie tua, * Et pulchritúdine tua. Spécie tua. ℣. Inténde, prósperè procéde, & regna. Et pulchritúdine. Glória. Spécie tua. ℣. Adiuvábit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio eius, non commovébitur.

Ad Sextam, Antíphona. Regáli ex progénie.

Capitulum. *Eccli. 24. b.*

ET sic in Sion firmáta sum, & in civitáte sanctificáta símiliter requiévi, & in Ierúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, & in parte Dei mei heréditas illius, & in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

℟. br. Adiuvábit eam, * Deus vultu suo. Adiuvábit. ℣. Deus, in médio eius, non commovébitur. Deus. Glória. Adiuvábit. ℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Ad Nonam, Antíphona. Cum iucunditáte.

Capitulum. *Eccli. 24. b*

IN platéis sicut cinnamómum & bálsamum aromatízans odórem dedi: quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris. ℟. br. Elégit eam Deus, * Et præelégit eam. Elégit. ℣. In tabernáculo suo habitáre facit eam. Et præelégit. Glória Patri. Elégit. ℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

In secúndis Vésperis ómnia ùt in primis Vésperis. 431.

℣. Natívitas est hódiè sanctæ Maríæ vírginis. ℟. Cuius vita ínclyta cunctas illústrat Ecclésias.

Ad Magníficat, Antíphona. Natívitas tua, Dei génitrix virgo gáudium annunciávit univérso mundo: ex te enim ortus est sol iustítiæ, Christus Deus noster: qui solvens maledictiónem, dedit benedictiónem: & confúndens mortem, donávit nobis vitam sempitérnam.

Oratio. Fámulis tuis. ùt supra. 433.

Et



Et fit Comm. S. Gorgónij mártyris, Aña. Iste sánctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundátus enim erat suprà firmam petram. ℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

SAnctus tuus, Dómine, Gorgónius sua nos intercessióne lætíficet: & pia fáciat solemnitáte gaudére. Per Dóminum nostrum.

## DOMINICA

Infrà Octávam Nativitátis beátæ Maríæ vírginis.

Officium de SS. Nómine eiusdem beátæ Maríæ Vírginis.

Duplex.

Ad Vésperas, Antíphona. Dum esset Rex. cum reliq. Antiphonis & Psalmis, ùt in Officio parvo B. Maríæ. xl.

Capitulum. *Eccli. 24. b.*

AB inítio, & ante sæcula creáta sum, & usque ad futúrum sæculum non désinam, & in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

Hymnus. Ave maris stella. xlii. ℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta. ℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Ad Magníficat, Antíphona. Sancta María succúrre míseris, iuva pusillánimes, réfove flébiles, ora pro pópulo, intérveni pro clero, intercéde pro devóto femíneo sexu: séntiant omnes tuum iuvámen, quicúmque célebrant tui sancti, Nóminis commemoratiónem.

Oratio.

COncéde quæsumus omnípotens Deus, ut fidéles tui, qui sub sanctíssimæ vírginis Maríæ Nómine, & protectióne lætántur: eius pia intercessióne, à cunctis malis liberéntur in terris, & ad gáudia ætérna perveníre mereántur in cælis. Per Dóminum.

Deindè fit Commemorátio Domínicæ occurréntis.

Ad Matutinum, Invitatórium. Sancta María Dei génitrix virgo, *Intercéde pro nobis. Psalmus. Venite, exultémus. Hymnus. Quem terra. Añæ. & Psalmi Nocturnórum ùt in Officio parvo beatæ Maríæ. xlv.

In primo Nocturno.

℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prospere procéde, & regna.

In secúndo Noctúrno.

℣. Adiuvávit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio eius, non commovébitur.

In tértio Noctúrno.

℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Ad Laudes, & per Horas Antiphona. Dum esset Rex. cum réliquis ut in Officio B. Maríæ in Sabbato. Capítulum. Ab inítio. ut supra.

Hymn. O gloriósa Vírginum. ℣. Diffúsa est gratia in lábiis tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona. Beáta es María, quæ credidísti:

 per-

perficiéntur in te, quæ dicta sunt tibi à Dómino, allelúia.

Orátio. Concéde quǽsumus. ùt suprà.

Deindè fit Commemorátio Domínicæ occurréntis.

Ad Horas, Antiphonæ, Capítula, & ℟. brévia ùt in Officio B. Mariæ in Sabbato. xxxvii.

In secúndis Vésperis, ómnia ùt in primis. 434.

Ad Magníficat, Antiphona. Beâtam me dicent omnes generatiónes, quia ancíllam húmilem respéxit Deus.

Orátio. Concêde. 435.

Et fit Commemorátio Domínicæ occurréntis.

## DIE IX. SEPTEMBRIS.

Secúnda die infrà Octâvam Nativitátis beatæ Maríæ.

In Laudibus fit Commemor. S. Gorgónij mártyris, Antiph. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custóditeam. ℣. Iustus ùt palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Orátio. Sanctus tuus, Dómine. ùt suprà. 435.

Vésperæ de S. Nicoláo, cum Commemoratióne Octâvæ Nativitátis B. Mariæ.

## DIE X. SEPTEMBRIS.

In festo S. Nicolài de Tolentino Confessóris. Duplex.

ORATIO.

ADésto Dómine supplicatiónibus nostris, quas in beáti Nicolai Confessoris tui solemnitâte deférimus: ut qui nostræ justítiæ fidúciam non habêmus, eius, qui tibi plácuit, précibus adiuvêmur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Deindè fit Commemorátio Octâvæ Nativitâtis beátæ Maríæ, ut suprà in secúndis Vésperis Festi. 433.

In secúndis Vésperis fit Commemorátio Octâvæ Nativitâtis B. Mariæ. 433.

Pósteà Sanctôrum Proti & Hyacínthi mártyrum, Antiphona. Istôrum est enim. ℣. Lætámini in Dómino.

ORATIO.

BEatôrum mártyrum tuôrum Proti & Hyacínthi nos Dómine fóveat pretiósa conféssio: & pia iúgiter intercéssio tueâtur. Per Dóminum nostrum.

## DIE XI. SEPTEMBRIS.

Quarta die infra Octâvam Nativitâtis B. Mariæ.

In Laudibus fit Commemorátio SS. Proti & Hyacinthi, Antiphona. Vestri capílli cápitis omnes numerati sunt: nolíte timêre: multis passéribus melióres estis vos. ℣. Exultâbunt sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Orátio. Beatorum mártyrum. ùt suprà.

## DIE XIV. SEPTEMBRIS.

In festo Exaltatiònis S. Crucis Duplex.

Ad Vésperas, Antíphona. O magnum pietâtis opus. cum réliquis de Laudibus. 437. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. & loco ultimi, Psalmus. Laudâte Dóminum omnes Gentes. 129.

CA-



CAPITULUM. *Philip.* 2.

FRatres, Hoc enim sentìte in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitrâtus est esse se æquâlem Deo: sed semetípsum exinanîvit, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, & hábitu invéntus ùt homo.

HYMNUS.

VExílla Regis pródeunt:
Fulget Crucis mystérium,
Qua vita mortem pértulit,
Et morte vitam prótulit.

Quæ vulnerâta lánceæ
Mucróne diro, críminum
Ut nos lavâret sórdibus,
Manâvit unda & sánguine.

Impléta sunt, quæ cóncinit
David fidéli cármine,
Dicéndo natiónibus:
Regnâvit à ligno Deus.

Arbor decôra, & fúlgida,
Ornâta Regis púrpura,
Elécta digno stípite
Tam sancta membra tángere.

Beàta, cuius bráchijs
Prétium pepéndit sǽculi,
Statêra facta córporis,
Tulítque prædam tártari.

O Crux ave spes única,
In hac triúmphi Glória,
Pijs adáuge grátiam,
Reísque dele crímina.

Te, fons salûtis Trínitas,
Colláudet omnis spíritus:
Quibus Crucis victóriam
Largîris, adde prǽmium.
Amen.

℣. Hoc signum Crucis erit in cælo. ℟. Cùm Dóminus ad iudicándum vénerit.

Ad Magníficat, Antiphona. O Crux splendídior cunctis astris, mundo célebris, homínibus multum amábilis, sánctior univérsis: quæ sola fuísti digna portàre taléntum mundi: Dulce lignum, dulces clavos, dúlcia ferens póndera: salva præséntem catérvam in tuis hódiè láudibus congregâtam.

ORATIO.

DEus, qui nos hodiérna die Exaltatiònis sanctæ Crucis ánnua solemnitate lætíficas: præsta quǽsumus; ut cuius mystérium in terra cognóvimus, eius redemptionis prǽmia in cælo mercâmur. Per eúmdem Dóminum.

Et fit Commemor. de Octâva Nativitâtis B. Mariæ, Aña. Nativitas tua. ℣. Nativitas est. 433. Orátio. Fámulis tuis. ut sup. 433.

Ad Matutinum, Invitatórium. Christum Regem pro nobis in cruce exaltâtum, * Veníte adorêmus. Psalmus. Venite, exultêmus. 2.

HYMNUS.

PAnge lingua gloriósi
Láuream certáminis,
Et super Crucis trophǽo
Dic triúmphum nóbilem:
Quáliter Redémptor orbis
Immolâtus vícerit.

De Paréntis protoplásti
Fraude Factor cóndolens,
Quando pomi noxiális
In necem morsu ruit:
Ipse lignum tunc notàvit,
Damna ligni ut sólveret.



Hoc

Hoc opus nostræ ut salûtis
Ordo depopóscerat;
Multifórmis proditôris
Ars ut artem fálleret,
Et medêlam ferret indè,
Hostis undè lǽserat.
Quando venit ergo sacri
Plenitûdo témporis,
Missus est ab arce Patris
Natus, orbis Cónditor;
Atque véntre virginâli
Carne amíctus pródiit.
Vagit infans inter arcta
Cónditus præsépia:
Membra pannis involûta
Virgo Mater álligat:
Et Dei manus, pedésque
Stricta cingit fáscia.
Sempitérna sit beátæ
Trinitáti glória,
Æqua Patri, Filióque;
Par decus Paráclito:
Unius Triníque nomen
Laudet univérsitas.
Amen.

In primo Nocturno, Aña.

Nóbile lignum exaltâtur, Christi fides rútilat, dum Crux ab ómnibus venerâtur. Psalm. Beatus vir, qui non ábijt. 3. Antíphona. Sancta Crux extóllitur à cunctis régibus, virga régia erígitur, in qua Salvâtor triumphâvit. Psalm. Quare fremuérunt Gentes. 4. Aña. O Crux venerábilis, quæ salûtem attulísti míseris, quibus te efferam præcónis, quóniàm vitam nobis cǽlitem præparásti! Psalmus. Dómine, quid multiplicáti. 4. ℣. Hoc signum Crucis erit in cælo. ℟. Cùm Dóminus ad iudicándum vénerit.

In secundo Nocturno, Aña.

O Crucis victória, & admirábile signum, in cælésti cúria fac nos captâre triúmphum. Psalm. Cùm invocârem. 148. Antiphona. Funéstæ mortis damnâtur supplícium, dum Christus in Cruce nostra destrúxit víncula críminum. Psalmus. In Dómino confído. 7. Antiphona. Rex exaltâtur in æthera, cùm nóbile trophæum Crucis ab univérsis Christícolis adorâtur per sǽcula. Psalm. Dómine in virtûte tua. 15. ℣. Adorâmus te Christe, & benedícimus tibi. ℟. Quia per crucem tuam redemísti mundum.

In tertio Nocturno, Aña.

Adorâmus te Christe, & benedícimus tibi, quia per crucem tuam redemísti mundum. Psalmus. Cantâte Dómino cánticum novum: * cantâte. 105. Antiphona. Per lignum servi facti sumus, & per sanctam Crucem liberâti sumus: fructus árboris sedúxit nos, Fílius Dei redêmit nos, allelúia. Psalmus. Dóminus regnâvit, exúltet terra. 105. Aña. Salvâtor mundi salva nos; qui per crucem & sánguinem tuum redemísti nos, auxiliâre nobis, te deprecâmur Deus noster. Psalmus. Cantâte Dómino cánticum novum, * quia. 109. ℣. Omnis terra adóret te, & psallat tibi. ℟. Psalmum dicat nómini tuo Dómine.





## AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

O Magnum pietâtis opus! mors mórtua tunc est, in ligno quando mórtua vita fuit. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum réliquis. 17. Antíphona. Salva nos Christe Salvâtor per virtûtem Crucis, qui salvásti Petrum in mari, miserêre nobis. Antíphona. Ecce Crucem Dómini, fúgite partes advérsæ, vicit leo de tribu Iuda, radix David, allelúia. Antíphona. Nos autem gloriári opórtet in Cruce Dómini nostri Iesu Christi. Aña. Per signum Crucis de inimícis nostris líbera nos Deus noster.

CAPITULUM. *Philip. 2.*

FRatres, Hoc enim sentîte in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cùm in forma Dei esset, non rapínam arbitrâtus est esse se æquâlem Deo: sed semetípsum exinanívit formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, & hábitu invéntus ut homo.

HYMNUS.

LUstra sex qui iam perêgit,
Tempus implens córporis,
Sponte líbera Redémptor
Passióni déditus,
Agnus in Crucis levâtur
Immolándus stípite.
Felle, potus ecce languet,
Spina, clavi, láncea
Mite corpus perforárunt:
Unda manat, & cruor:
Terra, pontus, astra, mundus,
Quo lavántur flúmine!
Crux fidélis, inter omnes
Arbor una nóbilis:
Silva talem nulla profert
Fronde, flore, gérmine:
Dulce ferrum, dulce lignum,
Dulce pondus sústinent.
Flecte ramos arbor alta,
Tensa laxa víscera,
Et rigor lentéscat ille,
Quem dedit natívitas;
Et supérni membra Regis
Tende miti stípite.
Sola digna tu fuísti
Ferre mundi Víctimam;
Atque portum præparâre
Arca mundo náufrago,
Quam sacer cruor perúnxit,
Fusus Agni córpore.
Sempitérna sit beátæ
Trinitáti glória,
Æqua Patri, Filióque:
Par decus Paráclito:
Unius Triníque nomen
Laudet univérsitas.
Amen.

℣. Adorâmus te Christe, & benedícimus tibi. ℟. Quia per Crucem tuam redemísti mundum.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Super ómnia ligna cedrórum tu sola excélsior, in qua vita mundi pepéndit, in qua Christus triumphâvit, & mors mortem superâvit in ætérnum.

ORATIO.

DEus, qui nos hodiérna die Exaltatiónis sanctæ Crucis ánnua solemnitáte lætíficas: præsta quǽsumus; ut cuius mystérium in terra cognóvimus, eius redemptiônis prǽmia in cælo mereâmur. Per eúmdem Dóminum.

Póstea fit Comm. de Octáva Nativitátis B. Maríæ, Aña. Nativitátem hodiérnam perpétuæ vírginis genitrícis Dei Maríæ solémniter celebrêmus, qua celsitúdo throni procéssit, allelúia. ℣. Nativitas est hódie sanctæ Maríæ vírginis. ℟. Cuius vita ínclyta cunctas illústrat Ecclésias.

ORATIO.

Famulis tuis, quǽsumus Dómine, cæléstis grátiæ munus impertíre: ut quibus beátæ Vírginis partus éxtitit salútis exórdium, Nativitátis eius votíva solémnitas, pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum.

Ad Tértiam, Antíphona.

Salva nos. Capítulum. Fratres, Hoc enim. ut supra.

℟. breve. Hoc signum Crucis, * Erit in cælo. Hoc signum. ℣. Cùm Dóminus ad iudicándum vénerit. Erit. Glória Patri. Hoc. ℣. Adorâmus te Christe, & benedícimus tibi. ℟. Quia per Crucem tuam redemísti mundum.

Ad Sextam, Antíphona.

Ecce Crucem Dómini.

CAPITULUM. *Galat. 6. d*

Mihi autem absit gloriári, nisi in Cruce Dómini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifíxus est, & ego mundo.

℟. breve. Adorâmus te Christe, * Et benedícimus tibi. Adorâmus. ℣. Quia per Crucem tuam redemísti mundum. Et benedícimus. Glória Patri. Adorâmus. ℣. Omnis terra adóret te, & psallat tibi. ℟. Psalmum dicat nómini tuo Dómine.

Ad Nonam, Antíphona.

Per signum Crucis.

CAPITULUM. *Philip. 2.*

Humiliâvit semetipsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltâvit illum, & donâvit illi nomen, quod est super omne nomen.

℟. breve. Omnis terra adóret te, * Et psallat tibi. Omnis. ℣. Psalmum dicat nómini tuo Dómine. Et psallat. Glória Patri. Omnis. ℣. Hoc signum Crucis erit in cælo. ℟. Cùm Dóminus ad iudicándum vénerit.

In ii. Vésperis ómnia dicúntur ut supra in j. Vésperis. 435.

Ad Magnificat, Antíphona.

O Crux benedícta, quæ sola fuísti digna portáre Regem cælórum, & Dóminum, allelúia.

Orátio. Deus, qui. 437.

Deindè fit Comm. dicti Octávæ Nativitátis B. Maríæ, Antíphona. Gloriósæ vírginis Maríæ ortum digníssimum recolâmus, quæ & genitrícis dignitâtem obtínuit, & virginálem pudicítiam non amísit. ℣. Nativitas est hódie sanctæ Maríæ vírginis. ℟. Cuius vita ínclyta cunctas illústrat Ecclésias.

ORATIO.

Famulis tuis, quǽsumus Dómine, cæléstis grátiæ munus impertíre: ut quibus beátæ Vírginis partus éxtitit salútis exórdium, Nativitátis eius votíva solémnitas, pacis tríbuat increméntum.





Posteà S. Nicomêdis mártyris, Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certâvit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundâtus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honôre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

ORATIO.

Adesto Dómine pópulo tuo: ut beáti Nicomêdis mártyris tui mérita præclára suscípiens, ad impetrándam misericórdiam tuam semper eius patrocíniis adiuvêtur. Per Dóminum.

## DIE XV. SEPTEMBRIS.

In Octáva Nativitátis B. Maríæ. Duplex.

In Láudibus fit Comm. S. Nicomêdis mártyris, Antiph. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. ℣. Iustus ùt palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Orátio. Adésto Dómine. ut suprà. 441.

In ij. Vésperis fit Comm. de SS. Cornélio & Cypriáno mart.

## DIE XVI. SEPTEMBRIS.

In festo SS. mart. Cornélij & Cypriáni. Semidúplex.

Aña. Istórum est enim regnum cælórum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad prǽmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætámini in Dómino, & exultáte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

ORATIO.

Beatôrum mártyrum paritérque Pontíficum, Cornélij & Cypriáni nos, quǽsumus Dómine, festa tueántur, & eórum commémdet oratio veneránda. Per Dóminum.

Et fit Comm. SS. Euphémiæ, Lúciæ, & Geminiáni mártyrum.

In Vésperis, Aña. Gaudent in cælis ánimæ sanctórum, qui Christi vestígia sunt secúti: & quia pro eius amóre sánguinem suum fudérunt, ideò cum Christo exúltant sine fine. ℣. Exultábunt Sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

In Láudibus verò, Aña. Istôrum est. ℣. Lætámini. ut suprà.

ORATIO.

Præsta, Dómine, précibus nostris cum exultatióne provéntum: ut sanctórum mártyrum Euphémiæ, Lúciæ, & Geminiáni, quorum diem passiónis ánnua devotióne recólimus, étiam fidei constántiam subsequâmur. Per Dóminum nostrum.

Si festum SS. Cornélij & Cypriáni vénerit in Domínica, transfértur in próximam diem festo ix. Lectiónum non impeditam. Comm. autem SS. Euphémiæ, Lúciæ, & Geminiáni fit in i. Vesp. & Laud Domínicæ; & Antiph. & ℣. non variántur.

Si vénerit in Quátuor Tempóribus fit Commem. Fériæ occurréntis ad Laudes tantùm.

Vésperæ à Capítulo de sequénti, cum Commem. SS. Cornélij & Cypriáni mártyrum.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## DIE XVII. SEPTEMBRIS.

In festo Impressiónis sacrórum Stígmatum in corpore beati Francisci. Duplex.

CAPITULUM. *Eccli.* 31.

BEátus vir, qui invéntus est sine mácula, & qui post aurum non ábijt, nec sperávit in pecúniæ thesáuris. Quis est hic, & laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua.

HYMNUS ad Vésperas.

ISte Confessor Dómini, colentes
Quem piè laudant pópuli per orbem,
Hac die lætus méruit beâta
Vúlnera Christi.

Qui pius, prudens, húmilis pudícus,
Sóbriam duxit sine labe vitam,
Donec humános animâvit auræ
Spíritus artus.

Cuius ob præstans méritum frequénter,
Ægra quæ passim iacuêre membra,
Víribus morbi dómitis, salúti
Restituúntur.

Noster hinc illi Chorus obsequéntem
Cóncinit laudem, celebrésque palmas;
Ut pijs eius précibus iuvêmur
Omne per ævum.

Sit salus illi, decus, atque virtus,
Qui super cæli sólio corúscans,
Tótius mundi sériem gubérnat
Trinus, & unus.
Amen.

In utrísque Vésperis, ℣. Signásti Dómine servum tuum Franciscum. ℟. Signis redemptiónis nostræ.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe, qui frigescénte mundo, ad inflammándum corda nostra tui amóris igne, in carne beatíssimi Francísci Passiónis tuæ sacra Stígmata renovásti: concêde propítius; ut eius méritis & précibus crucem iúgiter ferâmus, & dignos fructus pœniténtiæ faciámus. Qui vivis & regnas,

Deindè fit Commem. SS. Cornélij & Cypriáni mártyrum, Antíphona. Gaudent in cælis ánimæ sanctórum, qui Christi vestígia sunt secúti: & quia pro eius amóre sánguinem suum fudérunt, ideò cum Christo exúltant sine fine. ℣. Exultábunt Sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Orátio. Beatórum mártyrum ut suprà. 442.

HYMNUS ad Laudes.

IEsu coróna célsior,
Et véritas sublímior,
Qui confiténti sérvulo
Reddis perénne præmium:

Da supplicánti cætui,
Huius rogâtu, nóxij
Remissiónem críminis,
Rumpéndo nexum vínculi.

Anni revérso témpore
Dies refúlsit lúmine,
Quo sanctus hic de cór por
Christi recêpit Stígmata.

Hic vana terræ gáudia,
Et luculénta prædia
Pollúta sorde députans,
Ovans tenet cæléstia.

Te Christe Rex píissime
Hic



Hic confiténdo iúgiter,
Calcâvit artes dæmonum,
Sævúmque avérni príncipem.

Virtúte clarus & fide,
Confessióne sédulus;
Ieiúna membra déserens,
Dapes supérnas óbtinet.

Proindè te piíssime
Precâmur omnes súpplices;
Nobis ut huius grátia
Pœnas remíttas débitas.

Patri perénnis glória
Natóque Patris único,
Sanctóque sit Paráclito,
Per omne semper sæculum.
Amen.

Si vénerit in quátuor Tempóribus fit Commemorat. Fériæ ad Laudes tantum.

Vésperæ à Capítulo de sequénti, cum Commem. præcedéntis.

## DIE XVIII. SEPTEMBRIS.

In festo S. Thomæ de Villanóva Epíscopi & Confessóris. Semiduplex.

Omnia de Commúni Confessóris Pontíficis, xvii. præter Antíphonas ad Magníficat & ad Benedíctus, & Oratiónem.

In Hymno. Iste Conféssor. mutâtur tértius Versus.

Ad Magníficat in utrísque Vésperis, Aña. Dispérsit, dedit paupéribus: iustítia eius manet in sæcuhum sæculi.

ORATIO.

DEus, qui beátum Thomam Pontíficem insígnis in páuperes misericórdiæ virtúte decorásti: quæsumus, ut eius intercessióne in omnes, qui te deprecántur, divítias misericórdiæ tuæ benígnus effúndas. Per Dóminum nostrum.

Ad Benedíctus, Antíphona. Eleëmósynas illius enarrâbit omnis Ecclésia Sanctórum.

Et fit Commemorátio Fériæ, si vénerit in quátuor Tempóribus ad Laudes tantùm.

Vésperæ de sequénti cum Commem. S. Thomæ de Villanova.

## DIE XVIII. vel ALIA DIE.

In festo S. Ioséphi à Cupertinó Confessóris. Duplex.

Omnia de Commúni Confessóris non Pontíficis, præter sequéntia.

In primis Vésperis, quæ dicúntur de festo, ad Magníficat Antíphona. Mortuus sum, & vita mea est abscóndita cum Christo in Deo.

ORATIO.

DEus, qui ad unigénitum Filium tuum exaltâtum à terra ómnia trahére disposuísti: pérfice propítius; ut méritis, & exémplo Seraphici Confessóris tui Ioséphi supra terrénas omnes cupiditátes eleváti, ad eum pervenire mereâmur. Qui tecum vivit.

Deindè fit Commemorátio Sacrorum Stigmatum in córpore Sancti Francísci.

Ad Benedíctus, Antíphona. Osténdit mihi (Dóminus) flúvium aquæ vivæ, spléndidum tamquàm crystalum procedéntem de sede Dei, & Agni.

In ij. Vésp. Antíphona. Exístimo ómnia detriméntum esse propter eminéntem sciéntiam Iesu Christi Dómini mei.
DIE

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## DIE XIX. SEPTEMBRIS.

In festo SS. martyrum Ianuárij Episcopi & Sociorum. Duplex.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua sanctórum mártyrum tuórum, Ianuárij & Sociórum eius, solemnitáte lætíficas: concéde propítius, ut quorum gaudêmus méritis, accendâmur exémplis. Per Dóminum.

Deinde fit Commem. S. Thómæ de Villanova, Antiph. Dispérsit. ℣. Iustum dedúxit. Orátio. Deus, qui. ut suprà.

Si hoc Festum vénerit in Quátuor Tempóribus, fit Commemorátio fériæ occurréntis ad Laudes tantum.

Vésperæ à Capítulo de SS. Eustáchio, & Sócijs martýribus cum Commemorat. SS. Ianuárij & Sociórum martyr.

## DIE XX. SEPTEMBRIS.

In festo SS. Eustáchij & Sociórum mártyrum. Duplex.

Oratio.

DEus, qui nos concêdis sanctôrum mártyrum tuórum Eustáchij, & Sociorum eius natalítia cólere: da nobis in ætérna beatitúdine de côrum societáte gaudêre. Per Dóminum nostrum.

Pro Commem. SS. Ianuárij & Sociorum, Aña. Gaudent in cælis ánimæ sanctôrum, qui Christi vestígia sunt secúti: & quia pro eius amôres sánguinem suum fudérunt, ideò cum Christo exúltant sine fine. ℣. Exultábunt sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis. Orátio. Deus, qui nos. ut suprà.

In Láudibus fit Commem. Vigíliæ S. Matthæi, ut in Psaltério.

Si hæc Vigília vénerit in Quátuor Tempóribus, nihil fit de ea nisi in Missa.

Oratio.

DA quǽsumus omnípotens Deus: ut beáti Matthǽi Apóstoli tui & Evangelístæ, quam prævenímus, veneránda solémnitas, & devotiônem nobis áugeat, & salûtem. Per Dóminum.

Vésperæ de sancto Matthǽo Apostolo cum Commemoratióne præcedéntis Festi.

## DIE XXI. SEPTEMBRIS.

IN FESTO

SANCTI MATHÆI

Apóstoli & Evangelístæ. Duplex.

Omnia de Commûni Apostolórum, ,j. præter Orationem.

Oratio.

BEáti Apóstoli & Evangelístæ Matthǽi, Dñe, précibus adiuvêmur, ut quod possibílitas nostra non óbtinet, eius nobis intercessiône donêtur. Per Dóminum nostrum.

Deindè fit Commemorátio sanctorum Eustáchij & Sociórum mártyrum, Antiph. Gaudent in cælis ánimæ sanctórum, qui Christi vestígia sunt secúti: & quia pro eius amôre sánguinem suum fudérunt, ídeò cum Christo exúltant sine fine. ℣. Exultábunt sancti in gloria. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis. Orátio ut suprà. 441.





In secúndis Vésperis fit Commemorátio SS. Maurítij & Sociórum mártyrum.

## DIE XXII. SEPTEMBRIS.

Sanctórum Maurítij & Sociôrum mártyrum.

Antiphona. Istôrum est enim regnum cælórum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad prǽmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætámini in Dómino, & exultâte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Oratio.

ANnue, quǽsumus omnípotens Deus: ut sanctórum mártyrum tuôrum Maurítij & Sociôrum eius, nos lætíficet festiva solémnitas: ut quorum suffrágijs nítimur, eórum natalítijs gloriêmur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

## DIE XXIII. SEPTEMBRIS.

In festo S. Lini Papæ & mártyris. Semiduplex.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Lini mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas: concêde propítius; ut cuius natalítia cólimus, de eiúsdem étiam protectiône gaudeâmus. Per Dominum.

Et fit Commem. S. Theclæ vírginis & mártyris, Aña. Veni sponsa Christi, áccipe corônam, quam tibi Dóminus præparâvit in ætérnum. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procêde, & regna.

Et in Láudib. Aña. Símile est regnum cælôrum hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas: invénta tua pretiósa, dedit ómnia sua, & comparâvit eam. ℣. Diffûsa est grátia in labijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Oratio.

DA quǽsumus omnípotens Deus: ut qui beátæ Theclæ vírginis & mártyris tuæ natalítia cólimus, & ánnua solemnitáte lætêmur, & tantæ fidei proficiâmus exémplo. Per Dóminum.

## DIE XXIV. SEPTEMBRIS.

In festo Beatíssimæ Vírginis Maríæ de Mercéde. Duplex.

Omnia ùt in Festo ad Nives, 409. præter sequéntia.

Oratio.

DEus, qui per gloriosissimam filij tui Matrem ad liberándos Christi fidéles à potestáte Paganôrum, nova Ecclésiam tuam prole amplificâre dignâtus es: præsta quǽsumus; ut quam piè venerâmur tanti óperis Institutricem, eius páriter méritis & intercessióne, à peccátis ómnibus, & captivitáte dæmonis liberêmur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Deindè fit Commemorátio S. Lini Papæ & mártyris.

Ad Vésperas, Antiphona. Dum esset. cum réliq. de Láudibus, Psalmi, Capitulum, Hymnus, & ℣. ut in primis Vésperis Festi ad Nives v. Augusti.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ad Magníficat, Antíphona.
Beátam me dicent omnes generatiónes, quia ancíllam húmilem respéxit Deus.

Orátio. Deus, qui. ut suprà.

DIE XXVI. SEPTEMBRIS.

Sanctórum Cypriáni & Iustínæ mártyrum.

ORATIO.

BEatórum mártyrum Cypriáni & Iustínæ nos, Dómine, fóveant continuáta præsídia: quia non désinis propítius intuéri, quos tálibus auxílijs concésseris adiuvári. Per Dóminum nostrum.

DIE XXVII. SEPTEMBRIS.

In festo SS. mártyrum Cósmæ & Damiáni. Semidúplex.

ORATIO.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: ut qui sanctórum mártyrum tuórum Cosmæ & Damiáni natalítia cólimus: à cunctis malis imminéntibus, eórum intercessiónibus liberémur. Per Dóminum.

Vésperæ à Capítulo de sequénti, Commem. præcedéntis.

DIE XXVIII. SEPTEMBRIS.

In festo S. Wenceslái Ducis & mártyris. Semidúplex.

Omnia de Commúni unius Mártyris, viii. præter Oratiónem.

ORATIO.

DEus, qui beátum Wenceslâum per martýrij palmam à terréno Principátu ad cæléstem glóriam transtulísti; eius précibus nos ab omni advérsitáte custódi, & eiúsdem tríbue gaudére consórtio. Per Dóminum nostrum.

Vésperæ de S. Michaéle Archángelo, sine Commemorat. S. Wenceslái.

DIE XXIX. SEPTEMBRIS.

IN DEDICATIONE S. MICHAELIS ARCHANGELI.

Dúplex.

Ad Vésperas, Antíphona. Stetit Angelus. cum réliq. de Láudibus. 447. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliq. de Domín. 125. & loco últimi, Psalm. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

CAPITULUM. *Apoc. 1.*

SIgnificávit Deus quæ opórtet fíeri citò, loquens per Angelum suum servo suo Ioanni, qui testimónium perhíbuit verbo Dei, & testimónium Iesu Christi, quæcúmque vidit.

HYMNUS.

TE splendor, & virtus Patris,
Te vita, Iesu, córdium,
Ab ore qui pendent tuo,
Laudâmus inter Angelos.
Tibi mille densa míllium
Ducum coróna mílitat:
Sed éxplicat Victor Crucem
Michaël salútis Sígnifer.
Dracónis hic dirum caput
In ima pellit tártara,
Ducémque cum rebéllibus
Cæléstí ab arce fúlminat.
Contra ducem supérbiæ
Sequâmur hunc nos Príncipem,
Ut detur ex Agni throno
Nobis coróna glóriæ.
Patri, simúlque Fílio,
Tibíque sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit iúgiter
Sæclum per omne glória.
Amen.

℣. Stetit Angelus iuxta aram templi. ℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Magníficat, Antíphona.
Dum sacrum mystérium cérneret Ioánnes, Archángelus Michaël tuba cécinit: Ignósce Dómine Deus noster, qui áperis librum, & solvis signácula eius, allelúia.

ORATIO.

DEus, qui miro órdine Angelórum ministéria hominúmque dispénsas: concéde propítius; ut à quibus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur, ab his in terra vita nostra muniátur. Per Dóminum.

Ad Matutínum, Invitatórium.
Regem Archangelórum Dóminum, * Veníte adorêmus. Psalmus. Veníte, exultêmus. 2. Hymnus. Te splendor & virtus Patris. ut suprà. 444.

In primo Noctúrno, Aña.
Concússum est mare, & contrémuit terra, ubi Archángelus Michaël descendébat de cælo. Psalmus. Dómine Dóminus noster. 5. Antiph. Laudêmus Dóminum: quem laudant Angeli, quem Chérubim & Séraphim, Sanctus, Sanctus, Sanctus, proclámant. Psal. In Dómino confído. 7. Antíphona. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini de manu Angeli. Psalmus. Dómine, quis habitábit. 9. ℣. Stetit Angelus iuxta aram templi. ℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

In secúndo Noctúrno, Aña.
Michaël Archángele, veni in adiutórium pópulo Dei. Psalmus. Cæli enárrant glóriam Dei, & ópera. 14. Antiph. Michaël præpósitus paradísi, quem honoríficant Angelórum cives. Psalmus. Dómini est terra. 31. Antiph. Gloriósus apparuísti in conspéctu Dómini, proptéreà decórem índuit te Dóminus. Psalmus. Benedícam Dóminum. 54. ℣. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini. ℟. De manu Angeli.

In tértio Noctúrno, Aña.
Angelus Archángelus Michaël, Dei núncius pro animábus iustis, allelúia, allelúia. Psalmus. Cantáte Dómino cánticum novum: * cantáte. 105. Antíphona. Data sunt ei incénsa multa, ut adoléret ea ante altáre áureum, quod est ante óculos Dómini. Psalmus. Dóminus regnávit, exúltet. 105. Antíphona. Multa magnália de Michaéle Archángelo, qui fortis in prælio fecit victóriam. Psalmus. Bénedic ánima mea Dómino: & ómnia. 113. ℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus. ℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

AD LAUDES,

& per Horas, Antíphona.

STetit Angelus iuxta aram templi, habens thuríbulum áureum in manu sua. Psalm. Dóminus regnávit. cum réliq. 17. Aña. Dum præliarétur

tur Míchaël Archángelus cum dracóne, audíta est vox dicéntium: Salus Deo nostro, allelúia. Aña. Archángele Míchaël, constítui te príncipem super omnes ánimas suscipiéndas. Antíphona. Angeli Dómini Dóminum benedícite in ætérnum. Antíphona. Angeli, Archángeli, Troni, & Dominatiónes, Principátus, & Potestátes, Virtútes cælorum, laudáte Dóminum de cælis, allelúia.

CAPITULUM. *Apoc.* I.

Significávit Deus quæ opórtet fieri citò, loquens per Angelum suum servo suo Ioanni, qui testimónium perhíbuit Verbo Dei, & testimónium Iesu Christi, quæcumque vidit.

HYMNUS.

Christe, sanctórum decus Angelorum,
Gentis humánæ Sator & Redémptor,
Cǽlitum nobis tríbuas beátas
Scándere sedes.

Angelus pacis Míchaël in ædes
Cǽlitus nostras véniat; serénæ
Auctor ut pacis lacrymosa in orcum
Bella relégat.

Angelus fortis Gábriël, ut hostes
Pellat antíquos, & amíca cælo,
Quæ triumphátor státuit per orbem
Templa revísat.

Angelus nostræ médicus salútis
Adsit è cælo Ráphaël, ut omnes
Sanet ægrótos, dubiósque vitæ
Dírigat actus.

Virgo Dux pacis, Genitríxque lucis,
Et sacer nobis Chorus Angelórum
Semper assístat, simul & micántis
Régia cæli.

Præstet hoc nobis Déitas beáta
Patris, ac Nati, paritérque sancti
Spíritus, cuius résonat per omnem
Glória mundum.
Amen.

℣. Stetit Angelus iuxta aram templi. ℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Factum est siléntium in cælo, dum draco commítteret bellum: & Míchaël pugnávit cum eo, & fecit victóriam, allelúia.

ORATIO.

Deus, qui miro órdine Angelórum ministéria hominúmque dispénsas: concéde propítius; ut à quibus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur, ab his in terra vita nostra muniátur. Per Dóminum nostrum.

Ad Tértiam, Antíphona.

Dum præliarétur. Capítulum. Significávit. ut suprà.

℟. br. Stetit Angelus, *Iuxta aram templi. Stetit. ℣. Habens thuríbum áureum in manu sua. Iuxta. Glória Patri. Stetit. ℣. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini. ℟. De manu Angeli.

Ad Sextam, Antíphona.

Archángeli Míchaël.

CA-



CAPITULUM. *Apoc.* 5. c

Audívi vocem Angelórum multórum in circúitu throni, & animálium, & seniórum: & erat númerus eórum míllia míllium, voce magna dicéntium: Salus Deo nostro.

℟. breve. Ascéndit fumus arómatum, * In conspéctu Dómini. Ascéndit. ℣. De manu Angeli. In conspéctu. Glória Patri. Ascéndit. ℣. In conspéctu Angelorum psallam tibi Deus meus. ℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Ad Nonam, Antíphona.

Angeli, Archángeli.

CAPITULUM. *Apoc.* 12. *b*

Factum est prǽlium magnum in cælo: Míchaël & Angeli eius præliabántur cum dracóne, & draco pugnábat, & ángeli eius: & non prævaluérunt, neque locus invéntus est eórum ámplius in cælo.

℟. breve. In conspéctu Angelórum, * Psallam tibi Deus meus. In conspéctu. ℣. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo. Psallam. Glória Patri. In conspéctu. ℣. Adoráte Deum. ℟. Omnes Angeli eius.

In ii. Vésperis, Antíphona.

Stetit Angelus. cum réliquis de Láudibus. 447. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliq. de Domínica, 125. & loco últimi, Psalmus. Confitébor tibi Dómine in toto corde meo: * quóniam audísti. 139. Capitul. Significávit. Hymnus. Te splendor. ut suprà in primis Vésperis, 446. ℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus. ℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Ad Magníficat, Antíphona.

Princeps gloriosíssime, Míchaël Archángele, esto memor nostri: hic, & ubíque semper precáre pro nobis Fílium Dei, allelúia, allelúia. Orátio. Deus, qui miro órdine. ut suprà. 448.

Deindè fit Commemorátio S. Hierónymi, ut infrà.

DIE XXX. SEPTEMBRIS.

In festo S. Hierónymi Presbýteri Confessoris, & Ecclésiæ Doctóris. Duplex.

Ad Magníficat in utrísque Vésperis, Antíphona. O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beáte Hierónyme, divínæ legis amátor, deprecáre pro nobis Fílium Dei. ℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum. ℟. Stolam glóriæ índuit eum.

ORATIO.

Deus, qui Ecclésiæ tuæ in exponéndis sacris Scriptúris beátum Hierónymum Confessórem tuum Doctórem máximum providére dignátus es: præsta quǽsumus; ut eius suffragántibus méritis, quod ore simul & ópere dócuit, te adiuvánte exercére valeámus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

In secúndis Vésperis fit Commemorátio S. Remígii.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## FESTA OCTOBRIS.

Prima die non impedita dicitur Officium Defunctor. lxviii.

### DOMINICA

Prima Octóbris quæ íncidit in Kaléndas illius mensis vel próximè séquitur.

### OFFICIUM
Solemnitátis SS. Rosárij B. Mariæ Vírginis.
Duplex.

### AD VESPERAS,

Aña. Dum esset Rex. cum réliquis Añis, & Psalmis, ut in Officio parvo B. Mariæ. Capitulum. A b início. Hymnus. A ve maris stella. ℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta. ℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Ad Magníficat, Antíphona.
Sancta María succúrre míseris, iuva pusillánimes, réfove flébiles, ora pro pópulo, intérveni pro clero, intercéde pro devóto femíneo sexu: séntiant omnes tuum iuvámen, quicúmque célebrant tuam sanctam solemnitátem.

Oratio.

Deus, cuius Unigénitus, per Vitam, Mortem, & Resurrectiónem suam, nobis salútis ætérnæ prǽmia comparávit: concéde quæsumus; ut hæc Mystéria sanctíssimo beátæ Maríæ Vírginis Rosário recoléntes, & imitémur, quod cóntinent; & quod promíttunt, assequámur. Per eúmdem Dóminum.

Et fit Commemorátio Domínicæ occurréntis.

Ad Matutínum, Invitatórium. Sancta María Dei génitrix virgo, * Intercéde pro nobis. Psalmus. Venite, exultêmus. Hymnus. Quem terra. Antiphonæ & Psalmi Nocturnórum ut in Officio parvo beátæ Mariæ.

Ad Laudes, & per Horas ómnia dicúntur ut in festo S. Mariæ ad Nives v. Augusti.

Orátio. Deus, cuius Unigénitus. ut suprà.

Et fit Commem. Domínicæ. In secúndis Vésperis ómnia ut in primis.

Ad Magníficat, Antíphona. Beátam me dicent omnes generatiónes: quia ancíllam húmilem respéxit Deus.

Et fit Commem. Domínicæ.

### DIE I. OCTOBRIS.

S. Remígij Epíscopi & Confessóris.

Aña. Sacérdos & Póntifex, & virtútum ópifex, pastor bone in pópulo: ora pro nobis Dóminum. ℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum. ℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Oratio.

Da quǽsumus omnípotens Deus: ut beáti Remígij Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, & devotiónem nobis áugeat, & salútem. Per Dóminum.

### DIE II. OCTOBRIS.

In festo SS. Angelórum Custódum. Duplex.

Ad Vésperas, Aña. Angelis suis. cum réliquis de Laud. 452. Psalm. Dixit Dóminus, cum réliquis de Domínica, 125. & loco últimi. Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

Ca-



Capitulum. *Exodi 23. d*

Ecce egó mittam Angelum meum, qui præcédat te, & custódiat in via, & introdúcat in locum quem parávi. Obsérva eum, & audi vocem eius.

Hymnus.

Custódes hóminum psállimus Angelos,
Natúræ frágili quos Pater áddidit
Cæléstis cómites, insidiántibus
Ne succúmberet hóstibus.
Nam quòd corrúerit próditor ángelus,
Concéssis méritò pulsis honóribus,
Ardens invídia, péllere nítitur
Quos cælo Deus ádvocat.
Huc custos ígitur pérvigili ádvola,
Avértens pátria de tibi crédita
Tam morbos ánimi, quàm requiéscere,
Quidquid non sinit íncolas.
Sanctæ sit Tríadi laus pia iúgiter,
Cuius perpétuo númine máchina
Triplex hæc régitur, cuius in ómnia
Regnat glória sǽcula.
Amen.

℣. In conspéctu Angelórum, psallam tibi Deus meus. ℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Ad Magníficat, Antíphona.
Omnes sunt administratórij spíritus, in ministérium missi propter eos, qui hereditátem cápiunt salútis.

Oratio.

Deus, qui ineffábili providéntia sanctos Angelos tuos ad nostram custódiam míttere dignáris: largíre supplícibus tuis, & eórum semper protectióne defendi, & ætérna societáte gaudére. Per Dóminum.

Ad Matutínum, Invitatórium. Regem Angelórum Dóminum, * Venite adorémus. Psal. Venite, exultêmus. 2. Hymnus. Custódes hóminum. ut suprà.

In primo Nocturno, Aña. Dóminus Deus cæli & terræ, ipse mittet Angelum suum coram te. Psalmus. Dómine Dóminus noster. 5. Aña. Deus meus misit Angelum suum, & conclúsit ora leónum, & non nocuérunt mihi. Psalm. In Dómino confído. 7. Aña. Benè ambulétis, & Dóminus sit in itínere vestro, & Angelus eius comitétur vobíscum. Psalmus. Dómine, quis habitávit. 9. ℣. Stetit Angelus iuxta aram templi. ℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

In secúndo Nocturno, Aña. Cùm essem vobíscum, per voluntátem Dei eram: ipsum benedícite, & cantáte ei. Psalmus. Cæli enárrant. 14. Antíphona. Tollens se Angelus Dómini, qui præcedébat castra Israël, ábijt post eos. Psalm. Dómini est terra. 30. Antíphona. Immíttet Angelus Dómini in circúitu timéntium eum, & erípiet eos. Psalm. Benedícam Dóminum. 54. ℣. Ascéndit fumus



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mus arómatum in conspéctu Dómini. ℟. De manu Angeli.

In tértio Noctúrno, Aña.

Misit Dóminus Angelum suum, qui percússit omnem virum robústum, & bellatórem, Príncipem exércitus regis Assiriórum. Psalmus. Cantáte Dómino cánticum novum: cantáte. 105. Antiphona. Adoráte Dóminum omnes Angeli eius: audivit, & lætáta est Sion. Psalm. Dóminus regnávit, exúltet terra. 105. Aña. Benedícite Dómino omnes Angeli eius, poténtes virtúte, faciéntes verbum illius, ad audiéndam vocem sermónum eius. Psal. Bénedic ánima mea Dómino, * & ómnia. 113. ℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus. ℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Angelis suis Deus mandávit de te, ut custódiant te in ómnibus vijs tuis. Psalm. Dóminus regnávit. cum réliquis. 17. Aña. Laudémus Dóminum, quem laudant Angeli, quem Cherubim & Séraphim, Sanctus, Sanctus, Sanctus, proclámant. Aña. Angeli eórum semper vident fáciem Patris mei, qui est in cælis. Aña. Benedíctus Deus, qui misit Angelum suum, & éruit servos suos, qui credidérunt in eum. Aña. Laudáte Deum omnes Angeli eius: laudáte eum omnes virtútes eius. Capitulum. Ecce ego mittam 451.

HYMNUS.

Ætérne Rector síderum,
Qui, quidquid est, poténtia
Magna creásti, nec regis
Minóre providéntia.
Adésto supplicántium
Tibi cœ́rum cœtui;
Lucísque sub crepúsculum,
Lucem novam da méntibus:
Tuúsque nobis Angelus,
Eléctus ad custódiam,
Hic adsit, à contágio
Ut críminum nos prótegat.
Nobis dracónis æmuli
Versútias extérminet:
Ne rete frauduléntiæ
Incáuta nectat péctora.
Metum repéllat hóstium
Nostris procul de fínibus:
Pacem procúret cívium,
Fugétque pestiléntiam.
Deo Patri sit glória,
Qui, quos redémit Fílius,
Et sanctus unxit Spíritus,
Per Angelos custódiat.
Amen.

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus. ℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Revérsus est Angelus, qui loquebátur in me, & suscitávit me, quasi virum qui suscitátur à somno suo. Orátio. Deus, qui ineffábili. ut supra. 449.

Ad Tértiam, Aña. Laudémus Dóminum. Capitulum. Ecce ego mittam. ut supra. 451. ℟. breve. Stetit Angelus, * Iuxta aram templi. Stetit. ℣. Habens thuríbulum áureum in manu sua. Iuxta. Glória Patri, Stetit. ℣. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini. ℟. De manu Angeli.

Ad Sextam, Antiphona.

Angeli eórum.

CAPITULUM. *Exodi 23. d*

Nec contemnéndum putes: quia non dimíttet cùm peccáveris, & est nomen meum in illo.

℟. breve. Ascéndit fumus arómatum, * In conspéctu Dómini. Ascéndit. ℣. De manu Angeli. In conspéctu. Glória Patri. Ascéndit. ℣. In conspectu Angelórum psallam tibi Deus meus. ℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Ad Nonam, Antiphona.

Laudáte Deum.

CAPITULUM. *Exodi 23. e*

Quòd si audíeris vocem eius, & féceris ómnia quæ loquor, inimícus ero inimícis tuis, & affligam affligéntes te. Præcedétque te Angelus meus.

℟. breve. In conspéctu Angelórum, * Psallam tibi Deus meus. In conspéctu. ℣. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo. Psallam. Glória Patri. In conspéctu. ℣. Adoráte Deum. ℟. Omnes Angeli eius.

In ii. Vésp. Aña. Angelis suis cum réliquis de Láudibus. 452. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco último, Psalmus. Confitébor tibi Dómine in toto corde meo; * quóniàm audísti. 139. Capitulum, Hymnus, & Versus, ut supra in i. Vésperis. 449.

Ad Magníficat, Antiphona.

Sancti Angeli Custódes nostri defféndite nos in prælio, ut non pereámus in treméndo iudício.

Orátio ut supra. 449.

## DIE IV. OCTOBRIS.

In festo S. Francisci Confessóris. Duplex.

ORATIO.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Francísci méritis fœtu novæ prolis amplíficas: tribue nobis, ex eius imitatióne terréna despícere, & cæléstium donórum semper participatióne gaudére. Per Dóminum.

In ii. Vésperis fit Commem. SS. Plácidi & Sociórum mart.

## DIE V. OCTOBRIS.

Sanctórum Plácidi & Sociórum mártyrum.

Aña. Istórum est enim regnum cælórum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad præmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætámini in Dómino, & exultáte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

ORATIO.

Deus, qui nos concédis sanctórum mártyrum tuórum, Plácidi & Sociórum eius, natalítia cólere: da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

## DIE VI. OCTOBRIS.

In festo S. Brunônis Confessôris. Duplex.

ORATIO.

SAncti Brunônis Confessôris tui, quǽsumus Dómine, intercessiónibus adiuvémur: ut qui maiestâtem tuam gráviter delinquéndo offéndimus, eius méritis, & précibus nostrorum delictorum véniam consequâmur. Per Dóminum nostrum.

In secúndis Vésperis fit Commemorátio de sequénti.

## DIE VII. OCTOBRIS.

Sancti Marci Papæ & Confessôris.

Antiphona. Sacérdos & Póntifex, & virtûtum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum. ℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum. ℟. Stolam glóriæ induit eum.

ORATIO.

EXáudi Dómine preces nostras: & interveniénte beâto Marco Confessore tuo atque Pontífice, indulgéntiam nobis tríbue placâtus, & pacem. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemorátio sanctôrum mártyrum Sérgij, Bacchi, Marcélli, & Apuléi, Antiphona. Istôrum est enim regnum cælôrum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad prǽmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætámini in Dómino, & exultâte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Et in Láudibus, Antíphona. Vestri capílli cápitis omnes numeráti sunt: nolíte timêre: multis passéribus melióres estis vos. ℣. Exultábunt sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

ORATIO.

SAnctôrum mártyrum tuôrum nos, Dómine, Sérgij, Bacchi, Marcélli, & Apuléi beáta mérita prosequántur: & tuo semper fáciant amóre fervéntes. Per Dóminum.

## DIE VIII. OCTOBRIS.

In festo sanctæ Birgíttæ víduæ. Duplex.

ORATIO.

DOmine Deus noster, qui beátæ Birgíttæ per Fílium tuum unigénitum secréta cæléstia revelásti: ipsius pia intercessióne da nobis fámulis tuis, in revelatióne sempitérnæ glóriæ tuæ gaudêre lætántes. Per eúndem Dóminum nostrum.

In secúndis Vésperis fit Commemorátio de SS. Dionýsio, Rústico, & Eleuthério.

## DIE IX. OCTOBRIS.

In festo sanctôrum mártyrum Dionýsij, Rústici, & Eleuthérij. Semidúplex.

ORATIO.

DEus, qui hodiérna die beátum Dionýsium mártyrem tuum atque Pontíficem, virtûte constántiæ in passióne roborásti: quique illi ad prædicándum Géntibus glóriam tuam Rústicum & Eleuthérium sociâre dignâtus es: tríbue nobis quǽsumus, eôrum imitatiône, pro amôre tuo próspera mundi despícere, & nulla eius advérsa formidâre. Per Dóminum.

Vésperæ à Capítulo de sequénti, Commemor. præcedéntis.

## DIE X. OCTOBRIS.

In festo S. Francisci Bórgiæ. Confessóris. Semidúplex.

Omnia de Commûni Confessôris non Pontíficis, præter Oratiônem.

In Hymnus. Iste Conféssor. mutâtur tértius Versus.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe, veræ humilitâtis, & exémplar, & prǽmium; quǽsumus, ut sicut beátum Francíscum in terréni honôris contémptu imitatôrem tui gloriôsum effecísti, ità nos eiúsdem imitatiônis, & glóriæ tríbuas esse consórtes. Qui vivis, & regnas.

Deindè fit Comm. SS. Dionýsij, &c. mártyrum.

## DIE XIII. OCTOBRIS.

In festo sancti Eduárdi Regis. Confessóris. Semidúplex.

Omnia de Commúni Confessôris non Pontíficis. xx.

In Hymno. Iste Conféssor. mutâtur tértius Versus.

ORATIO.

DEus, qui beátum regem Eduárdum Confessôrem tuum æternitâtis glória coronásti: fac nos quǽsumus ita eum venerári in terris, ut cum eo regnâre possîmus in cælis. Per Dóminum.

In secúndis Vésperis à Capítulo de sequénti cum Commemoratiône S. Eduárdi.

## DIE XIV. OCTOBRIS.

In festo S. Callisti Papæ & mart. Semidúplex.

ORATIO.

DEus, qui nos cónspicis ex nostra infirmitâte defícere: ad amôrem tuum nos misericórditer per sanctôrum tuôrum exémpla restáura. Per Dóminum.

Vésperæ de S. Terésia vírgine, cum Commem. S. Callísti.

## DIE XV. OCTOBRIS.

In festo S. Terésiæ vírginis. Duplex.

CAPITULUM. 2. *Cor.* 10. *d*

FRatres, Qui gloriâtur, in Dómino gloriétur. Non enim qui seipsum comméndat, ille probâtus est: sed quem Deus comméndat.

HYMNUS ad Vésperas.

Regis supérni núncia
Domum patérnam déseris,
Terris Terêsa bárbaris
Christum datúra, aut sánguinem.

Sed te manet suávior
Mors, pœna poscit dúlcior:
Divíni amôris cúspide
In vulnus icta cóncides.

O charitâtis víctima!
Tu corda nostra cóncrema,
Tibíque gentes créditas
Avérni ab igne líbera.

Sit laus Patri cum Fílio,
Et Spíritu Paráclito,
Tibíque sancta Trínitas,
Nunc & per omne sǽculum.
Amen.





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procéde, & regna.

Ad Magnificat, Antíphona.

Veni sponsa Christi, áccipe corônam, quam tibi Dóminus præparâvit in ætérnum.

Orátio.

Exáudi nos Deus salutâris noster: ut sicut de beátæ Terésiæ vírginis tuæ festivitâte gaudêmus; ità cæléstis eius doctrínæ pábulo nutriâmur, & piæ devotiónis erudiâmur afféctu. Per Dóminum.

Pro Comm. S. Callisti Papæ, & martyris, Aña. Qui vult veníre post me, ábneget semetípsum, & tollat crucem suam, & sequâtur me. ℣. Iustus ut palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Orátio. Deus, qui nos cónspicis. ut suprà. 455.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Regem Vírginum Dóminum, * Veníte adorêmus. Psalm. Veníte, exultêmus. 2.

Hymnus.

Hæc est dies, qua cándidæ
Instar columbæ, Cælitum
Ad sacra templa spíritus
Se tránstulit Terésiæ.

Sponsíque voces áudijt:
Veni soror de vértice
Carméli ad Agni núptias:
Veni ad corônam glóriæ.

Te sponse Iesu Vírginum
Beáti adórent Ordines,
Et nuptiáli cántico
Láudent per omne sæculum.
Amen.

Antiphonæ, Psalmi, & Versículi Nocturnórum de Commúni Vírginum, ut infrà xxvi.

Ad Laudes, Hymnus, ut in primis Vésperis.

℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedíctus, Antíphona. Símile est regnum cælórum hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas: invénta una pretiósa, dedit ómnia sua, & comparâvit eam.

Orátio. Exáudi nos Deus. ut suprà. 456.

## DIE XVII. OCTOBRIS.

In festo S. Heduvígis víduæ. Semiduplex.

Omnia de Commûni nec Vírginis nec Mártyris. xxviij.

Orátio.

Deus, qui beátam Hedvvígem à sǽculi pompa, ad húmilem tuæ crucis sequêlam toto corde transíre docuísti: concéde, ut eius méritis, & exémplo discâmus peritûras mundi calcâre delícias, & in ampléxu tuæ crucis ómnia nobis adversántia superâre. Qui vivis.

Vésperæ de S. Luca sine Commemoratióne S. Heduvígis.

## DIE XVIII. OCTOBRIS.

In festo S. Lucæ Evangelístæ, Duplex.

Omnia de Commûni Apostolórum. j.

Orátio.

Intervéniat pro nobis, quǽsumus Dómine, sanctus tuus Lucas Evangelista: qui crucis mortificatiónem iúgiter in suo córpore, pro tui nóminis honôre portâvit. Per Dóminum.



In ij. Vésperis fit Commem. S. Petri de Alcántara.

## DIE XIX. OCTOBRIS.

In festo S. Petri de Alcántara Confessóris. Duplex.

In Hymno mutâtur tértius Versus.

Orátio.

Deus, qui beâtum Petrum Confessórem tuum admirábilis pœniténtiæ, & altíssimæ contemplatiónis múnere illustrâre dignâtus es: da nobis quǽsumus; ut eius suffragántibus méritis, carne mortificáti, facílius cæléstia capiâmus. Per Dóminum nostrum.

In ij. Vésperis S. Petri de Alcántara fit Commemorátio sequéntis, Aña. Similâbo eum viro sapiénti, qui ædificâvit domum suam supra petram. ℣. Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum. ℟. Stolam glóriæ induit eum.

## DIE XX. OCTOBRIS.

In festo Sancti Ioánnis Cantij Confessóris. Semiduplex.

Omnia de Commûni Confessóris non Pontíficis, præter ea, quæ hîc sunt própria.

Orátio.

Da quǽsumus omnípotens Deus: ut sancti Ioánnis Confessóris exemplo in sciéntia Sanctórum proficiéntes, atque alijs misericórdiam exhibéntes, eius méritis indulgéntiam apud te consequâmur. Per Dóminum.

Nisi Festum S. Ioánn. transférri contíngat: tunc enim in primis Vésperis, si à Capítulo fiat de eódem Festo, dícitur séquens

Hymnus.

Gentis Polóniæ glória,
Clerique splendor nóbilis,
Decus Lycéi, & pátriæ
Pater, Ioánnes ínclyte.

Legem supérni Núminis
Doces Magíster, & facis,
Nil scire prodest: sédulò
Legem nitâtur éxequi.

Apostolórum límina
Pedes viâtor vísitas;
Ad pátriam, quam téndimus,
Gressus viámque dírige.

Urbem petis Ierúsalem;
Signâta sacro sánguine
Christi colis vestígia,
Rigásque fusis flétibus.

Acérba Christi vúlnera
Hærête nostris córdibus,
Ut cogitêmus cónsequi
Redemptiónis prétium.

Te prona mundi máchina
Clemens adóret Trínitas,
Et nos novi per grátiam
Novum canâmus cánticum.
Amen.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Regem Confessôrum Dóminum, * Veníte adorêmus. Psalmus. Veníte, exultêmus.

Hymnus.

Corpus domas ieiúnijs,
Cædis cruénto vérbere,
Ut castra pœniténtium
Miles sequâris ínnocens.

Sequâmur & nos sédulò
Gre-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Gressus Paréntis óprimi,
Sequâmur, ut licéntiam
Carnis refrænet spíritus:
Rigénte bruma próvidum
Præbes amíctum páuperi,
Sitim famémque egéntium
Esca potúque súblevas.
O qui negásti némini
Opem rogánti, pátrium
Regnum tuére, póstulant
Cives Poloni, & éxteri.
Sit laus Patri, sit Fílio,
Tibíque sanctæ Spíritus:
Preces Ioánnis ímpetrent
Beáta nobis gáudia.
Amen.

Ad Laudes, Hymn. Gentes Polóniæ, ut supr. in j. Vésp. 1.

Ad secúndas, Vésperas, Hymnus.

Te deprecánte, córporum
Lues recédit, ímprobi
Morvi fugántur, prístina
Rédeunt salútis múnera.
Phtisi febríque & úlcere
Diram redáctos ad necem,
Sacrátas morti víctimas
Eius rapis è fáucibus.
Te deprecánte, túmido
Merces abáctæ flúmine,
Tractæ Dei poténtia
Sursum fluunt retrógradæ.
Quum tanta possis, sédibus
Cæli locátus, póscimus:
Respónde votis súpplicum,
Et invocátus súbveni.
O una semper Trínitas!
O Trina semper Unitas!
Da, supplicánte Cántio,
Ætérna nobis præmia. Amen.

℣. Iustum dedúxit Dóminus per via rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magníficat, Antíphona.

Hic vir despíciens mundum, & terrêna, triúmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu.

Orátio. Da quæsumus: ut suprà. 1.

Deindè fit Commemorátio S. Hilariónis Abbátis.

Posteà SS. Ursulæ & Sociárum Vírginum & Mártyrum.

## DIE XXI. OCTOBRIS.

S. Hilariónis Abbátis.

ORATIO.

Intercéssio nos, quæsumus Dómine, beáti Hilariónis Abbátis comméndet: ut quod nostris méritis non valêmus, eius patrocínio assequâmur. Per Dóminum.

Et fit Commem. sanctárum Ursulæ & Sociárum in Vésp. & Laud. Aña. Prudéntes Vírgines, aptâte vestras lámpades: ecce sponsus venit, exíte óbviàm ei. ℣. Adducéntur Regi vírgines post eam. ℟. Próximæ eius afferéntur tibi.

ORATIO.

Da nobis, quæsumus Dómine Deus noster, sanctárum vírginum & mártyrum tuárum, Ursulæ & Sociárum eius, palmas incessábili devotióne venerári: ut quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentêmus obséquijs. Per Dóminum.

## DIE XXV. OCTOBRIS.

SS. Mártyrum Chrysánthi & Dariæ. ORATIO.

Beatórum mártyrum tuórum, Dómine Chrysánthi & Dariæ, quæsumus, adsit no-



nobis orátio: ut quos venerámur obséquio, eórum pium iúgiter experiâmur auxílium. Per Dóminum.

## DIE XXVI. OCTOBRIS.

S. Evaristi Papæ & mártyris.

ORATIO.

Infirmitátem nostram réspice omnípotens Deus: & quia pondus própriæ actiônis gravat, beáti Evarísti mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

## DIE XXVII. OCTOBRIS.

In Vigília Apostolórum Simónis & Iudæ.

In Laud. dicúntur Preces feriáles flexis génibus, ut suprà. 62.

ORATIO.

Concêde quæsumus omnípotens Deus: ut sicut Apostolórum tuórum Simónis & Iudæ gloriósa natalítia prævenímus; sic ad tua benefícia promerénda maiestátem tuam pro nobis ipsi prævéniant. Per Dóminum nostrum.

## DIE XXVIII. OCTOBRIS.
## IN FESTO
## SS. APOSTOLORUM
## SIMONIS ET IUDÆ.

Duplex.

Omnia de Commúni Apostolórum. j. ORATIO.

Deus, qui nos per beátos Apóstolos tuos Simónem & Iudam ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti: da nobis eórum glóriam sempitérnam & proficiéndo celebráre, & celebrándo profícere. Per Dóminum.

## DIE XXXI. OCTOBRIS.

In Vigília ómnium Sanctórum.

In Laudibus dicúntur Preces feriáles flexis génibus, ut in Psaltério. 62. ORATIO.

Dómine Deus noster, multíplica super nos grátiam tuam: & quorum prævenímus gloriósa solémnia, tribue súbsequi in sancta professióne lætítiam. Per Dóminum.

## FESTA NOVEMBRIS.

Prima die non impedita dicitur Officium Defunctórum. lxviij.

DIE

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



Geronimo Antonio Gil la Grabo en Madrid a. de 1767



# IN FESTO OMNIUM
# SANCTORUM.

## AD VESPERAS,

Antíphona. Vidi turbam magnam. cum réliq. de Láud. 462.

Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco último, Psalm. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

**Capitulum.** *Apoc. 7.*

Ecce ego Ioánnes vidi álterum Angelum ascendéntem ab ortu solis, habéntem signum Dei vivi: & clamávit voce magna quátuor Angelis, quibus datum est nocére terræ, & mari, dicens: Nolite nocére terræ, & mari, neque arbóribus, quoadúsque signémus servos Dei nostri in fróntibus eórum.

**Hymnus.**

Placáre, Christe, sérvulis,
Quibus Patris cleméntiam
Tuæ ad Tribúnal grátiæ
Patróna Virgo postulat.

Et vos beáta, per novem
Distíncta gyros, Agmina;
Antíqua cum præséntibus,
Futúra damna péllite.

Apóstoli cum Vátibus,
Apud sevérum Iúdicem,
Veris reórum flétibus
Expóscite indulgéntiam.

Vos purpuráti Mártyres,
Vos candidáti præmio
Confessiónis, éxules
Vocáte nos in pátriam.

Choréa casta Vírginum,
Et quos erémus íncolas
Transmísit astris, Cælitum
Locáte nos in sédibus.

Auférte gentem pérfidam
Credéntium de fínibus;
Ut unus omnes únicum
Ovíle nos Pastor regat.

Deo Patri sit glória,
Natóque Patris único,
Sancto simul Paráclito,
In sempitérna sæcula.
Amen.

℣. Lætámini in Dómino, & exultáte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Ad Magníficat, Antíphona. Angeli, Archángeli, Troni, & Dominatiónes, Principátus & Potestátes, Virtútes cælórum, Cherúbim atque Séraphim, Patriárchæ & Prophétæ, sancti legis Doctóres, Apóstoli, omnes Christi Mártyres, sancti Confessóres, Vírgines Dómini, Anachorítæ, Sanctíque omnes intercédite pro nobis.

**Oratio.**

Omnípotens sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári: quæsumus; ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, multiplicátis intercessóribus largiáris. Per Dóminum.

Ad

Ad Matutinum, Invitatórium. Regem regum Dóminum, veníte adorêmus: * Quia ipse est coróna Sanctórum ómnium. Psalmus. Veníte, exultêmus. 2. Hymnus. Placâre, Christe, sérvulis. ut suprà. 461.

In primo Noctúrno, Aña. Novit Dóminus viam iustórum, qui in lege eius meditántur die ac nocte. Psalm. Beátus vir, qui non abiit. 3. Antiphona. Mirificâvit Dóminus sanctos suos, & exaudívit eos clamántes ad se. Psalm. Cùm invocârem. 148. Antiph. Admirábile est nomen tuum, Dómine, quia glória & honóre coronasti Sanctos tuos, & constituísti eos super ópera manuum tuárum. Psalm. Dómine Dóminus noster. 5. ℣. Lætámini in Dómino, & exultáte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

In secúndo Noctúrno, Aña. Dómine, qui operáti sunt iustítiam, habitábunt in tabernáculo tuo, & requiéscent in monte sancto tuo. Psalm. Dómine, quis habitábit. 9. Antiphona. Hæc est generátio quæréntium Dóminum, quæréntium fáciem Dei Iacob. Psalmus. Dómini est terra. 30. Antiphona. Lætámini in Dómino, & exultáte iusti, & gloriámini omnes recti corde. Psalmus. Beáti quorum remíssæ sunt. 52. ℣. Exúltent iusti in conspéctu Dei. ℟. Et delecténtur in lætítia.

In tértio Noctúrno, Aña. Timéte Dóminum omnes Sancti eius: quóniàm nihil deest timéntibus eum: ecce óculi Dómini super iustos, & aures eius ad preces eórum. Psalmus. Benedicam Dóminum. 54. Antiphona. Dómine, spes Sanctórum, & turris fortitúdinis eórum, dedísti hereditátem timéntibus nomen tuum, & habitábunt in tabernáculo tuo in sǽcula. Psalmus. Exáudi Deus deprecatiônem. 77. Antiphona. Qui dilígitis Dóminum, lætámini in Dómino, & confitémini memóriæ sanctitâtis eius. Psalmus. Dóminus regnâvit, exúltet terra. 105. ℣. Iusti autem in perpétuum vivent. ℟. Et apud Dñm est merces eórum.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Vidi turbam magnam, quam dinumeráre nemo póterat, ex ómnibus géntibus, stantes ante thronum. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum réliquis. 17. Antiphona. Et omnes Angeli stabant in circúitu throni, & cecidérunt in conspéctu throni in fácies suas, & adoravérunt Deum. Antiphona. Redemísti nos Dómine Deus in sánguine tuo ex omni tribu, & lingua, & pópulo, & natione; & fecísti nos Deo nostro regnum. Antiphona. Benedícite Dóminum omnes elécti eius, ágite dies lætítiæ, & confitémini illi. Antiphona. Hymnus ómnibus Sanctis eius, fílijs Israël, pópulo appropinquanti sibi, glória hæc est ómnibus Sanctis eius.





Capitulum. *Apoc. 7.*

Ecce ego Ioánnes vidi álterum Angelum ascendéntem ab ortu solis, habéntem signum Dei vivi: & clamâvit voce magna quátuor Angelis, quibus datum est nocêre terræ, & mari, dicens: Nolíte nocêre terræ, & mari, neque arbóribus, quoadúsque signêmus servos Dei nostri in fróntibus eórum.

Hymnus.

Salútis ætérnæ Dator
Iesu redemptis súbveni:
Virgo Parens cleméntiæ
Dona salútem sérvulis.

Vos Angelórum míllia,
Patrúmque cœtus, ágmina
Canóra Vatum; vos reis
Precámini indulgéntiam.

Baptísta Christi prævius,
Summique cæli Cláviger,
Cum céteris Apóstolis
Nexus resólvant Críminum.

Cohors triúmphans Mártyrum,
Almus Sacerdótum Chorus,
Et virginâlis cástitas
Nostros reátus ábluant.

Quicúmque in alta síderum
Regnâtis aula Príncipes,
Favête votis súpplicum,
Qui dona cæli flágitant.

Virtus, honor, laus, glória
Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sǽcula. Amen.

℣. Exultábunt Sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Benedictus, Antíphona. Te gloriósus Apostolórum chorus, te Prophetárum laudábilis númerus, te Mártyrum candidâtus laudat exércitus, te omnes Sancti & elécti voce confiténtur unánimes, beáta Trínitas, unus Deus.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári: quǽsumus; ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, multiplicátis intercessóribus largiáris. Per Dñm.

Ad Tértiam, Antíphona. Et omnes Angeli. Capitulum. Ecce ego Ioánes. ut suprà.

℟. br. Lætámini in Dómino, * Et exultáte iusti. Lætámini. ℣. Et gloriámini omnes recti corde. Et exultâte. Glória Patri. Lætámini. ℣. Exúltent iusti in conspéctu Dei. ℟. Et delecténtur in lætítia.

Ad Sextam, Antíphona. Redemísti nos.

Capitulum. *Apoc. 7. c*

Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumeráre nemo póterat, ex ómnibus géntibus, & tribubus, & pópulis, & linguis: stantes ante thronum Dei, in conspéctu Agni, amícti stolis albis, & palmæ in mánibus eórum.

℟. br. Exúltent iusti, * In conspéctu Dei. Exúltent. ℣. Et delecténtur in lætítia. In conspéctu. Glória Patri. Exúltent. ℣. Iusti autem in perpétuum vivent. ℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

Ad Nonam, Antíphona. Hymnus ómnibus Sanctis eius.

CAPITULUM. *Apoc. 7. c*

BEnedíctio, & cláritas, & sapiéntia, & gratiárum áctio, honor, virtus, & fortitúdo Deo nostro in sǽcula sæculórum, Amen.

℟. breve. Iusti áutem, * In perpétuum vivent. Iusti. ℣. Et apud Dóminum est merces eôrum. In perpétuum. Glória Patri. Iusti. ℣. Exultábunt Sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Vésperas Antiphona.

Vidi turbam magnam. cum réliquis de Laudibus. 462. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco últimi Psalmus. Crédidit. 129. Capítulum. Ecce ego Ioánnes. Hymnus. Placâre, Christe. ut supra in primis Vésperis. 461.

℣. Exultábunt Sancti in glória

℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Magníficat, Antiphona.

O quàm gloriósum est regnum, in quo cum Christo gaudent omnes Sancti, amícti stolis albis sequúntur Agnum quocúmque íerit. Orátio. Omnípotens sempitérne. ut suprà. 461.

Dicto Benedicâmus Dómino. dicúntur Vésperæ Defunctôrum, incipiéndo ab Aña. Placêbo Dómino. quæ integra dicitur ante & post Psalmum, simíliter & aliæ Antiphonæ ad modum Duplicis. Psalmus. Diléxi. & réliqua ómnia, ut in Vésperis Defunctorum, ut infrà. lxviij. excépto Psalmo. Lauda ánima mea Dóminum. qui post Pater noster. non dícitur, sed dícitur tantum Orátio. Fidélium Deus ómnium, cum suis Versículis, ut ibidem notátur.

Si prima dies post Festum ómnium Sanctórum fúerit Domínica, fit Offícium de ea, ut in Rubrícis generálibus, & Offícium Defunctórum transfértur in sequéntem Fériam secúndam; ità ut post Vésperas Domínicæ dicántur Vésperæ Defunctôrum; Matutínum verò post Laudes Fériæ secúndæ, quæ erit tértia dies infra Octávam.

## DIE II. NOVEMBRIS.

Secúnda die infra Octávam ómnium Sanctórum.

Post Laudes dici, dicto Benedicâmus Dómino. absolútè íncipit Matutínum Defunctórum ab Invitatório cum Psalm. Venite. & tribus Noctúrnis, in quibus duplicántur Antiphonæ. Dícitur ix. ℟. Líbera me Dómine de morte ætérna. Ad Laudes simíliter duplicántur Antiphonæ: & in fine Laudum non dícitur Psalmus. De profúndis. sed dicto Pater noster. dicúntur Preces & Orátio. Fidélium. tantùm, ut suprà in Vésperis.

## DIE III. NOVEMBRIS.

Tértia die infra Octávam ómnium Sanctórum.

Vésperæ de S. Cárolo Epíscopo & Confessóre, cum Commemor. Octávæ & SS. Vitális & Agrícolæ mártyrum.

## DIE IV. NOVEMBRIS.

In festo S. Cároli Epíscopi & Confessóris Duplex.

Omnia de Commúni Confes. Pontif. xvij. præter Oratiónem.





ORATIO.

ECclésiam tuam, Dómine sancti Cároli Confessóris tui atque Pontíficis contínua protectióne custódi: ut sicut illum pastorâlis solicitúdo gloriósum réddidit, ità nos eius intercéssio in tuo semper fáciat amóre fervéntes. Per Dóminum.

Deinde fit Commemorátio Octávæ, Aña. O quàm gloriósum est regnum, in quo cum Christo gaudent omnes Sancti, amícti stolis albis sequúntur Agnum quocúmque íerit.

℣. Exultábunt Sancti in glória

℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

ORATIO.

OMnípotens sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuorum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári: quæsumus; ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, multiplicátis intercessóribus largiáris.

Posteà fit Commemorátio SS. mártyrum Vitális & Agrícolæ. Aña. Istórum est enim regnum cælórum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad prǽmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætámini in Dómino, & exultáte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

ORATIO.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: ut qui sanctórum mártyrum tuórum Vitális & Agrícolæ solémnia cólimus, eórum apud te intercessiónibus adiuvémur. Per Dóminum.

In Láudibus fit Commemor. Octávæ, Aña. Te gloriósus Apostolôrum chorus, te Prophetârum laudábilis númerus, te Mártyrum candidátus laudat exércitus, te omnes Sancti & elécti voce confiténtur unánimes, beáta Trínitas unus Deus.

℣. Exultábunt Sancti in glória.

℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Orátio. Omnípotens sempitérne. ut suprà.

Posteà fit Commem. SS. Vitális & Agrícolæ mart. Antíphona. Vestri capílli cápitis omnes numerati sunt: nolíte timêre: multis passéribus melióres estis vos. ℣. Exúltent iusti in conspéctu Dei. ℟. Et delecténtur in lætítia.

Orátio. Præsta quæsumus. ut suprà.

In secúndis Vésperis fit Commemorátio Octávæ.

## DIE VII. NOVEMBRIS.

Séptima die infra Octávam ómnium Sanctórum.

Ad Vésperas duplex, & ómnia dicúntur sicut in primis Vésperis Festi, 461. cum Commemoratióne SS. mártyrum Quatuor Coronatórum, Antíphona. Istórum est enim regnum cælórum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad prǽmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni.

℣. Exultábunt Sancti in glória.

℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

ORATIO.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus: ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessió-

ne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dominum.

## DIE VIII. NOVEMBRIS.

In Octáva ómnium Sanctórum. Duplex.

In Láudibus pro Commem. SS. mártyrum Quatuor Coronatórum. Aña. Vestri capilli cápitis omnes numeráti sunt: nolíte timére: multis passéribus melióres estis vos. ℣. Lætámini in Dómino, & exultáte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde. Orátio. Præsta quæsumus. ut supra. 465.

## DIE IX. NOVEMBRIS.

Dedicátio Basílicæ Salvatóris. Duplex.

Ad Vésperas, à Capítulo ómnia ùt in Commúni Dedicatiónis Ecclésiæ. xxxj.

Et fit Comm. ómnium Sanctórum, Aña. O quàm gloriósum est regnum, in quo cum Christo gaudent omnes Sancti amícti stolis albis sequúntur Agnum quocúmque íerit. ℣. Exultábunt Sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Orátio. Omnípotens sempitérne. ut supra. 465.

Deindè S. Theodóri mártyris, Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundátus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honóre coronásti eum Dñe. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Orátio.

Deus, qui nos beáti Theodóri mártyris tui confessióne gloriósa circúmdas & prótegis: præsta nobis, ex eius imitatióne profícere, & oratióne fulcíri. Per Dóminum.

Ad Matutínum ómnia de Commúni Dedicatiónis Ecclésiæ, ùt infrà. xxxij.

In Láudibus fit Commemor. S. Theodóri mártyris, Aña. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. ℣. Iustus ùt palma florébit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Orátio. Deus, qui nos. ùt suprà.

In secúndis Vésperis fit Commemor. sequéntis, & SS. mártyrum Tryphónis, &c.

## DIE X. NOVEMBRIS.

In festo S. Andréæ Avellini, Cléríci Reguláris. Semiduplex.

Omnia de Commúni Confess. non Pontíficis, xx. præter Oratiónem.

Orátio.

Deus, qui in corde beáti Andréæ Confessóris tui, per árduum quotídie in virtútibus proficiéndi votum, admirábiles ad te ascensiónes disposuísti: concéde nobis ipsíus méritis, & intercessióne, ita eiusdem grátiæ partícipes fíeri, ut perfectióra semper exequéntes ad glóriæ tuæ fastígium felíciter perducámur. Per Dóminum.

Deindè fit Comm. SS. mart. Tryphónis, Respícij, & Nymphæ vírginis. Aña. Istórum est enim regnum cælórum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad prǽmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætámini in Dómino,





& exultáte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Orátio.

Fac nos, quǽsumus Dómine, sanctórum mártyrum tuórum Tryphónis, Respícij, & Nymphæ semper festa sectári: quorum suffrágijs, protectiónis tuæ dona sentiámus. Per Dóminum.

## DIE XI. NOVEMBRIS.

In festo sancti Martini Episcopi & Confessoris. Duplex.

Ad Vésperas, Aña. Dixérunt discípuli. cum réliquis de Láudibus. 468. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco último, Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

Capitulum. *Eccli. 44. c*

Ecce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo, & invéntus est iustus: & in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio.

Hymnus. Iste Conféssor. ùt in Commúni. xvij.

℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum. ℟. Stolam glóriæ induit eum.

Ad Magníficat, Antiphona. O beátum virum, cuius ánima paradísum póssidet: undè exúltant Angeli, lætántur Archángeli, chorus Sanctórum proclámant, turba Vírginum invitat, Mane nobíscum in ætérnum.

Orátio.

Deus, qui cónspicis, quia ex nulla nostra virtúte subsístimus, concéde propítius, ut intercessióne beáti Martíni Confessóris tui atque Pontíficis, contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemor. S. Mennæ mártyris, Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundátus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Orátio.

Præsta quǽsumus omnípotens Deus: ut qui beáti Mennæ mártyris tui natalítia cólimus, intercessióne eius in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Ad Matutínum, Invitatórium. Laudémus Deum nostrum. * In confessióne beáti Martini. Psalmus. Venite, exultémus. 2. Hymnus. Iste Conféssor Dómini. ut suprà. xvij.

In primo Noctúrno, Aña. Martínus adhuc Catechúmenus hac me veste contéxit. Psalmus. Beátus vir, qui non ábijt. 3. Antiphona. Sanctæ Trinitátis fidem Martínus conféssus est, & baptísmi grátiam percépit. Psalmus. Quare fremuérunt Gentes. 4. Aña. Ego signo Crucis, non clýpeo protéctus, aut gálea, hóstium cúneos penetrábo secúrus. Psalmus. Dómine, quid multiplicáti. 4. ℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum. ℟. Stolam glóriæ induit eum.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

In secúndo Noctúrno, Aña. Confído in Dómino, quòd fília mea précibus tuis reddénda sit sanitáti. Psalmus. Cùm invocárem. 148. Antiphona. Tetrádius, cógnita Dei virtúte, ad baptísmi grátiam pervénit. Psalmus. Verba mea áuribus pércipe. 60. Antiphona. O ineffábilem virum, per quem nobis tanta miracula coruscant. Psalm. Dómine Dóminus noster. 8. ℣. Elêgit eum Dóminus sacerdôtem sibi. ℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

In tértio Noctúrno, Aña. Dóminus Jesus Christus non purpurátum, aut diadémate reniténtem se ventúrum esse prædíxit. Psalmus. In Dómino confído, quómodò. 7. Antiphona. Sacérdos Dei Martíne, apérti sunt tibi cæli, & regnum Patris mei. Psalmus. Dómine, quis habitábit. 9. Antiph. Sacérdos Dei Martíne, pastor egrégie, ora pro nobis Deum. Psalmus. Dómine in virtúte tua. 15. ℣. Tu es sacérdos in ætérnum. ℟. Secúndùm órdinem Melchísedech.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Dixérunt discípuli ad beátum Martínum: Cur nos pater déseris, aut cui nos desolátos relínquis? invádent enim gregem tuum lupi rapáces. Psalm. Dóminus regnávit. cum réliquis. 17. Antiphona. Dómine, si adhuc pópulo tuo sum necessárius, non recúso labórem, fiat volúntas tua. Antiphona. O virum ineffábilem, nec labôre victum nec morte vincéndum, qui nec mori tímuit, nec vívere recusávit. Aña. Oculis ac mánibus in cælum semper inténtus, invíctum ab oratióne spíritum non relaxâbat, allelúia. Aña. Martínus Abrahæ sinu lætus excípitur, Martínus hic pauper & módicus, cælum dives ingréditur, hymnis cæléstibus honorâtur.

Capítulum. Ecce sacérdos. Hymnus. Iesu Redémptor. ut in Commúni. xix.

℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedíctus, Antíphona.

O beâtum virum, cuius ánima paradísum póssidet: undè exúltant Angeli, lætántur Archángeli, chorus Sanctórum proclámat, turba Vírginum invítat, Mane nobíscum in ætérnum.

ORATIO.

Deus, qui conspícis, quia ex nulla nostra virtúte subsístimus: concéde propítius; ut intercessióne beáti Martíni Confessôris tui atque Pontíficis, contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum.

Et fit Comm. S. Mennæ mart. Aña. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. ℣. Iustus ut palma florébit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Orátio. Præsta quæsumus. ùt suprà. 465.

Ad Tértiam, Antíphona. Dómine, si adhuc. Capítulum. Ecce sacérdos magnus. ùt suprà. 467.

℟. breve. Amâvit eum Dóminus, * Et ornâvit eum. Amâvit eum. ℣. Stolam glóriæ índuit eum. Et ornâvit. Glória Patri. Amâvit eum. ℣. Elêgit eum Dóminus sacerdôtem sibi. ℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

Ad Sextam, Antíphona.

O virum ineffábilem.

CAPITULUM. *Eccli. 44. c*

Non est invéntus símilis illi, qui conservâret legem Excélsi: ideò iureiurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam.

℟. breve. Elêgit eum Dóminus, * Sacérdôtem sibi. Elêgit ℣. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis. Sacerdôtem. Glória Patri. Elêgit. ℣. Tu es Sacérdos in ætérnum. ℟. Secúndùm órdinem Melchísedech.

Ad Nonam, Antíphona.

Martínus Abrahæ sinu.

CAPITULUM. *Eccli. 45. c*

Fungi sacerdôtio, & habêre laudem in nómine ipsius & offérre illi incénsum dignum in odôrem suavitâtis.

℟. breve. Tu es sacérdos, * In ætérnum. Tu es. ℣. Secúndùm órdinem Melchísech. In ætérnum. Glória Patri. Tu es. ℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Vésperas, Antíphona. Dixérunt discípuli. cum réliquis, de Laud. 468. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco últimi, Psalmus. Meménto Dómine. 136. Capítulum. Ecce sacérdos. Hymnus. Iste Conféssor. ùt suprà. ℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magníficat, Antíphona.

O beâtum Pontíficem, qui totis viscéribus diligêbat Christum Regem, & non formidâbat impérij principâtum: ô sanctíssima ánima, quam etsi gladius persecutóris non ábstulit, palmam tamen martýrij non amísit.

Deindè fit Commemorátio S. Martíni Papæ & mart.

## DIE XII. NOVEMBRIS.

In festo S. Martíni Papæ & mártyris. Semiduplex.

Antiphona. Iste sanctus pro lege Dei sui certâvit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundâtus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honôre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuârum.

ORATIO.

Deus, qui nos beáti Martíni mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitâte lætíficas: concéde propítius; ut cuius natalítia cólimus, de eiúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

In ij. Vésperis à Capítulo fit de sequénti cum Commemoratióne S. Martíni Papæ & mártyris.

## DIE XIII. NOVEMBRIS.

In festo S. Dídaci Confessôris semidúplex.

Om-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Omnia de Commúni Confessoris non Pontificis, xx. præter Orationem.

ORATIO.

OMnípotens sempitérne Deus, qui dispositiône mirábili infírma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas: concéde propítius humilitáti nostræ, ut piis beáti Dídaci Confessóris tui précibus ad perénnem in cælis glóriam sublimári mereâmur. Per Dóminum.

Deindè fit Commemorátio sancti Martíni Papæ & mártyris, Antíphona. Qui vult veníre post me, ábneget semetípsum, & tollat crucem suam, & sequátur me. ℣. Iustus ut palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Orátio. Deus, qui nos. ut suprà. 469.

DIE XIV. NOVEMBRIS.

In festo sanctæ Gertrúdis virg. & Abbatissæ Ordinis S. Benedícti. Duplex.

Omnia de Commúni Virg. præter Orationem.

ORATIO.

DEus, qui in corde beátæ Gertrúdis vírginis, iucúndam tibi mansiônem præparásti, ipsius méritis, & intercessiône cordis nostri máculas cleménter abstérge, & eiúsdem tríbue gaudére consórtio. Per Dóminum.

DIE XVII. NOVEMBRIS.

In festo S. Gregórij Thaumatúrgi Epíscopi & Confessoris. Semidúplex. ORATIO.

DA quæsumus omnípotens Deus: ut beáti Gregórij Confessòris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, & devotiônem nobis áugeat, & salûtem. Per Dóminum nostrum.

Vésperæ de sequénti festo Dedicatiônis, cum Commemoratiône S. Gregórij.

DIE XVIII. NOVEMBBIS.

In Dedicatiône Basilicárum SS. Apostolôrum Petri & Pauli. Duplex.

Omnia de Commúni Dedicatiónis Ecclésiæ. xxxj.

Pro Commem. sancti Gregórij, Aña. Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum, stolam glóriæ índuit eum, & ad portas paradísi coronâvit eum. ℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

ORATIO.

DA quæsumus omnípotens Deus: ut beáti Gregórij Confessòris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas & devotiônem nobis áugeat, & salûtem. Per Dóminum nostrum.

Vésperæ à Capítulo de S. Elísabeth vídua, cum Commemoratiône Dedicatiónis, & sancti Pontiáni Papæ & mártyris.

DIE XIX. NOVEMBRIS.

In festo S. Elisabeth viduæ. Duplex.

Omnia de Commúni Sanctárum nec vírginum nec mártyrum, xxviij. præter Oratiónem.

ORATIO.

TUôrum corda fidélium Deus miserâtor illústra: & beátæ Elísabeth précibus gloriósis fac nos próspera mundi despícere, & cæléstí semper consolatiône gaudêre. Per Dóminum nostrum.



Deindè fit Commemorátio Dedicatiónis, & posteà S. Pontiáni Papæ & mart. Antiphona. Iste sanctus pro lege Dei sui certâvit usque ad mortem, & à verbis impiôrum non tímuit: fundâtus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória, & honôre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

ORATIO.

INfirmitâtem nostram réspice omnípotens Deus: & quia pondus própriæ actiônis gravat, beáti Pontiáni mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum nostrum.

In Láudibus fit Commemor. S. Pontiáni, Aña. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. ℣. Iustus ut palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Orátio. Infirmitâtem nostram. ut suprà.

Vésperæ à Capítulo de sequénti, cum Commemoratiône præcedéntis.

DIE XX. NOVEMBRIS.

In festo S. Felicis de Valóis Confessôris. Duplex.

Omnia de Commúni Confessòris non Pontíficis, xx. excéptis his, quæ hic sunt própriæ.

In Hymno. Iste Conféssor. mutátur tértius Versus.

ORATIO.

DEus, qui beâtum Felícem Confessôrem tuum ex erémo ad munus rediméndi captívos cælitùs vocáre dignâtus es: præsta quæsumus; ut per grátiam tuam ex peccatórum nostrôrum captivitâte, eius intercessiône liberáti, ad cæléstem pátriam perducâmur. Per Dóminum nostrum.

Deindè fit Comm. S. Elisabeth.

Vésperæ de sequénti, cum Commemor. præcedéntis.

DIE XXI. NOVEMBRIS.

In festo Præsentatiónis B. Maríæ Vírginis. Duplex.

Ad Vésperas, Antíph. Dum esset Rex. cum réliquis Antiphonis & Psalmis, ut in Officio parvo beátæ Maríæ. xl.

CAPITULUM. *Eccli. 24. b.*

AB inítio, & ante sǽcula creâta sum, & usque ad futúrum sǽculum non désinam, & in habitatiône sancta coram ipso ministrávi.

Hymnus. Ave maris. ut in Officio beátæ Maríæ. xlij.

℣. Dignâre me laudáre te, Virgo sacrâta. ℟. Da mihi virtûtem contra hostes.

Ad Magníficat, Antíphona. Beáta Dei génitrix María, virgo perpétua, Templum Dómini, sacrárium Spíritus sancti, sola sine exémplo placuísti Dómino nostro Iesu Christo, allelúia.

ORATIO.

DEus, qui beâtam Maríam semper vírginem, Spíritus sancti habitáculum, hodiérna die in templo præsentá-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

tári voluísti: præsta quǽsumus; ut eius intercessióne, in templo glóriæ tuæ presentári mereámur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: qui tecum vivit, & regnat in unitáte eiúsdem Spíritus sancti.

Deinde fit Commem. S. Felicis de Valois Confessoris.

Ad Matutinum, Invitatorium. Sancta María Dei génitrix virgo, * Intercéde pro nobis. Psal. Venite, exultémus. Hymnus. Quem terra. Añæ, Psalmi & ℣. Nocturnórum ut in Officio parvo eiusdem beatæ Mariæ. xlv.

Ad Laudes, & per Horas, Antiphona. Dum esset Rex. cum reliquis ut infra in Officio sanctæ Mariæ in Sabbato. xxxvj. Capitulum. Ab initio. Hymn. O gloriosa Vírginum. xxxvj. ℣. Diffúsa est grátia in labijs tuis. ℟. Proptérea benedíxit te Deus ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona. Beâta es Maria, quæ credidísti: perficiéntur in te quæ dicta sunt tibi à Domino, allelúia. Oratio. Deus, qui beátam Mariam. ut supra. 471.

Ad Horas, Añæ, Capitula & Responsoria brévia, ut in Officio beatæ Mariæ in Sabbato. xxxvij.

In secundis Vesperis ómnia ut in primis.

Et fit Comm. S. Cæciliæ Antiph. Est secrêtum Valeriâne, quod tibi volo dícere: Angelum Dei hábeo amatórem, qui nímio zelo custódit corpus meum. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Intende, prósperè procêde & regna.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua beátæ Cæcíliæ vírginis & mártyris tuæ solemnitâte lætíficas: da, ut quam venerámur officio, étiam piæ conversatiônis sequâmur exémplo. Per Dóminum.

## DIE XXII. NOVEMBRIS.

In festo S. Cæcíliæ vírginis & mártyris. Duplex.

Ad Matutinum, Invitatórium. Regem Vírginum. Hymn. Vírginis Proles. de Communi Vírginum, ut infrà. xxvj.

In primo Nocturno, Aña. Cæcília virgo Almáchium superâbat, Tibúrtium & Valeriânum ad coronas vocâbat. Psalmus. Dómine Dóminus noster. 5. Antiphona. Expánsis mánibus orâbat ad Dóminum, ut eam eríperet de inimícis. Psalmus. Cæli enárrant. 14. Antiphona. Cilício Cæcília membra domâbat, Deum gemítibus exorâbat. Psalmus. Dómini est terra. 30. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Intende, prósperè procêde, & regna.

In secundo Nocturno, Aña. Dómine Iesu Christe, seminâtor casti consílij, súscipe séminum fructus, quos in Cæcília seminásti. Psalmus. Eructâvit cor meum. 67. Antiphona. Beâta Cæcília dixit ad Tibúrtium: Hodiè te fateor meum cognâtum, quia amor Dei te fecit esse contemptôrem idolôrum. Psalm. Deus noster refúgium. 68. Aña. Fiat Dómine cor meum, & corpus meum immaculâtum, ut non confúndar. Psalmus. Magnus Dóminus. 68. ℣. Adiuvâbit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio eius, non commovébitur.

In tértio Nocturno, Aña. Crédimus Christum Fílium Dei verum Deum esse, qui sibi talem elêgit fámulam. Psalm. Cantâte Dómino cánticum novum: cantâte. 105. Antiphona. Nos sciéntes sanctum nomen eius omninò negâre non póssumus. Psalm. Dóminus regnâvit, exúltet. 105. Aña. Tunc Valeriânus perréxit, & signo quod accéperat, invénit sanctum Urbânum. Psalm. Cantâte Dómino cánticum novum: * quia. 109. ℣. Elêgit eam Deus, & præelêgit eam. ℟. In tabernáculo suo habitâre facit eam.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Cantántibus órganis Cæcília Dómino decantâbat, dicens: Fiat cor meum immaculâtum, ut non confúndar. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum reliquis. 17. Antiphona. Valeriânus in cubículo Cæcíliam cum Angelo orántem invênit. Aña. Cæcília fámula tua, Dómine, quasi apis tibi argumentósa desérvit. Antiphona. Benedico te Pater Dómini mei Iesu Christi, quia per Fílium tuum ignis extínctus est à látere meo. Aña. Triduánas à Dómino popósci indúcias, ut domum meam Ecclésiam consecrârem.

Capitulum & Hymnus ut in Commúni Vírginum. xxv.

℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona. Dum aurôra finem daret, Cæcília exclamâvit dicens: Eia mílites Christi, abjícite ópera tenebrârum, & indúimini árma lucis.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua beátæ Cæcíliæ vírginis & mártyris tuæ solemnitâte lætíficas: da, ut quam venerâmur officio étiam piæ conversatiónis sequâmur exémplo. Per Dóminum.

Ad Tértiam, Antiphona. Valeriânus. Capitulum. Fratres, Qui gloriâtur. ut suprà. xxv. ℟. br. Spécie tua. * Et pulchritúdine tua. Spécie tua. ℣. Inténde prósperè procêde, & regna. Et pulchritúdine. Glória Patri. Spécie tua. ℣. Adiuvâbit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio eius, non commovébitur.

Ad Sextam, Antiphona. Cæcília fámula tua.

Capitulum. 2. *Cor.* 11.

Æmulor enim vos Dei æmulatióne. Despóndi enim vos uni viro vírginem castam exhibêre Christo.

℟. br. Adiuvâbit eam. * Deus, vultu suo. Adiuvâbit. ℣. Deus, in médio eius, non commovébitur. Deus. Glória. Adiuvâbit. ℣. Elégit eam Deus, & præelêgit



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

git eam. ℟. In tabernáculo suo habitâre facit eam.

Ad Nonam, Antíphona. Triduánas.

CAPITULUM. *Eccli. 51. b*

DOmine Deus meus, exaltásti super terram habitatiônem meam, & pro morte defluénte deprecáta sum. Invocávi Dóminum patrem Dómini mei, ut non derelínquat me in die tribulatiônis meæ, & in témpore superbôrum sine adiutório. ℟. br. Elégit eam Deus, * Et præelégit eam. Elégit. ℣. In tabernáculo suo habitâre facit eam. Et præelégit. Glória. Elégit. ℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptereà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Vésperas, Antíphona. Cantántibus órganis. cum réliquis de Láudibus. 473. Psalmi de Virgínibus. xxiij.

Capitulum. Fratres, Qui gloriâtur. Hymnus. Iesu, coróna Vírginum. ut infrà. xxv. ℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Propterea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magníficat, Antíphona. Virgo gloriósa semper Evangélium Christi gerêbat in péctore suo, & non diébus neque nóctibus à collóquijs divínis & oratióne cessâbat,

Orátio. Deus, qui nos ánnua. ut suprà. 473.

Et fit Commemorátio S. Cleméntis, ut infrà.

## DIE XXIII. NOVEMBRIS.

In festo S. Cleméntis Papæ & mártyris. Semidúplex.

Antíphona. Orêmus omnes ad Dóminum Iesum Christum, ut confessóribus suis fontis venam apériat. ℣. Glória & honôre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuârum.

ORATIO.

DEus qui nos ánnua beáti Cleméntis mártyris tui atque Pontíficis solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut cuius natalítia cólimus, virtútem quoque passiônis imitêmur. Per Dóminum.

Posteà fit Commemor. S. Felicitâtis mártyr. Aña. Símile est regnum cælôrum hómini negotiatóri quærénti bonas margaritas: invénta una pretiósa, dedit ómnia sua, & comparávit eam. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procéde, & regna.

ORATIO.

PRæsta quǽsumus omnípotens Deus: ut beátæ Felicitâtis mártyris tuæ solémnia recenséntes, méritis ipsius protegâmur, & précibus. Per Dóminum nostrum,

Ad Matutínum ómnia de Commúni unius Mártyris, ut infrà. ix.

## AD LAUDES,

& per Horas Antíphona.

ORánte sancto Cleménte, appáruit ei Agnus Dei. Psalm. Dóminus regnâvit. cum réliquis 17. Antíphona. Non meis méritis ad vos me misit Dóminus, vestris corónis partícipem fíeri. Antíphona. Vidi supra montem Agnum stantem, de sub cuius pede fons vivus emânat. Aña. De sub cuius pede fons vivus emânat, flúminis ímpetus lætíficat civitâtem Dei. Antíphon. Omnes Gentes per gyrum credidérunt Christo Dómino.



CAPITULUM. *Iacobi 1. b*

BEátus vir, qui suffert tentatiônem: quóniàm cùm probâtus fúerit, accípiet corónam vitæ, quam repromísit Deus diligéntibus se.

Hymnus. Invícte Mártyr. xj. ℣. Iustus ùt palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Benedíctus, Antíphona. Cùm iter ad mare cepísset, pópulus voce magna clamâbat: Dómine Iesu Christe, salva illum: & Clemens cum lácrymis dicêbat: Súscipe Pater spíritum meum.

Orátio. Deus, qui nos ánnua. ùt suprà. 474.

Deinde fit Commemorátio S. Felicitâtis, Antíphona. Date ei de fructu mánuum suârum. & laudent eam in portis ópera eius. ℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Orátio. Præsta quǽsumus. ùt suprà. 474.

Ad Tértiam, Antíphona. Non meis méritis. Capit. Beátus vir, qui suffért. ùt suprà.

℟. br. Glória, & honôre, * Coronásti eum Dómine. Glória. ℣. Et constituísti eum super ópera mánuum tuârum. Coronásti. Glória Patri. Glória. ℣. Posuísti Dómine super caput eius. ℟. Corônam de lápide pretióso.

Ad Sextam, Antíphona. Vidi supra montem.

CAPITULUM. *Eccli. 15.*

CIbâvit illum pane vitæ & intelléctus, & aqua sapiéntiæ salutâris potâvit illum Dóminus Deus noster.

℟. br. Posuísti Dómine, * Super caput eius. Posuísti. ℣. Corônam de lápide pretióso. Super. Glória. Posuísti. ℣. Magna est glória eius in salutári tuo. ℟. Glóriam & magnum decôrem impónes super eum.

Ad Nonam, Antíphona. Omnes Gentes.

CAPITULUM. *Eccli. 39.*

IUstus cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum, qui fecit illum, & in conspéctu Altíssimi deprecábitur.

℟. br. Magna est glória eius, * In salutári tuo. Magna. ℣. Glóriam & magnum decôrem impónes super eum. In salutári. Glória Patri. Magna. ℣. Iustus ut palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Vésperas, Antíphona. Oránte sancto Cleménte. cum réliquis de Láudibus. 474. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, & loco último, Psalmus. Crédidi. 129. à Capítulo de sequénti, Comm. præcedéntis. Quando transfértur. Capit. Beatus vir. Hymnus.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rus. Deus tuórum mílitum. viij. ℣. Iustus ut palma florébit. ℞. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Magníficat, Antíphona.

Dedísti Dómine habitáculum mártyri tuo Cleménti in mari, in modum Templi marmórei Angélicis mánibus præparátum, iter præbens pópulo terræ, ut enárrent mirabília tua.

Orátio. Deus, qui nos. ut supra. 474.

### DIE XXIV. NOVEMBRIS.

In festo S. Ioánnis à Cruce Confess. Semiduplex.

Omnia de Commúni Confessoris non Pontíficis, præter Oratiónem.

In Hymno mutátur tértius Versus.

ORATIO.

Deus, qui sanctum Ioánnem Confessórem tuum perféctæ sui abnegatiónis, & Crucis amatórem exímium effecísti: concéde, ut, eius imitatióni iúgiter inhæréntes, glóriam assequâmur ætérnam. Per Dóminum nostrum.

Deindè fit Commem. S. Chrysógoni mártyris in primis Vésperis & Laúdibus.

ORATIO.

Adesto Dómine supplicatiónibus nostris: ut qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus, beáti Chrysógoni mártyris tui intercessióne liberémur. Per Dóminum nostrum.

### DIE XXV. NOVEMBRIS.

In festo S. Catharínæ vírginis & mártyris. Duplex.

ORATIO.

Deus, qui dedísti legem Móysi in summitáte montis Sínai, & in eódem loco per sanctos Angelos tuos corpus beátæ Catharínæ vírginis & mártyris tuæ mirabíliter collocásti: præsta quǽsumus; ut eius méritis & intercessióne, ad montem, qui Christus est, pervenire valeámus. Qui tecum vivit & regnat.

In ij. Vésperis fit Commemorátio sancti Petri Epíscopi & mártyris.

### DIE XXVI. NOVEMBRIS.

S. Petri Epíscopi & mártyris, Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundátus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine. ℞. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

ORATIO.

Infirmitátem nostram réspice omnípotens Deus: & quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti Petri mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.





# COMMUNE SANCTORUM.

## IN VIGILIIS APOSTOLORUM.

Officium fit de Feria, ut dictum est in Rúbricis generálibus Breviárij, excépta Oratióne, quæ in própriis locis notátur.

## COMMUNE Apostolórum & Evangelistárum.

Ad Vésperas, Aña. Hoc est præcéptum meum. cum réliquis de Láudibus. ii. Psal. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco ultimi, Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

CAPITULUM. *Ephes. 2. d*

Fratres, Iam non estis hóspites, & ádvenæ: sed estis cives sanctórum, & doméstici Dei: superædificáti super fundaméntum Apostolórum, & Prophetárum, ipso summo angulári lápide Christo Iesu. ℞. Deo grátias.

HYMNUS.

Exúltet orbis gáudiis:
Cælum resúltet láudibus:
Apostolórum glóriam
Tellus & astra concinunt.
Vos sæculórum Iúdices,
Et vera mundi lúmina,
Votis precâmur córdium;
Audíte voces súpplicum.
Qui templa cæli cláuditis,
Serásque verbo sólvitis,
Nos à reátu nóxios
Solvi iubéte, quǽsumus.
Præcépta quorum prótinùs
Languor salúsque séntiunt;
Sanáte mentes lánguidas:
Augéte nos virtútibus:
Ut, cùm redíbit Arbiter
In fine Christus sǽculi,
Nos sempitérni gáudij
Concédat esse cómpotes.
Patri, simúlque Fílio,
Tibíque sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit iúgiter
Sæclum per omne glória.
Amen.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum. ℞. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Tradent enim vos in concíliis, & in synagógis suis flagellábunt vos, & ante reges & prǽsides ducémini propter me in testimónium illis, & géntibus.

Orátio própria.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Regem Apostolórum Dóminum. * Veníte adorémus. Psalmus. Veníte, exultémus. 2.

HYMNUS.

Ætérna Christi múnera,
Apostolórum glóriam,
Palmas, & hymnos débitos
Lætis canámus méntibus.
Ecclesiárum Príncipes,
Belli triumpháles Duces,
Cæléstis Aulæ mílites,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rus. Deus tuórum mílitum. viij. ℣. Iustus ut palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Magníficat, Antíphona. Dedísti Dómine habitáculum mártyri tuo Cleménti in mari, in modum Templi marmorei Angélicis mánibus præparátum, iter præbens pópulo terræ, ut enârrent mirabília tua.

Orátio. Deus, qui nos. ut suprà. 474.

### DIE XXIV. NOVEMBRIS.

In festo S. Ioánnis à Cruce Confess. Semiduplex.

Omnia de Commúni Confessoris non Pontíficis, præter Orationem.

In Hymno mutátur tértius Versus.

Oratio.

Deus, qui sanctum Ioánnem Confessórem tuum perféctæ sui abnegatiônis, & Crucis amatórem exímium effecísti: concêde, ut, eius imitatióni iúgiter inhæréntes, glóriam assequâmur ætérnam. Per Dóminum nostrum.

Deindè fit Commem. S. Chrysógoni martyris in primis Vésperis & Láudibus.

Oratio.

Adesto Dómine supplicatiónibus nostris: ut qui ex iniquitâte nostra reos nos esse cognóscimus, beáti Chrysógoni mártyris tui intercessióne liberêmur. Per Dóminum nostrum.

### DIE XXV. NOVEMBRIS.

In festo S. Catharínæ vírginis & mártyris. Duplex.

Oratio.

Deus, qui dedísti legem Móysi in summitáte montis Sínai, & in eódem loco per sanctos Angelos tuos corpus beátæ Catharínæ vírginis & mártyris tuæ mirabíliter collocásti: præsta quæsumus; ut eius méritis & intercessióne, ad montem, qui Christus est, pervenire valeámus. Qui tecum vivit & regnat.

In ij. Vésperis fit Commemorátio sancti Petri Episcopi & mártyris.

### DIE XXVI. NOVEMBRIS.

S. Petri Epíscopi & mártyris, Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundátus enim erat supra firmam petram. ℣. Glória & honóre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

Infirmitâtem nostram réspice omnípotens Deus: & quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti Petri mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dominum.

COM-



# COMMUNE SANCTORUM.

## IN VIGILIIS APOSTOLORUM.

Officium fit de Feria, ut dictum est in Rúbricis generálibus, Breviárij, excépta Oratiône, quæ in própriis locis notátur.

## COMMUNE Apostolôrum & Evangelistárum.

Ad Vésperas, Aña. Hoc est præcéptum meum. cum réliquis de Láudibus. ij. Psal. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco últimi, Psalmus. Laudâte Dóminum omnes Gentes. 129.

Capitulum. *Ephes. 2. d*

Fratres, Iam non estis hóspites, & ádvenæ: sed estis cives sanctórum, & doméstici Dei: superædificati super fundaméntum Apostolôrum, & Prophetârum, ipso summo angulári lápide Christo Iesu. ℟. Deo grátias.

Hymnus.

Exúltet orbis gáudiis:
Cælum resúltet láudibus:
Apostolórum glóriam
Tellus & astra concinunt.
Vos sæculórum Iúdices,
Et vera mundi lúmina,
Votis precâmur córdium;
Audíte voces súpplicum.
Qui templa cæli clauditis,
Serásque verbo sólvitis,
Nos à reátu nóxios
Solvi iubête, quǽsumus.
Præcépta quorum prótinùs
Languor salúsque séntiunt;
Sanâte mentes lánguidas:
Augête nos virtútibus:
Ut, cùm redíbit Arbiter
In fine Christus sæculi,
Nos sempitérni gáudij
Concêdat esse cómpotes.
Patri, simúlque Fílio,
Tibíque sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit iúgiter
Sæclum per omne glória.
Amen.

℣. In omnem terram exívit sonus eôrum. ℟. Et in fines orbis terræ verba eôrum.

Ad Magníficat, Antíphona. Tradent enim vos in concíliis, & in synagógis suis flagellábunt vos, & ante reges & prǽsides ducémini propter me in testimónium illis, & géntibus.

Orátio própria.

Ad Matutinum, Invitatórium. Regem Apostolôrum Dóminum. * Veníte adorêmus. Psalmus. Veníte, exultêmus. 2.

Hymnus.

Ætérna Christi múnera,
Apostolórum glóriam,
Palmas, & hymnos débitos
Lætis canâmus méntibus.
Ecclesiárum Príncipes,
Belli triumpháles Duces,
Cæléstis Aulæ mílites,



Et

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

Et vera mundi lúmina.
Devóta Sanctórum Fides,
Invícta Spes credéntium,
Perfécta Christi Cháritas
Mundi tyránnum cónterit.
In his Patérna glória,
In his triúmphat Fílius,
In his volúntas Spíritus,
Cælum replétur gáudio.
Patri, simúlque Fílio,
Tibíque, sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit iúgiter
Sǽclum per omne glória.
Amen.

In primo Noctúrno, Aña.

In omnem terram exívit sonus eórum, & in fines orbis terræ verba eórum. Psalmus. Cæli enárrant glóriam Dei. 14. Antíphona. Clamavérunt iusti, & Dóminus exaudívit eos. Psalmus. Benedícam Dóminum. 54. Antíphona. Constítues eos príncipes super omnem terram: mémores erunt nóminis tui Dómine. Psalm. Eructávit cor meum. 67. ℣. In omnem terram exívit sonus eórum. ℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

In secúndo Noctúrno, Aña.

Príncipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham. Psalmus. Omnes gentes. 68. Antíphona. Dedísti hereditátem timéntibus nomen tuum Dómine. Psalm. Exáudi Deus deprecatiónem. 77. Antíphona. Annunciavérunt ópera Dei, & facta eius intellexérunt. Psalmus. Exáudi Deus oratiónem. 78. ℣. Constítues eos príncipes super omnem terram. ℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

In tértio Noctúrno, Aña.

Exaltabúntur córnua iusti, allelúia. Psalmus. Confitébimur tibi Deus. 89. Antíphona. Lux orta est iusto, allelúia: rectis corde lætítia, allelúia. Psalmus. Dóminus regnávit, exúltet. 105. Aña. Custodiébant testimónia eius, & præcépta eius, allelúia. Psalmus. Dóminus regnávit, irascántur. 110. ℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus. ℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

Ad Laudes, & per Horas, Antíphona.

HOc est præcéptum meum, ut diligátis ínvicem, sicut diléxi vos. Psalmus. Dóminus regnávit. cum réliquis. 17. Aña. Maiórem charitátem nemo habet, ut ánimam suam ponat quis pro amícis suis. Antíph. Vos amíci mei estis, si fecéritis quæ præcípio vobis, dicit Dóminus. Antíphona. Beáti pacífici, beáti mundo corde: quóniam ipsi Deum vidébunt. Antíphona. In patiéntia vestra possidébitis ánimas vestras.

Capitulum. *Ephes. 2. d*

FRatres, Iam non estis hóspites, & ádvenæ: sed estis cives sanctórum, & doméstici Dei: superædificati super fundaméntum Apostolórum & Prophetárum, ipso summo anguláris lápide Christo Iesu. ℟. Deo grátias.

Hymnus. Exúltet orbis. ut





suprà. i. ℣. Annunciavérunt ópera Dei. ℟. Et facta eius intellexérunt.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Vos qui reliquístis ómnia, & secúti estis me, céntuplum accipiétis, & vitam ætérnam possidébitis.

Ad Tértiam, Antíphona. Maiórem charitátem. Capit. Fratres, iam non estis. ut suprà. ii.

℟. breve. In omnem terram, * Exívit sonus eórum. In omnem. ℣. Et in fines orbis terræ verba eórum. Exívit sonus. Glória Patri. In omnem. ℣. Constítues eos príncipes super omnem terram. ℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine.

Ad Sextam, Antíphona.

Vos amíci mei estis.

Capitulum. *Act. 5. b*

PEr manus autem Apostolórum fiébant signa & prodígia multa in plebe.

℟. br. Constítues eos príncipes, * Super omnem terram. Constítues. ℣. Mémores erunt nóminis tui Dómine. Super. Glória Patri. Constítues. ℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus. ℟. Nimis confortátus est principátus eórum.

Ad Nonam, Antíphona.

In patiéntia vestra.

Capitulum. *Act. 5. g*

IBant Apóstoli gaudéntes à conspéctu concílij, quóniam digni hábiti sunt pro nómine Iesu contuméliam pati.

℟. breve. Nimis honoráti sunt, * Amíci tui Deus. Nimis. ℣. Nimis confortátus est principátus eórum. Amíci. Glória Patri. Nimis. ℣. Annunciavérunt ópera Dei. ℟. Et facta eius intellexérunt.

In secúndis Vésperis, Aña.

Iurávit Dóminus, & non pœnitébit eum: Tu es sacérdos in ætérnum.

Psalmus 109.

DIxit Dóminus Dómino meo: * Sede à dextris meis:
Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuórum.
Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion: * dominàre in médio inimicórum tuórum.
Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum: * ex útero ante lucíferum génui te.
Iurávit Dóminus, & non pœnitébit eum: * Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchísedech.
Dóminus à dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.
Iudicábit in natiónibus, implébit ruínas: * conquassábit cápita in terra multórum.
De torrénte in via bibet: * proptéreà exaltábit caput.

Antíphona. Iurávit Dóminus, & non pœnitébit eum: Tu es sacérdos in ætérnum.

Aña. Cóllocet eum Dóminus cum princípibus pópuli sui.

Psalmus 112.

LAudáte púeri Dóminum: * laudáte nomen Dómini.
Sit nomen Dómini benedíc-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tum, * ex hoc nunc, & usque in sæculum.
A solis ortu usque ad occásum,* laudábile nomen Dómini.
Excélsus super omnes gentes Dóminus, * & super cælos glória eius.
Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * & humília réspicit in cælo & in terra?
Súscitans à terra ínopem, * & de stércore érigens páuperem:
Ut cóllocet eum cum princípibus,* cum princípibus pópuli sui.
Qui habitáre facit stérilem in domo,* matrem filiórum lætántem.
Aña. Cóllocet eum Dóminus cum princípibus pópuli sui.
Aña. Dirupísti Dómine víncula mea, tibi sacrificábo hóstiam laudis.

### PSALMUS 115.

CRédidi, propter quod locútus sum: * ego autem humiliátus sum nimis.
Ego dixi in excéssu meo: * Omnis homo mendax.
Quid retríbuam Dómino, * pro ómnibus, quæ retríbuit mihi?
Cálicem salutáris accípiam: * & nomen Dómini invocábo.
Vota mea Dómini reddam coram omni pópulo eius: * pretiosa in conspéctu Dómini mors Sanctórum eius:
O Dómine quia ego servus tuus: * ego servus tuus, & fílius ancíllæ tuæ.
Dirupísti víncula mea: * tibi sacrificábo hóstiam laudis, & nomen Dómini invocábo.
Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli eius: * in átrijs domus Dómini, in médio tui Ierúsalem.
Aña. Dirupísti Dómine víncula mea, tibi sacrificábo hóstiam laudis.
Aña. Eúntes ibant & flebant, mitténtes sémina sua.

### PSALMUS 125.

IN converténdo Dóminus captivitátem Sion: * facti sumus sicut consoláti:
Tunc replêtum est gáudio os nostrum: * & lingua nostra exultatióne.
Tunc dicent inter gentes: * Magnificâvit Dóminus fácere cum eis.
Magnificâvit Dóminus fácere nobíscum: * facti sumus lætántes.
Convérte Dómine captivitátem nostram, * sicut torrens in Austro.
Qui séminant in lácrymis, * in exultatióne metent.
Eúntes ibant & flebant, * mitténtes sémina sua.
Veniéntes autem vénient cum exultatióne, * portántes manípulos suos.
Antíphona. Eúntes ibant & flebant, mitténtes sémina sua.
Aña. Confortâtus est principâtus eórum, & honoráti sunt amíci tui Deus.

### PSALMUS 138.

DOmine probásti me, & cognovísti me: * tu cognovísti sessiónem meam, & resurrectiónem meam.
Intellexísti cogitatiónes meas de longè: * sémitam meam, & funículum meum investigásti.
Et omnes vias meas prævidísti: *

quia



quia non est sermo in lingua mea.
Ecce Dómine tu cognovísti ómnia novíssima, & antíqua: * tu formásti me, & posuísti super me manum tuam.
Mirábilis facta est sciéntia tua ex me: * confortáta est, & non pótero ad eam.
Quò ibo à spíritu tuo? * & quò à fácie tua fúgiam?
Si ascéndero in cælum, tu illic es: * si descéndero in inférnum, ades.
Si súmpsero pennas meas dilúculò, * & habitávero in extrémis maris:
Etenim illuc manus tua dedûcet me: * & tenêbit me déxtera tua.
Et dixi: Fórsitan ténebræ conculcábunt me: * & nox illuminátio mea in delícijs meis.
Quia ténebræ non obscurabúntur à te, & nox sicut dies illuminábitur: * sicut ténebræ eius, ità & lumen eius.
Quia tu possedísti renes meos: * suscepísti me de útero matris meæ.
Confitêbor tibi quia terribíliter magnificâtus es: * mirabília ópera tua, & ánima mea cognóscit nimis.
Non est occultâtum os meum à te, quod fecísti in occúlto: * & substántia mea in inferióribus terræ.
Imperféctum meum vidérunt óculi tui, & in libro tuo omnes scribéntur: * dies formabúntur, & nemo in eis.
Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui, Deus: * nimis confortâtus est principâtus eórum.
Dinumerâbo eos, & super arênam multiplicabúntur: * exurréxi, & adhuc sum tecum.
Si occíderis Deus peccatóres: * viri sánguinum declináte à me:
Quia dícitis in cogitatióne: * accípient in vanitáte civitátes tuas
Nonne qui odérunt te Dómine, óderam: * & super inimícos tuos tabescêbam?
Perfécto ódio óderam illos: * & inimíci facti sunt mihi.
Proba me Deus, & scito cor meum: * intérroga me, & cognósce sémitas meas.
Et vide, si via iniquitátis in me est: * & deduc me in via ætérna.
Aña. Confortâtus est principâtus eórum, & honoráti sunt amíci tui Deus.

### CAPITULUM. *Ephes. 2. d*

FRatres, Iam non estis hóspites, & ádvenæ: sed estis cives sanctórum, & doméstici Dei: superædificáti super fundaméntum Apostolórum, & Prophetárum, ipso summo angulári lápide Christo Iesu. ℞. Deo grátias.
Hymnus. Exúltet orbis gáudijs. l. ℣. Annunciavérunt ópera Dei. ℞. Et facta eius intellexérunt.
Ad Magníficat, Antíphona. Estóte fortes in bello, & pugnáte cum antíquo serpénte: & accipiêtis regnum ætérnum, allelúia.

COM-

UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## COMMUNE
### Apostolórum & Evangelistárum témpore Paschali.

Ad Vésperas, Aña. Sancti tui. cum réliquis de Laudibus. vii. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. & loco últimi, Psalmus. 125. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

Capitulum. *Sap.* 5.

STabunt iusti in magna constántia, advérsus eos qui se angustiavérunt, & qui abstulérunt labóres eórum.

Hymnus.

TRistes erant Apóstoli
De Christi acérbo fúnere,
Quem morte crudelíssima
Servi necárant impij.
Sermóne verax Angelus
Muliéribus prædíxerat:
Mox ore Christus gáudium
Gregi feret Fidélium.
Ad anxios Apóstolos
Currunt statim dum núnciæ,
Illæ micántis óbvia
Christi tenent vestígia.
Galilǽæ ad alta móntium
Se cónferunt Apóstoli;
Iesúque, voti cómpotes,
Almo beántur lúmine.
Ut sis perénne méntibus
Paschále Iesu gáudium,
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui à mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sǽcula.
Amen.

℣. Sancti & iusti in Dómino gaudéte, allelúia. ℟. Vos elégit Deus in hereditátem sibi, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona. Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine, & ætérnitas témporum, allelúia.

Orátio convéniens.

Ad Matutínum, Invitatórium. REgem Apostolórum Dóminum, * Veníte adorémus, allelúia. Psalmus. Veníte, exultémus. 2. Hymnus. Tristes erant Apóstoli. ut suprà.

In primo Nocturno, Aña. Stabunt iusti in magna constántia advérsus eos, qui se angustiavérunt, allelúia. Psalmi. Cæli enárrant. 14. Benedícam Dóminum. 54. Eructávit cor meum. 67. ℣. Sancti & iusti in Dómino gaudéte, allelúia. ℟. Vos elégit Deus in hereditátem sibi, allelúia.

In secúndo Nocturno, Aña. Ecce quómodò computáti sunt inter fílios Dei, & inter sanctos sors illórum est, allelúia. Psalmi. Omnes Gentes. 68. Exaudi Deus deprecatiónem. 77. Exaudi Deus oratiónem. 78. ℣. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Dómine, allelúia. ℟. Et ætérnitas témporum, allelúia.

In tértio Nocturno, Aña. Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine, & ætérnitas témporum, allelúia. Psalmi. Confitébimur tibi Deus. 89. Dóminus regnávit, exúltet. 106. Dóminus regnávit, irascántur. 110. ℣. Lætítia sempitérna super cápita eórum, allelúia. ℟. Gáu-



℟. Gáudium & exultatiónem obtinébunt, allelúia.

### AD LAUDES,
### & per Horas, Antíphona.

SAncti tui Dómine florébunt sicut lílium, allelúia: & sicut odor bálsami erunt ante te, allelúia. Psalm. Dóminus regnávit. cum reliq. ut in Psaltér. 17. Antíphona. In cæléstibus regnis sanctórum habitátio est, allelúia: & in ætérnum réquies eórum, allelúia. Aña. In velaménto clamábant sancti tui Dómine, allelúia, allelúia, allelúia. Aña. Spíritus & ánimæ iustórum hymnum dícite Deo nostro, allelúia, allelúia. Aña. Fulgébunt iusti sicut sol in conspéctu Dei, allelúia.

Capitulum. *Sap.* 5.

STabunt iusti in magna constántia advérsus eos, qui se angustiavérunt, & qui abstulérunt labóres eórum.

Hymnus.

PAschále mundo gáudium,
Sol núnciat formósior,
Cùm luce fulgéntem nova
Iesum vident Apóstoli.
In carne Christi vúlnera
Micáre tamquam sídera
Mirántur, & quidquid vident
Testes fidéles prædicant.
Rex Christe clementíssime,
Tu corda nostra pósside;
Ut lingua grates débitas
Tuo rependat nómini.
Ut sis perénne méntibus
Paschále Iesu gáudium,
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui à mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sǽcula.
Amen.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia. ℟. Mors sanctórum eius, allelúia.

Ad Benedictus, Antíphona. Fíliæ Ierúsalem, veníte & vidéte mártyres cum corónis, quibus coronávit eos Dóminus in die solemnitátis & lætítiæ, allelúia, allelúia.

Ad Tértiam, Aña. In cæléstibus regnis. Capitulum. Stabunt iusti. ut suprà.

℟. br. Sancti & iusti in Dómino gaudéte, * Allelúia, allelúia. Sancti. ℣. Vos elégit Deus in hereditátem sibi. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Sancti & iusti. ℣. Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine, allelúia. ℟. Et ætérnitas témporum, allelúia.

Ad Sextam, Antíphona. In velaménto.

Capitulum. *Sap* 5.

ECce quómodò computáti sunt inter fílios Dei, & inter sanctos sors illórum est.

℟. br. Lux perpétua lucébit sanctis tuis, Dómine, * Allelúia, allelúia. Lux perpétua. ℣. Et ætérnitas témporum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Lux perpétua. ℣. Lætítia sempitérna super cápita eórum, allelúia. ℟. Gáudium & exultatiónem obtinébunt, allelúia.

Ad Nonam, Antíphona. Fulgébunt iusti.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

CAPITULUM. *Rom. 8. e*

SCimus quóniàm diligéntibus Deum ómnia cooperántur in bonum, ijs, qui secúndùm propósitum vocáti sunt sancti. ℟. breve. Lætítia sempitérna super cápita eórum, * Allelúia, allelúia. Lætítia. ℣. Gáudium & exultatiónem obtinébunt. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Lætítia. ℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia. ℟. Mors sanctórum eius, allelúia.

Ad Vésperas, Antiphona. Sancti tui. cum réliquis de Láudibus. vii. Psalm. Dixit Dóminus. Laudáte púeri. Crédidi In converténdo. Dómine probásti. ùt sup. iii. Capitulum. Stabunt iústi. Hymnus. Tristes erant Apóstoli. vi.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia. ℟. Mors Sanctórum eius, allelúia.

Ad Magníficat, Antiphona. Sancti & iusti in Dómino gaudéte, allelúia: vos elégit Deus in hereditâtem sibi, allelúia.

## COMMUNE

### Unius Mártyris extra tempus Paschále.

Ad Vésperas, Antíphona. Qui me conféssus. cum réliquis de Laudibus. xi. Psalmus. Dixit Dóminus Dómino meo. cum réliquis de Domínica, 125. & loco últimi, Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Géntes. 129.

CAPITULUM. *Iacóbi 1. b*

BEátus vir, qui suffert tentatiônem: quoniàm cùm probátus fúerit, accípiet corônam vitæ, quàm repromisit Deus diligéntibus se.

HYMNUS.

DEus tuórum mílitum
Sors, & coróna, præmium,
Laudes canéntes Mártyris
Absólve nexu críminis.

Hic nempe mundi gáudia,
Et blanda fraudum pabula
Imbúta felle députans,
Pervénit ad Cæléstia.

Pœnas cucúrrit fórtiter,
Et sústulit viríliter,
Fundénsque pro te sánguinem,
Ætérna dona póssidet.

Ob hoc precátu súpplici
Te póscimus piíssime;
In hoc triúmpho Mártyris
Dimitte noxam sérvulis.

Laus & perénnis glória
Patri sit atque Filio,
Sancto simul Paráclito
In sempitérna sǽcula.
Amen.

℣. Glória & honôre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Ad Magníficat, Antíphona. Iste sanctus pro lege Dei sui certâvit usque ad mortem, & à verbis impiórum non tímuit: fundâtus enim erat supra firmam petram.

Pro Márt. & Pontífice. ORATIO.

INfirmitâtem nostram réspice omnípotens Deus: & quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti N. mártyris tui atque Pontíficis intercéssio glóriósa nos prótegat. Per Dóminum nostrum.

ALIA



ALIA ORATIO.

DEus, qui nos beáti N. mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitâte lætíficas: concêde propítius; ut cuius natalítia cólimus, de eiúsdem étiam protectióne gaudeâmus. Per Dóminum.

Pro Mártyre tantùm.

ORATIO.

PRæsta quǽsumus omnípotens Deus: ut qui beáti N. Mártyris tui natalítia cólimus intercessióne eius in tui nóminis amôre roborémur. Per Dóminum nostrum.

ALIA ORATIO.

PRæsta quǽsumus omnípotens Deus: ut intercedénte beáto N. Mártyre tuo, & à cunctis adversitátibus liberêmur in córpore, & à pravis cogitatiónibus mundêmur in mente. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutînum, Invitatórium. Regem Mártyrum Dóminum, * Veníte adorêmus. Psalm. Veníte, exultêmus. 2. Hymnus. Deus tuórum mílitum. ùt suprà. viii.

In primo Noctúrno, Antiphona. In lege Dómini fuit volúntas eius die ac nocte. Psalmus. Beátus vir, qui non ábijt. 3. Antíphona. Prǽdicans præcéptum Dómini, constitútus est in monte sancto eius. Psalmus. Quare fremuérunt Géntes. 4. Antíphona. Voce mea ad Dóminum clamávi: & exaudívit me de monte sancto suo. Psalmus. Dómine, quid multiplicáti sunt. 4. ℣. Glória & honôre coronásti eum Dómine. ℟. Et constuísti eum super ópera mánuum tuárum.

In secúndo Noctúrno, Aña. Filij hóminum scitóte, quia Dóminus sanctum suum mirificâvit. Psalmus. Cùm invocârem. 148. Antíphona. Scuto bonæ voluntátis tuæ coronásti eum Dómine. Psalmus. Verba mea áuribus pércipe. 60. Antíphona. In univérsa terra glória & honóre coronásti eum. Psalmus. Dómine Dóminus noster. 5. ℣. Posuísti Dómine super caput eius. ℟. Corónam de lápide pretióso.

In tértio Noctúrno, Aña. Iustus Dóminus, & iustítiam diléxit: æquitátem vidit vultus eius. Psalmus. In Dómino confído. 7. Antíphona. Habitâbit in tabernáculo tuo: requiéscet in monte sancto tuo. Psalmus. Dómine, quis habitâbit. 9. Antíphona. Posuísti Dómine super caput eius corónam de lápide pretióso. Psalm. Dómine in virtúte tua. 15. ℣. Magna est glória eius in salutári tuo. ℟. Glóriam & magnum decôrem impónes super eum.

Ad Laudes, & per Horas, Antiphona.

QUi me conféssus fúerit coram homínibus, confitêbor & ego eum coram Patre meo. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum réliquis. 17. Antíphona.

Qui

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Qui séquitur me non ámbulat in ténebris, sed habébit lumen vitæ, dicit Dóminus. Antiphona. Qui mihi minístrat, me sequátur: & ubi ego sum, illic sit & miníster meus. Antiphona. Si quis mihi ministráverit, honorificábit eum Pater meus, qui est in cælis, dicit Dóminus. Antiphona. Volo Pater, ut ubi ego sum, illic sit & miníster meus.

Capitulum. *Jacobi 1. b*

BEátus vir, qui suffert tentatiónem: quóniam cùm probátus fúerit, accípiet corónam vitæ, quam repromísit Deus diligéntibus se.

Hymnus.

INvícte Martyr únicum
Patris secútus Fílium,
Victis triúmphas hóstibus,
Victor fruens cæléstibus.
Tui precátus múnere
Nostrum reátum dílue,
Arcens mali contágium,
Vitæ repéllens tædium.
Solúta sunt jam víncula
Tui sacráti córporis;
Nos solve vinclis sǽculi
Dono supérni Núminis.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, & per omne sǽculum.
Amen.

℣. Justus ut palma florébit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Benedictus, Antíphona. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam.

Ad Tértiam, Antíphona. Qui séquitur me. Capitulum. Beátus vir. ut supra.

℟. breve. Glória & honóre, * Coronásti eum Dómine. Glória & honóre. ℣. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum. Coronásti eum. Glória Patri. Glória & honóre. ℣. Posuísti Dómine super caput ejus. ℟. Corónam de lápide pretióso.

Ad Sextam, Antíphona. Qui mihi minístrat.

Capitulum. *Eccli 15.*

CIbávit illum pane vitæ & intelléctus, & aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum Dóminus Deus noster.

℟. breve. Posuísti Dómine, * Super caput ejus. Posuísti. ℣. Corónam de lápide pretióso. Super. Glória Patri. Posuísti. ℣. Magna est glória ejus in salutári tuo. ℟. Glóriam & magnum decórem impónes super eum.

Ad Nonam, Antíphona. Volo Pater.

Capitulum. *Eccli 39.*

JUstus cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum, qui fecit illum, & in conspéctu Altíssimi deprecábitur.

℟. br. Magna est glória ejus, * In salutári tuo. Magna. ℣. Glóriam & magnum decórem impónens super eum. In salutári. Glória. Magna. ℣. Justus ut palma florébit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Vésperas, Aña. Qui me confessus. cum réliquis de Láudibus. ix. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco últimi, Psalmus. Crédidi. 129. Capítulum. Beátus vir. x. Hymnus. Deus tuórum. viii. ℣. Justus ut palma florébit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Magníficat, Antíphona. Qui vult veníre post me, ábneget semetípsum, & tollat crucem suam, & sequátur me.



## COMMUNE
## Mártyrum témpore Pascháli.

Ad Vésperas, Antíphona. Sancti tui Dómine. cum réliquis de Láudibus. xii. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. & loco últimi, Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

Capitulum. *Sap. 1.*

STabunt justi in magna constántia advérsus eos, qui se angustiavérunt, & qui abstulérunt labóres eórum.

Hymnus pro uno Mártyre.

DEus tuórum mílitum
Sors, & coróna prǽmium,
Láudes canéntes Mártyris
Absólve nexu críminis.
Hic nempè mundi gáudia,
Et blanda fráudum pábula
Imbúta felle députans,
Pervénit ad cæléstia.
Pœnas cucúrrit fórtiter,
Et sústulit viríliter,
Fundénsque pro te sánguinem,
Ætérna dona póssidet.
Ob hoc precátu súpplici,
Te póscimus pijssimè;
In hoc triúmpho Mártyris
Dimítte noxam sérvulis.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui à mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sǽcula. Amen.

Pro plúribus Martyr. dicitur Hymnus.

REx gloriósè Mártyrum,
Coróna confiténtium,
Qui respuéntes térrea
Perdúcis ad Cæléstia:
Aurem benígnam prótinùs
Inténde nostris vócibus:
Trophǽa sacra pángimus:
Ignósce quod delíquimus.
Tu vincis inter Mártyres,
Parcísque Confessóribus:
Tu vince nostra crímina,
Largítor indulgéntiæ.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio qui à mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sǽcula.
Amen.

℣. Sancti & justi in Dómino gaudéte, allelúia. ℟. Vos elégit Deus in hereditátem sibi, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona. Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine, & ætérnitas témporum, allelúia.

Orátio, si non adsit própria, súmitur de Commúni unius vel plurimórum Mártyrum extra tempus Paschále.

Ad Matutínum, Invitatórium. Exúltent in Dómino sancti, * Allelúia. Psalmus. Veníte, exultémus. 2.

Hym-

Hymnus pro uno Mártyre. Deus tuórum mílitum, ut suprà. xi.

Pro plúribus Martýribus, Hymnus. Christo profúsum sánguinem. ut in Commúni plurimórum Mártyrum extrà tempus Paschále, infrà. xv.

In primo Noctúrno, Aña. Stabunt iusti in magna constántia advérsus eos, qui se angustiavérunt, allelúia.

Sub una tantùm Antíphona dicúntur Psalmi cuiúslibet Noctúrni.

Psalmi pro uno & plúribus Martýribus. Beátus vir, qui non ábijt. 3. Quare fremuérunt gentes. 4. Dómine, quid multiplicáti sunt. 4. ℣. Sancti & iusti in Dómino gaudéte, allelúia. ℟. Vos elêgit Deus in hereditâtem sibi, allelúia.

In secúndo Noctúrno, Aña. Ecce quómodò computáti sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illôrum est, allelúia.

Psalmi pro uno Mártyre. Cùm invocârem. 148. Verba mea áuribus pércipe. 60. Dómine Dóminus noster. 5.

Psalmi pro plúribus Martýribus. Dómine, quis habitâbit. 9. Consérva me Dómine. 10. Dómini est terra. 30. ℣. Lux perpétua lucêbit sanctis tuis Dómine, allelúia. ℟. Et ætérnitas témporum, allelúia.

In tértio Noctúrno, Aña. Lux perpétua lucêbit sanctis tuis Dómine, & ætérnitas témporum, allelúia.

Psalmi pro uno Mártyre. In Dómino confido. 7. Dómine quis habitâbit. 9. Dómine in virtûte tua. 15.

Psalmi pro plúribus Martýribus. Exultâte iusti in Dómino. 53. Benedicam Dóminum. 54. Deus noster refúgium. 68. ℣. Lætítia sempitérna super cápita eôrum, allelúia. ℟. Gáudium & exultatiónem obtinébunt, allelúia.

Ad Laudes, & per Horas, Antíphona.

SAncti tui Dómine florébunt sicut lílium, allelúia: & sicut odor bálsami erunt ante te, allelúia. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum réliquis. 17. Antíphona. In cæléstibus regnis sanctôrum habitátio est, allelúia: & in ætérnum réquies eôrum, allelúia. Antíphona. In velaménto clamábant sancti tui Dómine, allelúia, allelúia, allelúia. Antíphona. Spíritus & ánimæ iustôrum hymnum dícite Deo nostro, allelúia, allelúia. Antíphona. Fulgébunt iusti sicut sol in conspéctu Dei, allelúia.

CAPITULUM. *Sap. 5.*

STabunt iusti in magna constántia advérsus eos, qui se angustiavérunt, & qui abstulérunt labóres eôrum.

Hymnus pro uno Mártyre.

INvicte Mártyr, únicum
Patris secútus Fílium,
Victis triúmphas hóstibus,
Victor fruens cæléstibus.
Tui precátus múnere
Nostrum reátum dílue,
Arcens mali contágium,
Vitæ repéllens tǽdium.
Solûta sunt iam víncula
Tui sacráti córporis:
Nos solve vínclis sǽculi
Dono supérni Núminis.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui à mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sǽcula. Amen.



Pro plúribus Martýribus. Rex gloriôse Mártyrum. ut suprà. xi.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia. ℟. Mors sanctórum eius, allelúia.

Ad Benedíctus, Antíphona. Fíliæ Ierúsalem, veníte & vidéte mártyres cum corónis, quibus coronâvit eos Dóminus in die solemnitâtis, & lætítiæ, allelúia, allelúia.

Ad Tértiam, Antíphona. In cæléstibus regnis. Capítul. Stabunt iusti. ut suprà. xii.

℟. br. Sancti & iusti in Dómino gaudéte, * Allelúia, allelúia. Sancti. ℣. Vos elêgit Deus in hereditátem sibi. Allelúia, allelúia. Glória. Sancti. ℣. Lux perpétua lucêbit sanctis tuis Dómine, allelúia. ℟. Et ætérnitas témporum, allelúia.

Ad Sextam, Antíphona. In velaménto.

CAPITULUM. *Sap. 5.*

ECce quómodò computáti sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illórum est.

℟. breve. Lux perpétua lucêbit sanctis tuis Dómine, * Allelúia, allelúia. Lux. ℣. Et ætérnitas témporum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Lux perpétua. ℣. Lætítia sempitérna super cápita eôrum, allelúia. ℟. Gáudium & exultatiónem obtinébunt, allelúia.

Ad Nonam, Antíphona. Fulgébunt iusti.

CAPITULUM. *Rom. 8. c*

SCimus quóniàm diligéntibus Deum ómnia cooperántur in bonum, ijs, qui secúndùm propósitum vocáti sunt sancti.

℟. br. Lætítia sempitérna super cápita eórum, * Allelúia, allelúia. Lætítia. ℣. Gáudium & exultatiónem obtinébunt. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Lætítia. ℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia. ℟. Mors sanctórum eius, allelúia.

Ad Vésperas, Aña. Sancti tui Dómine. cum réliquis ùt suprà in Láudibus. xii. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. & loco últimi Psalmus. Crédidi. 129. Capitulum. Stabunt iusti. xii.

Hymnus pro uno Mártyre. Deus tuôrum mílitum. xi.

Pro plúribus Martýribus. Rex gloriôse Mártyrum. xi. ℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia. ℟. Mors sanctórum eius, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona. Sancti & iusti in Dómino gaudête, allelúia: Vos elégit Deus in hereditâtem, sibi, allelúia.

COMMUNE

Confessôrum, Vírginum, & non Vírginum, & Dedicatiónis

Ec-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ecclésiæ témpore Paschâli, Officium fit ut inférius in áliis tempóribus : sed in fine ad Antiphonas, Versículos, & ℟. brevia ádditur. Allelúia.

## COMMUNE

### Plurimórum Mártyrum extrà tempus Paschale.

Ad Vésperas, Antiphona. Omnes sancti. cum reliq. de Laudibus. xvi. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. & loco ultimi, Psalmus. Laudâte Dóminum omnes Gentes. 129.

Capitulum. *Sap. 3.*

IUstórum ánimæ in manu Dei sunt, & non tanget illos torméntum mortis. Visi sunt óculis insipiéntium mori : illi autem sunt in pace.

Hymnus.

SAnctórum méritis ínclyta gáudia
Pangâmus sócii, géstaque fórtia:
Gliscens fert ánimus prómere cántibus
Victórum genus óptimum.
Hi sunt quos fatuè mundus abhórruit:
Hunc fructu vácuum, flóribus áridum,
Contempsêre tui nóminis ásseclæ
Iesu Rex bone Cælitum.
Hi pro te fúrias, atque minas truces
Calcárunt hóminum, sævaque vérbera:
Is cessit lácerans fórtiter úngula,
Nec cárpsit penetrália.
Cæduntur gládiis more bidéntium:
Non múrmur résonat, non querimónia;
Sed corde impávido mens benè cónscia
Consérvat patiéntiam.
Quæ vox, quæ póterit lingua retéxere,
Quæ tu Martýribus múnera præpáras?
Rubri nam flúido sánguine fúlgidis
Cingunt témpora láureis.
Te summa ô Déitas, únaque póscimus,
Ut culpas ábigas, nóxia súbtrahas,
Des pacem fámulis, ut tibi glóriam
Annórum in sériem canant. Amen.

℣. Lætámini in Dómino, & exultâte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Ad Magníficat, Antíphona. Istórum est enim regnum cælorum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad præmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni.

Pro plúribus Martýribus Pontifícibus. Oratio.

BEatórum Mártyrum, paritérque Pontíficum N. & N. nos, quæsumus Dómine, festa tueántur : & eórum comméndet orátio veneranda. Per Dóminum nostrum.

Si non fúerint Pontif. Oratio.

DEus, qui nos concêdis sanctórum Mártyrum tuorum N. & N. natalítia cólere : da
no-



nobis in ætérna beatitúdine de eórum societâte gaudére. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Alia Oratio.

DEus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum N. & N. solemnitâte lætíficas: concêde propítius; ut quorum gaudêmus méritis, accendâmur exémplis. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutinum, Invitatórium. Regem Mártyrum Dóminum, *Venite adorémus. Psalm. Venite, exultémus. 2.

Hymnus.

CHristo profúsum sánguinem,
Et Mártyrum victórias,
Dignámque cælo láuream
Lætis sequâmur vócibus.
Terróre victo sæculi,
Penísque spretis córporis,
Mortis sacræ compéndio
Vitam beátam póssident.
Tradúntur igni Mártyres,
Et bestiárum déntibus:
Armâta sævit úngulis
Tortóris insáni manus.
Nudâta pendent víscera;
Sánguis sacrâtus fúnditur:
Sed pérmanent immóbiles
Vitæ perénnis grátia.
Te nunc Redémptor quæsumus,
Ut Mártyrum consórtio
Iungas peccántes sérvulos
In sempitérna sæcula. Amen.

In primo Noctúrno, Aña. Secus decúrsus aquárum plantâvit víneam iustórum, & in lege Dómini fuit volúntas eórum. Psalmus. Beâtus vir, qui non ábiit. 3. Antiphona. Tamquam aurum in fornâce probâvit eléctos Dóminus : & quasi holocáusta accépit eos in ætérnum. Psalmus. Quare fremuérunt Gentes. 4. Antiphona. Si coram homínibus torménta passi sunt, spes electórum est immortâlis in ætérnum. Psalmus. Dómine, quid multiplicâti sunt. 4. ℣. Lætámini in Dómino, & exultâte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

In secúndo Noctúrno, Aña. Dabo sanctis meis locum nominâtum in regno Patris mei, dicit Dóminus. Psalmus. Dómine, quis habitábit. 9. Antiphona. Sanctis, qui in terra sunt eius, mirificâvit omnes voluntátes meas inter illos. Psalmus. Consérva me Dómine. 10. Antiphona. Sancti qui sperant in Dómino, habêbunt fortitúdinem, assúment pennas ut áquilæ, volábunt, & non defícient. Psalmus. Dómini est terra, & plenitúdo. 31. ℣. Exúltent iusti in conspéctu Dei. ℟. Et delectentur in lætítia.

In tértio Noctúrno, Aña. Iusti autem in perpétuum vivent, & apud Dóminum est merces eórum. Psalmus. Exultâte iusti in Dómino. 53. Antiphona. Tradidérunt córpora sua in mortem, ne servírent idólis : ideò coronâti póssident palmam. Psalmus. Benedicam Dóminum. 54. Antiphona. Ecce merces sanctórum
co-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

copiôsa est apud Deum: ipsi verò mórtui sunt pro Christo, & vivent in ætérnum. Psalmus. Deus noster refúgium. 68. ℣. Iusti autem in perpétuum vivent. ℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

Ad Laudes, & per Horas Antiphona.

OMnes sancti, quanta passi sunt torménta, ut secúri pervenírent ad palmam martýrij. Psalm. Dóminus regnâvit. cum réliquis. 17. Aña. Cum palma ad regna pervenérunt sancti, corónas decóris meruérunt de manu Dei. Aña. Córpora sanctórum in pace sepúlta sunt: & vivent nómina eórum in ætérnum. Aña. Mártyres Dómini Dóminum benedícite in ætérnum. Aña. Mártyrum chorus laudáte Dóminum de cælis, allelúia.

Capitulum. *Sap.* 3.

IUstórum ánimæ in manu Dei sunt, & non tanget illos torméntum mortis. Visi sunt óculis insipiéntium mori: illi autem sunt in pace.

Hymnus.

Rex gloriôse Mártyrum,
Coróna confiténtium,
Qui respuéntes térrea,
Perdúcis ad Cæléstia.
Aurem benígnam prótinùs
Inténde nostris vócibus:
Trophæa sacra pángimus:
Ignósce quod delíquimus.
Tu vincis inter Mártyres,
Parcísque Confessóribus:
Tu vince nostra crímina,
Largítor indulgéntiæ.
Deo Patri sit glória,
Eiúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc & per omne sæculum.
Amen.

℣. Exultábunt sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Benedictus, Antiphona.

Vestri capílli cápitis omnes numeráti sunt: nolíte timére: multis passéribus melióres estis vos.

Ad Tertiam, Aña. Cum palma. Capitul. Iustórum ánimæ. ℟. br. Lætámini in Dómino, * Et exultáte iusti. Letámini. ℣. Et gloriámini omnes recti corde. Et exultáte. Glória Patri. Letámini. ℣. Exúltent iusti in conspectu Dei. ℟. Et delectentur in lætitia.

Ad Sextam, Antiphona.

Córpora sanctórum.

Capitulum. *Sap.* 10. *c*

REddidit Deus mercédem labórum sanctórum suórum, & dedúxit illos in via mirábili: & fuit illis in velaménto diéi, & in luce stellárum nocte.

℟. br. Exúltent iusti, * In conspectu Dei. Exultent. ℣. Et delectentur in lætitia. In conspectu. Glória Patri. Exúltent. ℣. Iusti autem in perpétuum vivent. ℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

Ad Nonam, Antiphona.

Mártyrum chorus.

Capitulum. *Sap.* 3.

FUlgébunt iusti, & tamquam scintillæ in arundinéto discúrrent. Iudicábunt na-



tiónes, & dominabúntur pópulis, & regnâvit Dóminus illórum in perpétuum.

℟. br. Iusti autem, * In perpétuum vivent. Iusti. ℣. Et apud Dóminum est merces eórum. In perpétuum. Glória Patri. Iusti. ℣. Exultábunt Sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Vésperas, Antiphona.

ISti sunt sancti, qui pro testaménto Dei sua córpora tradidérunt, & in sánguine Agni lavérunt stolas suas. Psalmus. Dixit Dóminus. 125. Antiphona. Sancti per fidem vicérunt regna, operáti sunt iustítiam, adépti sunt repromissiónes. Psalmus. Confitébor. 125. Antiphona. Sanctórum velut áquilæ iuvéntus renovábitur: florébunt sicut lílium in civitâte Dómini. Psalmus. Beátus vir. 125. Antiphona. Abstérget Deus omnem lácrymam ab óculis sanctórum: & iam non erit ámplius neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor: quóniam prióra transiérunt. Psalmus. Laudáte púeri. 126. Aña. In cæléstibus regnis sanctórum habitátio est, & in ætérnum réquies eórum. Psalmus. Crédidi. 129.

Capitulum & Hymnus ut in primis Vésperis. xiv. ℣. Exultábunt Sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Magnificat, Antiphona.

Gaudent in cælis ánimæ Sanctórum, qui Christi vestígia sunt secúti: & quia pro eius amóre sánguinem suum fudérunt, ídeò cum Christo exúltant sine fine.

## COMMUNE
### Confessôris Pontíficis.

Ad Vésperas, Antiphona.

Ecce Sacérdos magnus. cum réliquis de Láudibus. xix. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco último, Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes. 129.

Capitulum. *Eccli.* 44. *c*

ECce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo, & invéntus est iustus: & in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio.

Hymnus.

Iste Conféssor Dómini, coléntes
Quem piè laudant pópuli per orbem,
Hæc die lætus méruit beátas
Scándere sedes.
Si non est dies óbitus dicâtur:
Hac die lætus méruit suprémos
Laudis honóres.
Qui pius, prudens, húmilis, pudícus,
Sóbriam duxit sine labe vitam,
Donec humános animâvit auræ
Spíritus artus.
Cuius ob præstans méritum frequénter,
Ægra quæ passim iacuêre membra
Víribus morbi dómitis, salúti
Restituúntur.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Noster hinc illi Chorus obsequéntem
Cóncinit laudem, celebrésque palmas;
Ut pijs eius précibus iuvêmur
Omne per ævum.
Sit salus illi, decus, atque virtus,
Qui super cæli sólio coruscans,
Tótius mundi sériem gubérnat
Trinus, & unus. Amen.

℣. Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum. ℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Ad Magníficat, Antiphona.

Sacérdos & Póntifex, & virtûtum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum.

Pro Doctóribus in utrísque Vésperis.

Ad Magníficat, Antiphona.

O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beâte N. divínæ legis amâtor, deprecâre pro nobis Fílium Dei.

ORATIO.

Da quǽsumus omnípotens Deus: ut beâti N. confessôris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, & devotiónem nobis áugeat & salûtem. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

ALIA ORATIO.

Exáudi quǽsumus Dómine preces nostras, quas in beâti N. Confessôris tui atque Pontíficis solemnitâte deférimus: & qui tibi dignè méruit famulári, eius intercedéntibus méritis ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Regem Confessôrum Dóminum, * Venite adorêmus. Psalmus. Venite, exultêmus. 2. Hymnus. Iste Conféssor. xvii.

In primo Noctúrno, Aña.

Beâtus vir, qui in lege Dómini meditâtur: volúntas eius pérmanet die ac nocte, & ómnia quæcúmque fáciet, semper prosperabúntur. Psalm. Beâtus vir, qui non ábijt. 3. Aña. Beâtus iste sanctus, qui confísus est in Dómino: prædicâvit præcéptum Dómini, constitûtus est in monte sancto eius. Psalmus. Quare fremuérunt Gentes. 4. Aña. Tu es glória mea, tu es suscéptor meus Dómine: tu exáltans caput meum, & exaudísti me de monte sancto tuo. Psalmus. Dómine, quid multiplicâti. 4. ℣. Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum. ℟. Stolam glóriæ índuit eum.

In secúndo Noctúrno, Aña.

Invocántem exaudívit Dóminus sanctum suum, Dóminus exaudívit eum, & constítuit eum in pace. Psalmus. Cum invocârem. 148. Antiph. Lætentur omnes, qui sperant in te Dómine: quóniàm tu benedixísti iusto, scuto bonæ voluntâtis tuæ coronásti eum. Psalmus. Verba mea áuribus pércipe. 60. Antiphona. Dómine Dóminus noster, quàm admirábile est nomen tuum in univérsa terra! quia glória & honóre coronásti sanctum tuum, & constituísti eum super ópera mánuum tuârum. Psal-



Psalmus. Dómine Dóminus noster. 5. ℣. Elégit eum Dóminus sacerdótem sibi. ℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

In tértio Noctúrno, Aña.

Dómine, iste sanctus habitábit in tabernáculo tuo, operâtus est iustítiam, requiéscet in monte sancto tuo. Psalmus. Dómine, quis habitábit. 9. Antiphona. Vitam pétijt à te, & tribuísti ei Dómine: glóriam & magnum decórem imposuísti super eum: posuísti in cápite eius corônam de lápide pretióso. Psalmus. Dómine in virtûte tua. 15. Antiphona. Hic accípiet benedictiônem à Dómino, & misericórdiam à Deo salutári suo: quia hæc est generátio quæréntium Dóminum. Psalmus. Dómini est terra. 30. ℣. Tu es sacérdos in ætérnum. ℟. Secúndùm órdinem Melchísedech.

Ad Laudes, & per Horas, Antiphona.

Ecce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo, & invéntus est iustus. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum réliquis. 17. Antiphona. Non est invéntus símilis illi, qui conservâret legem Excélsi. Aña. Ideò iureiurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam. Aña. Sacerdótes Dei benedícite Dóminum: servi Dómini hymnum dícite Deo, allelúia. Antiphona. Serve bone & fidélis, intra in gáudium Dómini tui.

CAPITULUM. *Eccli.* 44. *c*

Ecce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo, & invéntus est iustus: & in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio.

HYMNUS.

Iesu redémptor ómnium,
Perpes coróna Præsulum,
In hac die cleméntiùs
Indúlgeas precántibus.
Tui sacri qua nóminis
Conféssus almus cláruit:
Huius celébrat ánnua
Devóta plebs solémnia.
Qui ritè mundi gáudia
Huius cadúca réspuens,
Æternitátis præmio
Potítur inter Angelos.
Huius benígnus ánnue
Nobis sequi vestígia:
Huius precátu sérvulis
Dimítte noxam críminis.
Sit Christe Rex piíssime
Tibi, Patríque glória,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, & per omne sǽculum.
Amen.

℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Euge serve bone & fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, dicit Dóminus.

Ad Tértiam, Antiphona.

Non est invéntus. Capítulum. Ecce sacérdos magnus. ut suprà.

℟. breve. Amâvit eum Dóminus, * Et ornâvit eum. Amâvit. ℣. Stolam glóriæ índuit eum.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

eum. Et ornâvit. Glória Patri. Amâvit. ℣. Elégit eum Dóminus sacerdótem sibi. ℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

Ad Sextam, Antíphona.

Ideò iureiurándo.

Capitulum. *Eccli.44.c*

NOn est invéntus símilis illi, qui conservâret legem Excélsi: ídeo iureiurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam.

℟. breve. Elégit eum Dóminus, * Sacerdótem sibi Elégit. ℣. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis. Sacerdótem. Glória Patri. Elégit. ℣. Tu es sacérdos in ætérnum. ℟. Secúndùm órdinem Melchísedech.

Ad Nonam, Antíphona.

Serve bone.

Capitulum. *Eccli.45.c*

FUngi sacerdótio, & habére laudem in nómine ipsius, & offérre illi incénsum dignum in odórem suavitátis.

℟. breve. Tu es sacérdos, * In ætérnum. Tu es. ℣. Secúndùm órdinem Melchísedech. In ætérnum. Glória Patri. Tu es. ℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Vésperas, Antíphona. Ecce sacérdos magnus. cum réliquis de Láudibus. xix. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco últimi, Psalmus. Meménto Dómine David. 136.

Capitulum & Hymnus ut supra in primis Vésperis. xvii.

℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magníficat, Antíphona.

Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum, stolam glóriæ índuit eum, & ad portas paradísi coronâvit eum.

Sequens Antíphona dícitur ad Magníficat in secúndis Vésperis pro solis summis Pontifícibus, Antíphona. Dum esset summus Póntifex, terrêna non métuit, sed ad cæléstia regna gloriósus migrâvit.

Si occúrrat celebrâri Festum plurimórum Pontíficum & Confessórum, Officium fit ut supra: sed in Oratióne, quæ pónitur in singulári, dicántur in plurali.

## PRO DOCTORIBUS.

Ad Magníficat in utrísque Vésperis, Antíphona. O Doctor óptimè, Ecclésiæ sanctæ lumen, beáte N. divínæ legis amátor, deprecáre pro nobis Fílium Dei.

Offícium autem in Festis Doctórum fit de Confessóribus Pontifícibus, vel non Pontifícibus, pro qualitâte Festi.

## COMMUNE
### Confessôris non Pontifícis.

Ad Vésperas, Antíphona. Dómine, quinque talénta. ut infrà ad Laudes. xxii. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco últimi, Psalmus. Laudâte Dóminum omnes Gentes. 129.





Capitulum. *Eccli.31.*

BEátus vir, qui invéntus est sine mácula: & qui post aurum non ábijt, nec sperâvit in pecúniæ thesáuris. Quis est hic, & laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua.

Hymnus.

Iste Conféssor Dómini, coléntes
Quem piè laudant pópuli per orbem.
Hac die lætus méruit beátas
Scándere sedes.

Si non est dies óbitus, dicátur.

Hac die lætus méruit suprémos
Laudis honóres.
Qui pius, prudens, húmilis, pudícus,
Sóbriam duxit sine labe vitam,
Donec humános animâvit auræ
Spíritus artus.
Cuius ob præstans méritum frequénter,
Ægra quæ passim iacuêre, membra
Víribus morbi dómitis, salúti
Restituúntur.
Noster hinc illi Chorus obsequéntem
Cóncinit laudem, celebrésque Palmas;
Ut piis eius précibus iuvêmur
Omne per ævum.
Sit salus illi, decus, atque virtus
Qui super cæli sólio corúscans,
Tótius mundi sériem gubérnat
Trinus, & unus. Amen.

℣. Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum. ℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Similábo eum viro sapiénti, qui ædificâvit domum suam supra petram.

Oratio.

DEus, qui nos beáti N. confessóris tui ánnua solemnitâte lætíficas: concéde propítius; ut cuius natalítia cólimus, étiam actiónes imitêmur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

ADésto Dómine supplicatiónibus nostris, quas in beáti N. confessóris tui solemnitâte deférimus: ut qui nostræ iustítiæ fidúciam non habêmus, eius, qui tibi plácuit, précibus adiuvêmur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Si fúerit Abbas, Oratio.

INtercéssio nos, quǽsumus Dómine, beáti N. Abbátis comméndet: ut quod nostris méritis non valêmus, eius patrocínio assequâmur. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutínum, Invitatórium, Hymnus, Antíphonæ, & Psalmi Nocturnórum, ut supra in Commúni Confessóris Pontíficis. xviii.

In primo Noctúrno.

℣. Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum. ℟. Stolam glóriæ índuit eum.

In secúndo Noctúrno.

℣. Os iusti meditábitur sapiéntiam. ℟. Et lingua eius loquêtur iudícium.



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

In tértio Nocturno.

℣. Lex Dei eius in corde ipsius. ℟. Et non supplantabuntur gressus eius.

Ad Laudes, & per Horas, Antiphona.

Domine, quinque talénta tradidísti mihi: ecce ália quinque superlucrátus sum. Psalm. Dominus regnávit. cum reliq. 17. Aña. Euge serve bone, in módico fidélis, intra in gáudium Dómini tui. Aña. Fidélis servus & prudens, quem constítuit Dñs super famíliam suam. Aña. Beátus ille servus, quem cùm vénerit dóminus eius, & pulsáverit iánuam, invénerit vigilántem. Aña. Serve bone & fidélis, intra in gáudium Dómini tui.

Capitulum. *Eccli.* 31.

Beátus vir, qui invéntus est sine mácula: & qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúniæ thesáuris. Quis est hic, & laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua.

Hymnus.

Iesu coróna celsior,
Et véritas sublimior,
Qui confiténti sérvulo
Reddis perénne prǽmium.
Da supplicánti cœtui,
Huius rogátu, nóxij
Remissiónem críminis,
Rumpéndo nexum vínculi.
Anni reverso témpore,
Dies refúlsit lúmine,
Quo sanctus hic de córpore
Migrávit inter sídera.
Hic vana terræ gáudia,
Et luculénta prǽdia,
Pollúta sorde députans,
Ovans tenet cæléstia.
Te Christe Rex piíssime
Hic confiténdo iúgiter,
Calcávit artes dœmonum,
Sævúmque avérni príncipem.
Virtúte clarus, & fide,
Confessióne sédulus,
Ieiúna membra déferens,
Dapes supérnas óbtinet.
Proindè te piíssime
Precámur omnes súpplices,
Nobis ut huius grátia
Pœnas remíttas débitas.
Patri perénnis glória,
Natóque Patris Unico,
Sanctóque sit Paráclito
Per omne semper sǽculum.
Amen.

℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedictus, Antíphona.

Euge serve bone & fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, intra in gáudium Dómini tui.

Ad Tértiam, Antíphona. Euge serve bone. Capítulum. Beátus vir, qui. ut supra.

℟. br. Amávit eum Dóminus, * Et ornávit eum. Amávit. ℣. Stolam glóriæ índuit eum. Et ornávit. Glória Patri. Amávit.

℣. Os iusti meditábitur sapiéntiam. ℟. Et lingua eius loquêtur iudícium.

Ad Sextam, Antíphona.

Fidélis servus.

Capitulum. *Eccli.* 39.

Iustus cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum, qui fecit illum, & in conspéctu altíssimi deprecábitur.

℟. breve. Os iusti, * Meditábitur sapiéntiam. Os iusti. ℣. Et lingua eius loquêtur iudícium. Meditábitur. Glória Patri. Os iusti. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius. ℟. Et non supplantabúntur gressus eius.

Ad Nonam, Antíphona.

Serve bone.

Capitulum. *Sap.* 10. *b*

Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei, & dedit illi sciéntiam sanctórum, honestávit illum in labóribus, & complêvit labóres illius.

℟. breve. Lex Dei eius, * In corde ipsius. Lex. ℣. Et non supplantabúntur gressus eius. In corde. Glória Patri. Lex.

℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Vésperas, Antíphona. Dómine quinque talénta. cum réliquis de Laudibus. xxii. Psalmi, Capítulum, & Hymnus, ut in primis Vésperis. xxi.

℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magníficat, Antíphona.

Hic vir despíciens mundum & terréna, triúmphans: Divítias calo cóndidit ore, manu.

Si occúrrat celebrári Festum plúrium Confessórum non Pontíficum, Offícium fit ut suprà: sed in Oratióne, quæ habéntur in singulári, dicántur in plurali.



## COMMUNE Virginum.

Ad Vésperas, Antíphona.

Hæc est virgo sápiens, & una de número prudéntum.

Psalmus 109.

Dixit Dóminus Dómino meo: * Sede à dextris meis:
Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuórum.
Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion: * dominâre in médio inimicórum tuórum.
Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum: * ex útero ante lucíferum génui te.
Iurávit Dóminus, & non pœnitébit eum: * Tu es sacérdos in ætérnum secúndùm órdinem Melchísedech.
Dóminus à dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.
Iudicábit in natiónibus, implêbit ruínas: * conquassábit cápita in terra multórum.
De torrénte in via bibet: * proptéreà exaltábit caput.

Antiphona. Hæc est virgo sápiens, & una de número prudéntum.

Antiphona. Hæc est virgo sápiens, quam Dóminus vigilántem invênit.

Psalmus 112.

Laudáte púeri Dóminum: * laudáte nomen Dómini.
Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, & usque in sǽculum.
A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * & super cælos glória eius.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * & humília réspicit in cælo & in terra?

Súscitans à terra inopem, * & de stércore érigens páuperem:

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.

Antíphona. Hæc est virgo sápiens, quam Dóminus vigilántem invénit.

Antíphona. Hæc est quæ nescívit torum in delícto: habébit fructum in respectióne animárum sanctárum.

### PSALMUS 121.

Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átrijs tuis Ierúsalem.

Ierúsalem, quæ ædificátur ùt cívitas: * cuius participátio eius in idipsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini: * testimónium Israël ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in iudício, * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Ierúsalem: * & abundántia diligéntibus te:

Fiat pax in virtúte tua: * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meos, * loquébar pacem de te:

Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsívi bona tibi.

Aña. Hæc est quæ nescívit torum in delícto: habébit fructum in respectióne animárum sanctárum.

Antíphona. Veni elécta mea, & ponam in te thronum meum, allelúia.

### PSALMUS 126.

Nisi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustrà vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis somnum: * ecce heréditas Dómini fílij: merces, fructus ventris.

Sicut sagíttæ in manu poténtis: * ità fílij excussórum.

Beátus vir qui implévit desidérium suum ex ipsis: * non confundétur cùm loquétur inimícis suis in porta.

Antíphona. Veni elécta mea, & ponam in te thronum meum, allelúia.

Antíphona. Ista est speciósa inter fílias Ierúsalem.

### PSALMUS 147.

Lauda Ierúsalem Dóminum: * lauda Deum tuum Sion.

Quóniàm confortávit seras portárum tuárum: * benedíxit fílijs tuis in te.



Qui pósuit fines tuos pacem: * & ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terræ: * velóciter currit sermo eius.

Qui dat nivem sicut lanam: * nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccéllas: * ante fáciem frígoris eius quis sustinébit?

Emittet verbum suum, & liquefáciet ea: * flabit spíritus eius, & fluent aquæ.

Qui annúnciat verbum suum Iacob: * iustítias, & iudícia sua Israël.

Non fecit táliter omni natióni: * & iudícia sua non manifestávit eis.

Antíphona. Ista est speciósa inter fílias Ierúsalem.

### CAPITULUM. *2.Cor.10.d*

Fratres, Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. Non enim qui seipsum comméndat, ille probátus est, sed quem Deus comméndat.

### HYMNUS.

Iesu, coróna Vírginum,
Quem Mater illa cóncipit,
Quæ sola Virgo párturit;
Hæc vota clemens áccipe.

Qui pergis inter lília,
Septus choréis vírginum,
Sponsus decórus glória,
Sponsisque reddens præmia.

Quocúmque tendis, Vírgines
Sequúntur, atque láudibus
Post te canéntes cúrsitant,
Hymnósque dulces pérsonant.

Te deprecámur súpplices,
Nostris ut addas sénsibus,
Nescíre prorsus ómnia
Corruptiónis vúlnera.

Virtus, honor, laus, glória
Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito
In sæculórum sæcula. Amen.

℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procéde, & regna.

Ad Magníficat, Antíphona. Veni sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

### ORATIO.

Deus, qui inter cétera poténtiæ tuæ miràcula étiam in sexu frágili victóriam martýrij contulísti: concéde propítius; ut qui beátæ N. vírginis & mártyris tuæ natalítia cólimus, per eius ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum nostrum.

### ALIA ORATIO.

Indulgéntiam nobis, quæsumus Dómine, beáta N. virgo & martyr implóret: quæ tibi grata semper éxtitit & mérito castitátis, & tuæ professióne virtútis. Per Dóminum.

Pro Vírgine non Mártyre.

### ORATIO.

Exáudi nos Deus salutáris noster: ut sicut de beátæ N. vírginis tuæ festivitáte gaudémus; ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Si fúerint plures, in utrísque Vésperis ad Magníficat, & in Láudibus ad Benedíctus, Antíphona. Prudéntes Vírgines, aptáte vestras lámpades: ecce spon-

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

sponsus venit, exìte óbviàm ei. ℣. Adducéntur Regi vírgines post eam. ℟. Próximæ eius afferéntur tibi.

ORATIO.

DA nobis, quǽsumus Dómine Deus noster, sanctârum vírginum & mártyrum N. & N. palmas incessábili devotióne venerári: ut quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentêmus obséquijs. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Regem Vírginum Dóminum, * Venite adorêmus. Psalm. Venite, exultêmus. 2.

HYMNUS.

VIrginis proles, Opiféxque
Matris,
Virgo quem gessit, peperítque
Virgo:
Vírginis partos cánimus decóra
Morte triúmphos.
Hæc enim palmæ dúplicis beáta
Sorte, dum gestit frágilem domâre
Córporis sexum, dómuit cruéntum
Cæde tyránnum.
Undè nec mortem, nec amíca mortis
Mille pœnârum génera expavéscens,
Sánguine effúso méruit serênum
Scándere cælum.
Huius orátu Deus alme nobis
Débitas pœnas scélerum remíttes;
Ut tibi puro resonêmus almum
Péctore carmen.
Sit decus Patri, genitǽque
Proli,
Et tibi compar utriúsque virtus
Spíritus semper, Deus unus
omni
Témporis ævo. Amen.

Si sancta fúerit virgo tantùm & non martyr, dicâtur Hymnus ut séquitur.

VIrgines proles, Opiféxque
Matris,
Virgo quem gessit, peperítque
Virgo;
Vírginis festum cánimus beátæ,
Accipe votum.
Huius orátu Deus alme nobis
Débitas pœnas scélerum remítte;
Ut tibi puro resonêmus almum
Péctore carmen.
Sit decus Patri, genitǽque
Proli,
Et tibi compar utriúsque virtus
Spíritus semper, Deus unus
omni
Témporis ævo. Amen.

In primo Noctúrno, Aña.

O quàm pulchra est casta generátio cum claritâte! Psalmus. Dómine Dóminus noster. 5. Antiphona. Ante torum huius Vírginis frequentâte nobis dúlcia cántica drámatis. Psalmus. Cæli enárrant glóriam Dei. 14. Antiphona. Revértere, revértere Sunamítis, revértere, revértere, ut intueâmur te. Psalm. Dómini est terra. 30. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procêde, & regna.

In



In secúndo Noctúrno, Aña.

Spécie tua & pulchritúdine tua inténde, prósperè procêde, & regna. Psalmus. Eructâvit cor meum. 67. Antiphona. Adiuvâbit eam Deus vultu suo: Deus, in médio eius, non commovébitur. Psalmus. Deus noster refúgium 68. Antiphona. Aquæ multæ non potuérunt extínguere charitâtem. Psalm. Magnus Dóminus. 68. ℣. Adiuvâbit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio ejus, non commovébitur.

In tértio Noctúrno, Aña.

Nigra sum, sed formôsa fíliæ Ierúsalem: ídeò diléxit me Rex, & introdúxit me in cubículum suum. Psalmus. Cantâte Dómino cánticum novum; * cantâte. 105. Antiphona. Trahe me post te, in odórem currêmus unguentórum tuórum: óleum effúsum nomen tuum. Psalmus. Dóminus regnâvit, exúltet. 105. Antiphona. Veni sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparâvit in ætérnum. Psalmus. Cantâte Dómino cánticum novum: * quia. 109. ℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitâre facit eam.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

HÆc est virgo sápiens, & una de número prudéntum. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum réliquis. 17. Antiphona. Hæc est virgo sápiens, quam Dóminus vigilántem invênit. Antiphona. Hæc est quæ nescívit torum in delícto: habêbit fructum in respectióne animârum sanctârum. Antiphona. Veni elécta mea, & ponam in te thronum meum, allelúia. Antiphona. Ista est speciósa inter fílias Ierúsalem.

CAPITULUM. 2. *Cor.* 10. *d*

FRatres, Qui gloriâtur, in Dómino gloriétur. Non enim qui seipsum commméndat, ille probâtus est: sed quem Deus comméndat.

Hymnus. Iesu coróna Vírginum. xxv. ℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Propteréà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Símile est regnum cælórum hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas: invénta una pretiósa, dedit ómnia sua, & comparâvit eam.

Ad Tértiam, Antiphona. Hæc est virgo sápiens. Capitul. Fratres, Qui gloriâtur. ut suprà. ℟. br. Spécie tua, * Et pulchritúdine tua. Spécie tua. ℣. Inténde, prósperè procêde, & regna. Et pulchritúdine. Glória Patri. Spécie tua. ℣. Adiuvâbit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio eius, non commovébitur.

Ad Sextam, Antiphona.

Hæc est quæ nescívit.

CAPITULUM. 2. *Cor.* 11.

ÆMulor enim vos Dei æmulatióne. Despóndi enim vos uni viro vírginem castam exhibêre Christo. ℟. br. Adiuvâbit eam, * Deus vultu suo. Adiuvâbit. ℣. Deus,

in

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in médio eius, non commovébitur. Deus. Glória Patri. Adiuvábit. ℣. Elêgit eam Deus, & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.

Ista est speciósa.

Capitulum. *Eccli. 51. b*

DOmine Deus meus, exaltasti super terram habitatiónem meam, & pro morte defluénte deprecáta sum. Invocavi Dóminum Patrem Dómini mei, ut non derelinquat me in die tribulatiónis meæ, & in témpore superbórum sine adiutório.

℟. breve. Elêgit eam Deus, * Et præelégit eam. Elêgit. ℣. In tabernáculo suo habitáre facit eam. Et præelégit. Glória Patri. Elêgit. ℣. Diffûsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedixit te Deus in ætérnum.

Si fúerit virgo, & non mártyr, dícitur sequens Capitulum.

*Sap. 4.*

O Quàm pulchra est casta generátio cum claritâte! immortális est enim memória illius: quoniàm apud Deum nota est, & apud hómines.

℟. breve. Elêgit. ut suprà.

Ad Vésperas, Antiphonæ, Psalmi, Capitulum, & Hymnus ut in primis Vésperis. xxiii.

℣. Diffûsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Veni sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

## COMMUNE

Sanctæ Mártyris tantùm, & nec vírginis nec mártyris.

Ad Vésperas, Antiphona.

Dum esset Rex. cum réliquis de Láudibus. xxix. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Virgínibus, ut suprà. xxiii.

Pro Mártyre tantùm.

Capitulum. *Eccli. 51.*

COnfitêbor tibi Dñe rex, & collaudábo te Deum salvatórem meum. Confitébor nómini tuo: quóniàm adiútor & protéctor factus es mihi, & liberásti corpus meum à perditióne.

Pro nec Vírgine, nec Mártyre.

Capitulum. *Prov. 31. b*

MUlíerem fortem quis invéniet? procul, & de últimis fínibus prétium eius. Confidit in ea cor viri sui, & spólijs non indigêbit.

Hymnus.

FOrtem viríli péctore
Laudêmus omnes féminam,
Quæ sanctitátis glória
Ubique fulget ínclyta.
Hæc sancto amóre sáucia,
Dum mundi amórem nóxium
Horrêscit, ad Cæléstia
Iter perêgit árduum.
Carnem domans ieiúnijs,
Dulcíque mentem pábulo
Oratiónis nútriens,
Cæli potitur gáudijs.
Rex Christe virtus fórtium,
Qui magna solus éfficis,
Huius peccátu quæsumus,
Audi benígnus súpplices.
Deo Patri sit glória,

Eiús-



Eiúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, & per omne sǽculum.
Amen.

℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, próspere procéde, & regna.

Ad Magníficat, Antíphona.

Símile est regnum cælórum hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas: invénta una pretiósa, dedit ómnia sua, & comparávit eam.

Pro una Mártyre tantùm.

Oratio.

DEus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula étiam in sexu frágili victóriam martýrij contulísti: concéde propítius; ut qui beátæ N. mártyris tuæ natalítia cólimus, per eius ad te exémpla gradiâmur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: qui tecum vivit.

Pro plúribus Martýribus tantùm. Oratio.

DA nobis, quǽsumus Dómine Deus noster, sanctárum mártyrum N. & N. palmas incessábili devotióne venerári: ut quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentêmus obséquijs. Per Dóminum nostrum.

Pro nec Vírgine, nec Mártyre.

Oratio.

EXáudi nos Deus salutáris noster: ut sicut de beátæ N. festivitáte gaudêmus; ità piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Laudêmus Deum nostrum, * In confessióne beátæ N.

Psalmus. Venite, exultêmus. 2.

Hymnus.

HUius orátu Deus alme nobis
Débitas pœnas scélerum remítte;
Ut tibi puro resonêmus almum
Péctore carmen.
Sit decus Patri, genitǽque Proli,
Et tibi compar utriúsque Virtus
Spíritus semper, Deus unus omni
Témporis ævo. Amen.

Antíphonæ, Psalmi & versículi Nocturnórum dicúntur ut suprà in Commúni Vírginum, xxvi. excépta secúnda Antíphona primi Noctúrni, cuius loco dícitur sequens Antíphona. Læva eius sub cápite meo, & déxtera illius amplexábitur me.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

DUm esset Rex in accúbitu suo, nardus mea dedit odórem suavitátis. Psalmus. Dóminus regnávit. cum réliquis. 17. Antíphona. In odórem unguentórum tuórum cúrrimus, adolescéntulæ dilexérunt te nimis. Antíphona. Iam hiems tránsijt, imber ábijt, & recéssit: surge amica mea, & veni. Antíphona. Veni elécta mea, & ponam in te thronum meum, allelúia.

An-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Antiphona. Ista est speciôsa inter filias Ierúsalem.

Pro mártyre tantùm.

CAPITULUM. *Eccli.* 51.

Confitêbor tibi Dómine rex, & collaudâbo te Deum salvatórem meum. Confitêbor nómini tuo: quoniàm adiútor & protéctor factus es mihi, & liberásti corpus meum à perditióne.

Pro nec Vírgine, nec Mártyre.

CAPITULUM. *Prov.* 31. *b*

Mulíerem fortem quis invéniet? procul, & de últimis fínibus prétium eius. Confídit in ea cor viri sui, & spólijs non indigêbit.

Hymnus ut suprà in Vésperis. xxviii. ℣. Diffûsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedíctus, Antíphona. Date ei de fructu mánuum suárum: & laudent eam in portis ópera eius.

Ad Tértiam, Antíphona. In odórem.

Pro Mártyre tantùm.

Capitulum. Confitêbor. ut suprà.

Pro nec Vírgine nec Mártyre, Capitulum. Mulíerem fortem. ut suprà.

℟. br. Spécie tua. * Et pulchritúdine tua. Spécie tua. ℣. Inténde, próspere procéde, & regna. Et pulchritúdine. Glória Patri. Spécie tua. ℣. Adiuvâbit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio eius, non commovébitur.

Ad Sextam, Antíphona. Iam hiems tránsijt.

Pro Mártyre tantùm.

CAPITULUM. *Eccli.* 51.

Liberásti me secúndùm multitúdinem misericórdiæ nóminis tui à rugiéntibus, præparátis ad escam, de mánibus quæréntium ánimam meam, & de multis tribulatiónibus quæ circumdedérunt me.

Pro nec Vírgine, nec Mártyre.

CAPITULUM. *Prov.* 31. *c*

Manum suam apéruit ínopi, & palmas suas exténdit ad páuperem. Non timébit dómui suæ à frigóribus nivis.

℟. br. Adiuvâbit eam, * Deus vultu suo. Adiuvâbit. ℣. Deus, in médio eius, non commovébitur. Deus. Glória Patri. Adiuvâbit. ℣. Elêgit eam Deus, & præelêgit eam. ℟. In tabernáculo suo habitâre facit eam.

Ad Nonam, Antíphona. Ista est speciôsa.

Pro Mártyre tantùm.

CAPITULUM. *Eccli.* 51.

Laudâbit usque ad mortem ánima mea Dóminum: quóniàm éruis sustinéntes te, & líberas eos de manu angústiæ, Dómine Deus noster.

Pro nec Vírgine, nec Mártyre.

CAPITULUM. *Prov.* 31. *d*

Multæ fíliæ congregavérunt divítias: tu supergréssa es univérsas. Fallax grátia, & vana est pulchritúdo: múlier timens Dóminum, ipsa laudábitur.

℟. br. Elêgit eam Deus, * Et præelêgit eam. Elêgit. ℣. In taber-



bernáculo suo habitâre facit eam. Et præelêgit. Glória Patri. Elêgit. ℣. Diffûsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Vésperas, Antíph. Dum esset Rex. & ália ut suprà in primis Vésperis. xxviii. ℣. Diffûsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magníficat, Antíphona. Manum suam apéruit ínopi, & palmas suas exténdit ad páuperem, & panem otiósa non comédit.

Si fúerint plures non vírgines, idem fit Offícium ut suprà. xxviii.

## COMMUNE
### Dedicatiônis Ecclésiæ.

Ad Vésperas, Antiphona. Domum tuam. cum réliquis de Láudibus. xxxii. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco ultimi, Psalm. Lauda Ierúsalem. 145.

CAPITULUM. *Apoc.* 21.

Vidi civitâtem sanctam Ierúsalem novam descendéntem de cælo à Deo, parâtam sicut sponsam ornâtam viro suo.

HYMNUS.

Cæléstis Urbs Ierúsalem,
Beâta pacis vísio,
Quæ celsa de vivéntibus
Saxis ad astra tólleris;
Sponsæque ritu cíngeris,
Mille Angelórum míllibus.

O sorte nupta próspera,
Dotâta Patris glória,
Respérsa Sponsa grátia,
Regina formosíssima,
Christo iugâta Príncipi,
Cæli corúsca Cívitas.

Hìc margarítis émicant,
Paténtque cunctis óstia:
Virtûte namque prævia
Mortâlis illuc dúcitur,
Amôre Christi pércitus
Torménta quisquis sústinet.

Scalpri salúbris íctibus,
Et tunsióne plúrima,
Fabri polita málleo
Hanc saxa molem constrúunt,
Aptísque iuncta néxibus
Locántur in fastígio.

Decus Parénti débitum
Sit usquequâque Altíssimo,
Natóque Patris Unico,
Et ínclyto Paráclito,
Cui laus, potéstas, glória
Ætérna sit per sæcula. Amen.

℣. Hæc est domus Dómini fírmiter ædificâta. ℟. Benè fundâta est supra firmam petram.

Ad Magníficat, Antíphona. Sanctificávit Dóminus tabernáculum suum: quia hæc est domus Dei, in qua invocábitur nomen eius, de quo scriptum est: Et erit nomen meum ibi, dicit Dóminus.

In ipso die Dedicatiônis Ecclésiæ, & per Octâvam, & quando variánda est Orátio ob concúrsum Dedicatiônis altérius Ecclésiæ.

ORATIO.

Deus, qui invisibíliter ómnia cóntines, & tamen pro salûtis géneris humâni signa tuæ poténtiæ visibíliter osténdis: templum hoc poténtia tuæ

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tuæ inhabitatiônis illústra: & concéde; ut omnes, qui huc deprecatúri convéniunt, ex quacúmque tribulatione ad te clamáverint, consolationis tuæ benefícia consequántur. Per Dóminum nostrum.

In Anniversário Dedicatiônis Ecclésiæ, & per Octávam.

ORATIO.

DEus, qui nobis per síngulos annos huius sancti templi tui consecrationis réparas diem, & sacris semper mystérijs represéntas incólumes: exáudi preces pópuli tui, & præsta; ut quisquis hoc templum benefícia petitúrus ingréditur, cuncta se impetrásse lætêtur. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutínum, Invitatórium. Domum Dei decet sanctitûdo: * Sponsum eius Christum adorêmus in ea. Psalmus. Venite, exultêmus. 2. Hymnus. Cæléstis Urbs. ut supra. xxxi.

In primo Noctúrno, Aña. Tóllite portas, príncipes, vestras, & elevámini portæ æternáles. Psalmus. Dómini est terra. 30. Antiphona. Erit mihi Dóminus in Deum, & lapis iste vocabitur domus Dei. Psalmus. Deus noster refúgium. 68. Antíphona. Ædificâvit Móyses altâre Dómino Deo. Psalmus. Magnus Dóminus. 68. ℣. Domum tuam Domine decet sanctitûdo. ℟. In longitúdinem diêrum.

In secúndo Noctúrno, Aña. Non est hìc áliud, nisi domus Dei, & porta cæli. Psalmus. Quàm diléčta tabernácula. 99. Antíphona. Vidit Iacob scalam, súmmitas eius cælos tangêbat, & descendéntes Angelos, & dixit: Verè locus iste sanctus est. Psalmus. Fundaménta eius. 101. Aña. Eréxit Iacob lápidem in títulum, fundens óleum désuper. Psalmus. Dómine Deus salútis meæ. 101. ℣. Domus mea. ℟. Domus orationis vocábitur.

In tértio Noctúrno, Aña. Qui hábitat in adiutório Altíssimi, in protectióne Dei cæli commorábitur.

Quando hæc Antíphona dicitur íntegra, & illi non additur in fine Allelúia. tunc princípio Psalmi est à secúndo versu. Dicet Dómino. Psalmus. Qui hábitat. 149. Antíphona. Templum Dómini sanctum est, Dei structúra est, Dei ædificátio est. Psalmus. Cantâte Dómino cánticum novum: * cantâte. 105. Antíphona. Benedícta gloria Dómini de loco sancto suo, allelúia. Psalmus. Dóminus regnâvit, irascántur. 110. ℣. Hæc est domus Dómini fírmiter ædificâta. ℟. Benè fundâta est supra firmam petram.

Ad Laudes, & per Horas, Antiphona.

DOmum tuam Dómine decet sanctitúdo, in longitúdinem diêrum. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum réliquis. 17. Antíphona. Domus mea, domus oratiônis vocábitur. Aña. Hæc est domus Dómini fírmiter ædificâta, bene fundâta est supra firmam petram. Antíphona. Benè fundâta est domus Dómini supra firmam petram. Antíphona. Lápides pretiósi omnes muri tui, & turres Ierúsalem gemmis ædificabúntur.

CAPITULUM. *Apoc.* 21.

VIdi civitâtem sanctam Ierúsalem novam descendéntem de cælo à Deo, parâtam sicut sponsam ornâtam viro suo.

HYMNUS.

ALto ex Olympi vértice
Summi Paréntis Fílius,
Ceu monte deséctus lapis
Terras in imas décidens,
Domus supérnæ, & ínfimæ,
Utrúmque iunxit ángulum.

Sed illa sedes Cælitum
Semper resúltat láudibus,
Deúmque trinum & únicum
Iugi canore prædicat:
Illi canéntes iúngimur
Alme Sionis æmuli.

Hæc templa, Rex Cæléstium,
Imple benigno lúmine:
Huc ô rogâtus ádveni,
Plebísque vota súscipe,
Et nostra corda iúgiter
Perfúnde cæli grátia.

Hìc ímpetrent Fidélium
Voces precésque súpplicum
Dómus beatæ múnera,
Partísque donis gaudeant:
Donec solúti córpore
Sedes beátas ímpleant.

Decus Parénti débitum
Sit usquequâque Altíssimo,
Natóque Patris Unico,
Et ínclyto Paráclito,
Cui laus, potéstas, glória
Ætérna sit per sæcula.
Amen.

℣. Hæc est domus Dómini fírmiter ædificâta. ℟. Benè fundâta est supra firmam petram.

Ad Benedíctus, Antíphona. Zachǽe festínans descénde, quia hódiè in domo tua opórtet me manêre: at ille festínans descéndit, & suscêpit illum gaúdens in domum suam. Hódiè huic dómui salus à Deo facta est, allelúia.

Ad Tértiam, Antíphona. Dómus mea. Capítulum. Vidi civitâtem. ut supra.

℟. breve. Domum tuam Dómine, * Decet sanctitûdo. Dómum tuam. ℣. In longitúdinem diêrum. Decet. Glória Patri. Domum. ℣. Locus iste sanctus est, in quo orat sacérdos. ℟. Pro delíctis & peccátis pópuli.

Ad Sextam, Antíphona. Hæc est domus Dómini.

CAPITULUM. *Apoc.* 21.

ET audívi vocem magnam de throno dicéntem: Ecce tabernáculum Dei cum homínibus, & habitâbit cum eis. Et ipsi pópulus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.

℟. breve. Locus iste sanctus est, * In quo orat sacérdos. Locus. ℣. Pro delíctis & peccatis pópuli. In quo. Glória Patri. Locus. ℣. Hæc est domus Dómini fírmiter ædificâta. ℟. Benè fundâta est suprà firmam petram.

Ad Nonam, Antíphona.

Lápides pretiósi.

CAPITULUM. *Apoc. 21. b*

ET abstérget Deus omnem lácrymam ab óculis eórum: & mors ultrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultrà, quia prima abiérunt. Et dixit qui sedêbat in throno: Ecce nova fácio ómnia.

℟. breve. Hæc est domus Dómini, * Fírmiter ædificáta. Hæc est. ℣. Benè fundáta est supra firmam petram. Fírmiter. Glória Patri. Hæc est. ℣. Benè fundáta est domus Dómini. ℟. Supra firmam petram.

In secúndis Vésperis, Antíphonæ, Psalmi, Capítulum, & Hymnus ùt in primis Vésperis. xxiii. ℣. Domum tuam Dómine decet sanctitúdo. ℟. In longitúdinem diérum.

Ad Magníficat, Antíphona.

O quàm metuéndus est locus iste: verè non est hîc áliud, nisi domus Dei, & porta cæli.

Infrà Octávam Dedicatiónis Ecclésiæ, & in ejus die Octáva, ómnia ùt in die.

OFFI-



# OFFICIUM BEATÆ MARIÆ IN SABBATO.

OMnibus Sábbatis per Annum, prætérquam in Advéntu, Quadragésima, Quátuor Tempóribus, & Vigíliis, & nisi Officium fieri débeat de Féria propter Officium alicújus Domínicæ infrà Hebdómadam ponéndum, ùt dícitur in Rúbrica de Domínicis, ac nisi Festum novem Lectiónum occúrrat, fit Officium de sancta María modo infrascripto.

In Vésperis Fériæ sextæ dicúntur Psalmi feriales in Psaltério positi, nisi fúerit Festum novem Lectiónum, quia tunc de sancta María fit tantùm Commem. in dictis Vésperis cum Antiph. ℣. & Oratióne ùt infrà. Quæ Comm. omíttitur, quando Féria sexta occúrrit Festum Purificatiónis, vel áliud ejúsdem beatæ Maríæ Offícium.

CAPITULUM. *Eccli. 24. b*

AB inítio, & ante sǽcula creáta sum, & usque ad futúrum sǽculum non désinam, & in habitatióne sancta coram ministrávi.

HYMNUS.

AVe maris stella,
Dei mater alma,
Atque semper virgo,
Felix cæli porta.

Sumens illud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.

Virgo singuláris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solútos,
Mites fac & castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut vidéntes Iesum
Semper collætêmur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spirítui sancto,
Tribus honor unus. Amen.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Propteréà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Beáta Mater, & intácta Virgo, gloriósa Regína mundi, intercéde pro nobis ad Dñm. ℣. Dóminus vobíscum. ORATIO.

COncéde nos fámulos tuos quæsumus Dómine Deus per-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

perpétua mentis & córporis sanitáte gaudére: & gloriósa beátæ Mariæ semper vírginis intercessióne, à præsénti liberári tristítia, & ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum.

Vel ália pro témporis varietáte, ut infra notátur. xxxviii.

Post Oratiónem fiunt Commemorat. consuétæ de Apóstolis & de Pace, ut suprà. 147. vel de Cruce témpore Pascháli. xxxix. Si autem occúrrat Festum Simplex, de eo fit Commemorátio ante ipsa Suffrágia.

Completórium ut in Psaltério. Et in fine Hymni: Te lucis, ante términum, dícitur Iesu, tibi sit glória, Qui natus es de Vírgine. etiam si in Véspetis facta sit tantùm Commemorátio de B. María; nisi Hymni illius Festi, quod Féria vi. celebrátum est, áliter concludéndi sint, ut in Transfiguratióne Dómini.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Ave María, grátia plena: * Dóminus tecum. Psalmus. Veníte, exultémus. 2.

Hymnus.

Quem terra, pontus, sídera
Colunt, adórant, prædicant,
Trinam regéntem máchinam,
Cláustrum Mariæ báiulat.
Cui luna, sol, & ómnia
Desérviunt per témpora;
Perfúsa cæli grátia,
Géstant puéllæ víscera.
Beáta mater múnere,
Cuius supérnus Artifex
Mundum pugíllo cóntinens,
Ventris sub arca cláusus est.
Beáta cæli núncio,
Fœcúnda sancto Spíritu,
Desiderátus géntibus
Cuius per alvum fusus est.
Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

Noctúrnum Sábbati, ut in Psaltério. 109. Et in fine, ℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Laudes, & per Horas, Antíphona.

Dum esset Rex in accúbitu suo, nardus mea dedit odórem suavitátis. Psalm. Dñs. regnávit. cum réliquis de Domínica, ut in Psalt. 17. Antiph. Læva eius sub cápite meo, & déxtera illius amplexábitur me. Aña. Nigra sum, sed formósa, fíliæ Ierúsalem: ídeò diléxit me Rex, & introdúxit me in cubículum suum. Aña. Iam hiems tránsijt, imber ábijt, & recéssit: surge amíca mea, & veni. Aña. Speciósa facta es & suávis in delícijs tuis, sancta Dei génitrix.

Capitulum. *Eccli. 24. b*

Ab inítio, & ante sǽcula creáta sum, & usque ad futúrum sǽculum non désinam, & in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

Hymnus.

O Gloriósa Vírginum,
Sublímis inter sídera,
Qui te creávit; párvulum
Lacténte nutris úbere.

Quod



Quod Heva tristis ábstulit,
Tu reddis almo gérmine:
Intrent ut astra flébiles,
Cæli reclúdis cárdines.
Tu regis alti iánua,
Et aula lucis fúlgida:
Vitam datam per Vírginem
Gentes redémptæ pláudite.
Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Benedícta tu in muliéribus. ℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Beáta Dei génitrix María, virgo perpétua, templum Dómini, sacrárium Spíritus sancti: sola sine exémplo placuísti Dómino nostro Iesu Christo: ora pro pópulo, intérveni pro clero, intercéde pro devóto femíneo sexu.

Vel ália pro varietáte témporis, ut infra habétur.

Oratio.

Concéde nos fámulos tuos, quǽsumus Dómine Deus, perpétua mentis & córporis sanitáte gaudére: & gloriósa beátæ Mariæ semper vírginis intercessióne, à præsénti liberári tristítia, & ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Vel ália ut infrà. xxxviii.

Deinde fiunt Commemoratiónes ut suprà. 147.

Ad Horas, Hymni & Psalmi ut in Psaltério: sed in fine Hymnórum dícitur, Iesu tibi sit glória, Qui natus es de Vírgine.

Ad Primam, Antíphona. Dum esset Rex. Capitulum. Regi sæculórum.

In ℟. brevi ℣. Qui natus es de María vírgine. alia ut in Psaltério. 27.

Ad Absolutiónem Capítuli In platéis.

Ad Tértiam, Antíphona. Læva eius. Capitulum. Ab inítio. xxxvi.

℟. breve. Spécie tua, * Et pulchritúdine tua. Spécie tua. ℣. Inténde, próspere procéde, & regna. Et pulchritúdine. Glória Patri. Spécie tua. ℣. Adiuvábit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio eius, non commovébitur.

Ad Sextam, Antíphona. Nigra sum.

Capitulum. *Eccli. 24. b*

Et sic in Sion firmáta sum, & in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, & in Ierúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, & in parte Dei mei heréditas illius, & in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

℟. breve. Adiuvábit eam, * Deus vultu suo. Adiuvábit. ℣. Deus, in médio eius, non commovébitur. Deus. Glória Patri. Adiuvábit. ℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Ad Nonam, Aña. Speciósa.

Capitulum. *Eccli. 24. b*

In platéis sicut cinnamómum & bálsamum aromatizans odórem dedi: quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

℟. br. Elégit eam Deus, * Et præelégit eam. Elégit. ℣. In tabernáculo suo habitáre facit eam. Et præelégit. Glória Patri. Elegit, ℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Vésperas, Antíphonæ & Psalmi feriáles, Capítulum & réliqua ómnia, si non occúrrat Festum Duplex, de Domínica. In fine Commemoratiónes consuétæ, ut in Psaltério. 146.

## POST NATIVITATEM.

Usque ad Purificatiónem Officium beátæ Maríæ dícitur ut suprà, excéptis his quæ sequúntur.

Ad Magníficat, Antíphona. Magnum hereditátis mystérium: templum Dei factus est úterus nesciéntis virum: non est pollútus ex ea carnem assúmens, omnes Gentes vénient, dicéntes: Glória tibi Dómine.

ORATIO.

Deus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcúnda, humáno géneri prǽmia præstitísti: tríbue quǽsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit.

Ad Laudes, & per Horas Antíphona.

O Admirábile commércium! Creátor géneris humáni, animátum corpus sumens, de Vírgine nasci dignátus est: & procédens homo sine sémine, largítus est nobis suam Deitátem. Psalmus. Dóminus regnávit. cum réliquis de Domínica. 17. Antíphona. Quando natus es ineffabíliter ex Vírgine, tunc implétæ sunt Scriptúræ: sicut plúvia in vellus descendísti, ut salvum fáceres genus humánum: te laudámus Deus noster. Antíphona. Rubum, quem víderat Móyses incombústum, conservátam agnóvimus tuam laudábilem virginitátem: Dei génitrix intercéde pro nobis. Antíphona. Germinávit radix Iesse, orta est stella ex Iacob, Virgo péperit Salvatórem: te laudámus Deus noster. Antíphona. Ecce María génuit nobis Salvatórem, quem Ioánnes videns exclamávit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi, allelúia.

Ad Benedíctus, Antíphona. Mirábile mystérium declarátur hódiè: innovántur natúræ: Deus homo factus est: id quod fuit permánsit, & quod non erat, assúmpsit: non commixtiónem passus, neque divisiónem.

Témpore Pascháli, Antíphonis, Responsórijs & ℣. additur Allelúia. Et ad Magníficat, & ad Benedíctus dícitur Antíphona. Regína cæli lætáre, allelúia: quia quem meruísti portáre, allelúia: resurréxit sicut dixit, allelúia: ora pro nobis Deum, allelúia.

ORA-



ORATIO.

Concéde nos fámulos tuos quǽsumus Dómine Deus perpétua mentis & córporis sanitáte gaudére: & gloriósa beátæ Maríæ semper vírginis intercessióne, à præsénti liberári tristítia, & ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Non fiunt Commemoratiónes consuétæ, sed tantùm de Cruce.

In Vésperis, Antíphona. Crucem sanctam súbijt, qui inférnum confrégit, accínctus est poténtia, surréxit die tértia, allelúia. ℣. Dícite in natiónibus, allelúia. ℟. Quia Dóminus regnávit à ligno, allelúia.

ORATIO.

Deus, qui pro nobis Fílium tuum crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci à nobis expélleres potestátem: concéde nobis fámulis tuis; ut resurrectiónis grátiam consequámur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

In Laudibus, Antíphona. Crucifíxus surréxit à mórtuis, & redémit nos: allelúia, allelúia. ℣. Dícite in natiónibus, allelúia. ℟. Quia Dóminus regnávit à ligno, allelúia. Orátio. Deus, qui pro nobis. ut suprà.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# OFFICIUM PARVUM BEATÆ MARIÆ.

NOn dícitur, quando fit Officium novem Lectiónum, nec in Vigília Nativitátis Dómini, nec in Ferijs maióris Hebdómadæ, nec infra Octávas Paschæ & Pentecóstes, nec in Sábbatis quando fit Officium de sancta Maria. Quibus diébus omittitur à primis Vésperis & in Vigília Nativitátis à Matutíno. Cùm dícitur in Choro, in Matutínis & in Vésperis præpónitur Officio diéi, in álijs Horis postpónitur. Prima dícitur post Benedicámus Dómino, antequam legátur Martyrológium. Extra Chorum potest dici pro témporis opportunitáte.

## OFFICIUM B. MARIÆ.
## EXTRA ADVENTUM.

Ad Vésperas. Ave Maria secrétò, quæ dícitur semper in princípio ómnium Horárum beatæ Maríæ quando non coniunguntur cum Officio diéi. ℣.

DEus in adiutórium meum inténde. ℟. Dómine ad adiuvándum me festína. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto. Sicut erat in princípio.

In fine Allelúia. ad omnes Horas per totum annum, prætérquam à Septuagésima usque ad Sábbatum sanctum: cuius loco tunc dícitur, Laus tibi Dómine, Rex ætérnæ glóriæ.

Antiphona. Dum esset Rex.

### Psalmus 109.

DIxit Dóminus Dómino meo: * Sede à dextris meis:

Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion: * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum: * ex útero ante lucíferum génui te.

Iurávit Dóminus, & non pœnitébit eum: * Tu es sacérdos in ætérnum secúndùm órdinem Melchísedech.

Dóminus à dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.

Iudicábit in natiónibus, implébit ruínas: * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrénte in via bibet: * proptéreà exaltábit caput.

Glória Patri, & Fílio.

Antiphona. Dum esset Rex in accúbitu suo, nardus mea dedit odórem suavitátis.

An-



Antiphona. Læva eius.

### Psalmus 112.

LAudáte púeri Dóminum: * laudáte nomen Domini.

Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, & usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudabile nomen Dómini.

Excélsus super omnes Gentes Dóminus, * & super cælos glória eius.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * & humília réspicit in cælo & in terra?

Súscitans à terra inopem, * & de stércore érigens páuperem:

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.

Glória Patri, & Fílio.

Antiphona. Læva eius sub cápite meo: & déxtera illíus amplexábitur me.

Antiphona. Nigra sum.

### Psalmus 121.

LÆtátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átrijs tuis Ierúsalem.

Ierúsalem, quæ ædificátur ùt cívitas: * cuius participátio eius in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini: * testimónium Israël ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in iudício, * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Ierúsalem: * & abundántia diligéntibus te:

Fiat pax in virtúte tua: * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meos, * loquébar pacem de te:

Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsívi bona tibi.

Glória Patri, & Fílio.

Antiphona. Nigra sum, sed formósa, fíliæ Ierúsalem: Ideò diléxit me Rex, & introdúxit me in cubículum suum.

Antiphona. Iam hiems tránsijt.

### Psalmus 126.

NIsi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustrà vígilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cùm déderit diléctis suis somnum: * ecce heréditas Dómini, fílij: merces, fructus ventris.

Sicut sagíttæ in manu poténtis: * ita fílij excussórum.

Beátus vir qui implévit desidérium suum ex ipsis: * non confundétur cùm loquétur inimícis suis in porta.

Glória Patri, & Fílio.

Antiphona. Iam hiems tránsijt, imber ábijt, & recéssit: surge amíca mea, & veni.

An-

UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Antiphona. Speciósa facta es.

PSALMUS 147.

LAuda Ierúsalem Dóminum: * lauda Deum tuum Sion.

Quóniàm confortávit seras portárum tuárum: * benedíxit filijs tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem: * & ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terræ: * velóciter currit sermo eius.

Qui dat nivem sicut lanam: * nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit crystállum suam sicut buccéllas: * ante fáciem frigoris eius quis sustinébit?

Emittet verbum suum, & liquefáciet ea: * flabit spíritus eius, & fluent aquæ.

Qui annúnciat verbum suum Iacob: * iustítias, & iudícia sua Israël.

Non fecit táliter omni natióni: * & iudícia sua non manifestávit eis.

Glória Patri, & Fílio.

Antiphona. Speciósa facta es & suávis in delícijs tuis, sancta Dei génitrix.

CAPITULUM. *Eccli. 24. b*

AB initio, & ante sæcula creáta sum, & usque ad futúrum sǽculum non désinam, & in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

℟. Deo grátias.

HYMNUS.

AVe maris stella,
Dei mater alma,
Atque semper virgo,
Felix cæli porta.

Sumens illud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.

Virgo singuláris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solútos,
Mites fac & castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut vidéntes Iesum
Semper colletémur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spirítui sancto,
Tribus honor unus. Amen.

℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat, Antiphona. Beáta Mater.

CANTICUM B. MARIÆ VIRGINIS. *Lucæ 1. c*

MAgníficat * ánima mea Dóminum:

Et exultávit spíritus meus * in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * & sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius à progénie



nie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * & exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * & dívites dimísit inánes.

Suscépit Israël púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, & sémini eius in sǽcula.

Glória Patri, & Fílio.

Antiphona. Beáta Mater, & intácta Virgo, gloriósa Regína mundi, intercéde pro nobis ad Dóminum. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum.

ORATIO.

COncéde nos fámulos tuos, quǽsumus Dómine Deus, perpétua mentis & córporis sanitáte gaudére: & gloriósa beátæ Maríæ semper vírginis intercessióne à præsénti liberári tristítia, & ætérna pérfrui lætítia. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Sequens Commemorátio pro Sanctis fit tantùm ad Vésperas & Laudes in Officio sanctæ Maríæ, prætérquam in Advéntu: cuius loco tunc ália dícitur, ut infrà. lvi.

Aña. Sancti Dei omnes intercédere dignémini pro nostra omniúmque salúte. ℣. Lætámini in Dómino, & exultáte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

ORATIO.

PRótege Dómine pópulum tuum, & Apostolórum tuorum Petri & Pauli, & aliórum Apostolórum patrocínio confidéntem, perpétua defensióne consérva.

OMnes Sancti tui, quǽsumus Dómine, nos ubique adiuvent: ut dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus: & pacem tuam nostris concéde tempóribus, & ab Ecclésia tua cunctam repélle nequítiam: iter, actus, & voluntátes nostras, & ómnium famulórum tuórum, in salútis tuæ prosperitáte dispóne: benefactóribus nostris sempitérna bona retríbue: & ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam concéde. Per Dóminum nostrum.

AD COMPLETORIUM,

Ave María. ut suprà. ℣.

COnvérte nos Deus salutáris noster. ℟. Et avérte iram tuam à nobis. ℣. Deus in adiutórium meum inténde. ℟. Dómine ad adiuvándum me festína. Glória Patri. Allelúia.

PSALMUS 128.

SÆpè expugnavérunt me à iuventúte mea, * dicat nunc Israël.

Sæpè expugnavérunt me à iuventúte mea: * étenim non potuérunt mihi.

Supra dorsum meum fabricavérunt peccatóres: * prolongavérunt iniquitátem suam.

Dóminus iustus concidit cervíces

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ces peccatórum: * confundántur & convertantur retrórsum omnes, qui odérunt Sion.

Fiant sicut fœnum tectórum: * quod priúsquam evellátur, exáruit:

De quo non implêvit manum suam qui metit, * & sinum suum qui manípulos cólligit.

Et non dixérunt qui prætéribant: Benedíctio Dómini super vos: * benedíximus vobis in nómine Dómini.

Glória Patri, & Fílio.

### Psalmus 129.

De profúndis clamávi ad te Dómine: * Dómine exáudi vocem meam:

Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine: * Dómine quis sustinêbit?

Quia apud te propitiátio est: * & propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo eius: * sperâvit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem: * speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: * & copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israël, * ex ómnibus iniquitátibus eius.

Glória Patri, & Fílio.

### Psalmus 130.

Dómine non est exaltátum cor meum: * neque eláti sunt óculi mei.

Neque ambulávi in magnis: * neque in mirabílibus super me.

Si non humíliter sentiébam: * sed exaltávi ánimam meam:

Sicut ablactátus est super matre sua, * ità retribútio in ánima mea.

Speret Israël in Dómino, * ex hoc nunc & usque in sǽculum.

Glória Patri, & Fílio.

### Hymnus.

Meménto rerum Cónditor,
Nostri quòd olim córporis,
Sacráta ab alvo Vírginis
Nascéndo, formam súmpseris.

María mater grátiæ,
Dulcis Parens cleméntiæ,
Tu nos ab hoste prótege,
Et mortis hora súscipe.

Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sǽcula.
Amen.

**Capitulum.** *Eccli. 24. c*

Ego mater pulchræ dilectiónis, & timóris, & agnitiónis, & sanctæ spei. ℟. Deo grátias. ℣. Ora pro nobis sancta Dei génitrix. ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Nunc dimíttis, Aña. Sub tuum præsídium.

### Canticum Simeonis.

*Lucæ 2. e*

Nunc dimíttis servum tuum Dómine, * secúndùm verbum tuum in pace:

Quia vidérunt óculi mei * salutáre tuum,

Quod



Quod parásti * ante fáciem ómnium populórum.

Lumen ad revelatiónem Géntium, * & glóriam plebis tuæ Israël.

Glória Patri & Fílio.

Antiphona. Sub tuum præsídium confúgimus sancta Dei génitrix: nostras deprecatiónes ne despícias in necessitátibus, sed à perículis cunctis líbera nos semper, Virgo gloriósa & benedícta. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

### Oratio.

Beátæ & gloriósæ semper vírginis Maríæ, quǽsumus Dómine, intercéssio gloriósa nos prótegat: & ad vitam perdûcat ætérnam. Per Dóminum.

## AD MATUTINUM.

### De beâta María.

Ave María. ut suprà. ℣.

Dómine lábia mea apéries. ℟. Et os meum annunciábit láudem tuam. ℣. Deus in adiutórium. Glória Patri, & Fílio. Allelúia.

Invitatórium. Ave María, grátia plena: * Dóminus tecum. Repetitur. Ave María, grátia plena: Dóminus tecum.

### Psalmus 94.

Veníte exultémus Dómino, iubilêmus Deo salutári nostro: præoccupêmus fáciem eius in confessióne, & in psalmis iubilêmus ei. Ave María grátia plena: Dóminus tecum.

Quóniàm Deus magnus Dóminus, & Rex magnus super omnes deos: quóniàm non repéllet Dóminus plebem suam, quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitúdines móntium ipse cónspicit. Dóminus tecum.

Quóniàm ipsius est mare, & ipse fecit illud, & áridam fundavérunt manus eius: veníte adorêmus, & procidâmus ante Deum: plorêmus coram Dómino, qui fecit nos, quia ipse est Dóminus Deus noster: nos autem pópulus eius, & oves páscuæ eius. Ave María, grátia plena: Dóminus tecum.

Hódiè si vocem eius audiéritis, nolíte obduráre corda vestra, sicut in exacerbatióne secúndùm diem tentatiónis in desérto: ubi tentavérunt me patres vestri, probavérunt, & vidérunt ópera mea. Dóminus tecum.

Quadragínta annis próximus fui generatióni huic, & dixi, Semper hi errant corde: ipsi verò non cognovérunt vias meas, quibus iurávi in ira mea, si introíbunt in réquiem meam. Ave María, grátia plena: Dóminus tecum.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto: Sicut erat in princípio, & nunc, & semper, & in sǽcula sæculórum, Amen. Dóminus tecum. Ave María, grátia plena: Dóminus tecum.

### Hymnus.

Quem terra, pontus, sídera
Colunt, adórant, prædicant,

Tri-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Trinam regéntem máchinam
Claustrum Mariæ báiulat.
Cui luna, sol, & ómnia
Desérviunt per témpora,
Perfúsa cæli grátia,
Gestant puéllæ víscera.
Beáta mater múnere,
Cuius, supérnus Artifex
Mundum pugíllo cóntinens,
Ventris sub arca clausus est.
Beáta cæli núncio,
Fœcúnda sancto Spíritu
Desiderátus géntibus
Cuius per alvum fusus est.
Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Quando fit Officium novem Lectiónum S. Mariæ, dicúntur tres sequéntes Noctúrni cum suis Psalmis & Antiphonis, nisi aliæ Antiphonæ assignéntur.

## TRES PSALMI

Sequéntes dicúntur Féria secúnda & quinta ad Noctúrnum.

Antíphona. Benedícta tu.

### Psalmus 8.

Domine Dóminus noster, * quàm admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Quoniàm elevâta est magnificéntia tua, * super cælos.

Ex ore infántium & lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, * ut destruas inimícum & ultórem.

Quoniàm vidébo cælos tuos, ópera digitorum tuorum: * lunam & stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quòd memor es eius? * aut fílius hóminis, quoniàm vísitas eum?

Minuísti eum paulò minùs ab Angelis, glória & honóre coronásti eum: * & constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subiecísti sub pédibus eius, * oves & boves univérsas: insuper & pécora campi.

Vólucres cæli, & pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.

Dómine Dóminus noster, * quàm admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Glória Patri, & Fílio.

Antíphona. Benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui.

Antíphona. Sicut myrrha.

### Psalmus 18.

Cæli enárrant glóriam Dei, * & ópera mánuum eius annúnciat firmaméntum.

Dies diéi erúctat verbum, * & nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque sermones, * quorum non audiántur voces eorum.

In omnem terram exívit sonus eorum: * & in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum: * & ipse tamquam sponsus procédens de thálamo suo:

Exultávit ùt gigas ad curréndam viam, * à summo cælo egréssio eius:

Et occúrsus eius usque ad summum eius: * nec est qui se abscóndat à calóre eius.

Lex



Lex Dómini immaculâta, convértens ánimas: * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

Iustítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda: * præcéptum Dómini lúcidum; illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in sæculum sæculi: * iudícia Dómini vera, iustificáta in semetipsa.

Desiderabília super aurum & lápidem pretiósum multum: * & dulcióra super mel & favum.

Etenim servus tuus custódit ea, * in custodiéndis illis retribútio multa.

Delícta quis intélligit? ab occúltis meis munda me: * & ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculâtus ero: * & emundábor à delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei: * & meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine adiútor meus, * & redémptor meus.

Glória Patri, & Fílio.

Antíphona. Sicut myrrha elécta odórem dedísti suavitátis sancta Dei génitrix.

Antíphona. Ante torum.

### Psalmus 23.

Domini est terra, & plenitúdo eius: * orbis terrárum, & univérsi, qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum: * & super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocens mánibus & mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec iurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem à Dómino, * & misericórdiam à Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Iacob.

Attóllite portas príncipes vestras, & elevámini portæ æternáles: * & introíbit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? * Dóminus fortis & potens: Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas príncipes vestras, & elevámini portæ æternáles: * & introíbit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est rex glóriæ.

Glória Patri, & Fílio.

Antíphona. Ante torum huius Vírginis frequentáte nobis dúlcia cántica drámatis. ℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum. Pater noster. cum Lectiónibus & réliquis ut infrà. li.

Sed in Officio novem Lectiónum dícitur, ℣. Spécie tua & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procéde, & regna.

TRES

UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## TRES PSALMI

Sequéntes dicúntur Féria tértia & sexta ad Noctúrnum.

Antiphona. Spécie tua.

### Psalmus 44.

ERuctâvit cor meum verbum bonum:* dico ego ópera mea regi.

Lingua mea cálamus scribæ, * velóciter scribéntis.

Speciósus forma præ filijs hóminum, diffúsa est grátia in lábijs tuis: * proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Accíngere gládio tuo super femur tuum, * potentíssime,

Spécie tua & pulchritúdine tua * inténde, próspere procéde, & regna,

Propter veritâtem & mansuetúdinem, & iustítiam: * dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

Sagíttæ tuæ acútæ, pópuli sub te cadent, * in corda inimicórum regis.

Sedes tua Deus in sǽculum sǽculi: * virga directiónis virga regni tui.

Dilexísti iustítiam, & odísti iniquitâtem: * proptéreà unxit te Deus Deus tuus oleo lætítiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cásia à vestiméntis tuis, à domibus ebúrneis: * ex quibus delectavérunt te fíliæ regum in honore tuo.

Astitit regina à dextris tuis in vestítu deauráto: * circúmdata varietâte.

Audi filia, & vide, & inclína aurem tuam: * & obliviscere pópulum tuum, & domum patris tui.

Et concupíscet rex decôrem tuum: * quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, & adorabunt eum.

Et fíliæ Tyri in munéribus * vultum tuum deprecabuntur: omnes dívites plebis.

Omnis glória eius fíliæ regis ab intùs, * in fímbrijs áureis circumamícta varietátibus.

Adducéntur regi vírgines post eam: * próximæ eius afferéntur tibi.

Afferéntur in lætítia & exultatióne: * adducéntur in templum regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi filij: * constítues eos príncipes super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui * in omni generatióne & generatiónem.

Proptéreà pópuli confitebúntur tibi in ætérnum: * & in sǽculum sǽculi.

Glória Patri, & Filio.

Antíphona. Spécie tua, & pulchritúdine tua inténde, prósperè procéde, & regna.

Antíphona. Adiuvâbit eam.

### Psalmus 45.

DEus noster refúgium, & virtus: * adiútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis.

Proptéreà non timébimus dum turbâbitur terra: * & transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, & turbátæ sunt aquæ eorum: * conturbati sunt montes in fortitúdine eius.

Flúminis ímpetus lætíficat civitâtem Dei: * sanctificâvit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio eius, non commovébitur: * adiuvâbit eam Deus manè dilúculo.

Conturbátæ sunt gentes, & inclináta sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobíscum:* suscéptor noster Deus Iacob.

Veníte, & vidéte ópera Dómini, quæ pósuit prodígia super terram: * áuferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confrínget arma: * & scuta combúret igni:

Vacáte, & vidéte quóniàm ego sum Deus: * exaltâbor in géntibus, & exaltâbor in terra.

Dóminus virtûtum nobíscum:* suscéptor noster Deus Iacob.

Glória Patri, & Fílio.

Antíphona. Adiuvâbit eam Deus vultu suo: Deus in médio eius, non commovébitur.

Antíphona. Sicut lætántium.

### Psalmus 86.

FUndaménta eius in móntibus sanctis: * díligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Iacob.

Gloriósa dicta sunt de te, * cívitas Dei.

Memor ero Rahab, & Babylónis * sciéntium me.

Ecce alienígenæ, & Tyrus, & pópulus Æthiopum, * hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicet: Homo, & homo natus est in ea: * & ipse fundâvit eam Altíssimus?

Dóminus narrâbit in scriptúris populórum, & príncipum: * horum, qui fuérunt in ea.

Sicut lætántium ómnium * habitátio est in te.

Glória Patri, & Fílio.

Antíphona. Sicut lætántium ómnium nostrum habitátio est in te sancta Dei génitrix.

℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum. Pater noster, cum Lectiónibus & réliquis ùt infrà. li.

Sed in Officio novem Lectiónum dicitur ℣. Adiuvâbit eam Deus vultu suo. ℟. Deus in médio eius, non commovébitur.

## TRES PSALMI

Sequéntes dicúntur Féria quarta & Sábbato ad Noctúrnum.

Antíphona. Gaude María virgo.

### Psalmus 95.

CAntâte Dómino cánticum novum: * cantáte Dómino omnis terra.

Cantáte Dómino, & benedícite nómini eius: * annunciáte de die in diem salutáre eius.

Annunciáte inter Gentes glóriam eius, * in ómnibus pópulis mirabília eius.

Quóniàm magnus Dóminus, & laudábilis nimis: * terríbilis est super omnes deos.

Quóniàm omnes dij Géntium dæmónia: * Dóminus autem cælos fecit.

Conféssio, & pulchritúdo in conspéctu eius: * sanctimónia, & magnificéntia in sanctificatióne eius.



Affér-

Afférte Dómino pátriæ géntium, afférte Dómino glóriam & honórem: * afférte Dómino glóriam nómini eius.
Tóllite hóstias, & introîte in átria eius: * adoráte Dóminum in átrio sancto eius.
Commoveátur à fácie eius univérsa terra, * dícite in Géntibus quia Dóminus regnâvit.
Etenim corréxit orbem terræ qui non commovébitur: * iudicábit pópulos in æquitáte.
Læténtur cæli, & exúltet terra, commoveátur mare, & plenitúdo eius: * gaudébunt campi, & ómnia, quæ in eis sunt.
Tunc exultábunt ómnia ligna silvárum à fácie Dómini, quia venit: * quóniam venit iudicáre terram.
Iudicábit orbem terræ in æquitáte, * & pópulos in veritáte sua.
Glória Patri, & Fílio.
Aña. Gaude María virgo, cunctas hǽreses sola interemísti in univérso mundo.
Antiphona. Dignáre me.

Psalmus 96.

Dóminus regnâvit, exúltet terra: * læténtur ínsulæ multæ.
Nubes, & calígo in circúitu eius: * iustítia, & iudícium corréctio sedis eius.
Ignis ante ipsum præcédet, * & inflammábit in circúitu inimícos eius.
Illuxérunt fúlgura eius orbi terræ: * vidit, & commóta est terra.
Montes, sicut cera fluxérunt à fácie Dómini: * à fácie Dómini omnis terra.
Annuntiavérunt cæli iustítiam eius: * & vidérunt omnes pópuli glóriam eius.
Confundántur omnes, qui adórant sculptília: * & qui gloriántur in simulâchris suis.
Adoráte eum omnes ángeli eius: * audívit, & lætáta est Sion.
Et exultavérunt fíliæ Iudæ, * propter iudícia tua Dómine:
Quóniam tu Dóminus altíssimus super omnem terram: * nimis exaltátus es super omnes deos.
Qui dilígitis Dóminum, odíte malum: * custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum, de manu peccatóris liberábit eos.
Lux orta est iusto, * & rectis corde lætítia.
Lætámini iusti in Dómino: * & confitémini memóriæ sanctificatiónis eius.
Glória Patri, & Fílio.
Antiphona. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta: da mihi virtútem contra hostes tuos.
Antiphona. Post partum.

Psalmus 97.

Cantáte Dómino cánticum novum: * quia mirabília fecit.
Salvávit sibi déxtera eius: * & bráchium sanctum eius.
Notum fecit Dóminus salutáre suum: * in conspéctu Géntium revelávit iustítiam suam.
Recordátus est misericórdiæ suæ, *



suæ, * & veritátis suæ dómui Israël.
Vidérunt omnes términi terræ * salutáre Dei nostri.
Iubiláte Deo omnis terra: * cantáte, & exultáte, & psállite.
Psállite Dómino in cíthara, in cíthara & voce psalmi: * in tubis ductílibus, & voce tubæ córneæ.
Iubiláte in conspéctu regis Dómini: * moveátur mare, & plenitúdo eius: orbis terrárum, & qui hábitant in eo.
Flúmina plaudent manu, simul montes exultábunt à conspéctu Dómini: * quóniam venit iudicáre terram.
Iudicábit orbem terrárum in iustítia, * & pópulos in æquitáte.
Glória Patri, & Fílio.
Antiphona. Post partum virgo inviolâta permansísti, Dei génitrix intercéde pro nobis.
℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.
Sed in Officio novem Lectiónum dícitur ℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam. Pater noster. secréto ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo.

Absolutio.

Précibus & méritis beátæ Maríæ semper vírginis, & ómnium Sanctórum, perdúcat nos Dóminus ad regna cælórum. ℟. Amen.
℣. Iube domne benedícere. Benedíctio. Nos cum prole pia benedícat virgo María. ℟. Amen.

Lectio i. *Eccli. 24.*

In ómnibus réquiem quæsívi, & in hereditáte Dómini morábor. Tunc præcépit, & dixit mihi Creátor ómnium: & qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo, & dixit mihi: In Iacob inhábita, & in Israël hereditáre, & in eléctis meis mitte radíces. Tu autem Dómine miserére nobis. ℟. Deo grátias.
℟. Sancta & immaculáta Virgínitas, quibus te láudibus efférram, néscio: * Quia quem cæli cápere non póterant tuo grémio contulísti. ℣. Benedícta tu in mulíeribus, & benedíctus fructus ventris tui. Quia quem.
℣. Iube domne benedícere. Benedíctio. Ipsa Virgo vírginum intercédat pro nobis ad Dóminum. ℟. Amen.

Lectio ii.

Et sic in Sion firmáta sum, & in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, & in Ierúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, & in parte Dei mei heréditas illíus, & in plenitúdine sanctórum deténtio mea. Tu autem Dómine, miserére nobis.
℟. Deo grátias.
℟. Beáta es virgo María, quæ Dóminum portásti Creatórem mundi: * Genuísti qui te fecit, & in ætérnum pérmanes virgo.
℣. Ave María, grátia plena: Dóminus tecum. Genuísti.
℣. Iube domne benedícere.
Benedíctio. Per Vírginem matrem

trem concêdat nobis Dóminus salûtem & pacem. ℟. Amen.

### Lectio iii.

Quasi cedrus exaltâta sum in Líbano, & quasi cypréssus in monte Sion: quasi palma exaltâta sum in Cades, & quasi plantâtio rosæ in Iéricho: Quasi oliva speciósa in campis, & quasi plátanus exaltâta sum iuxta aquam in platéis. Sicut cinnamómum & bálsamum aromatizans odórem dedi: quasi myrrha elécta dedi suavitâtem odóris. Tu autem Dómine.

℟. Felix namque es sacra virgo María, & omni laude digníssima, * Quia ex te ortus est sol iustítiæ, * Christus Deus noster.

℣. Ora pro pópulo, intérveni pro clero, intercède pro devóto femíneo sexu: séntiant omnes tuum iuvâmen, quicúmque célebrant tuam sanctam commemoratiónem. Quia ex te. Glória Patri. Christus.

### AD LAUDES, ℣.

Deus in adiutórium meum inténde. ℟. Dómine ad adiuvándum me festína. Glória Patri. Allelúia.

Antíphona. Assúmpta est.

### Psalmus 92.

Dominus regnâvit, decôrem indûtus est: * indûtus est Dóminus fortitúdinem, & præcínxit se.

Etenim firmâvit orbem terræ, * qui non commovébitur.

Parâta sedes tua ex tunc: * à sæculo tu es.

Elevavérunt flúmina Dómine: * elevavérunt flúmina vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluctus suos, * à vócibus aquârum multârum.

Mirábiles elatiónes maris: * mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis: * domum tuam decet sanctitûdo Dómine in longitúdinem diêrum.

Glória Patri, & Fílio.

Antíphona. Assúmpta est María in cælum, gaudent Angeli, laudántes benedícunt Dóminum.

Antíphona. María virgo.

### Psalmus 99.

Iubilâte Deo omnis terra: * servíte Dómino in lætítia.

Introíte in conspéctu eius, * in exultatióne.

Scitóte quóniàm Dóminus ipse est Deus: * ipse fecit nos, & non ipsi nos:

Pópulus eius, & oves páscuæ eius: * introíte portas eius in confessióne, átria eius in hymnis: confitémini illi.

Laudâte nomen eius: quóniàm suâvis est Dóminus, in ætérnum misericórdia eius, * & usque in generatiónem & generatiónem véritas eius.

Glória Patri, & Fílio.

Antíphona. María virgo assúmpta est ad æthéreum thálamum, in quo Rex regum stellâto sedet sólio.

Antíphona. In odórem.





### Psalmus 62.

Deus Deus meus * ad te de luce vígilo.

Sitîvit in te ánima mea, * quàm multiplíciter tibi caro mea.

In terra desérta, & ínvia, & inaquósa: * sic in sancto appárui tibi, ut vidêrem virtûtem tuam, & glóriam tuam.

Quóniàm mélior est misericórdia tua super vitas: * lábia mea laudâbunt te.

Sic benedícam te in vita mea: * & in nómine tuo levâbo manus meas.

Sicut ádipe & pinguédine repleâtur ánima mea: * & lábijs exultatiónis laudâbit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutínis meditâbor in te: * quia fuísti adiútor meus.

Et in velaménto alârum tuârum exultábo, adhæsit ánima mea post te: * me suscêpit déxtera tua.

Ipsi verò in vanum quæsiérunt ánimam meam, introíbunt in inferióra terræ: * tradéntur in manus gládij, partes vulpium erunt.

Rex verò lætábitur in Deo, laudabúntur omnes qui iurant in eo: * quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.

Hic non dícitur. Glória Patri.

### Psalmus 66.

Deus misereâtur nostri, & benedícat nobis: * illúminet vultum suum super nos, & misereâtur nostri.

Ut cognoscâmus in terra viam tuam: * in ómnibus géntibus salutâre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus: * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur & exúltent gentes: * quóniàm iúdicas pópulos in æquitâte, & gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus: confiteántur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus: * & métuant eum omnes fines terræ.

Glória Patri, & Fílio.

Antíphona. In odórem unguentôrum tuórum cúrrimus, adolescéntulæ dilexérunt te nimis.

Antíphona. Benedícta.

### Cánticum trium puerórum.

*Dan. 3. e*

Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino: * laudâte & superexaltâte eum in sæcula.

Benedícite Angeli Dómini Dómino: * benedícite cæli Dómino.

Benedícite aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Dómino: * benedícite omnes virtútes Dómini Dómino.

Benedícite sol, & luna Dómino: * benedícite stellæ cæli Dómino.

Benedícite omnis imber, & ros Dómino: * benedícite omnes spíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis, & æstus Dómi-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mino: * benedícite frigus, & æstus Dómino.

Benedícite rores, & pruína Dómino: * benedícite gelu, & frigus Dómino.

Benedícite glacies, & nives Dómino: * benedícite noctes, & dies Dómino.

Benedícite lux, & ténebræ Dómino: * benedícite fúlgura, & nubes Dómino.

Benedicat terra Dóminum: * laudet, & superexáltet eum in sæcula.

Benedícite montes, & colles Dómino: * benedícite univérsa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino: * benedícite mária, & flúmina Dómino.

Benedícite cete, & ómnia, quæ movéntur in aquis, Dómino: * benedícite omnes vólucres cæli Dómino.

Benedícite omnes béstiæ, & pécora Dómino: * benedícite filij hóminum Dómino.

Benedicat Israel Dóminum: * laudet & superexáltet eum in sæcula.

Benedícite sacerdótes Dómini Dómino: * benedícite servi Dómini Dómino.

Benedícite spíritus, & ánimæ iustórum Dómino: * benedícite sancti, & húmiles corde Dómino.

Benedícite Ananía, Azaría, Mísaël Dómino: * laudâte & superexaltâte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem & Filium cum sancto Spíritu: * laudêmus & superexaltêmus eum in sæcula.

Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli: * & laudábilis, & gloriósus, & superexaltâtus in sæcula.

Antiphona. Benedícta filia tu à Dómino: quia per te fructum vitæ communicávimus.

Antiphona. Pulchra es.

### PSALMUS 148.

LAudâte Dóminum de cælis: * laudâte eum in excélsis.

Laudâte eum omnes ángeli eius: * laudâte eum omnes virtûtes eius.

Laudâte eum sol & luna: * laudâte eum omnes stellæ, & lumen.

Laudâte eum cæli cælôrum: * & aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandâvit, & creâta sunt.

Státuit ea in ætérnum, & in sæculum sæculi: * præcéptum pósuit, & non præteribit.

Laudâte Dóminum de terra, * dracónes, & omnes abýssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ fáciunt verbum eius:

Montes, & omnes colles: * ligna fructífera, & omnes cedri.

Béstiæ, & univérsa pécora: * serpéntes, & vólucres pennátæ:

Reges terræ, & omnes pópuli: * príncipes, & omnes iúdices terræ.

Iúvenes, & vírgines: senes cum junióribus laudent nomen Dómini: * quia exaltâtum est nomen eius solius.



Conféssio eius super cælum, & terram: * & exaltâvit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis eius: * filijs Israël, pópulo appropinquánti sibi.

Hic non dicitur, Glória Patri.

### PSALMUS 149.

CAntâte Dómino cánticum novum: * laus eius in ecclésia sanctórum.

Lætétur Israël in eo, qui fecit eum: * & filij Sion exúltent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro: * in týmpano, & psaltério psallant ei:

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo: * & exaltábit mansuétos in salútem.

Exultábunt sancti in glória: * lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eôrum: * & gládij ancípites in mánibus eôrum:

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus: * increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eôrum in compédibus: * & nóbiles eôrum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis iudícium conscríptum: * glória hæc est ómnibus sanctis eius.

Hic non dicitur, Glória Patri.

### PSALMUS 150.

LAudâte Dóminum in sanctis eius: * laudâte eum in firmaménto virtûtis eius.

Laudâte eum in virtútibus eius: * laudâte eum secúndùm multitúdinem magnitúdinis eius.

Laudâte eum in sono tubæ: * laudâte eum in psaltério, & cíthara.

Laudâte eum in týmpano, & choro: * laudâte eum in chordis, & órgano.

Laudâte eum in cýmbalis benesonántibus: laudâte eum in cýmbalis iubilatiônis: * omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri, & Fílio.

Aña. Pulchra es, & decôra filia Ierúsalem: terríbilis ùt castrôrum ácies ordinâta.

CAPITULUM. *Cant. 6. c*

VIdérunt eam filiæ Sion, & beatíssimam prædicavérunt, & regínæ laudavérunt eam. ℟. Deo grátias.

### HYMNUS.

O Gloriósa Vírginum,
Sublímis inter sídera,
Qui te creâvit, párvulum
Lacténte nutris úbere.

Quod Heva tristis ábstulit,
Tu reddis almo gérmine:
Intrent ut astra flébiles,
Cæli reclúdis cárdines.

Tu regis alti iánua,
Et aula lucis fúlgida:
Vitam datam per Vírginem
Gentes redémptæ pláudite.

Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu
In sempitérna sæcula.
Amen.

℣. Benedícta tu in muliéribus.
℟. Et benedíctus fructus ventris tui.



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ad Benedictus, Antiphona.
Beâta Dei génitrix.

### Canticum Zachariæ.
*Lucæ* 1. g

Benedíctus Dóminus Deus Israël, * quia visitávit, & fecit redemptiónem plebis suæ:

Et eréxit cornu salûtis nobis: * in domo David púeri sui.

Sicut locûtus est per os sanctórum, * qui à sǽculo sunt, prophetárum eius:

Salûtem ex inimícis nostris, * & de manu ómnium, qui odérunt nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * & memorári testaménti sui sancti.

Iusiurándum, quod iurâvit ad Abraham patrem nostrum, * datûrum se nobis:

Ut sine timôre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviâmus illi.

In sanctitâte, & iustítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, prophêta Altíssimi vocáberis: * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius.

Ad dandam sciéntiam salûtis plebi eius: * in remissiónem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitávit nos, óriens ex alto:

Illumináre his, qui in ténebris, & in umbra mortis sedent: * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri. Sicut erat.

Antiphona. Beâta Dei génitrix María, virgo perpétua, templum Dñi, sacrárium Spíritus sancti: sola sine exémplo placuísti Dómino nostro Iesu Christo: ora pro pópulo, intérveni pro clero, intercéde pro devóto femíneo sexu. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

℣. Dóminus vobíscum.

### Oratio.

Deus, qui de beátæ Maríæ vírginis útero Verbum tuum, Angelo nunciánte, carnem suscípere voluísti: præsta supplícibus tuis; ut qui verè eam genitrícem Dei crédimus, eius apud te intercessiónibus adiuvémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Pro Sanctis, Antíphona.
Sancti Dei omnes intercédere dignémini pro nostra omniúmque salúte. ℣. Lætámini in Dómino, & exultâte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

### Oratio.

Prótege Dómine pópulum tuum, & Apostolórum tuórum Petri & Pauli, & aliórum Apostolórum patrocínio confidéntem, perpétua defensióne consérva.

Omnes Sancti tui, quæsumus Dómine, nos ubíque ádiuvent: ut dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiâmus: & pacem tuam nostris concéde tempóribus, & ab Ecclésia tua cunctam repélle nequítiam; iter, actus, & voluntátes nostras, & ómnium famulórum tuórum, in salûtis

tuæ



tuæ prosperitâte dispóne: benefactóribus nostris sempitérna bona retríbue: & ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam concéde. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

## AD PRIMAM.

Ave María, &c. ℣.

Deus in adiutórium meum inténde. ℟. Dómine ad adiuvándum me festína. Glória Patri, & Fílio. Allelúia.

### Hymnus.

Meménto, rerum Cónditor,
Nostri quòd olim córporis,
Sacráta ab alvo Vírginis
Nascéndo, formam súmpseris.
María mater grátiæ,
Dulcis parens cleméntiæ,
Tu nos ab hoste prótege,
Et mortis hora súscipe.
Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu
In sempitérna sǽcula. Amen.

Antiphona. Assúmpta est.

### Psalmus 53.

Deus in nómine tuo salvum me fac: * & in virtûte tua iúdica me.

Deus exáudi oratiónem meam: * áuribus pércipe verba oris mei.

Quóniàm aliéni insurrexérunt advérsùm me, & fortes quæsiérunt ánimam meam: * & non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus ádiuvat me: * & Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimícis meis: * & in veritâte tua dispérde illos.

Voluntáriè sacrificábo tibi, * & confitébor nómini tuo Dómine: quóniàm bonum est:

Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me: * & super inimícos meos despéxit óculus meus.

Glória Patri, & Fílio.

### Psalmus 84.

Benedixísti Dómine terram tuam: * avertísti captivitátem Iacob.

Remisísti iniquitâtem plebis tuæ: * operuísti ómnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram tuam: * avertísti ab ira indignatiónis tuæ.

Convérte nos Deus salutâris noster: * & avérte iram tuam à nobis.

Numquid in ætérnum irascêris nobis? * aut exténdes iram tuam à generatióne in generatiónem?

Deus tu convérsus vivificábis nos: * & plebs tua lætábitur in te.

Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam: * & salutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquâtur in me Dóminus Deus: * quóniàm loquêtur pacem in plebem suam:

Et super sanctos suos: * & in eos, qui convertúntur ad cor.

Verúmtamen prope timéntes eum salutáre ipsíus: * ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia, & véritas obvia-

vé-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vérunt sibi: * iustítia, & pax osculátæ sunt.

Véritas de terra orta est: * & iustítia de cælo prospéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem: * & terra nostra dabit fructum suum.

Iustítia ante eum ambulábit: * & ponet in via gressus suos.

Glória Patri, & Fílio.

Psalmus 116.

LAudáte Dóminum omnes Gentes: * laudáte eum omnes pópuli:

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia eius: * & véritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri, & Fílio.

Antiphona. Assúmpta est María in cælum, gaudent Angeli, laudántes benedícunt Dóminum.

Capitulum. *Cant. 6. c*

QUæ est ista, quæ progréditur quasi auróra consúrgens, pulchra ut luna, elécta ut sol, terríbilis ut castrórum ácies ordináta? ℟. Deo grátias.

℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta. ℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. ℣. Dóminus vobiscum.

Oratio.

DEus, qui virginálem aulam beatæ Maríæ, in qua habitáres, elígere dignátus es: da quǽsumus, ut sua nos defensióne munítos, iucúndos fácias suæ interésse commemoratióni. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

## AD TERTIAM.

Ave María, &c. ℣.

DEus in adiutórium meum inténde. ℟. Dómine ad adiuvándum me festína. Glória Patri. Allelúia.

Hymnus.

MEménto, rerum Cónditor,
Nostri quòd olim córporis,
Sacráta ab alvo Vírginis
Nascéndo, formam súmpseris.

María mater grátiæ,
Dulcis parens cleméntiæ,
Tu nos ab hoste prótege,
Et mortis hora súscipe.

Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu
In sempitérna sǽcula. Amen.

Antiphona. María virgo.

Psalmus 119.

AD Dóminum cum tribulárer clamávi: * & exaudívit me.

Dómine líbera ánimam meam à lábijs iníquis, * & à lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolósam?

Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatórijs.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est: habitávi cum habitántibus Cedar: * multùm íncola fuit ánima mea.

Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: * cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Glória Patri, & Fílio.





Psalmus 120.

LEvávi óculos meos in montes, * undè véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cælum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum: * neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit neque dórmiet, * qui custódit Israël.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te: * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo: * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat introítum tuum, & éxitum tuum: * ex hoc nunc, & usque in sǽculum.

Glória Patri, & Fílio.

Psalmus 121.

LÆtátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átrijs tuis Ierúsalem.

Ierúsalem, quæ ædificátur ut cívitas: * cuius participátio eius in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini: * testimónium Israël ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in iudício, * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Ierúsalem: * & abundántia diligéntibus te:

Fiat pax in virtúte tua: * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meos, * loquébar pacem de te:

Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsívi bona tibi.

Glória Patri, & Fílio.

Antiphona. María virgo assúmpta est ad æthéreum thálamum, in quo Rex regum stelláto sedet sólio.

Capitulum. *Eccli. 24. b*

ET sic in Sion firmáta sum, & in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, & in Ierúsalem potéstas mea.

℟. Deo grátias.

℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. ℣. Dóminus vobiscum.

Oratio.

DEus, qui salútis ætérnæ, beatæ Maríæ virginitáte fœcúnda, humáno géneri prǽmia præstitísti: tríbue quǽsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus sancti Deus.

## AD SEXTAM.

Ave María, &c. ℣.

DEus in adiutórium meum inténde. ℟. Dómine ad adiuvándum me festína. Glória Patri. Allelúia.

### HYMNUS.

Meménto, rerum Cónditor,
Nostri quòd olim córporis,
Sacráta ab alvo Vírginis
Nascéndo, formam súmpseris.
María mater grátiæ,
Dulcis parens cleméntiæ,
Tu nos ab hoste prótege,
Et mortis hora súscipe.
Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Antíphona. In odórem.

### PSALMUS 122.

Ad te levávi óculos meos, * qui hábitas in cælis.

Ecce sicut óculi servórum, * in mánibus dominórum suórum,

Sicut óculi ancíllæ in mánibus dóminæ suæ: * ità óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum donec misereâtur nostri.

Miserére nostri Dómine, miserére nostri: * quia multùm repléti sumus despectióne:

Quia multùm repléta est ánima nostra: * oppróbrium abundántibus, & despéctio supérbis.

Glória Patri, & Fílio.

### PSALMUS 123.

Nisi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israël: * nisi quia Dóminus erat in nobis,

Cùm exúrgerent hómines in nos, * fortè vivos deglutíssent nos:

Cùm irascerêtur furor eórum in nos, * fórsitan aqua absorbuísset nos.

Torréntem pertransívit ánima nostra: * fórsitan pertransísset ánima nostra aquam intolerábilem.

Benedíctus Dóminus * qui non dedit nos, in captiónem déntibus eórum.

Anima nostra sicut passer erépta est * de láqueo venántium:

Láqueus contritus est, * & nos liberáti sumus.

Adiutórium nostrum in nómine Dómini, * qui fecit cælum & terram. Glória Patri.

### PSALMUS 124.

Qui confídunt in Dómino, sicut mons Sion: * non commovébitur in ætérnum, qui hábitat in Ierúsalem.

Montes in circúitu eius: * & Dóminus in circúitu pópuli sui, ex hoc nunc & usque in sæculum.

Quia non relínquet Dóminus virgam peccatórum super sortem iustórum: * ut non exténdant iusti ad iniquitátem manus suas.

Bénefac Dómine bonis, * & rectis corde.

Declinántes autem in obligatiónes, addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem: * pax super Israël.

Glória Patri, & Fílio.

Aña. In odórem unguentórum tuórum cúrrimus, adolescéntulæ dilexérunt te nimis.

CAPITULUM. *Eccli. 24. b*

Et radicávi in pópulo honorificáto, & in parte Dei mei



hæréditas illíus, & in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

℟. Deo grátias.

℣. Benedícta tu in muliéribus.

℟. Et benedíctus fructus ventris tui. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. ℣. Dóminus vobíscum.

### ORATIO.

Concéde miséricors Deus fragilitáti nostræ præsídium: ut qui sanctæ Dei genitrícis memóriam ágimus, intercessiónis eius auxílio, à nostris iniquitátibus resurgámus. Per eúmdem Dóminum nostrum.

## AD NONAM.

Ave María, &c. ℣.

Deus in adiutórium meum inténde. ℟. Dómine ad adiuvándum me festína. Glória Patri. Allelúia.

### HYMNUS.

Meménto, rerum Cónditor,
Nostri quòd olim córporis,
Sacráta ab alvo Vírginis
Nascéndo, formam súmpseris.
María mater grátiæ,
Dulcis Parens cleméntiæ,
Tu nos ab hoste prótege,
Et mortis hora súscipe.
Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre & almo Spíritu
In sempitérna sæcula. Amen.

Antíphona. Pulchra es.

### PSALMUS 125.

In converténdo Dóminus captivitátem Sion: * facti sumus sicut consoláti:

Tunc replétum est gáudio os nostrum: * & lingua nostra exultatióne.

Tunc dicent inter gentes: * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fácere nobíscum: * facti sumus lætántes.

Convérte Dómine captivitátem nostram, * sicut torrens in Austro.

Qui séminant in lácrymis, * in exultatióne metent.

Eúntes ibant & flebant, * mitténtes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum exultatióne, * portántes manípulos suos.

Glória Patri, & Fílio.

### PSALMUS 126.

Nisi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustrà vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cùm déderit diléctis suis somnum: * ecce heréditas Dómini, filij: merces, fructus ventris.

Sicut sagíttæ in manu poténtis: * ità filij excussórum.

Beátus vir qui implévit desidérium suum ex ipsis: * non confundêtur cùm loquêtur inimícis suis in porta.

Glória Patri, & Fílio.

### PSALMUS 127.

Beáti omnes, qui timent Dóminum, * qui ámbulant in vijs eius.

La-

Labóres mánuum tuárum quia manducábis: * beátus es, & bene tibi erit.
Uxor tua sicut vitis abúndans, * in latéribus domus tuæ.
Filij tui sicut novéllæ olivárum, * in circúitu mensæ tuæ.
Ecce sic benedicêtur homo, * qui timet Dóminum.
Benedicat tibi Dóminus ex Sion: * & vídeas bona Ierúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.
Et vídeas fílios filiórum tuórum, * pacem super Israel.
Glória Patri, & Filio.
Antiphona. Pulchra es, & decôra, filia Ierúsalem: terríbilis ùt castrórum ácies ordináta.

Capitulum. *Eccli.* 24. *b*

IN platéis sicut cinnamómum & bálsamum aromatízans odórem dedi: quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris. ℟. Deo grátias.

℣. Post partum virgo invioláta permansísti. ℟. Dei génitrix intercéde pro nobis. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. ℣. Dóminus vobíscum.

Oratio.

Famulórum tuórum, quǽsumus Dómine, delíctis ignósce: ut qui tibi placére de áctibus nostris non valêmus, genitrícis Filij tui Dómini nostri intercessióne salvêmur. Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus sancti Deus.

## OFFICIUM B. MARIÆ IN ADVENTU.

Ad Vésperas, Aña. Missus est. cum réliquis de Láudibus, ùt infrà. lxv. Psalmus. Dixit Dóminus. Laudáte púeri. Lætátus sum. Nisi Dóminus ædificáverit. Lauda Ierúsalem Dóminum. ùt suprà. xl.

Capitulum. *Isaiæ* 11.

EGrediêtur virga de radíce Iesse, & flos de radíce eius ascéndet. Et requiéscet super eum Spíritus Dómini. ℟. Deo grátias.

Hymnus.

Ave maris stella,
Dei mater alma,
Atque semper virgo,
Felix cæli porta.
Sumens illud Ave,
Gabriêlis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.
Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis;
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.
Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.
Virgo singulâris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solútos,
Mites fac & castos.
Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut vidéntes Iesum,
Semper collætêmur.
Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spirítui sancto,
Tribus honor unus. Amen.

℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad



Ad Magníficat, Antiphona. Spíritus sanctus in te descéndet María: ne tímeas, habêbis in útero Filium Dei, allelúia. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. ℣. Dóminus vobíscum.

Oratio.

DEus, qui de beátæ Maríæ vírginis útero Verbum tuum, Angelo nunciánte, carnem suscípere voluísti: præsta supplícibus tuis, ut qui verè eam genitrícem Dei crédimus, eius apud te intercessiónibus adiuvêmur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Hæc orátio dícitur ad omnes Horas, sed cum conclusióne íntegra; scilicèt, Per eúmdem Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat, &c.

Pro Sanctis ad Vésperas & Laudes tantùm, Antiphona. Ecce Dóminus véniet, & omnes Sancti eius cum eo: & erit in die *illa* lux magna, allelúia. ℣. Ecce apparêbit Dóminus super nubem cándidam. ℟. Et cum eo Sanctórum míllia.

Oratio.

COnsciéntias nostras, quǽsumus Dómine, visitándo purífica: ut véniens Iesus Christus Fílius tuus Dóminus noster cum ómnibus Sanctis, parátam sibi in nobis invéniat mansiónem. Qui tecum vivit & regnat.

Ad Completórium, Psalmi & Hymni, ùt suprà ante Advéntum. xliv.

Capitulum. *Isaiæ* 7. *c*

ECce virgo concípiet, & páriet fílium, & vocábitur nomen eius Emmánuël. Butýrum & mel cómedet, ut sciat reprobâre malum, & elígere bonum.

℣. Angelus Dómini nunciávit Maríæ. ℟. Et concêpit de Spíritu sancto.

Ad Nunc dimíttis, Aña. Spíritus sanctus in te descéndet María: ne tímeas, habêbis in útero Filium Dei, allelúia. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. ℣. Dóminus vobíscum.

Orátio. Deus, qui de beátæ Maríæ. ùt suprà in Vésperis.

Ad Matutínum, Invitatórium. Hymnus, Añæ, Psalmi & Versículi usque ad Lect. dicúntur sicut ante Advéntum, xlv. præter tértiam Antiphonam tértij Noctúrni, Post partum. cuius loco dícitur sequens Aña. Angelus Dñi nunciávit Maríæ, & concêpit de Spíritu sancto, allelúia.

Absolutio.

PRécibus & méritis beátæ Maríæ semper vírginis, & ómnium Sanctórum, perdúcat nos Dóminus ad regna cælórum. ℟. Amen.

℣. Iube domne benedícere. Benedictio. Nos cum prole pia benedícat virgo María. ℟. Amen.

Lectio I. *Lucæ* 1. *c*

MIssus est Angelus Gábriël à Deo in civitátem Galilǽæ, cui nomen Názareth, ad vírginem des-

desponsâtam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, & nomen virginis Maria. Et ingréssus Angelus ad eam, dixit: Ave grátia plena: Dóminus tecum: Benedícta tu in mulieribus. Tu autem Dómine, miserére nobis. ℟. Deo grátias.

℟. Missus est Gabriël Angelus ad Maríam vírginem desponsâtam Ioseph, nuncians ei verbum: & expavéscit virgo de lúmine. Ne tímeas María, invenísti grátiam apud Dóminum: * Ecce concípies & páries, & vocábitur Altíssimi Fílius. ℣. Dabit ei Dóminus Deus sedem David patris eius, & regnâbit in domo Iacob in ætérnum. Ecce concípies.

℣. Iube domne benedícere. Benedíctio. Ipsa virgo vírginum intercêdat pro nobis ad Dóminum. ℟. Amen.

### Lectio ii.

Quæ cùm audísset, turbâta est in sermóne eius, & cogitâbat qualis esset ista salutátio. Et ait Angelus ei: Ne tímeas María, invenísti enim grátiam apud Deum: ecce concípies in útero, & páries fílium, & vocâbis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & Fílius Altíssimi vocábitur, & dabit illi Dóminus Deus sedem David patris eius: & regnâbit in domo Iacob in ætérnum, & regni eius non erit finis. Tu autem Dómine.

℟. Ave María, grátia plena: Dóminus tecum: * Spíritus sanctus supervéniet in te, & virtus Altíssimi obumbrâbit tibi: quod enim ex te nascêtur Sanctum, vocábitur Fílius Dei. ℣. Quómodò fiet istud, quóniàm virum non cognósco? & respóndens Angelus, dixit ei. Spíritus sanctus. ℣. Iube domne benedícere. Benedíctio. Per Vírginem matrem concêdat nobis Dóminus salûtem & pacem. ℟. Amen.

### Lectio iii.

Dixit autem María ad Angelum: Quómodò fiet istud, quóniàm virum non cognósco? Et respóndens Angelus, dixit ei: Spíritus sanctus supervéniet in te, & virtus Altíssimi obumbrâbit tibi. Ideóque & quod nascêtur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. Et ecce Elísabeth cognâta tua, & ipsa concêpit Fílium in senectûte sua: & hic mensis sextus est illi, quæ vocâtur stérilis: quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem María: Ecce ancílla Dómini, fiat mihi secúndùm verbum tuum. Tu autem Dómine.

℟. Súscipe verbum virgo María, quod tibi à Dómino per Angelum transmíssum est: concípies & páries Deum páriter & hóminem: * Ut benedícta dicâris inter omnes mulíeres. ℣. Páries quidem fílium, & virginitâtis non patiéris detriméntum: efficiéris grávida, & eris mater semper intácta. Ut benedícta. Glória Patri. Ut benedícta.

Ad



### Ad Laudes, & per Horas, Antiphona.

Missus est Gabriël Angelus ad Maríam vírginem desponsâtam Ioseph. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum réliquis. lii. Aña. Ave María, grátia plena: Dóminus tecum: Benedícta tu in muliéribus, allelúia. Aña. Ne tímeas María, invenísti grátiam apud Dóminum: Ecce concípies & páries fílium, allelúia. Aña. Dabit ei Dóminus sedem David patris eius, & regnâbit in ætérnum. Antiphona. Ecce ancílla Dómini, fiat mihi secúndùm verbum tuum.

### Capitulum. *Isaiæ* 11.

Egrediêtur virga de radíce Iesse, & flos de radíce eius ascéndet. Et requiéscet super eum Spíritus Dómini. ℟. Deo grátias.

### Hymnus.

O Gloriósa Vírginum,
Sublímis inter sídera,
Qui te creávit, párvulum
Lacténte nutris úbere.

Quod Heva tristis ábstulit,
Tu reddis almo gérmine:
Intrent ut astra flébiles,
Cæli reclúdis cárdines.

Tu regis alti iánua,
Et aula lucis fúlgida:
Vitam datam per Vírginem
Gentes redémptæ plaudite.

Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Benedícta tu in muliéribus.
℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

### Ad Benedíctus, Antiphona.

Spíritus sanctus in te descéndet María: ne tímeas, habêbis in útero Fílium Dei, allelúia. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. ℣. Dóminus vobíscum.

### Oratio.

Deus, qui de beátæ Maríæ vírginis útero Verbum tuum, Angelo nunciánte, carnem suscípere voluísti: præsta supplícibus tuis; ut qui verè eam genitrícem Dei crédimus, eius apud te intercessiónibus adiuvêmur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Pro Sanctis, Aña. Ecce Dóminus véniet, & omnes Sancti eius cum eo: & erit in die illa lux magna, allel. ℣. Ecce apparébit Dóminus super nubem cándidam. ℟. Et cum eo Sanctórum míllia.

### Oratio.

Consciéntias nostras, quǽsumus Dómine, visitándo purífica: ut véniens Iesus Christus Fílius tuus Dóminus noster cum ómnibus Sanctis, parâtam sibi in nobis invéniat mansiónem. Qui tecum vivit & regnat.

Ad Horas Hymni & Psalmi dicúntur sicut ante Advéntum. lvii.

Ad Primam, Antiphona. Missus est Angelus.

### Capitulum. *Isaiæ* 7. c

Ecce virgo concípiet, & páriet fílium, & vocábitur nomen eius Emmanuël. Butýrum & mel cómedet, ut sciat reprobâre malum, & elígere bonum.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

℣. Dignâre me laudâre te, Virgo sacrâta. ℟. Da mihi virtûtem contra hostes tuos. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. ℣. Dóminus vobíscum.

Orátio. Deus, qui de beátæ Maríæ. lxv.

Ad Tértiam, Antíphona. Ave María.

Capitulum. *Isaiæ* 11.

EGrediêtur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascéndet. Et requiéscet super eum Spíritus Dómini.

℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedixit te Deus in ætérnum. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. ℣. Dóminus vobíscum.

Orátio. Deus, qui de beátæ Maríæ. lxv.

Ad Sextam, Antíphona. Ne tímeas María.

Capitulum. *Lucæ* 1. *d*

DAbit illi Dóminus Deus sedem David patris eius: & regnâvi in dómo Iacob in ætérnum, & regni eius non erit finis.

℣. Benedícta tu in muliéribus. ℟. Et benedíctus fructus ventris tui. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. ℣. Dóminus vobíscum.

Orátio. Deus, qui de beátæ Maríæ. lxv.

Ad Nonam, Antíphona. Ecce ancilla Dómini.

Capitulum. *Isaiæ* 7. *c*

ECce virgo concípiet, & páriet fílium, & vocábitur nomen eius Emmánuël. Butýrum & mel cómedet, ut sciat reprobâre malum, & elígere bonum.

℣. Angelus Dómini nunciâvit Maríæ. ℟. Et concépit de Spíritu sancto. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. ℣. Dóminus vobíscum.

Orátio. Deus, qui de beátæ Maríæ. lxv.

## POST NATIVITATEM.

Usque ad Purificatiònem inclusivè, Officium beatæ Maríæ dicitur ut ante Advéntum, excéptis his quæ sequuntur.

## AD LAUDES,
& per Horas, Antíphona.

O Admirábile commércium! Creâtor géneris humâni, animâtum corpus sumens, de Vírgine nasci dignâtus est: & procêdens homo sine sémine, largítus est nobis suam Deitâtem. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum réliq. lii. Aña. Quando natus es ineffabíliter ex Vírgine, tunc implétæ sunt Scriptúræ: sicut plúvia in vellus descendísti, ut salvum fáceres genus humânum: te laudâmus Deus noster. Antíphona. Rubum, quem víderat Móyses incombústum, conservâtam agnóvimus tuam laudábilem virginitâtem: Dei génitrix intercêde pro nobis. Antíphona. Germinâvit radix Iesse, orta est stella ex Iacob, Virgo péperit Salvatôrem: te laudâmus Deus noster. Antíphona. Ecce María génuit nobis Salvatôrem, quem Ioánnes videns exclamâvit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccâta mundi, allelúia.



Ad Benedíctus, Antíphona. Mirábile mystérium declarâtur hódiè: innovantur natúræ: Deus homo factus est: id quod fuit permánsit, & quod non erat, assúmpsit: non commixtiónem passus, neque divisiónem. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. ℣. Dóminus vobíscum.

Oratio.

DEus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitâte fœcúnda, humáno géneri prǽmia præstitísti: tribue quǽsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiâmus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum. ℟. Amen.

Et dícitur ad omnes Horas, & in eis ádditur Qui tecum vivit, &c.

Deinde pro Sanctis, Antíphona. Sancti Dei omnes intercédere dignémini pro nostra omniúmque salúte. ℣. Lætámini in Dómino, & exultâte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Oratio.

PRótege Dómine pópulum tuum, & Apostolórum tuórum Petri & Pauli, & aliorum Apostolorum patrocínio confidéntem, perpétua defensióne consérva.

OMnes Sancti tui, quǽsumus Dómine, nos ubique adiuvent: ut dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus: & pacem tuam nostris concêde tempóribus, & ab Ecclésia tua cunctam repélle nequítiam: iter, actus, & voluntâtes nostras, & ómnium famulórum tuórum, in salútis tuæ prosperitâte dispóne: benefactóribus nostris sempitérna bona retríbue: & ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam concêde. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit, & regnat, &c.

Réliquum Officium in álijs Horis, ut supra ante Advéntum. lvii.

Ad Vésperas, Antíphona. O admirábile. ut supra in Laudibus. lxvi. Psalmi consuéti de B. Vírgine. xl.

Ad Magníficat, & ad Nunc dimíttis, Aña Magnum hereditâtis mystérium: templum Dei factus est úterus nesciéntis virum: non est pollútus ex ea carnem assúmens, omnes Gentes vénient, dicéntes: Glória tibi Dómine.

## TEMPORE PASCHALI.

Officium B. Maríæ dicitur sicut ante Advéntum, sed ad Benedíctus, & ad Magníficat, & ad Nunc dimíttis, dícitur sequens Antíphona. Regína cæli lætáre, allelúia: quia quem meruísti portâre, allelúia: resurréxit sicut dixit, allelúia: ora pro nobis Deum, allelúia.

Antíphonis autem, Vérsibus & Responsórijs non additur in fine Allelúia.

# OFFICIUM DEFUNCTORUM.

Dicitur extra tempus Paschale prima cujusque mensis die non impedita Festo novem Lectionum, alioquin alia sequenti die similiter non impedita. In Advéntu autem & Quadragésima Féria secunda cujuslibet Hebdomadæ similiter non impedita: præterquam in majori Hebdomada. In Choro dicitur post Officium diéi, id est, Vésperæ post Vésperas, & Matutinum post Laudes diéi, nisi alia sit consuetudo Ecclesiárum: extra Chorum verò pro opportunitáte témporis.

Ad Vésperas absolutè incipitur ab Aña. Placêbo Dómino.

PSALMUS 114.

Dilexi, quóniam exáudiet Dóminus * vocem orationis meæ.
Quia inclinâvit aurem suam mihi: * & in diêbus meis invocâbo.
Circumdedérunt me dolóres mortis: * & pericula inférni invenérunt me.
Tribulatiónem & dolórem invéni: * & nomen Dómini invocávi.
O Dómine libera ánimam meam: * miséricors Dóminus, & justus, & Deus noster miserétur.
Custódiens párvulos Dóminus: * humiliâtus sum, & liberâvit me.
Convértere ánima mea in réquiem tuam: * quia Dóminus benefêcit tibi.
Quia erípuit ánimam meam de morte: * óculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.
Placêbo Dómino * in regiône vivórum.

In fine ómnium Psalmôrum dicitur.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.
Et lux perpétua * lúceat eis.
Antiphona. Placêbo Dómino in regiône vivórum.
Antiphona. Hei mihi Dómine.

PSALMUS 119.

Ad Dóminum cùm tribulârer clamâvi: * & exaudívit me.
Dómine líbera ánimam meam à labijs iníquis, * & à lingua dolósa.
Quid detur tibi, aut quid apponâtur tibi * ad linguam dolósam?
Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatorijs.
Heu mihi, quia incolâtus meus prolongâtus est: habitávi cum habitántibus Cedar: * multum íncola fuit ánima mea.
Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: * cùm loquêbar illis, impugnâbant me gratis.
Réquiem ætérnam.
Aña. Hei mihi Dómine, quia incolâtus meus prolongâtus est.





Aña. Dóminus custódit te.

PSALMUS 120.

Levávi óculos meos in montes, * undè véniet auxílium mihi.
Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cælum & terram.
Non det in commotiónem pedem tuum: * neque dormítet qui custódit te.
Ecce non dormitâbit neque dórmiet, * qui custódit Israël.
Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, * super manum déxteram tuam.
Per diem sol non uret te: * neque luna per noctem.
Dóminus custódit te ab omni malo: * custódiat ánimam tuam Dóminus.
Dóminus custódiat introítum tuum, & éxitum tuum: * ex hoc nunc, & usque in sæculum.
Réquiem ætérnam.
Antiphona. Dóminus custódit te ab omni malo: custódiat ánimam tuam Dóminus.
Antiphona. Si iniquitátes.

PSALMUS 129.

De profúndis clamávi ad te Dómine: * Dómine exáudi vocem meam:
Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.
Si iniquitátes observáveris Dómine: * Dómine quis sustinêbit?
Quia apud te propitiátio est: * & propter legem tuam sustínui te Dómine.
Sustínuit ánima mea in verbo eius: * sperâvit ánima mea in Dómino.
A custódia matutína usque ad noctem: * speret Israël in Dómino.
Quia apud Dóminum misericórdia: * & copiósa apud eum redémptio.
Et ipse rédimet Israël, * ex ómnibus iniquitátibus eius.
Réquiem ætérnam.
Antiphona. Si iniquitátes observáveris Dómine, Dómine quis sustinêbit?
Antiphona. Opera.

PSALMUS 137.

Confitêbor tibi Dómine in toto corde meo: * quóniam audísti verba oris mei.
In conspéctu angelórum psallam tibi: * adorâbo ad templum sanctum tuum, & confitêbor nómini tuo.
Super misericórdia tua, & veritâte tua: * quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.
In quacúmque die invocávero te, exaudi me: * multiplicâbis in ánima mea virtûtem.
Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ: * quia audiérunt ómnia verba oris tui:
Et cantent in vijs Dómini: * quóniam magna est glória Dómini.
Quóniam excélsus Dóminus, & humília réspicit: * & alta à longè cognóscit.
Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificâbis me: * & super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam,

& salvum me fecit déxtera tua.
Dóminus retribuet pro me: * Dómine misericórdia tua in sæculum: ópera mánuum tuárum ne despícias.
Réquiem ætérnam.
Antiphona. Opera mánuum tuárum Dómine ne despícias.
℣. Audívi vocem de cælo dicéntem mihi. ℟. Beáti mórtui qui in Dómino moriúntur.
Ad Magníficat, Antiphona. Omne.

CANTICUM B. MARIÆ VIRGINIS.
*Lucæ* 1. e

MAgníficat * ánima mea Dóminum:
Et exultávit spíritus meus * in Deo salutári meo.
Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.
Quia fecit mihi magna qui potens est: * & sanctum nomen eius.
Et misericórdia eius à progénie in progénies * timéntibus eum.
Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.
Depósuit poténtes de sede, * & exaltávit húmiles.
Esuriéntes implévit bonis: * & dívites dimísit inánes.
Suscépit Israël púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.
Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, & sémini eius in sæcula.
Réquiem ætérnam.
Aña. Omne quod dat mihi Pater, ad me véniet, & eum qui venit ad me, non ejíciam foras.
Preces infrascriptæ dicúntur flexis génibus, similiter & ad Laudes. Pater noster. secréto.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo.

PSALMUS 145.

LAuda ánima mea Dóminum, laudábo Dóminum in vita mea: * psallam Deo meo quámdiu fúero.
Nolíte confídere in princípibus: * in fílijs hóminum, in quibus non est salus.
Exibit spíritus eius, & revertétur in terram suam: * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eorum.
Beátus, cuius Deus Iacob adiútor eius, spes eius in Dómino Deo ipsius: * qui fecit cælum & terram, mare, & ómnia, quæ in eis sunt.
Qui custódit veritátem in sæculum, facit iudícium iniúriam patiéntibus: * dat escam esuriéntibus.
Dóminus solvit compedítos: * Dóminus illúminat cæcos.
Dóminus érigit elisos, * Dóminus díligit iustos.
Dóminus custódit ádvenas, pupíllum, & víduam suscípiet: * & vias peccatórum dispérdet.
Regnábit Dóminus in sæcula Deus tuus Sion, * in generatiónem & generatiónem.
Cuius loco ad Laudes dícitur Psalm. De profúndis. lxix. Qui Psalmi non dicúntur in die ómnium fidélium Defunctórum. In fine Psalmi Réquiem ætérnam dona eis Dómine. Et lux perpétua lúceat eis.
Deindè ℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimas eórum.
℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

ORATIO.

DEus, qui inter Apostólicos sacerdótes, fámulos tuos Pontificáli, seu sacerdotáli fecísti dignitáte vigére: præsta quæsumus; ut eórum quoque perpétuo aggregéntur consórtio.

DEus, véniæ largítor, & humánæ salútis amátor: quæsumus cleméntiam tuam, ut nostræ congregatiónis fratres, propinquos, & benefactóres, qui ex hoc sæculo transiérunt, beáta María semper vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concédas.

FIdélium Deus ómnium Cónditor & Redémptor animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum: ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, pijs supplicatiónibus consequántur. Qui vivis & regnas in sæcula sæculórum.
℟. Amen.
In die verò Commemoratiónis ómnium fidélium Defunctórum, quando dícitur hæc última tantùm Oratio, dícitur Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritu sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.
In die depositiónis defúncti.

ORATIO.

ABsólve, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui N. ut defúnctus sæculo tibi vivat: & quæ per fragilitátem carnis humána conversatióne commisit, tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Dñum.
Si fúerit fémina, dicátur ánimam fámulæ tuæ N. ut defúncta.
In anniversário die.

ORATIO.

DEus indulgentiárum Dómine, da animábus famulórum famularúmque tuárum, quorum anniversárium depositiónis diem commemorámus, refrigérij sedem, quiétis beatitúdinem, & lúminis claritátem. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.
Si pro uno tantùm fit anniversárium, dicátur in singulari número.
Pro uno Epíscopo defuncto.

ORATIO.

DEus, qui inter Apostólicos sacerdótes, fámulum tuum N. Pontificáli fecísti dignitáte vigére: præsta quæsumus, ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Dóminum nostrum.
Si fúerit Sacérdos, dícitur Sacerdotáli fecísti, &c.
Pro frátribus verò & familiá-





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

liáribus, vel benefactóribus, dícitur Orátio. Deus véniæ largitor, ut suprà. lxxi.

Pro patre & matre.

ORATIO.

DEus, qui nos patrem, & matrem honoráre præcepísti: miserére cleménter animâbus patris ac matris meæ, eorúmque peccáta dimítte: meque eos in ætérnæ claritâtis gáudio fac vidêre. Per Dñm nostrum.

Si fit pro plúribus, dicâtur animâbus paréntum nostrórum. & ubi dícitur meque dicâtur nosque.

Si pro patre tantùm, dicâtur ánimæ patris mei. vel nostri.

Si pro matre tantùm, dicâtur ánimæ matris meæ. vel nostræ.

Pro uno defúncto.

ORATIO.

INclína Dómine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur: ut ánimam fámuli tui, quam de hoc sǽculo migrâre iussísti, in pacis ac lucis regióne constítuas; & Sanctórum tuórum iúbeas esse consórtem. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Pro una defúncta.

ORATIO.

QUǽsumus Dómine, pro tua pietáte miserére ánimæ fámulæ tuæ: & à contágijs mortalitâtis exútam, in ætérnæ salvatiónis partem restítue. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine. ℟. Et lux perpétua lúceat eis. ℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.

Ad Matutinum, Invitatórium.

Regem, cui ómnia vivunt, *Venite adorêmus, Repetitur. Regem, cui ómnia vivunt, Venite adorêmus.

PSALMUS 94.

VEnite exultêmus Dómino, iubilêmus Deo salutári nostro: præoccupêmus fáciem eius in confessióne, & in psalmis iubilêmus ei.

Regem, cui ómnia vivunt, venite adorêmus.

Quóniàm Deus magnus Dóminus, & Rex magnus super omnes deos: quóniàm non repéllet Dóminus plebem suam, quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitúdines móntium ipse cónspicit. Venite adorêmus.

Quóniàm ipsius est mare, & ipse fecit illud, & áridam fundavérunt manus eius: venite adorêmus, & procidâmus ante Deum: plorêmus coram Dómino, qui fecit nos, quia ipse est Dóminus Deus noster: nos autem pópulus eius, & oves páscuæ eius.

Regem, cui ómnia vivunt, venite adorêmus.

Hódiè si vocem eius audiéritis, nolíte obduráre corda vestra, sicut in exacerbatióne secúndùm diem tentatiónis in desérto: ubi tentavérunt me patres vestri, probavérunt, & vidérunt ópera mea. Venite adorêmus.

Quadragínta annis próximus fui generatióni huic, & dixi, Semper hi errant corde: ipsi verò non cognovérunt vias meas, quibus iurávi in ira mea, si introíbunt in réquiem meam.

Regem, cui ómnia vivunt, venite adorêmus.

Réquiem ætérnam dona eis Dómine: & lux perpétua lúceat eis. Venite adorêmus.

Regem, cui ómnia vivunt, venite adorêmus.

Hoc Invitatórium dícitur tantùm in die Commemoratiónis ómnium Fidélium Defunctórum, & in die depositiónis Defúncti; quibus diébus dicúntur tres infrascrípti Noctúrni, & Antíphonæ duplicántur. Alijs tempóribus dícitur tantùm unum Noctúrnum, cum Láudibus hoc órdine: Féria secúnda & quinta primum Noctúrnum: Féria tértia & sexta secúndum Noctúrnum: Féria iv. & Sábbato tértium Noctúrnum.

IN I. NOCTURNO

Pro Feria secúnda & quinta.

Antíphona. Dírige.

PSALMUS 5.

VErba mea áuribus pércipe Dómine, * intéllige clamôrem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, * Rex meus & Deus meus.

Quóniàm ad te orâbo: * Dómine manè exáudies vocem meam.

Manè astâbo tibi & vidêbo: * quóniàm non Deus volens iniquitâtem tu es.

Neque habitâbit iuxta te malígnus: * neque permanébunt iniústi ante óculos tuos.

Odísti omnes, qui operántur iniquitâtem: * perdes omnes, qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinum & dolosum abominábitur Dóminus: * ego autem in multitúdine misericórdiæ tuæ.

Introíbo in domum tuam: * adorâbo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in iustítia tua: * propter inimícos meos dírige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniàm non est in ore eórum véritas: * cor eórum vanum est.

Sepúlchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolósè agébant, * iúdica illos Deus.

Décidant à cogitatiónibus suis, secúndùm multitúdinem impietâtum eórum expélle eos, * quóniàm irritavérunt te Dómine.

Et læténtur omnes, qui sperant in te, * in ætérnum exultábunt: & habitâbis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum, * quóniàm tu benedíces iusto.

Dómine, ut scuto bonæ voluntâtis tuæ * coronásti nos.

Réquiem ætérnam.

Antíphona. Dírige Dómine Deus meus in conspéctu tuo viam meam.

Antíphona. Convértere.

PSALMUS 6.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me,

Miserére mei Dómine quóniàm

niàm infirmus sum: * sana me Dómine quóniàm conturbâta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbâta est valde: * sed tu Dómine úsquequò?

Convértere Dómine, & éripe ánimam meam: * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniàm non est in morte qui memor sit tui: * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavâbo per síngulas noctes lectum meum: * lácrymis meis stratum meum rigâbo.

Turbatus est à furóre óculus meus: * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite à me omnes qui operámini iniquitátem: * quóniàm exaudívit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam, * Dóminus oratiónem meam suscêpit.

Erubéscant, & conturbéntur veheménter omnes inimíci mei: * convertántur & erubéscant valdè velóciter.

Réquiem ætérnam.

Antíphona. Convértere Dómine, & éripe ánimam meam: quóniàm non est in morte qui memor sit tui.

Antíphona. Nequándo.

PSALMUS 7.

Dómine Deus meus in te sperávi: * salvum me fac ex ómnibus persequéntibus me, & líbera me.

Nequándo rápiat ùt leo ánimam meam, * dum non est qui rédimat, neque qui salvum fáciat.

Dómine Deus meus si feci istud, * si est iníquitas in mánibus meis:

Si réddidi retribuéntibus mihi mala, * décidam méritò ab inimícis meis inânis.

Persequâtur inimícus ánimam meam, & comprehéndat, & concúlcet in terra vitam meam, * & glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exúrge Dómine in ira tua: * & exaltâre in fínibus inimicórum meórum.

Et exúrge Dómine Deus meus in præcépto quod mandásti: * & sinagóga populórum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum regrédere: * Dóminus iúdicat pópulos.

Iúdica me Dómine secúndùm iustítiam meam, * & secúndùm innocéntiam meam super me.

Consumêtur nequítia peccatórum, & díriges iustum, * scrutans corda & renes Deus.

Iustum adiutórium meum à Dómino, * qui salvos facit rectos corde.

Deus index iustus, fortis, & pátiens: * numquid iráscitur per síngulos dies?

Nisi convérsi fuéritis, gládium suum vibrâbit: * arcum suum teténdit, & parâvit illum.

Et in eo parâvit vasa mortis: * sagíttas suas ardéntibus effécit.

Ecce



Ecce partúrijt iniustítiam: * concêpit dolorem, & péperit iniquitâtem.

Lacum apéruit, & effódit eum: * & íncidit in fóveam, quam fecit.

Convertêtur dolor eius in caput eius: * & in vérticem ipsius iníquitas eius descéndet.

Confitêbor Dómino secúndùm iustítiam eius: * & psallam nómini Dómini altíssimi.

Réquiem ætérnam.

Aña. Nequándo rápiat ùt leo ánimam meam, dum non est qui rédimat, neque qui salvum fáciat. ℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimas eorum. Pater noster. totum secrétò.

Lectiónes legúntur sine Absolutióne, Benedictiónibus, & Título.

LECTIO I. *Iob 7. d*

PArce mihi, Dómine, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculo, & súbitò probas illum: Usquequò non parcis mihi, nec dimíttis me ut glútiam salivam meam? Peccávi, quid fáciam tibi ô custos hóminum? quare posuísti me contrárium tibi, & factus sum mihimetípsi gravis? Cur non tollis peccátum meum, & quare non aufers iniquitâtem meam? ecce, nunc in púlvere dórmiam: & si manè me quæsiéris, non subsístam.

Lectiónes terminántur sine Tu autem. vel alia conclusióne.

℟. Credo quòd Redémptor meus vivit: & in novíssimo die de terra surrectúrus sum: * Et in carne mea vidêbo Deum Salvatorem meum. ℣. Quem visúrus sum ego ipse, & non alius, & óculi mei conspectúri sunt. Et in carne mea.

LECTIO II. *Iob 10.*

TÆdet ánimam meam vitæ meæ, dimíttam advérsùm me elóquium meum. loquar in amaritúdine ánimæ meæ. Dicam Deo: Noli me condemnâre: índica mihi cur me ità iúdices. Numquid bonum tibi vidétur, si calumniêris me, & ópprimas me opus manuum tuárum, & consílium impiórum ádiuves? Numquid óculi cárnei tibi sunt: aut sicut videt homo, & tu vidêbis? Numquid sicut dies hóminis dies tui, & anni tui sicut humâna sunt témpora, ut quæras iniquitâtem meam, & peccâtum meum scrutêris? Et scias quia nihil ímpium fécerim, cum sit nemo qui de manu tua possit erúere. ℟. Qui Lázarum resuscitásti à monuménto fœtidum: * Tu eis Dómine dona réquiem, & locum indulgéntiæ. ℣. Qui ventúrus es iudicâre vivos & mórtuos, & sæculum per ignem. Tu eis.

LECTIO III. *Iob 10. b*

MAnus tuæ fecérunt me, & plasmavérunt me totum in circúitu: & sic repéntè præcípitas me? Meménto quæso quòd sicut lutum féceris me, & in púlverem redúces me. Nonne sicut lac mulsísti me, & sicut cáseum me coagulásti? Pelle & cárnibus vestísti me: óssibus

bus & nervis compegísti me: Vitam & misericordiam tribuísti mihi, & visitátio tua custodívit spíritum meum.

℟. Dómine quando véneris iudicâre terram, ubi me abscóndam à vultu iræ tuæ? * Quia peccávi nimis in vita mea. ℣. Commíssa mea pavésco, & ante te erubésco; dum véneris iudicâre, noli me condemnâre. Quia. ℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine: & lux perpétua lúceat eis. Quia.

Posteà ad Laudes, ut infrà. lxxxii. quando dicitur unum tantum Nocturnum.

## IN II. NOCTURNO

Pro Féria tértia & sexta.

Antiphona. In loco páscuæ.

### PSALMUS 22.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit: * in loco páscuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educâvit me: * ánimam meam convértit.

Dedúxit me super sémitas iustítiæ, * propter nomen suum.

Nam, & si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala: * quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculus tuus: * ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam, * advérsus eos, qui tríbulant me.

Impinguásti in óleo caput meum: * & calix meus inébrians quam præclârus est!

Et misericórdia tua subsequêtur me * ómnibus diêbus vitæ meæ:

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diêrum.

Réquiem ætérnam.

Antiphona. In loco páscuæ ibi me collocâvit.

Antiphona. Delícta.

### PSALMUS 24.

AD te Dómine elevávi ánimam meam:* Deus meus in te confído, non erubéscam:

Neque irrídeant me inimíci mei: * étenim univérsi, qui sústinent te, non confundéntur.

Confundántur omnes iniqua agéntes * supervácuè.

Vias tuas Dómine demónstra mihi: * & sémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritâte tua, & doce me: * quia tu es Deus salvátor meus, & te sustínui tota die.

Reminíscere miseratiónum tuárum Dómine, * & misericordiárum tuárum, quæ à sǽculo sunt.

Delícta iuventûtis meæ, * & ignorántias meas ne memíneris.

Secúndùm misericórdiam tuam meménto mei tu: * propter bonitâtem tuam Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus: * propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

Díriget mansuétos in iudício: * docébit mites vias suas.

Univérsæ viæ Dómini, misericórdia & véritas, * requiréntibus testaméntum eius & testimónia eius.



Propter nomen tuum Dómine propitiáberis peccáto meo: * multum est enim.

Quis est homo qui timet Dóminum? * legem státuit ei in via, quam elégit.

Anima eius in bonis demorábitur: * & semen eius hereditâbit terram.

Firmaméntum est Dóminus timéntibus eum: * & testaméntum ipsíus ut manifestêtur illis.

Oculi mei semper ad Dóminum: * quóniàm ipse evéllet de láqueo pedes meos.

Réspice in me, & miserêre mei: * quia únicus & pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sunt: * de necessitátibus meis érue me.

Vide humilitâtem meam, & labórem meum: * & dimitte univérsa delícta mea.

Réspice inimícos meos quóniàm multiplicáti sunt, * & ódio iníquo odérunt me.

Custódi ánimam meam, & érue me: * non erubéscam quóniàm sperávi in te.

Innocéntes & recti adhæsérunt mihi: * quia sustínui te.

Líbera Deus Israël, * ex ómnibus tribulatiónibus suis.

Réquiem ætérnam.

Antiphona. Delícta iuventútis meæ, & ignorántias meas ne memíneris Dómine.

Antiphona. Credo vidêre.

### PSALMUS 26.

DOminus illuminátio mea, & salus mea, * quem timêbo?

Dóminus protéctor vitæ meæ, * à quo trepidábo?

Dum appropiant super me nocéntes, * ut edant carnes meas:

Qui tríbulant me inimíci mei, * ipsi infirmáti sunt, & cecidérunt.

Si consístant advérsùm me castra, * non timêbit cor meum.

Si exúrgat advérsùm me prǽlium, * in hoc ego sperábo.

Unam pétij à Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diêbus vitæ meæ:

Ut vídeant voluptâtem Dómini, * & vísitent templum eius.

Quóniàm abscóndit me in tabernáculo suo: * in die malórum protéxit me in abscóndito tabernáculi sui.

In petra exaltâvit me: * & nunc exaltâvit caput meum super inimícos meos.

Circuívi, & immolávi in tabernáculo eius hóstiam vociferatiónis: * cantábo, & psalmum dicam Dómino.

Exáudi Dómine vocem meam, qua clamávi ad te: * miserêre mei, & exáudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisívit te fácies mea: * fáciem tuam Dómine requíram.

Ne avértas fáciem tuam à me: * ne

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ne declínes in ira à servo tuo.

Adiútor meus esto: * ne derelínquas me, neque despícias me Deus salutáris meus.

Quoniàm pater meus, & mater mea dereliquérunt me: * Dóminus autem assúmpsit me.

Legem pone mihi Dómine in via tua: * & dírige me in sémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me: * quoniàm insurrexérunt in me testes iníqui, & mentíta est iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Expécta Dóminum, viríliter age: * & confortétur cor tuum, & sústine Dóminum.

Réquiem ætérnam.

Antiphona. Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium.

℣. Collocet eos Dóminus cum princípibus. ℟. Cum princípibus pópuli sui. Pater noster. totum secretò.

LECTIO IV. *Iob 13. d*

Respónde mihi. Quantas hábeo iniquitátes & peccáta, scélera mea & delícta osténde mihi. Cur fáciem tuam abscóndis, & arbitráris me inimícum tuum? Contra fólium, quod vento rápitur, osténdis poténtiam tuam, & stípulam siccam perséqueris: Scribis enim contra me amaritúdines, & consúmere me vis peccátis adolescéntiæ meæ. Posuísti in nervo pedem meum, & observásti omnes sémitas meas, & vestígia pedum meórum considerásti: Qui quasi putrédo consuméndus sum, & quasi vestiméntum, quod coméditur à tinea.

℟. Meménto mei Deus, quia ventus est vita mea, * Nec aspíciat me visus hóminis. ℣. De profúndis clamávi ad te Dómine, Dómine exáudi vocem meam. Nec aspíciat.

LECTIO V. *Iob 14.*

Homo natus de mulíere, brevi vivens témpore, replétur multis misérijs. Qui quasi flos egréditur & contéritur, & fugit velut umbra, & numquam in eódem statu pérmanet. Et dignum ducis super huiuscémodi aperíre óculos tuos, & addúcere eum tecum in iudícium? Quis potest fácere mundum de immúndo concéptum sémine? nonne tu qui solus es? Breves dies hóminis sunt, númerus ménsium eius apud te est: constituísti términos eius, qui præteríri non póterunt. Recéde paululúm ab eo, ut quiéscat, donec optáta véniat sicut mercenárij dies eius.

℟. Hei mihi Dómine, quia peccávi nimis in vita mea: Quid fáciam miser? ubi fúgiam, nisi ad te Deus meus? * Miserére mei, dum véneris in novíssimo die. ℣. Anima mea turbáta est valdè, sed tu Dómine succúrre ei. Miserére.

LECTIO VI. *Iob 14. c*

Quis mihi hoc tríbuat, ut in inférno prótegas me,



& abscóndas me, donec pertránseat furor tuus, & constítuas mihi tempus, in quo recordéris mei? Putásne mórtuus homo rursùm vivat? cunctis diébus, quibus nunc mílito, expécto donec véniat immutátio mea. Vocábis me, & ego respondébo tibi: óperi mánuum tuárum pórriges déxteram. Tu quidem gressus meos dinumerásti, sed parce peccátis meis.

℟. Ne recordéris peccáta mea Dómine, * Dum véneris iudicáre sǽculum per ignem. ℣. Dírige Dómine Deus meus in conspéctu tuo viam meam. Dum véneris. ℣. Réquiem ætérnam. Dum véneris.

Pósteà ad Laudes, ùt infrà, lxxxii. quando dícitur unum tantùm Noctúrnum.

## IN III. NOCTURNO.

Pro Féria quarta & Sábbato.

Antiphona. Compláceat.

PSALMUS 39.

Expéctans expectávi Dóminum, * & inténdit mihi.

Et exaudívit preces meas: * & edúxit me de lacu misériæ, & de luto fæcis.

Et státuit super petram pedes meos: * & diréxit gressus meos.

Et immísit in os meum cánticum novum, * carmen Deo nostro.

Vidébunt multi, & timébunt: * & sperábunt in Dómino.

Beátus vir, cuius est nomen Dómini spes eius: * & non respéxit in vanitátes & insánias falsas.

Multa fecísti tu Dómine Deus meus mirabília tua: * cogitatiónibus tuis non est qui símilis sit tibi.

Annunciávi, & locútus sum: * multiplicáti sunt super númerum.

Sacrifícium & oblatiónem noluísti: * aures autem perfecísti mihi.

Holocáustum & pro peccáto non postulásti: * tunc dixi: Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me ut fácerem voluntátem tuam: * Deus meus vólui, & legem tuam in médio cordis mei.

Annunciávi iustítiam tuam in ecclésia magna, * ecce lábia mea non prohibébo: Dómine tu scisti.

Iustítiam tuam non abscóndi in corde meo: * veritátem tuam & salutáre tuum dixi.

Non abscóndi misericórdiam tuam, & veritátem tuam * à concílio multo.

Tu autem Dómine ne longè fácias miseratiónes tuas à me, * misericórdia tua & véritas tua semper suscepérunt me.

Quoniàm circumdedérunt me mala, quorum non est númerus: * comprehendérunt me iniquitátes meæ, & non pótui ut vidérem.

Multiplicátæ sunt super capíllos cápitis mei: * & cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi Dómine ut éruas me: * Dómine, ad adiuvándum me réspice.

Confundántur & revereántur si-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

simul, qui quærunt ánimam meam, * ut áuferant eam.

Convertántur retrórsum, & revereántur * qui volunt mihi mala.

Ferant conféstim confusiónem suam, * qui dicunt mihi: Euge, euge:

Exúltent & læténtur super te omnes quæréntes te: * & dicant semper: Magnificêtur Dóminus: qui díligunt salutáre tuum.

Ego autem mendícus sum, & pauper: * Dóminus solícitus est mei.

Adiûtor meus, & protéctor meus tu es: * Deus meus ne tardáveris.

Réquiem ætérnam.

Antiphona. Compláceat tibi Dómine, ut erípias me: Dómine ad adiuvándum me réspice.

Antiphona. Sana Dómine.

### Psalmus 40.

Beátus qui intélligit super egénum, & páuperem: * in die mala liberávit eum Dóminus.

Dóminus consérvet eum, & vivíficet eum, & beátum fáciat eum in terra: * & non tradat eum in ánimam inimicórum eius.

Dóminus opem ferat illi super lectum dolóris eius: * univérsum stratum eius versásti in infirmitáte eius.

Ego dixi: Dómine miserêre mei: * sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi: * Quando moriêtur, & períbit nomen eius?

Et si ingrediebâtur ut vidéret, vana loquebâtur, * cor eius congregâvit iniquitâtem sibi.

Egrediebâtur foràs, * & loquebâtur in idípsum.

Advérsùm me susurrábant omnes inimíci mei: * advérsùm me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum constituérunt advérsùm me: * Numquid qui dormit non adiíciet ut resúrgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo sperávi: * qui edébat panes meos, magnificávit super me supplantatiónem.

Tu autem Dómine miserêre mei, & resúscita me: * & retríbuam eis.

In hoc cognóvi quóniàm voluísti me: * quóniàm non gaudébit inimícus meus super me.

Me autem propter innocéntiam suscepísti: * & confirmásti me in conspéctu tuo in ætérnum.

Benedíctus Dóminus Deus Israël à sæculo, & usque in sæculum: * fiat, fiat.

Réquiem ætérnam.

Antíphona. Sana Dómine ánimam meam, quia peccávi tibi.

Antíphona. Sitívit.

### Psalmus 41.

Quemádmodùm desíderat cervus ad fontes aquárum: * ità desíderat ánima mea ad te Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum: * quando véniam

niam



niam & apparêbo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte: * dum dícitur mihi quotídie: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordâtus sum, & effúdi in me ánimam meam: * quoniàm transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei:

In voce exultatiónis, & conféssiónis: * sonus epulántis.

Quare tristis est ánima mea? * & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniàm adhuc confitêbor illi: * salutáre vultus mei, & Deus meus.

Ad meipsum ánima mea conturbâta est: * proptéreà memor ero tui de terra Iordánis, & Hermoniìm à monte módico.

Abýssus abýssum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélsa tua, & fluctus tui * super me transiérunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam: * & nocte cánticum eius.

Apud me orátio Deo vitæ meæ, * dicam Deo: Suscéptor meus es,

Quare oblítus es mei? * & quare contristâtus incédo, dum affligit me inimícus?

Dum confringúntur ossa mea, * exprobravérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei:

Dum dicunt mihi per síngulos dies: Ubi est Deus tuus? * quare tristis es ánima mea? & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniàm adhuc confitêbor illi: * salutâre vultus mei, & Deus meus.

Réquiem ætérnam.

Antiph. Sitívit ánima mea ad Deum vivum: quando véniam, & apparêbo ante fáciem Dómini? ℣. Ne tradas béstijs ánimas confiténtes tibi. ℟. Et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem. Pater noster. totum secrétò.

### Lectio VII. *Iob* 17.

Spíritus meus attenuábitur, dies mei breviabúntur, & solùm mihi súperest sepulchrum. Non peccávi, & in amaritudínibus morâtur óculus meus. Líbera me Dómine, & pone me iuxta te, & cuiúsvis manus pugnet contra me. Dies mei transiérunt, cogitatiónes meæ dissipâtæ sunt, torquéntes cor meum: Noctem vertérunt in diem, & rursùm post ténebras spero lucem. Si sustinúero, inférnus domus mea est, & in ténebris stravi léctulum meum. Putrédini dixi: Pater meus es, mater mea, & soror mea, vérmibus. Ubi est ergo nunc præstolátio mea, & patiéntiam meam quis consíderat?

℟. Peccántem me quotídiè, & non me pœniténtem, timor mortis contúrbat me: * Quia in inférno nulla est redémptio, miserêre mei Deus, & salva me. ℣. Deus in nómine tuo salvum me fac, & in virtûte tua líbera me. Quia.

### Lectio VIII. *Iob* 19. c

Pelli meæ, consúmptis cárnibus, adhæsit os meum, &

f de-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

derelícta sunt tantúmmodò lábia circa dentes meos. Miserémini mei, miserémini mei, saltem vos amici mei, quia manus Dómini tétigit me. Quare persequímini me sicut Deus, & cárnibus meis saturámini? Quis mihi tríbuat ut scribántur sermónes mei? quis mihi det ut exaréntur in libro stylo férreo, & plumbi lámina, vel celte sculpántur in sílice? Scio enim quod Redémptor meus vivit, & in novíssimo die de terra surrectúrus sum: Et rursùm circúmdabor pelle mea, & in carne mea vidébo Deum meum. Quem visúrus sum ego ipse, & óculi mei conspectúri sunt, & non álius: repósita est hæc spes mea in sinu meo.

℟. Dómine secúndùm actum meum noli me iudicáre: nihil dignum in conspéctu tuo egi: ídeo déprecor maiestátem tuam, * Ut tu Deus déleas iniquitátem meam. ℣. Amplius lava me Dómine ab iniustítia mea, & à delícto meo munda me. Ut tu Deus déleas.

Lectio ix. *Iob* 10. *d*

Quare de vulva eduxísti me? qui útinam consúmptus essem ne óculus me vidéret. Fuíssem quasi non essem, de útero translátus ad túmulum. Numquid non páucitas diérum meórum finiétur brevi? dimítte ergo me, ut plangam paúlulum dolórem meum: Antequam vadam & non revértar, ad terram tenebrósam, & opértam mortis calígine: Terram misériæ & tenebrárum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempitérnus horror inhábitat.

℟. Líbera me Dómine de vijs inférni, qui portas æreas confregísti: & visitásti inférnum, & dedísti eis lumen, ut vidérent te: * Qui erant in pœnis tenebrárum. ℣. Clamántes & dicéntes, Advenísti Redémptor noster. Qui erant ℣. Réquiem ætérnam. Qui erant.

Sequens ℟. dícitur solúmmodò in die Commemoratiónis ómnium Defunctórum, & quandocúmque pro Defunctis dicúntur novem Lectiónes.

℟. Líbera me Dómine de morte ætérna, in die illa treménda: * Quando cæli movéndi sunt & terra: * Dum véneris iudicáre sǽculum per ignem. ℣. Tremens factus sum ego, & tímeo, dum discússio vénerit, atque ventúra ira. Quando. ℣. Dies illa, dies iræ, calamitátis & misériæ, dies magna & amára valdè. Dum véneris. ℣. Réquiem ætérnam. Líbera me. usque ad primum versum.

## AD LAUDES,

Absolùtè incípitur.

Antiphona. Exultábunt Dómino.

Psalmus 50.

Miserére mei Deus, * secúndùm magnam misericórdiam tuam.

Et secúndùm multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: *



mea: * & à peccáto meo munda me.

Quóniàm iniquitátem meam ego cognósco: * & peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, & malum coram te feci: * ut iustificéris in sermónibus tuis, & vincas cùm iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum: * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta & occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, & mundábor: * lavábis me, & super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium & lætítiam: * & exultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam à peccátis meis: * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * & spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua: * & spíritum sanctum tuum nè áuferas à me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui: * & spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas: * & ímpij ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis meæ: * & exultábit lingua mea iustítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: * & os meum annunciábit laudem tuam.

Quóniàm si voluísses sacrifícium, dedíssem útique: * holocáustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum, & humiliátum Deus non despícies.

Benígnè fac Dómine in bona voluntáte tua Sion: * ut ædificéntur muri Ierúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium iustítiæ, oblatiónes, & holocáusta: * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Réquiem ætérnam.

Antiphona. Exultábunt Dómino ossa humiliáta.

Antiphona. Exáudi Dómine.

Psalmus 64.

Te decet Hymnus Deus in Sion: * & tibi reddétur votum in Ierúsalem.

Exáudi oratiónem meam: * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt super nos: * & impietátibus nostris tu propitiáberis.

Beátus, quem elegísti, & assumpsísti: * inhabitábit in átrijs tuis.

Replébimur in bonis domus tuæ: * sanctum est templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exáudi nos Deus salutáris noster, * spes ómnium fínium terræ, & in mari longè.

Præparans montes in virtúte tua, accínctus poténtia: * qui contúrbas profúndum maris, sonum flúctuum eius.

Turbabúntur gentes, & timébunt qui hábitant términos à signis tuis: * éxitus matutíni & véspere delectábis.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

Visitásti terram, & inebriásti eam: * multiplicásti locupletáre eam.

Flumen Dei replêtum est aquis, parásti cibum illórum: * quóniàm ità est præparátio eius.

Rivos eius inébria, multíplica genímina eius: * in stillicídijs eius lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitâtis tuæ: * & campi tui replebúntur ubertâte.

Pinguéscent speciósa desérti: * & exultatióne colles accingéntur.

Indúti sunt aríetes óvium, & valles abundábunt fruménto: * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Réquiem ætérnam.

Antíphona. Exáudi, Dómine, oratiónem meam: ad te omnis caro véniet.

Antíphona. Me suscêpit.

### Psalmus 62.

Deus Deus meus * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta, & ínvia, & inaquósa: * sic in sancto appárui tibi, ut vidérem virtútem tuam, & glóriam tuam.

Quóniàm mélior est misericórdia tua super vitas: * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea: * & in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe & pinguédine repleátur ánima mea: * & lábijs exultatiônis laudâbit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutínis meditâbor in te: * quia fuísti adiútor meus.

Et in velaménto alârum tuârum exultábo, adhæsit ánima mea post te: * me suscêpit déxtera tua.

Ipsi verò in vanum quæsiérunt ánimam meam, introíbunt in inferióra terræ: * tradéntur in manus gládij, partes vúlpium erunt.

Rex verò lætábitur in Deo, laudabúntur omnes qui iurant in eo: * quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.

Hic non dícitur, Réquiem ætérnam.

### Psalmus 66.

Deus misereâtur nostri, & benedícat nobis: * illúminet vultum suum super nos, & misereâtur nostri.

Ut cognoscâmus in terra viam tuam: * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus: * confiteántur tibi pópuli omnes.

Lætêntur & exúltent gentes: * quóniàm iúdicas pópulos in æquitâte, & gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus, confiteántur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus: * & métuant eum omnes fines terræ.

Réquiem ætérnam.





Antíphona. Me suscêpit déxtera tua Dómine.

Antíphona. A porta ínferi.

### Canticum Ezechiæ.

*Isaiæ 38. b*

Ego dixi: In dimídio diêrum meórum * vadam ad portas ínferi.

Quæsivi resíduum annórum meórum. * Dixi: Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium.

Non aspíciam hóminem ultra, * & habitatórem quiêtis.

Generátio mea ablâta est; & convolúta est à me, * quasi tabernáculum pastórum:

Præcisa est velut à texénte, vita mea: dum adhuc ordíret, succídit me: * de manè usque ad vésperam fínies me.

Sperâbam usque ad manè, * quasi leo sic contrívit ómnia ossa mea:

De manè usque ad vésperam fínies me: * sicut pullus hirúndinis sic clamâbo, meditâbor ùt colúmba:

Attenuâti sunt óculi mei, * suspiciéntes in excélsum:

Dómine vim pátior, respónde pro me. * Quid dicam, aut quid respondêbit mihi, cum ipse fécerit?

Recogitâbo tibi omnes annos meos * in amaritúdine ánimæ meæ.

Dómine si sic vívitur, & in tálibus vita spíritus mei, corrípies me, & vivificâvis me. * Ecce in pace amaritûdo mea amaríssima.

Tu autem eruísti ánimam meam ut non períret, * proiecísti post tergum tuum ómnia peccâta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi, neque mors laudâbit te: * non expectábunt qui descéndunt in lacum, veritâtem tuam.

Vivens vivens ipse confitébitur tibi, sicut & ego hódie: * pater fílijs notam fáciet veritâtem tuam.

Dómine salvum me fac, * & psalmos nostros cantábimus cunctis diêbus vitæ nostræ in domo Dómini.

Réquiem ætérnam.

Antíphona. A porta ínferi érue Dómine ánimam meam.

Antíphona. Omnis spíritus.

### Psalmus 148.

Laudâte Dóminum de cælis: * laudâte eum in excélsis.

Laudâte eum omnes ángeli eius: * laudâte eum omnes virtútes eius.

Laudâte eum sol & luna: * laudâte eum omnes stellæ, & lumen.

Laudâte eum cæli cælórum: * & aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipsi dixi, & facta sunt: * ipse mandâvit, & creâta sunt.

Státuit ea in ætérnum, & in sæculum sǽculi: * præcéptum pósuit, & non præteríbit.

Laudâte Dóminum de terra, * dracónes, & omnes abýssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ fáciunt verbum eius:



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Montes, & omnes colles: * ligna fructífera, & omnes cedri.

Béstiæ, & univérsa pécora: * serpéntes, & vólucres pennatæ:

Reges terræ, & omnes pópuli: * príncipes, & omnes iúdices terræ.

Iúvenes, & vírgines: senes cum iunióribus laudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen eius solíus.

Conféssio eius super cælum, & terram: * & exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis eius: * fílijs Israël, pópulo appropinquanti sibi.

*Hic non dícitur*, Réquiem ætérnam.

PSALMUS 149.

Cantáte Dómino cánticum novum: * laus eius in ecclésia sanctórum.

Lætétur Israël in eo, qui fecit eum: * & fílij Sion exúltent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro: * in týmpano, & psaltério psallant ei:

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo: * & exaltábit mansuétos in salútem.

Exultábunt sancti in glória: * lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum: * & gládij ancípites in mánibus eórum:

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus: * increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus: * & nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis iudícium conscríptum: * glória hæc est ómnibus sanctis eius.

*Hic non dícitur*, Réquiem ætérnam. PSALMUS 150.

Laudáte Dóminum in sanctis eius: * laudáte eum in firmaménto virtútis eius.

Laudáte eum in virtútibus eius: * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis eius.

Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério, & cíthara.

Laudáte eum in týmpano, & choro: * laudáte eum in chordis, & órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: laudáte eum in cýmbalis iubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dóminum.

Réquiem ætérnam.

Antiphona. Omnis spíritus laudet Dóminum. ℣. Audívi vocem de cælo dicéntem mihi. ℟. Beáti mórtui, qui in Dómino moriúntur.

Antíphona. Ego sum.

CANTICUM ZACHARIÆ.

*Lucæ 1. g*

Benedíctus Dóminus Deus Israël, * quia visitávit, & fecit redemptiónem plebis suæ:

Et eréxit cornu salútis nobis: * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui à sæculo sunt, prophetárum eius:

Salútem ex inimícis nostris, *

&



& de manu ómnium, qui odérunt nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * & memorári testaménti sui sancti.

Iusiurándum, quod iurávit ad Abraham patrem nostrum, * datúrum se nobis:

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi.

In sanctitáte, & iustítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, prophéta Altíssimi vocáberis: * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius:

Ad dandam sciéntiam salútis plebi eius: * in remissiónem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitávit nos, óriens ex alto:

Illumináre his, qui in ténebris, & in umbra mortis sedent: * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Réquiem ætérnam.

Antiphona. Ego sum resurréctio, & vita: qui credit in me, étiam si mórtuus fúerit, vivet: & omnis qui vivit, & credit in me, non moriétur in ætérnum.

*Preces infrascriptæ dicúntur flexis génibus.* Pater noster. *secréto.* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo.

PSALMUS 129.

De profúndis clamávi ad te Dómine: * Dómine exáudi vocem meam:

Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine: * Dómine quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est: * & propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo eius: * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem: * speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: * & copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israël, * ex ómnibus iniquitátibus eius.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

*Deinde* ℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimas eórum. ℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

ORATIO.

Deus, qui inter Apostólicos sacerdótes, fámulos tuos Pontificáli, seu sacerdotáli fecísti dignitáte vigére: præsta quǽsumus, ut eórum quoque perpétuo aggregéntur consórtio.

Deus, véniæ largítor, & humánæ salútis amátor: quǽsumus cleméntiam tuam: ut nostræ congregatiónis fratres, propínquos, & benefactóres, qui ex hoc sǽculo transiérunt, beáta María semper vírgine intercedénte cum ómnibus Sanc-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concédas.

Fidélium Deus ómnium Cónditor & Redémptor, animâbus famulorum famularúmque tuârum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

In die verò Commemoratiónis ómnium fidélium Defunctorum, quando dicitur hæc última tantùm Orátio, dicitur Qui vivis & regnas cùm Deo Patre in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculôrum. ℟. Amen.

In die depositiónis defúncti.

ORATIO.

Absólve, quǽsumus Dómine, ánimam fámuli tui N. ut defúnctus sǽculo, tibi vivat: & quæ per fragilitátem carnis humána conversatióne commisit, tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Dñm.

Si fúerit fémina, dicâtur ánimam fámulæ tuæ N. ut defúncta.

In anniversário die. ORATIO.

Deus indulgentiârum Dómine, da animâbus famulôrum famularúmque tuârum, quorum anniversárium depositiónis diem commemorámus, refrigérij sedem, quiétis beatitúdinem, & lúminis claritátem. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Si pro uno tantùm fit anniversárium, dicâtur in singulari número.

Pro uno Epíscopo defúncto.

ORATIO.

Deus qui inter Apostólicos sacerdótes, fámulum tuum N. Pontificáli fecísti dignitâte vigêre: præsta quǽsumus, ut eórum quoque perpétuo aggregêtur consórtio. Per Dóminum nostrum.

Si fúerit sacérdos, dicâtur Sacerdotáli fecísti, &c.

Pro frátribus verò & familiáribus, vel benefactóribus, dícitur Orátio. Deus, véniæ largítor. ut suprà. lxxi.

Pro patre & matre. ORATIO.

Deus, qui nos patrem & matrem honoráre præcepísti: miserêre cleménter animâbus patris ac matris meæ, eorúmque peccáta dimitte: meque eos in ætérnæ claritátis gáudio fac vidêre. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Si fit pro plúribus, dicâtur animâbus paréntum nostrôrum. & ubi dícitur meque, dicâtur nosque.

Si pro patre tantùm, dicâtur ánimæ patris mei vel nostri.

Si pro matre tantùm, dicâtur ánimæ matris meæ vel nostræ.

Pro uno defúncto. ORATIO.

Inclína Dómine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecâmur: ut ánimam fámuli tui, quam de hoc sǽculo migrâre iussísti, in pacis ac lucis regióne constítuas: & Sanctôrum tuó-



tuôrum iúbeas esse consórtem. Per Dóminum nostrum.

Pro una defúncta. ORATIO.

Quǽsumus Dómine, pro tua pietáte miserêre ánimæ fámulæ tuæ: & à contágiis mortalitátis exútam, in ætérnæ salvationis partem restítue. Per Dominum nostrum.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine. ℟. Et lux perpétua lúceat eis. ℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.

# PSALMI GRADUALES

Dicúntur in Quadragésima Féria quarta cuiúslibet Hebdómadæ, non impedita aliquo Festo novem Lectionum: in Choro, ante Matutínum diêi: extra Chorum, pro opportunitâte témporis.

Primi quinque Psalmi dicúntur sine Glória Patri. Sed in fine ultimi dícitur, Réquiem ætérnam.

Incípitur absolúte sine Antíphona.

## PSALMUS 119.

Ad Dóminum cùm tribulárer clamávi: * & exaudivit me.

Dómine líbera ánimam meam à lábiis iníquis, * & à lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponâtur tibi * ad linguam dolôsam?

Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolâtus meus prolongâtus est: habitávi cum habitántibus Cedar: * multùm íncola fuit ánima mea.

Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: * cùm loquêbar illis, impugnábant me gratis.

## PSALMUS 120.

Levávi óculos meos in montes, * undè véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cælum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum: * neque dormitet qui custódit te.

Ecce non dormitâbit neque dórmiet, * qui custódit Israël.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te: * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo: * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat introítum tuum, & éxitum tuum: * ex hoc nunc, & usque in sǽculum.

## PSALMUS 121.

Lætâtus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átriis tuis Ierúsalem.

Ierúsalem, quæ ædificâtur ut cívitas: * cuius participátio eius in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini: * testimónium Israël ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in iudício, * sedes super domum David.

Rogâte quæ ad pacem sunt Ierú-

rusalem: * & abundántia diligéntibus te:

Fiat pax in virtúte tua: * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meos, * loquêbar pacem de te:

Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsívi bona tibi.

PSALMUS 122.

AD te levávi óculos meos, * qui hábitas in cælis.

Ecce sicut óculi servórum, * in mánibus dominórum suórum,

Sicut óculi ancíllæ in mánibus dóminæ suæ: * ità óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum donec misereátur nostri.

Miserère nostri Dómine, miserère nostri: * quia multùm repléti sumus despectióne:

Quia multùm repléta est ánima nostra, * oppróbrium abundántibus, & despéctio supérbis.

PSALMUS 123.

NIsi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israël: * nisi quia Dóminus erat in nobis,

Cùm exúrgerent hómines in nos, * fortè vivos deglutíssent nos:

Cùm irascerêtur furor eórum in nos, * fórsitan aqua absorbuísset nos.

Torréntem pertransívit ánima nostra: * fórsitan pertransísset ánima nostra aquam intolerábilem.

Benedíctus Dóminus * qui non dedit nos, in captiónem déntibus eórum.

Anima nostra sicut passer erépta est * de láqueo venántium:

Láqueus contrítus est, * & nos liberáti sumus.

Adiutórium nostrum in nómine Dómini, * qui fecit cælum & terram.

Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

Deindè dícitur flexis génibus,

Pater noster. secrétò. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo. ℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimas eórum. ℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. ORATIO.

ABsólve, quǽsumus Dómine, ánimas famulórum famularúmque tuárum, & ómnium fidélium defunctórum, ab omni vínculo delictórum: ut in resurrectiónis glória inter sanctos & eléctos tuos resuscitáti respírent. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Post Oratiónem statim dicúntur alij Psalmi Graduales, qui sequúntur: & in fine cuiúslibet Psalmi dícitur, Glória Patri.

PSALMUS 124.

QUi confídunt in Dómino, sicut mons Sion: * non commovébitur in ætérnum, qui hábitat in Ierúsalem.

Montes in circúitu eius: * & Dóminus in circúitu pópuli sui, ex hoc nunc & usque in sǽculum.

Quia non relínquet Dóminus virgam peccatórum super sortem



tem iustórum: * ut non exténdant iusti ad iniquitátem manus suas.

Bénefac Dómine bonis, * & rectis corde.

Declinántes autem in obligatiónes, addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem: * pax super Israël. Glória Patri.

PSALMUS 125.

IN converténdo Dóminus captivitátem Sion: * facti sumus sicut consoláti:

Tunc replêtum est gáudio os nostrum: * & lingua nostra exultatióne.

Tunc dicent inter gentes: * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fácere nobíscum: * facti sumus lætántes.

Convérte Dómine captivitátem nostram, * sicut torrens in Austro.

Qui séminant in lácrymis, * in exultatióne metent.

Eúntes ibant & flebant, * mitténtes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum exultatióne, * portántes manípulos suos. Glória Patri.

PSALMUS 126.

NIsi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustrà vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cùm déderit diléctis suis somnum: * ecce heréditas Dómini filij: merces, fructus ventris.

Sicut sagíttæ in manu poténtis: * ita filij excussórum.

Beátus vir qui implévit desidérium suum ex ipsis: * non confundêtur cum loquêtur inimícis suis in porta.

Glória Patri, & Fílio.

PSALMUS 127.

BEáti omnes, qui timent Dóminum, * qui ámbulant in vijs eius.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis: * beátus es, & benè tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abúndans, * in latéribus domus tuæ.

Fílij tui sicut novéllæ olivárum, * in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicêtur homo, * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion: * & vídeas bona Ierúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas fílios filiórum tuórum, * pacem super Israël.

Glória Patri, & Fílio.

PSALMUS 128.

SÆpè expugnavérunt me à iuventúte mea, * dicat nunc Israël:

Sæpè expugnavérunt me à iuventúte mea: * étenim non potuérunt mihi.

Supra dorsum meum fabricavérunt peccatóres: * prolongavérunt iniquitátem suam.

Dóminus iustus concídit cervíces peccatórum: * confundán-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dántur & convertántur retrórsùm omnes, qui odérunt Sion.
Fiant sicut fœnum tectorum: * quod priúsquam evellátur, exáruit:
De quo non implévit manum suam qui metit, * & sinum suum qui manípulos colligit.
Et non dixérunt qui prætéribant: Benedíctio Dómini super vos: * benedíximus vobis in nómine Dómini. Glória Patri.

*Póstea dícitur flexis génibus.*

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. *secrétò.* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo. ℣. Meménto congregatiónis tuæ. ℟. Quam possedísti ab inítio. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orêmus. ORATIO.

Deus, cui próprium est miseréri semper & párcere: súscipe deprecatiónem nostram, ut nos, & omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constríngit, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

*Post Oratiónem statìm dicúntur álij Psalmi Graduales, qui sequúntur, & in fine cujúslibet Psalmi dícitur* Glória Patri.

## PSALMUS 129.

De profúndis clamávi ad te Dómine: * Dómine exáudi vocem meam:
Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.
Si iniquitátes observáveris Dómine: * Dñe quis sustinêbit?
Quia apud te propitiátio est: * & propter legem tuam sustínui te Dómine.
Sustínuit ánima mea in verbo eius: * sperávit ánima mea in Dómino.
A custódia matutína usque ad noctem: * speret Israël in Dómino.
Quia apud Dóminum misericórdia: * & copiósa apud eum redémptio.
Et ipse rédimet Israël, * ex ómnibus iniquitátibus eius.
Glória Patri.

## PSALMUS 130.

Dómine non est exaltâtum cor meum: * neque eláti sunt óculi mei.
Neque ambulávi in magnis: * neque in mirabílibus super me.
Si non humíliter sentiêbam: * sed exaltávi ánimam meam:
Sicut ablactâtus est super matre sua, * ità retribútio in ánima mea.
Speret Israël in Dómino, * ex hoc nunc & usque in sǽculum.
Glória Patri.

## PSALMUS 131.

Meménto Dómine David, * & omnis mansuetúdinis eius:
Sicut iurávit Dómino, * votum vovit Deo Iacob:
Si introíero in tabernáculum domus meæ, * si ascéndero in lectum strati mei:
Si dédero somnum óculis meis, * & pálpebris meis dormitatiónem:
Et réquiem tempóribus meis: donec invéniam locum Dómino, * tabernáculum Deo Iacob.
Ecce audívimus eam in Ephrata: * invénimus eam in campis silvæ.
Introíbimus in tabernáculum eius: * adorábimus in loco, ubi stetérunt pedes eius.
Surge Dómine in réquiem tuam, * tu & arca sanctificatiónis tuæ.
Sacerdótes tui induántur justítiam: * & sancti tui exúltent.
Propter David servum tuum, * non avértas fáciem Christi tui.
Iurávit Dóminus David veritátem, & non frustrábitur eam: * de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.
Si custodíerint fílij tui testaméntum meum, * & testimónia mea hæc, quæ docêbo eos:
Et fílij eórum usque in sǽculum, * sedébunt super sedem tuam.
Quoniàm elégit Dóminus Sion: * elégit eam in habitatiónem sibi.
Hæc réquies mea in sǽculum sǽculi: * hic habitábo quóniàm elégi eam.
Víduam eius benedícens benedícam: * páuperes eius saturábo pánibus.
Sacerdótes eius índuam salutári: * & sancti eius exultatióne exultábunt.
Illuc prodúcam cornu David, * parávi lucérnam Christo meo.
Inimícos eius índuam confusióne: * super ipsum autem efflorêbit sanctificátio mea.
Glória Patri, & Fílio.



## PSALMUS 132.

Ecce quàm bonum, & quàm iucúndum * habitáre fratres in unum:
Sicut unguéntum in cápite, * quod descéndit in barbam, barbam Aaron,
Quod descéndit in oram vestiménti eius: * sicut ros Hermon, qui descéndit in montem Sion.
Quoniàm illic mandávit Dóminus benedictiónem, * & vitam usque in sǽculum.
Glória Patri, & Fílio.

## PSALMUS 133.

Ecce nunc benedícite Dóminum, * omnes servi Dómini:
Qui statis in domo Dómini, * in átrijs domus Dei nostri,
In nóctibus extóllite manus vestras in sancta, * & benedícite Dóminum.
Benedícat te Dóminus ex Sion, * qui fecit cælum & terram. Glória Patri, & Fílio.

*Deinde dícitur flexis génibus.*

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. *secréto.* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo. ℣. Salvos fac servos tuos. ℟. Deus meus sperántes in te. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orêmus. ORATIO.

Prætênde Dómine fámulis & famulábus tuis déxteram cæléstis auxílij, ut te toto corde perquírant: & quæ digné póstulant, consequi mereántur.

Per

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

## SEPTEM PSALMI
### Pœnitentiáles cum Litaniis.

Dicúntur flexis génibus in ómnibus sextis Fériis Quadragésimæ, quando Offícium fit de Féria. Litaníæ autem, omissis Septem Psalmis, dicúntur in Litaniis maióribus in Festo S. Marci, & in tribus diébus Rogatiónum. Dicúntur autem in Quadragésima in Choro post Matutinum, & Laudes diéi, dicto. Benedicámus Dómino. extra Chorum pro opportunitáte témporis.

Antíphona. Ne reminiscâris.

### Psalmus 6.

Dómine, ne in furôre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me,

Miserére mei Dómine quóniàm infírmus sum: * sana me Dómine quóniàm conturbâta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbâta est valdè: * sed tu Dómine úsquequò?

Convértere Dómine, & éripe ánimam meam: * salvum me fac propter misericórdiam tuam,

Quóniàm non est in morte qui memor sit tui: * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavâbo per síngulas noctes lectum meum: * lácrymis meis stratum meum rigábo.

Turbâtus est à furôre óculus meus: * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite à me omnes qui operámini iniquitâtem: * quóniàm exaudívit Dñs vocem fletus mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam, * Dóminus oratiónem meam suscépit.

Erubéscant, & conturbéntur veheménter omnes inimíci mei: * convertántur & erubéscant valdè velóciter.

Glória Patri, & Fílio.

### Psalmus 31.

Beáti, quorum remíssæ sunt iniquitátes: * & quorum tecta sunt peccâta.

Beâtus vir, cui non imputávit Dóminus peccâtum, * nec est in spíritu eius dolus.

Quóniàm tácui, inveteravérunt ossa mea, * dum clamárem tota die.

Quóniàm die ac nocte gravâta est super me manus tua: * convérsum sum in ærúmna mea, dum configitur spina.

Delíctum meum cógnitum tibi feci: * & iniustítiam meam non abscóndi.

Dixi: Confitêbor advérsùm me iniustítiam meam Dómino: * & tu remisísti impietátem peccâti mei.

Pro hac orâbit ad te omnis sanctus, * in témpore opportúno.

Verúmtamen in dilúvio aquárum multârum, * ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum à tribulatióne, quæ circúmdedit me: * exultátio mea érue me à circumdántibus me.

Intelléctum tibi dabo, & ínstruam te in via hac, qua gradiéris: * firmâbo super te óculos meos.

No-



Nolíte fíeri sicut equus & mulus, * quibus non est intelléctus.

In camo & fræno maxíllas eórum constrínge, * qui non appróximant ad te.

Multa flagélla peccatôris, * sperántem autem in Dómino misericórdia circúmdabit.

Lætámini in Dómino, & exultâte iusti, * & gloriámini omnes recti corde. Glória Patri.

### Psalmus 37.

Dómine ne in furôre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Quóniàm sagíttæ tuæ infíxæ sunt mihi: * & confirmásti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea à fácie iræ tuæ: * non est pax óssibus meis à fácie peccatórum meórum.

Quóniàm iniquitátes meæ supergréssæ sunt caput meum: * & sicut onus grave gravátæ sunt super me.

Putruérunt & corrúptæ sunt cicatríces meæ, * à fácie insipiéntiæ meæ.

Miser factus sum, & curvâtus sum usque in finem: * tota die contristâtus ingrediébar.

Quóniàm lumbi mei impléti sunt illusiónibus: * & non est sánitas in carne mea.

Afflíctus sum, & humiliátus sum nimis: * rugiébam à gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desidérium meum: * & gémitus meus à te non est abscónditus.

Cor meum conturbâtum est, derelíquit me virtus mea: * & lumen oculórum meórum, & ipsum non est mecum.

Amíci mei, & próximi mei * advérsùm me appropinquavérunt, & stetérunt.

Et qui iuxta me erant, de longè stetérunt: * & vim faciébant qui quærébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala mihi, locúti sunt vanitátes: * & dolos tota die meditabántur.

Ego autem tamquam surdus non audiébam: * & sicut mutus non apériens os suum.

Et factus sum sicut homo non áudiens: * & non habens in ore suo redargutiónes.

Quóniàm in te Dómine sperávi: * tu exáudies me Dómine Deus meus.

Quia dixi: Nequándo supergáudeant mihi inimíci mei: * & dum commovéntur pedes mei, super me magna locúti sunt.

Quóniàm ego in flagélla parâtus sum: * & dolor meus in conspéctu meo semper.

Quóniàm iniquitâtem meam annunciábo: * & cogitâbo pro peccâto meo.

Inimíci autem mei vivunt, & confirmáti sunt super me: * & multiplicáti sunt qui odérunt me iníquè.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahébant mihi: * quóniàm sequébar bonitâtem.

Ne derelínquas me Dómine Deus meus: * ne discésseris à me.

Inténde in adiutórium meum, * Dómine Deus salútis meæ.

Glória Patri, & Fílio.

Psal-

### PSALMUS 50.

Miserére mei Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * & a peccáto meo munda me.

Quóniàm iniquitátem meam ego cognósco: * & peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, & malum coram te feci: * ut iustificéris in sermónibus tuis, & vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum: * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta, & occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, & mundábor: * lavábis me, & super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium & lætítiam: * & exultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam à peccátis meis: * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * & spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua: * & spíritum sanctum tuum nè áuferas à me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui: * & spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas: * & ímpij ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis meæ: * & exultábit lingua mea iustítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: * & os meum annunciábit laudem tuam.

Quoniàm si voluísses sacrifícium, dedíssem útique: * holocáustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum, & humiliátum Deus non despícies.

Benígnè fac Dómine in bona voluntáte tua Sion: * ut ædificéntur muri Ierúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium iustítiæ, oblatiónes, & holocáusta: * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Glória Patri, & Filio.

### PSALMUS 101.

Dómine exáudi oratiónem meam: * & clamor meus ad te véniat.

Non avértas fáciem tuam à me: * in quacúmque die tríbulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacúmque die invocávero te, * velóciter exáudi me.

Quia defecérunt sicut fumus dies mei: * & ossa mea sicut crémium aruérunt.

Percússus sum ùt fœnum, & áruit cor meum: * quia oblítus sum comédere panem meum.

A voce gémitus mei * adhæsit os meum carni meæ.

Símilis factus sum pellicáno solitúdinis: * factus sum sicut nycticórax in domicílio.

Vigilávi, * & factus sum sicut passer solitárius in tecto.

Tota die exprobrábant mihi ini-



inimíci mei: * & qui laudábant me, advérsùm me iurábant.

Quia cínerem tamquam panem manducábam, * & potum meum cum fletu miscébam.

A fácie iræ & indignatiónis tuæ: * quia élevans allisísti me.

Dies mei sicut umbra declinavérunt: * & ego sicut fœnum árui.

Tu autem Dómine in ætérnum pérmanes: * & memoriále tuum in generatiónem & generatiónem.

Tu exúrgens miseréberis Sion: * quia tempus miseréndi eius, quia venit tempus.

Quoniàm placuérunt servis tuis lápides eius: * & terræ eius miserebúntur.

Et timébunt Gentes nomen tuum Dómine, * & omnes reges terræ glóriam tuam.

Quia ædificávit Dóminus Sion: * & vidébitur in glória sua.

Respéxit in oratiónem humílium: * & non sprevit precem eórum:

Scribántur hæc in generatióne áltera: * & pópulus, qui creábitur, laudábit Dóminum:

Quia prospéxit de excélso sancto suo: * & Dóminus de cælo in terram aspéxit:

Ut audíret gémitus compeditórum: * ut solveret fílios interemptórum:

Ut annúncient in Sion nomen Dómini: * & laudent eius in Ierúsalem.

In conveniéndo pópulos in unum, * & reges ut sérviant Dómino.

Respóndit ei in via virtútis suæ: * Paucitátem diérum meórum núncia mihi.

Ne révoces me in dimídio diérum meórum: * in generatiónem & generatiónem anni tui.

Initio tu Dómine terram fundásti: * & ópera mánuum tuárum sunt cæli.

Ipsi peribunt, tu autem pérmanes: * & omnes sicut vestiméntum veteráscent.

Et sicut opertórium mutábis eos, & mutabúntur: * tu autem idem ipse es, & anni tui non defícient.

Filij servórum tuórum habitábunt: * & semen eórum in sæculum dirigétur. Glória Patri.

### PSALMUS 119.

De profúndis clamávi ad te Dómine: * Dómine exáudi vocem meam:

Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine: * Dómine quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est: * & propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo eius: * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem: * speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: * & copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israël, * ex ómnibus iniquitátibus eius.

Glória Patri, & Filio.

Psalmus 142.

Domine exáudi oratiônem meam: áuribus pércipe obsecratiônem meam in veritáte tua: * exáudi me in tua iustítia.

Et non intres in iudícium cum servo tuo: * quia non iustificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimícus ánimam meam: * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obscúris sicut mórtuos sǽculi: * & anxiátus est super me spíritus meus, in me turbâtum est cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, meditâtus sum in ómnibus opéribus tuis: * in factis manuum tuârum meditâbar.

Expándi manus meas ad te: * ánima mea sicut terra sine aqua tibi:

Velóciter exáudi me Dómine: * defécit spíritus meus.

Non avértas fáciem tuam à me: * & símilis ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè misericórdiam tuam:* quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem: * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis Dómine, ad te confúgi: * doce me fácere voluntâtem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: * propter nomen tuum Dómine vivificâbis me, in æquitáte tua.

Edúces de tribulatiône ánimam meam: * & in misericórdia tua dispérdes inimícos meos.

Et perdes omnes, qui tríbulant ánimam meam: * quóniàm ego servus tuus sum.

Glória Patri, & Filio.

Aña. Ne reminiscâris, Dómine, delícta nostra, vel paréntum nostrórum; neque vindíctam sumas de peccátis nostris.

## LITANIÆ.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Christe audi nos.
Christe exáudi nos.
Pater de cælis Deus, Miserêre nobis.
Fili Redémptor mundi Deus, Miserêre nobis.
Spíritus sancte Deus, Miserêre nobis.
Sancta Trínitas unus Deus, Miserêre nobis.
Sancta María, Ora pro nobis.
Sancta Dei Génitrix, ora.
Sancta Virgo Vírginum, ora.
Sancte Míchaël, ora.
Sancte Gábriel, ora.
Sancte Ráphaël, ora.
Omnes sancti Angeli & Archángeli, orâte pro nobis.
Omnes sancti beatórum spirítuum órdines, orâte pro nobis.
Sancte Ioánnes Baptísta, ora pro nobis.
Sancte Ioseph, ora.
Omnes sancti Patriárchæ & Prophétæ, orâte pro nobis.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Iacobe, ora.

Sanc-



Sancte Ioánnes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomǽe, ora.
Sancte Matthǽe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddǽe, ora.
Sancte Mathía, ora.
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes sancti Apóstoli & Evangelístæ, orâte.
Omnes sancti Discípuli Dómini, orâte.
Omnes sancti Innocéntes, orate pro nobis.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Lauréntì, ora.
Sancte Vincénti, ora.
Sancti Fabiâne & Sebastiâne, orâte pro nobis.
Sancti Ioánnes & Paule, orâte pro nobis.
Sancti Cosma, & Damiâne, orâte pro nobis.
Sancti Gervási & Protási, orâte pro nobis.
Omnes sancti Mártyres, orâte pro nobis.
Sancte Silvéster, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Ambrósi, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Nicoláe, ora.
Omnes sancti Pontífices & Confessóres, orâte.
Omnes sancti Doctóres, orâte pro nobis.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Bernárde, ora.
Sancte Domínice, ora.
Sancte Francísce, ora.
Omnes Sancti Sacerdótes & Levítæ, orâte.
Omnes Sancti Mónachi & Eremítæ, orâte.
Sancta María Magdalêna, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcília, ora.
Sancta Catharína, ora.
Sancta Anastásia, ora.
Omnes Sanctæ Vírgines & Víduæ, orâte.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercédite pro nobis.
Propítius esto, Parce nobis Dómine.
Propítius esto, Exáudi nos Dómine.
Ab omni malo, Líbera nos Dómine.
Ab omni peccáto, líbera.
Ab ira tua, líbera.
A subitánea & improvísa morte, líbera.
Ab insídijs diáboli, líbera.
Ab ira, & ódio, & omni mala voluntâte, líbera.
A spíritu fornicatiônis, líbera nos Dómine.
A fúlgore & tempestâte, líbera nos Dómine.
A morte perpétua, líbera.
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera.
Per Advéntum tuum, líbera nos Dómine.
Per Nativitâtem tuam, líbera nos Dómine.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Per baptísmum & sanctum ieiúnium tuum, líbera nos Dómine.

Per crucem & passiônem tuam, líbera.

Per mortem & sepultúram tuam, líbera.

Per sanctam resurrectiônem tuam, líbera.

Per admirábilem ascensiônem tuam, líbera.

Per advéntum Spíritus sancti Paráclitì, líbera.

In die iúdicij, líbera.

Peccatóres, Te rogâmus audi nos.

Ut nobis parcas, te rogâmus audi nos.

Ut nobis indúlgeas, te rogâmus audi nos.

Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignêris, te rogâmus audi nos.

Ut Ecclésiam tuam sanctam régere & conservâre dignêris, te rogâmus audi nos.

Ut domnum Apostólicum & omnes Ecclesiásticos órdines in sancta Religiône conservâre dignêris, te rogâmus audi nos.

Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliâre dignêris, te rogâmus audi nos.

Ut Régibus & Princípibus Christiánis pacem & veram concórdiam donâre dignêris, te rogâmus audi nos.

Ut cuncto pópulo Christiáno pacem & unitátem largíri dignêris, te rogâmus audi nos.

Ut nos metipsos in tuo sancto servitio confortâre & conservâre dignêris, te rogâmus.

Ut mentes nostras ad cæléstia desidéria érigas, te rogâmus audi nos.

Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona retríbuas, te rogâmus audi nos.

Ut ánimas nostras, fratrum, propinquórum, & benefactórum nostrorum ab ætérna damnatióne erípias, te rogâmus audi nos.

Ut fructus terræ dare & conservâre dignêris, te rogâmus audi nos.

Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donâre dignêris, te rogâmus.

Ut nos exaudíre dignêris, te rogâmus audi nos.

Fili Dei, te rogâmus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccâta mundi, Parce nobis Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccâta mundi, Exáudi nos Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccâta mundi, Miserêre nobis.

Christe audi nos. Christe exáudi nos. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. *secrétò.* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo.

PSALMUS 69.

DEus in adiutórium meum inténde: * Dómine ad adiuvándum me festína.

Confundántur, & revereántur, * qui quærunt ánimam meam:

Avertántur retrórsùm, & erubéscant, * qui volunt mihi mala:

Avertántur statim erubescéntes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exúltent & læténtur in te omnes qui quærunt te: * & dicant semper: Magnificêtur Dóminus: qui díligunt salutáre tuum.

Ego vero egênus, & pauper sum: * Deus ádiuva me.

Adiútor meus, & liberátor meus es tu: * Dómine ne moréris.

Glória Patri. Sicut erat.

℣. Salvos fac servos tuos. ℟. Deus meus sperántes in te. ℣. Esto nobis Dómine turris fortitúdinis. ℟. A fácie inimíci. ℣. Nihil profíciat inimícus in nobis. ℟. Et fílius iniquitátis non appônat nocêre nobis. ℣. Dómine non secúndùm peccâta nostra fácias nobis. ℟. Neque secúndùm iniquitátes nostras retríbuas nobis. ℣. Orêmus pro Pontífice nostro N. ℟. Dóminus consérvet eum, & vivíficet eum, & beâtum fáciat eum in terra, & non tradat eum in ánimam inimicórum eius. ℣. Orêmus pro benefactóribus nostris. ℟. Retribúere dignâre Dómine ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum vitam ætérnam, Amen. ℣. Orêmus pro fidélibus defúnctis. ℟. Réquiem ætérnam dona eis Dómine, & lux perpétua lúceat eis. ℣. Requiéscant in pace ℟. Amen. ℣. Pro frátibus nostris abséntibus. ℟. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperántes in te. ℣. Mitte eis Dómine auxílium de sancto. ℟. Et de Sion tuêre eos. ℣. Dómine exáudi oratiônem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orêmus. ORATIO.

DEus, cui próprium est miseréri semper & párcere: súscipe deprecatiônem nostram; ut nos, & omnes fámulos tuos, quos dilictórum catêna constríngit, miserátio tuæ pietâtis cleménter absolvat.

EXáudi, quǽsumus Dómine, súpplicum preces, & confiténtium tibi parce peccátis: ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benígnus & pacem.

INeffábilem nobis, Dómine, misericórdiam tuam cleménter osténde: ut simul nos & à peccátis ómnibus éxuas, & à pœnis, quas pro his merémur, erípias.

DEus, qui culpa offénderis, pœniténtia placâris, preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; & flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merêmur, avérte.

OMnípotens sempitérne Deus, miserêre fámulo tuo Pontífice nostro N. & dírige eum secúndùm tuam cleméntiam in viam salútis ætérnæ: ut te donante tibi plácita cúpiat, & tota virtúte perfíciat.

DEus, à quo sancta desidéria, recta consília & iusta sunt ópera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut & corda nostra manda-





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dátis tuis dédita, & hóstium sublàta formídine, témpora sint tua protectióne tranquilla.

URe igne sancti Spíritus renes nostros, & cor nostrum, Dómine: ut tibi casto córpore serviàmus, & mundo corde placeàmus.

FIdélium Deus ómnium Cónditor & Redémptor animàbus famulórum famularúmque tuàrum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum: ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, pijs supplicatiónibus consequántur.

ACtiónes nostras, quǽsumus Dómine aspirando prævéni, & adiuvándo prosèquere: ut cuncta nostra orátio & operátio à te semper incípiat, & per te cœpta finiàtur.

OMnipotens sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul & mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide, & ópere futúros esse prænóscis: te súpplices exorámus; ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quosque vel præsens sǽculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum iam exútos córpore suscépit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietàtis tuæ cleméntia, ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: qui tecum vivit & regnat. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo. ℣. Exàudiat nos omnípotens & miséricors Dóminus. ℟. Amen. ℣. Et fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace ℟. Amen.

## ORDO COMMENDATIONIS ANIMÆ.

*primùm dicúntur Litaníæ breves in hunc modum.*

KYrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.
Sancta María, Ora pro eo.
Omnes sancti Angeli, & Archángeli, Oráte pro eo.
Sancte Abel, ora.
Omnis chorus Iustórum, oráte pro eo. ora.
Sancte Abraham, ora.
Sancte Ioánnes Baptísta, ora pro eo.
Sancte Ioseph, ora.
Omnes sancti Patriárchæ & Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Ioánnes, ora.
Omnes sancti Apóstoli & Evangelístæ, oráte.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Omnes sancti Innocéntes, oráte pro eo.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Laurénti, ora.
Omnes sancti Mártyres, oráte pro eo.
Sancte Silvéster, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Omnes sancti Pontífices & Confessóres, oráte.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Francísce, ora.

Om-



Omnes sancti Monáchi, & Eremítæ,
Sancta María Magdaléna, ora.
Sancta Lucía, ora.
Omnes sanctæ Vírgines & Víduæ, oráte.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercédite pro eo.
Propítius esto, Parce ei Dómine.
Propítius esto, Líbera eum Dómine.
Propítius esto, líbera.
Ab ira tua, líbera.
A perículo mortis, líbera.
A mala morte, líbera.
A pœnis inférni, líbera.
Ab omni malo, líbera.
A potestàte diáboli, líbera eum Dómine.
Per nativitàtem tuam, líbera eum Dómine.
Per crucem & passiónem tuam, líbera eum Dómine.
Per mortem & sepultùram tuam, líbera.
Per gloriósam resurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem ascensiónem tuam, líbera.
Per grátiam Spíritus sancti Paráclitì, líbera.
In die iudícij, líbera eum Dómine.
Peccatóres, Te rogàmus audi nos.
Ut ei parcas, Te rogàmus audi nos.
Kyrie eléison. Christe eléison.
Kyrie eléison.

*Deindè cùm, in agóne sui éxitus ánima anxiàtur, dicántur sequéntes Oratiónes.*

### ORATIO.

PRoficíscere ánima Christiàna de hoc mundo, in nómine Dei Patris omnipoténtis qui te creàvit: in nómine Iesu Christi Fílij Dei vivi, qui pro te passus est: in nómine Spíritus sancti, qui in te effúsus est: in nómine Angelórum, & Archangelórum: in nómine Thronórum & Dominatiónum: in nómine Principatuum & Potestàtum: in nómine Chérubim & Séraphim: in nómine Patriarchàrum & Prophetàrum: in nómine sanctórum Apostolórum & Evangelistàrum: in nómine sanctórum Mártyrum & Confessórum: in nómine sanctórum Monachórum & Eremitàrum: in nómine sanctàrum Vírginum, & ómnium Sanctórum & Sanctàrum Dei: hodiè sit in pace locus tuus, & habitátio tua in sancta Sion. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum Amen.

### ORATIO.

DEus miséricors, Deus clemens, Deus, qui secúndùm multitúdinem miseratiónum tuàrum peccàtum pœniténtium deles, & præteritórum críminum culpas vénia remissiónis evácuas: réspice propítius super hunc fámulum tuum N. & remissiónem ómnium peccatórum suórum tota cordis confessióne poscéntem deprecàtus exáudi. Rénova in eo, piíssime Pater, quidquid terréna fragilitàte corrúptum, vel quidquid diabó-

 li-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

lica fraude violátum est: & unitáti córporis Ecclésiæ membrum redemptiónis annécte. Miserére Dómine gemítuum, miserére lacrymárum eius: & non habéntem fidúciam, nisi in tua misericórdia, ad tuæ sacraméntum reconciliatiónis admítte. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Commendo te omnipoténti Deo, charíssime frater, & ei, cuius es creatúra, commítto: ut, cum humanitátis débitum morte interveniénte persólveris, auctórem tuum, qui te de limo terræ formáverat, revertáris. Egrediénti ítaque ánimæ tuæ de córpore spléndidus Angelórum cœtus occúrrat: iudex Apostolórum tibi senátus advéniat: candidatórum tibi Mártyrum triumphátor exércitus óbviet: liliáta rutilántium te Confessórum turma circúmdet: iubilántium te Vírginum chorus excípiat: beátæ quiétis in sinu Patriarchárum te compléxus astríngat: mitis atque festívus Christi Iesu tibi aspéctus appáreat, qui te inter assisténtes sibi iúgiter interésse decérnat. Ignóres omne quod horret in ténebris, quod stridet in flammis, quod crúciat in torméntis. Cedat tibi tetérrimus sátanas cum satellítibus suis: in advéntu tuo te comitántibus Angelis contremíscat, atque in ætérnæ noctis chaos immáne diffúgiat. Exúrgat Deus, & dissipéntur inimíci eius: & fúgiant qui odérunt eum, à fácie eius. Sicut déficit fumus, defíciant: sicut fluit cera à fácie ignis, sic péreant peccatóres à fácie Dei: & iusti epuléntur, & exúltent in conspéctu Dei. Confundántur ígitur & erubéscant omnes tartáreæ legiónes, & minístri sátanæ iter tuum impedíre non áudeant. Líberet te à cruciátu Christus, qui pro te crucifíxus est. Líberet te ab ætérna morte Christus, qui pro te mori dignátus est. Constítuat te Christus Fílius Dei vivi intra paradísi sui semper amœ́na viréntia, & inter oves suas te verus ille Pastor agnóscat. Ille ab ómnibus peccátis tuis te absólvat, atque ad déxteram suam in electórum suórum te sorte constítuat. Redemptórem tuum fácie ad fáciem vídeas, & præsens semper assístens, manifestíssimam beáti óculis aspícias veritátem. Constitútus ígitur inter ágmina Beatórum, contemplatiónis divínæ dulcédine potiáris in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

ORATIO.

Suscipe Dómine servum tuum in locum sperándæ sibi salvatiónis à misericórdia tua. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui ex ómnibus perículis inférni, & de láqueis pœnárum, & ex ómnibus tribulatiónibus. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Henoch & Eliam de commúni morte mundi. ℟. Amen.

Li-



Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Noe de dilúvio. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Abraham de Ur Chaldæórum. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Iob de passiónibus suis. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Isaac de hóstia; & de manu patris sui Abrahæ. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Lot de Sódomis, & de flamma ignis. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Móysen de manu Pharaónis regis Ægyptiórum. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Daniélem de lacu leónum. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti tres púeros de camíno ignis ardéntis, & de manu regis iníqui. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Susánnam de falso crímine. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti David de manu regis Saül, & de manu Goliæ. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Petrum & Paulum de carcéribus. ℟. Amen.

Et sicut beatíssimam Theclam vírginem & mártyrem tuam de tribus atrocíssimis torméntis liberásti, sic liberáre dignéris ánimam huius servi tui, & tecum fácias in bonis congaudére cæléstibus. ℟. Amen.

ORATIO.

Commendámus tibi Dómine ánimam fámuli tui N. precamúrque te Dómine Iesu Christe Salvátor mundi, ut propter quam ad terram misericórditer descendísti, Patriarchárum tuórum sínibus insinuáre non rénuas. Agnósce Dómine creatúram tuam, non à dijs aliénis creátam, sed à te solo Deo vivo & vero: quia non est álius Deus præter te, & non est secúndum ópera tua. Lætíficas Dómine ánimam eius in conspéctu tuo, & ne memíneris iniquitátum eius antiquárum, & ebrietátum, quas suscitávit furor, sive fervor mali desidérij. Licèt enim peccáverit, tamen Patrem, & Fílium, & Spíritum sanctum non negávit, sed crédidit, & zelum Dei in se hábuit, & Deum, qui fecit ómnia, fidéliter adorávit.

ORATIO.

Delícta iuventútis, & ignorántias eius, quǽsumus ne memíneris Dómine: sed secúndum magnam misericórdiam tuam memor esto illius in glória claritátis tuæ. Aperiántur ei cæli, collæténtur illi Angeli. In regnum tuum Dómine servum tuum súscipe. Suscípiat eum sanctus Míchaël Archángelus Dei, qui milítiæ cæléstis méruit principátum.

Vé-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Véniant illi óbviàm sancti Angeli Dei, & perdúcant eum in civitátem cæléstem Ierúsalem. Suscípiat eum beátus Petrus Apóstolus, cui à Deo claves regni cæléstis tráditæ sunt. Adiuvet eum sanctus Paulus Apóstolus, qui dignus fuit esse vas electiónis. Intercédat pro eo sanctus Ioánnes eléctus Dei Apóstolus, cui reveláta sunt secréta cæléstia. Orent pro eo omnes sancti Apóstoli, quibus à Dómino data est potéstas ligándi atque solvéndi. Intercédant pro eo omnes Sancti & elécti Dei, qui pro Christi nómine torménta in hoc sǽculo sustinuérunt: ut vínculis carnis exútus pervenire mereátur ad glóriam regni cæléstis: præstante Dómino nostro Iesu Christo: Qui cum Patre & Spíritu sancto vivit & regnat in sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

Si anxiátur adhuc ánima, dicúntur hi Psalmi, vidélicet: Confitémini Dómino quóniàm bonus. 23. & totus Psalm. Beáti immaculáti. per Horas distribútus. 24.

Egréssa áutem ánima dícitur hoc ℟. Subveníte Sancti Dei, occúrrite Angeli Dómini * Suscipiéntes ánimam eius: * Offeréntes eam in conspéctu Altíssimi. ℣. Suscípiat te Christus qui vocávit te, & in sinum Abrahæ Angeli dedúcant te. Suscipiéntes. ℣. Réquiem ætérnam dona ei Dómine, & lux perpétua lúceat ei. Offeréntes.

Deindè Kyrie eléison. Christe eléison, Kyrie eléison. Posteà Pater noster. secrétò. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo. ℣. Réquiem ætérnam dona ei Dómine. ℟. Et lux perpétua lúceat ei. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Dómine ánimam eius. ℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. ORATIO.

Tibi Dómine commendámus ánimam fámuli tui N. ut defúnctus sǽculo tibi vivat: & quæ per fragilitátem humánæ conversatiónis peccáta commísit, tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

## BENEDICTIO MENSÆ.

Ante prándium Sacérdos benedictúrus mensam íncipit, Benedícite. & alij répetunt, Benedícite. Deindè dícitur. ℣. Oculi ómnium, & alij prosequúntur. In te sperant Dómine, & tu das escam illórum in témpore opportúno. Aperis tu manum tuam, & imples omne ánimal benedictióne. Glória Patri. Sicut erat. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. secrétò. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo.

Pos-



Posteà Sacérdos dicit

Orémus.

Benedic Dómine, nos, & hæc tua dona, quæ de tua largitáte sumus sumptúri. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deindè Lector. Iube domne benedícere. Benedictio. Mensæ cæléstis partícipes fáciat nos Rex ætérnæ glóriæ. ℟. Amen.

Post prándium agúntur grátiæ hoc modo. Dicto à Lectore. Tu autem Dómine miserére nobis. ℟. Deo grátias. omnes surgunt.

Sacérdos íncipit ℣. Confiteántur tibi Dómine ómnia ópera tua. ℟. Et sancti tui benedícant tibi. ℣. Glória Patri. ℟. Sicut erat.

Posteà Sacérdos absolúte dicat:

Agimus tibi grátias omnípotens Deus pro univérsis benefícijs tuis: Qui vivis & regnas in sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

Deindè alternátim dícitur Psalmus. Miserére. 59.

VEL PSALMUS 116.

Laudáte Dóminum omnes Gentes: * laudáte eum omnes pópuli:

Quóniàm confirmáta est super nos misericórdia eius: & véritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri. Sicut erat. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Sacérdos dicit: Pater noster. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo. ℣. Dispérsit, dedit paupéribus. ℟. Iustítia eius manet in sǽculum sǽculi. ℣. Benedícam Dóminum in omni témpore. ℟. Semper laus eius in ore meo. ℣. In Dómino laudábitur ánima mea. ℟. Audiant mansuéti & læténtur. ℣. Magnificáte Dóminum mecum. ℟. Et exaltémus nomen eius in idípsum. ℣. Sit nomen Dómini benedíctum. ℟. Ex hoc nunc & usque in sǽculum.

Deindè sine OREMUS.

Retribúere dignáre Dómine ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum, vitam ætérnam. ℟. Amen. ℣. Benedicámus Dño. ℟. Deo grátias. ℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen. Pater noster. Secréto

Quo fínito dicit Sacérdos: Deus det nobis suam pacem. ℟. Amen.

Ante cœnam Sacérdos benedictúrus mensam íncipit Benedícite. & alij répetunt Benedícite. Deindè Sacérdos íncipit ℣. & alij prosequúntur.

Edent páuperes, & saturabúntur, & laudábunt Dóminum, qui requírunt eum: vivent corda eórum in sǽculum sǽculi. Glória Patri. Sicut erat, Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. secrétò. Et ne nos indúcas. Orémus. Benedic Dómine. ut suprà in prándio. Iube domne. Benedictio. Ad

cœ-

cœnam vitæ ætérnæ perdûcat nos Rex ætérnæ glóriæ.

℟. Amen.

In fine cœnæ dícitur. ℣. Memóriam fecit mirabílium suórum miséricors & miserâtor Dóminus: escam dedit timéntibus se. Glória Patri. Sicut erat.

Sacérdos dicat:

BEnedíctus Deus in donis suis, & sanctus in ómnibus opéribus suis: Qui vivit & regnat in sæcula seculórum. ℟. Amen.

Deíndè alternátim dícitur Psalmus. Laudâte Dóminum omnes gentes. & réliqua ùt suprà. cvij.

Quando semel coméditur, ómnia dicúntur ùt in Cœna. cvij.

Prædíctus modus benedicéndi mensam & agéndi grátias, servátur omni témpore, prætérquam diebus infrascríptis. quibus Versículi & Psalmi tantum variántur.

In Nativitáte Dómini usque ad cœnam Vigíliæ Epiphaníæ, exclusívè dícitur. ℣. Verbum caro factum est, allelúia. Et habitâvit in nobis, allelúia. Glória Patri.

In fine dícitur ℣. Notum fecit Dóminus, allelúia: Salutâre suum, allelúia. Alia ùt suprà. cvij. Psal. Cantâte ij. 105. vel Laudâte Dóminum omnes Gentes. cvij. qui Psalmus semper ad beneplácitum dici potest étiam in álijs solemnitátibus.

In Epiphanía, & per totam Octávam. ℣. Reges Thársis & ínsulæ múnera ófferent, allelúia. Reges Arabum & Saba dona addúcent, allelúia. Glória Patri.

In fine dícitur ℣. Omnes de Saba vénient, allelúia. Aurum & thus deferéntes, allelúia. Glória Patri. Psalm. Deus iudícium tuum Regi da. 86.

Feria v. in Cœna Dómini dícitur absolutè, & sine nota ℣. Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem.

Deíndè Pater noster. totum secrétò. Quo dicto sine pronuntiatióne aliqua Sacérdos signo crucis benedícit mensam: nec dícitur, Iube domne. nec Tu autem.

In fine repetítur ℣. Christus factus est. ùt suprà. Posteà Psalmus. Miserêre mei 59. Quo finito sine ℣. Glória Patri. secrétò dícitur. Pater noster.

Deínde Sacérdos dicit absolutè Orationem.

ORATIO.

REspice, quǽsumus Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Iesus Christus non dubitâvit mánibus tradi nocéntium, & crucis subíre torméntum.

Et non pronuntiatur. Qui tecum. nec Fidélium ánimæ. sed secrétò dícitur. Pater noster. nec ádditur, Deus det nobis suam pacem.

In Paráſceve eódem modo fit sicut in Cœna Dómini, sed ádditur ad ℣. Christus factus est. Mortem autem Crucis.

Sáb-



Sábbato sancto ad benedicéndum mensam dícitur. Benedícite. ℟. Benedícite. ℣. Véspere autem Sábbati, quæ lucéscit in prima Sábbati, allelúia, Venit María Magdaléne, & áltera María, vidêre sepúlchrum, allelúia. Glória Patri. Sicut erat.

In fine repetítur ℣. Véspere autem. ùt suprà, cum Glória Patri. Sicut erat. Psalm. Laudâte Dóminum omnes Gentes. cvij. cum Glória. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. & ália ùt suprà in prima Benedictióne. cvij.

In die Paschæ, & deínceps usque ad cœnam sequéntis Sábbati, ad benedicéndum mensam dícitur ℣. Hæc dies quam fecit Dóminus, allelúia. Exultêmus & lætémur in ea, allelúia. Glória Patri.

In fine repetítur, Hæc dies quam. cum Glória. Psalm. Confitémini. 24.

In Ascensióne Dómini usque ad Vigíliam Pentecóstes exclusívè, ℣. Ascéndit Deus in iubilatióne, allelúia. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia. Glória Patri.

In fine dícitur, ℣. Ascéndens Christus in altum, allelúia. Captívam duxit captivitâtem, allelúia. Glória Patri. Psalm. Omnes Gentes pláudite mánibus. 68. vel Laudâte Dóminum. cvij.

In Pentecóste, à Vigília eiúsdem inclusívè, usque ad cœnam sequéntis Sábbati exclusívè, ℣. Spíritus Dómini replêvit orbem terrârum, allelúia. Et hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúia. Glória Patri. & Filio.

In fine dícitur ℣. Repléri sunt omnes Spíritu sancto, allelúia. Et cœpérunt loqui, allelúia. Glória Patri. Psalmus. Magnus Dóminus. 69. vel Laudâte. ùt suprà. cvij.

## ITINERARIUM.

CLéricus in ipso itíneris ingréssu, si solus fúerit, dicat quæ sequúntur in singulári, si cum Socijs, in plurali. Antíphona. In viam pacis. Cánticum. Benedíctus Dóminus Deus Israël. 22. In fine, Glória Patri.

Posteà dicâtur Antíphona. In viam pacis & prosperitâtis dírigat nos omnípotens & miséricors Dóminus: & Angelus Ráphaël comitétur nobíscum in via, ut cum pace, salûte, & gáudio revertâmur ad própria. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. secrétò. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo. ℣. Salvos fac servos tuos. ℟. Deus meus sperántes in te. ℣. Mitte nobis Dómine auxílium de sancto. ℟. Et de Sion tuêre nos. ℣. Esto nobis Dómine turris fortitúdinis. ℟. A fácie inimíci. ℣. Nihil profíciat inimícus in nobis. ℟. Et filius iniquitâtis non appônat nocêre nobis. ℣. Benedíctus Dóminus die quotídiè. ℟. Prósperum iter fáciat nobis Deus salutárium nostrorum.

℣. Vias

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

℣. Vias tuas Dómine demónstra nobis: ℟. Et sémitas tuas édoce nos. ℣. Utinam dirigantur viæ nostræ. ℟. Ad custodiéndas iustificatiónes tuas. ℣. Erunt prava in direċta. ℟. Et áspera in vias planas. ℣. Angelis suis Deus mandávit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus vijs tuis. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dominus vobíscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Orémus. ORATIO.

DEus, qui filios Israël per maris médium sicco vestígio ire fecísti, quique tribus Magis iter ad te stella duce pandísti: tribue nobis quǽsumus iter prósperum, tempúsque tranquíllum; ut, Angelo tuo sancto cómite, ad eum quò pérgimus locum; ac demùm ad ætérnæ salútis portum perveníre felíciter valeámus.

DEus, qui Abraham púerum tuum de Ur Chaldæorum edúctum per omnes suæ peregrinatiónis vias illǽsum custodísti: quǽsumus, ut nos fámulos tuos custodire dignéris: esto nobis Dómine in procínctu suffrágium, in via solátium, in æstu umbráculum, in plúvia & frígore teguméntum, in lassitúdine vehículum, in adversitáte præsídium, in lúbrico báculus, in naufrágio portus: ut te duce, quò téndimus, prósperè perveniámus, & demùm incólumes ad própria redeámus.

ADésto, quǽsumus Dómine, supplicatiónibus nostris: & viam famulórum tuórum in salútis tuæ prosperitáte dispóne: ut inter omnes viæ & vitæ huius varietátes tuo semper protegámus auxílio.

PRæsta quǽsumus omnípotens Deus: ut família tua per viam salútis incédat, & beáti Ioánnis Præcursóris hortaménta sectándo, ad eum quem prædixit, secúra pervéniat, Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Procedámus in pace.

℟. In nómine Dómini. Amen.

OFFI-



# OFFICIUM PROPRIUM
# SANCTI CANUTI,
## RECITANDUM AD LIBITUM
## EORUM QUI UTUNTUR
## BREVIARIO ROMANO,

*A sacra Rituum Congregatióne approbatum.*

*Sacra Rituum Congregatio habita die 2. Decembris 1673. statuit, ex mandato* CLEMENTIS X. *Festa Sanctorum ad libitum in posterum non esse transferenda, si eorum Festivitas incidat in diem Dominicum, vel aliquem diem Festorum mobilium, sed tunc illo anno eorum Officia essse omittenda. Quod ipsum posteà* INNOCENTIUS PAPA XI. *in Congregatione habita 24. Ianuárij 1682. generali Decreto confirmavit, & extendit insuper etiam ad Octavas & Natalitia Sanctorum, de præcepto in aliqua Religione vel Diæcesi, ex Indulto Apostolico recitanda. Ita ut ne quidem dictis Festis vel Octavis Festa ad libitum tunc incidentia possint recitari, sed omitti prorsùs debeant.*

*Permisit tamen, ut Festum translatum, quod aliàs eo die celebrandum foret, in alium diem non impeditum transferatur: item ut eodem die omitti possit Officium semel per Hebdomadam, aut Mensem recitandum ex Indulto Apostolico, ut ità locus sit celebrando Officio ad libitum.*

DIE XIX. IANUARII.

In festo S. Canúti Quarti, Regis & mártyris, Semiduplex.

Omnia dicúntur de Commúni unius Mártyris, viij. præter Oratiónem, & Lectiónes secúndi Noctúrni.

ORATIO.

DEus, qui ad illustrándam Ecclésiam tuam, beátum Canûtum, martyrij palma & gloriósis miráculis decoráre dignátus es: concéde propítius: ut sic ut ipse Domínicæ passiônis imitátor fuit, itá nos per eius vestígia gradiéntes, ad gáudia sempitérna pervenire mereámur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Et fit Comm. in Vésp. SS. Márij & Sociórum mart. Aña. Istôrum est enim regnum cælôrum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad prǽmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætámini in Dómino, & exultáte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

ORATIO.

EXáudi, Dómine, pópulum tuum, cum Sanctôrum tuórum patrocínio supplicántem: ut & temporális vitæ nos tribuas pace gaudére, & ætérnæ reperire subsídium. Per Dóminum.

Et in Láudibus, ut in Commûni plurim. mart.

PRÆ-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

℣. Vias tuas Dómine demónstra nobis: ℟. Et sémitas tuas édoce nos. ℣. Utinam dirigantur viæ nostræ. ℟. Ad custodiéndas iustificatiónes tuas. ℣. Erunt prava in directa. ℟. Et áspera in vias planas. ℣. Angelis suis Deus mandávit de te. ℟. Ut custódiant te in ómnibus vijs tuis. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. ORATIO.

DEus, qui filios Israël per maris médium sicco vestígio ire fecísti, quique tribus Magis iter ad te stella duce pandísti: tribue nobis quǽsumus iter prósperum, tempúsque tranquíllum; ut, Angelo tuo sancto cómite, ad eum quò pérgimus locum; ac demum ad ætérnæ salútis portum perveníre felíciter valeámus.

DEus, qui Abraham púerum tuum de Ur Chaldæórum edúctum per omnes suæ peregrinatiónis vias illǽsum custodísti: quǽsumus, ut nos fámulos tuos custodíre dignéris: esto nobis Dómine in procínctu suffrágium, in via solátium, in æstu umbráculum, in plúvia & frígore teguméntum, in lassitúdine vehículum, in adversitáte præsídium, in lúbrico báculus, in naufrágio portus: ut te duce, quò téndimus, prosperò perveniámus, & demùm incólumes ad própria redeámus.

ADésto, quǽsumus Dómine, supplicatiónibus nostris: & viam famulórum tuórum in salútis tuæ prosperitáte dispóne: ut inter omnes viæ & vitæ huius varietátes tuo semper protegámur auxílio.

PRæsta quǽsumus omnípotens Deus: ut família tua per viam salútis incédat, & beáti Ioánnis Præcursóris hortaménta sectándo, ad eum quem prædixit, secúra pervéniat, Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum. Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. ℟. Amen.
℣. Procedámus in pace.
℟. In nómine Dómini. Amen.

OFFI-



# OFFICIUM PROPRIUM
# SANCTI CANUTI,
## RECITANDUM AD LIBITUM
## EORUM QUI UTUNTUR
# BREVIARIO ROMANO,

*A sacra Rituum Congregatióne approbatum.*

*Sacra Rituum Congregatio habita die 2. Decembris 1673. statuit, ex mandato* CLEMENTIS X. *Festa Sanctorum ad libitum in posterum non esse transferenda, si eorum Festivitas incidat in diem Dominicum, vel aliquem diem Festorum mobilium, sed tunc illo anno eorum Officia essse omittenda. Quod ipsum posteà* INNOCENTIUS PAPA XI. *in Congregatione habita 24. Ianuárij 1682. generali Decreto confirmavit, & extendit insuper etiam ad Octavas & Natalitia Sanctorum, de præcepto in aliqua Religione vel Diœcesi, ex Indulto Apostolico recitanda. Ita ut ne quidem dictis Festis vel Octavis Festa ad libitum tunc incidentia possint recitari, sed omitti prorsùs debeant.*

*Permisit tamen, ut Festum translatum, quod aliàs eo die celebrandum foret, in alium diem non impeditum transferatur: item ut eodem die omitti possit Officium semel per Hebdomadam, aut Mensem recitandum ex Indulto Apostolico, ut ità locus sit celebrando Officio ad libitum.*

DIE XIX. IANUARII.

In festo S. Canúti Quarti, Regis & mártyris, Semiduplex.

Omnia dicúntur de Commúni unius Mártyris, viij. præter Oratiónem, & Lectiónes secúndi Noctúrni.

ORATIO.

DEus, qui ad illustrándam Ecclésiam tuam, beátum Canùtum, martyrij palma & gloriósis miráculis decoráre dignátus es: concéde propítius: ut sic ut ipse Domínicæ passiônis imitátor fuit, ità nos per eius vestígia gradiéntes, ad gáudia sempitérna pervenire mereámur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Et fit Comm. in Vésp. SS. Márij & Sociórum mart. Aña. Istôrum est enim regnum cælôrum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenérunt ad præmia regni, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni. ℣. Lætámini in Dómino, & exultáte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

ORATIO.

EXáudi, Dómine, pópulum tuum, cum Sanctôrum tuórum patrocínio supplicántem: ut & temporális vitæ nos tribuas pace gaudére, & ætérnæ reperire subsídium. Per Dóminum.

Et in Láudibus, ùt in Commûni plurim. mart.

PRÆ-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# PRÆPARATIO AD MISSAM

## PRO OPPORTUNITATE SACERDOTIS FACIENDA.

Antiphona.

NE reminiscaris Domine delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Quæ Ant. in Festis Duplicibus tantùm duplicatur: & tempore Paschali additur in fine, Alleluia. Deinde dicuntur sequentes Psalmi.

PSALMUS 83.

QUàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum: * concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.
Cor meum, & caro mea * exultaverunt in Deum vivum.
Etenim passer invenit sibi domum: * & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.
Altaria tua Domine virtutum: * rex meus, & Deus meus.
Beati, qui habitant in domo tua Domine: * in sæcula sæculorum laudabunt te.
Beatus vir, cujus est auxilium abs te: * ascensiones in corde suo disposuit, in valle lacrymarum in loco, quem posuit.
Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: * videbitur Deus deorum in Sion.
Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: * auribus percipe Deus Iacob.
Protector noster aspice Deus: * & respice in faciem Christi tui:
Quia melior est dies una in atriis tuis: * super millia.
Elegi abjectus esse in domo Dei: * magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.
Quia misericordiam, & veritatem diligit Deus: * gratiam, & gloriam dabit Dominus.
Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: * Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te. Gloria Patri, & Filio.

PSALMUS 84.

BEnedixisti Domine terram tuam: * avertisti captivitatem Iacob.
Remisisti iniquitatem plebis tuæ: * operuisti omnia peccata eorum.
Mitigasti omnem iram tuam: * avertisti ab ira indignationis tuæ.
Converte nos Deus salutaris noster: * & averte iram tuam à nobis.
Numquid in æternum irasceris nobis? * aut extendes iram tuam à generatione in generationem?
Deus tu conversus vivificabis nos: * & plebs tua lætabitur in te.
Ostende nobis Domine misericordiam tuam: * & salutare tuum da nobis.
Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: * quoniam loquetur pacem in plebem suam.
Et super sanctos suos: * in eos, qui convertuntur ad cor.
Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius: * ut inhabitet gloria in terra nostra.
Misericordia & veritas obviaverunt sibi: * justitia & pax osculatæ sunt.
Veritas de terra orta est: * & justitia de cælo prospexit.
Etenim Dominus dabit benignitatem: * & terra nostra dabit fructum suum.
Iustitia ante eum ambulabit: * & ponet in via gressus suos. Gloria Patri, & Filio.

PSALMUS 85.

INclina Domine aurem tuam, & exaudi me: * quoniam inops, & pauper sum ego.
Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.
Miserere mei Domine, quoniam ad te clamavi tota die: * lætifica animam servi tui, quoniam ad te Domine animam meam levavi.
Quoniam tu Domine suavis, & mitis: * & multæ misericordiæ omnibus invocantibus te.
Auribus percipe Domine orationem meam: * & intende voci deprecationis meæ.
In die tribulationis meæ clamavi ad te: * quia exaudisti me.
Non est similis tui in diis Domine: * & non est secundùm opera tua.
Omnes Gentes quascumque fecisti, venient, * & adorabunt coram te Domine: * & glorificabunt nomen tuum.
Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: * tu es Deus solus.
Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: * lætetur cor meum ut timeat nomen tuum.
Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, * & glorificabo nomen tuum in æternum:
Quia misericordia tua magna est super me: * & eruisti animam meam ex inferno inferiori.
Deus, iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quæsierunt animam meam: * & non proposuerunt te in conspectu suo.
Et tu Domine Deus miserator, & misericors, * patiens, & multæ misericordiæ, & verax.
Respice in me, & miserere mei, * da imperium tuum puero tuo: & salvum fac filium ancillæ tuæ.
Fac mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt me, & confundantur: * quoniam tu Dñe adjuvisti me, & consolatus es me. Gloria Patri, & Filio.

PSALMUS 115.

CRedidi propter quod locutus sum: * ego autem humiliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo: * Omnis homo mendax.
Quid retribuam Domino, * pro omnibus quæ retribuit mihi?
Calicem salutaris accipiam: * & nomen Domini invocabo.
Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus: * pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.
O Domine quia ego servus tuus: * ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ.
Dirupisti vincula mea: * tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini invocabo.
Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus, * in atriis domus Domini, in medio tui Ierusalem. Gloria Patri, & Filio.

PSALMUS 129.

DE profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuæ intendentes, * vocem deprecationis meæ.
Si iniquitates observaveris Domine: * Domine quis sustinebit?





Quia apud te propitiatio est: * & propter legem tuam sustinui te Domine.
Sustinuit anima mea in verbo ejus: * speravit anima mea in Domino.
A custodia matutina usque ad noctem: * speret Israel in Domino.
Quia apud Dominum misericordia: * & copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israel, * ex omnibus iniquitatibus ejus.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio.

Deinde repetitur Antiphona. Ne reminiscaris Dñe delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Postea Sacerdos dicit. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Ego dixi, Domine miserere mei. ℟. Sana animam meam, quia peccavi tibi. ℣. Convertere Domine aliquantulùm. ℟. Et deprecare super servos tuos. ℣. Fiat misericordia tua Dñe super nos. ℟. Quemadmodum speravimus in te. ℣. Sacerdotes tui induantur justitiam. ℟. Et sancti tui exultent. ℣. Ab occultis meis munda me Domine. ℟. Et ab alienis parce servo tuo. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

AUres tuæ pietatis, mitissime, Deus inclina precibus nostris, & gratia sancti Spiritus illumina cor nostrum: ut tuis mysteriis dignè ministrare, teque æterna charitate diligere mereamur.

DEus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur & quem nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri, ut te perfectè diligere, & dignè laudare mereamur.

URe igne sancti Spiritus renes nostros & cor nostrum Domine: ut tibi casto corpore serviamus, & mundo corde placeamus.

MEntes nostras, quæsumus Dñe, Paraclitus, qui à te procedit, illuminet: & inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.

ADsit nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus sancti: quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adversis.

DEus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere.

COnscientias nostras, quæsumus Domine visitando purifica: ut veniens Dominus noster Iesus Christus Filius tuus paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

### ORATIONES

Dicendæ cùm Sacerdos induitur sacerdotalibus paramentis.

Cùm lavat manus dicat.

DA, Domine, virtutem manibus meis ad abstergendam omnem maculam: ut sine pollutione mentis & corporis valeam tibi servire.

Ad Amictum, dum ponitur super caput, dicat.

IMpone, Domine, capiti meo galeam salutis, ad expugnandos diabolicos incursus.

Ad Albam, cùm ea induitur.

DEalba me, Domine, & munda cor meum: ut in sanguine Agni dealbatus gaudiis perfruar sempiternis.

Ad Cingulum, dum se cingit.

PRæcinge me, Domine, cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorem libidinis: ut maneat in me virtus continentiæ, & castitatis.

Ad Manipulum dum imponitur brachio sinistro.

MErear, Domine, portare manipulum fletus & doloris: ut cum exultatione recipiam mercedem laboris.

Ad Stolam, dum imponitur collo.

REdde mihi, Domine, stolam immortalitatis, quam perdidi in prævaricatione primi parentis: & quamvis indignus accedo ad tuum sacrum mysterium, merear tamen gaudium sempiternum.

Ad Casulam, cùm assumitur.

DOmine, qui dixisti, jugum meum suave est, & onus meum leve: fac ut istud portare sic valeam, quod consequar tuam gratiam. Amen.

### ORATIONES

Dicendæ ab Episcopo quando in Pontificalibus celebrat.

Ad Caligas.

CAlcea, Dñe pedes meos in præparationem Evangelii pacis: & protege me in velamento alarum tuarum.

Cùm exuitur Cappa.

EXue me, Dñe veterem hominem cum moribus & actibus suis: & indue me novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia, & sanctitate veritatis.

Cùm lavat manus.

DA Dñe virtutem manibus meis ad abstergendam omnem maculam immundam: ut sine pollutione mentis & corporis valeam tibi servire.

Ad Amictum.

POne Domine galeam salutis in capite meo, ad expugnandas omnes diabolicas fraudes, inimicorum omnium versutias superando.

Ad Albam.

DEalba me, Dñe & à delicto meo munda me: ut cum his, qui stolas suas dealbaverunt in sanguine Agni, gaudiis perfruar sempiternis.

Ad Cingulum.

PRæcinge me, Dñe cingulo fidei, & virtute castitatis lumbos meos, & extingue in eis humorem libidinis, ut jugiter maneat in me vigor totius castitatis.

Cùm accipit Crucem pectoralem.

MUnire digneris me, Domine Iesu Christe, ab omnibus insidiis inimicorum omnium, signo sanctissimæ Crucis tuæ: ac concedere digneris mihi indigno servo tuo, ut sicut hanc Crucem Sanctorum tuorum reliquiis refertam ante pectus meum teneo, sic semper mente retineam & memoriam passionis, & sanctorum victorias Martyrum.

Ad Stolam.

REdde mihi Domine, obsecro, stolam immortalitatis, quam perdidi in prævaricatione primi parentis: & quamvis indignus accedere præsumo ad tuum sacrum mysterium cum hoc ornamento, præsta, ut in eodem in perpetuum merear lætari.

Ad Tunicellam.

TUnica jucunditatis, & indumento lætitiæ induat me Dominus.

Ad Dalmaticam.

INdue me Domine indumento salutis, & vestimento lætitiæ, & Dalmatica justitiæ circumda me semper.

Ad Chirothecas.

CIrcumda Domine manus meas munditia novi hominis, qui de cælo descendit: ut, quemadmodum Iacob dilectus tuus, pelliculis hœdorum opertis manibus paternam benedictionem, oblato patri cibo potuque gratissimo, impetravit: sic & oblata per manus nostras salutari hostia, gratiæ tuæ benedictionem merear. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui in similitudinem carnis peccati pro nobis obtulit semetipsum.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ad Planetam.

Dõne qui dixisti, Iugum meum suave est, & onus meum leve: præsta: ut illud portare sic valeam, quod possim consequi tuam gratiam.

Ad Mitram.

Mitram, Domine, & salutis galeam impone capiti meo: ut contra antiqui hostis, omniumque inimicorum meorum insidias inoffensus evadam.

Ad Annulum Cordis.

Cordis & corporis mei Domine, digitos virtute decora, & septiformis Spiritus sanctificatione circumda.

Ad Manipulum.

Merear, precor Domine, manipulum portare mente flebili; ut cum exultatione portionem accipiam cum iustis.

## GRATIARUM ACTIO POST MISSAM.

Antiphona. Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant sancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

Quæ Ant. in Festis Duplicibus tantum duplicatur, & tempore Paschali additur in fine Alleluia.

Canticum trium puerorum *Danielis* 3.

Benedicite omnia opera Domini Domino: * laudate & superexaltate eum in sæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: * benedicite cæli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Dño: * benedicite omnes virtutes Dñi Dño.

Benedicite sol & luna Domino: * benedicite stellæ cæli Domino.

Benedicite omnis imber & ros Domino: * benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis & æstus Domino: * benedicite frigus & æstus Domino.

Benedicite rores & pruina Domino: * benedicite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies & nives Domino: * benedicite noctes & dies Domino.

Benedicite lux & tenebræ Domino: * benedicite fulgura & nubes Domino.

Benedicat terra Domino: * laudet & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite montes & colles Domino: * benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: * benedicite maria & flumina Domino.

Benedicite cete, & omnia quæ moventur in aquis Domino: * benedicite omnes volucres cæli Domino.

Benedicite omnes bestiæ & pecora Domino: * benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum: * laudet & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite sacerdotes Domini Domino: * benedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus & animæ iustorum Domino: * benedicite sancti & humiles corde Dño.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: * laudate & superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu: * laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in firmamento cæli: * & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula.

PSALMUS 150.

Laudate Dominum in sanctis eius: * laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: * laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ: * laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro: * laudate eum in chordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: * omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, & Filio.

Deinde repetitur Antiphona. Trium puerorum cantemus hymnum: quem cantabant sancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

Postea Sacerdos dicit: Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua. ℟. Et sancti tui benedicant tibi. ℣. Exultabunt sancti in gloria. ℟. Lætabuntur in cubilibus suis. ℣. Non nobis, Domine, non nobis. ℟. Sed nomini tuo da gloriam. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propitius: ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præveni, & adiuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

Da nobis, quæsumus Domine, vitiorum nostrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

## ORATIONES

Pro opportunitate Sacerdotis ante celebrationem & Communionem dicendæ

Oratio S. Ambrosii Episcopi.

DIE DOMINICA.

Summe sacerdos & vere Pontifex Iesu Christe, qui te obtulisti Deo Patri hostiam puram & immaculatam in ara crucis pro nobis miseris & peccatoribus, & qui dedisti nobis carnem tuam ad manducandum, & Sanguinem tuum ad bibendum, & posuisti mysterium istud in virtute Spiritus sancti tui, dicens: Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis: Rogo per eumdem Sanguinem tuum, magnum salutis nostræ pretium: rogo per hanc miram & ineffabilem charitatem, qua nos miseros & indignos sic amare dignatus es, ut lavares nos à peccatis nostris in Sanguine tuo: doce me servum tuum indignum, quem inter cetera dona tua etiam ad officium sacerdotale vocare dignatus es, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ: doce me, quæso, per Spiritum sanctum tuum, tantum tractare mysterium ea reverentia & honore, ea devotione & timore, quibus oportet & decet. Fac me gratiam tuam semper illud de tanto mysterio credere & intelligere, sentire, & firmiter tenere, dicere, & cogitare, quod tibi placet, & expedit animæ meæ. Intret spiritus tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono, & sine strepitu verborum loquatur omnem veritatem. Profunda quippe sunt nimis, & sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam, concede mihi Missarum solemnia mundo corde & pura mente celebrare. Libera cor meum ab immundis & nefandis, vanis & noxiis cogitationibus. Muni me beatorum Angelorum pia & fida custodia, ac tutela fortissima, ut hostes omnium bonorum confusi discedant. Per virtutem tanti mysterii, & per ma-



manum sancti Angeli tui repelle à me, & à cunctis servis tuis, durissimum spiritum superbiæ & cenodoxiæ, invidiæ & blasphemiæ, fornicationis & immunditiæ, dubietatis & diffidentiæ. Confundantur qui nos persequuntur, pereant illi qui nos perdere festinant.

FERIA II. Rex virginum, & amator castitatis & integritatis, cælesti rore benedictionis tuæ extingue in corpore meo fomitem ardentis libidinis: ut maneat in me tenor castitatis corporis & animæ. Mortifica in membris meis carnis stimulos, omnesque libidinosas commotiones, & da mihi veram & perpetuam castitatem cum ceteris donis tuis, quæ tibi placent in veritate: ut sacrificium laudis casto corpore & mundo corde valeam tibi offerre. Quanta enim cordis contritione, & lacrymarum fonte, quanta reverentia & tremore, quanto corporis castitate, & animæ puritate istud divinum & cæleste sacrificium est celebrandum, ubi Caro tua in veritate sumitur, ubi Sanguis tuus in veritate bibitur: ubi ima summis, terrena divinis iunguntur, ubi adest sanctorum Angelorum præsentia, ubi tu es sacrificium & sacerdos mirabiliter & ineffabiliter constitutus?

FERIA III. Quis dignè hoc celebrare poterit, nisi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum? Scio Dñe, & verè scio, & idipsum pietati tuæ confiteor, quia non sum dignus accedere ad tantum mysterium propter nimia peccata mea, & infinitas negligentias meas. Sed scio, & veraciter ex toto corde meo credo, & ore confiteor, quia tu potes me facere dignum, qui solus potes facere mundum de immundo conceptum semine, & de peccatoribus iustos & sanctos. Per hanc omnipotentiam tuam, te rogo Deus meus, ut concedas mihi peccatori hoc sacrificium celebrare cum timore & tremore, cum cordis puritate, & lacrymarum fonte, cum lætitia spirituali, & cælesti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatissimæ præsentiæ tuæ, & excubias sanctorum Angelorum tuorum in circuitu meo.

FERIA IV. Ego enim, Domine, memor venerandæ Passionis tuæ accedo ad altare tuum, licet peccator, ut offeram tibi sacrificium, quod tu instituisti, & offerri præcepisti in commemorationem tui, pro salute nostra. Suscipe illud quæso, summe Deus, pro Ecclesia sancta tua & pro populo quem adquisisti Sanguine tuo. Et quoniam me peccatorem inter te & eumdem populum tuum medium esse voluisti, licet in me aliquod boni operis testimonium non agnoscas, officium saltem dispensationis creditæ non recuses, nec per me indignum eorum salutis pereat pretium, pro quibus victima salutaris dignatus es esse redemptio. Profero etiam Domine, (si digneris propitius intueri) tribulationes plebium, pericula populorum, captivorum gemitus, miserias orphanorum, necessitates peregrinorum, inopiam debilium, desperationes languentium, defectus senum, suspiria iuvenum, vota virginum, lamenta viduarum.

FERIA V. Tu enim misereris omnium Dñe: & nihil odisti eorum quæ fecisti. Memorare quæ sit nostra substantia: quia tu Pater noster es, quia tu Deus noster es, ne irascaris satis, neque multitudinem viscerum tuorum super nos contineas. Non enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Aufer à nobis iniquitates nostras: & ignem sancti Spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne nostra: & da nobis cor carneum, quod te amet, te diligat, te delectetur, te sequatur, te perfruatur. Oramus Dñe clementiam tuam, ut sereno vultu familiam tuam, sacri tui nominis officia præstolantem, aspicere digneris: & ut nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, tu nobis preces suggere, quas ipse propitius audire, & exaudire delecteris.

FERIA VI. Rogamus etiam te Dñe sancte Pater, & pro spiritibus fidelium defunctorum, ut sit illis salus, sanitas, gaudium, & refrigerium, hoc magnum pietatis sacramentum. Domine Deus meus, sit illis hodie magnum & plenum convivium de te pane vivo, qui de cælo descendisti, & das vitam mundo, de tua carne sancta & benedicta, Agni videlicet immaculati, qui tollis peccata mundi, quæ de sancto & glorioso beatæ virginis Mariæ utero est assumpta, & de Spiritu sancto concepta, ac de illo pietatis fonte, qui per lanceam militis ex tuo sacratissimo latere emanavit: ut exinde refecti & satiati, refrigerati & consolati exultent in laude & gloria tua. Peto clementiam tuam Dñe, ut descendat super panem tibi sacrificandum plenitudo tuæ benedictionis, & sanctificatio tuæ divinitatis. Descendat etiam Domine illa sancti Spiritus tui invisibilis incomprehensibilisque maiestas, sicut quondam in patrum hostias descendebat, qui & oblationes nostras Corpus & Sanguinem tuum efficiat, & me indignum sacerdotem doceat tantum tractare mysterium cum cordis puritate, & lacrymarum devotione, cum reverentia & tremore, ita ut placide ac benignè suscipias sacrificium de manibus meis ad salutem omnium tam vivorum, quàm defunctorum.

SABBATO. Rogo etiam te Domine, per ipsum sacrosanctum mysterium Corporis & Sanguinis tui, quo quotidie in Ecclesia tua pascimur & potamur, abluimur & sanctificamur, atque unius summæ divinitatis participes efficimur: da mihi virtutes tuas sanctas, quibus repletus, bona conscientia ad altare tuum accedam, ita ut hæc cælestia Sacramenta efficiantur mihi salus & vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto & benedicto: Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. Panis dulcissime, sana palatum cordis mei, ut sentiam suavitatem amoris tui. Sana illud ab omni languore, ut nullam præter te sentiam dulcedinem. Panis candidissime, habens omne delectamentum, & omnem saporem, qui nos semper reficis, & numquam in te deficis, comedat te cor meum, & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ. Manducat te Angelus ore pleno, manducet te peregrinus homo pro modulo suo, ne deficere possit in via, tali recreatus viatico. Panis sancte, panis vive, panis munde, qui descendisti de cælo, & das vitam mundo, veni in cor meum, & munda me ab omni inquinamento carnis & spiritus. Intra in animam meam, sana & munda me interiùs & exteriùs. Esto tutamen, & continua salus animæ & corporis mei. Repelle à me insidiantes mihi hostes, recedant procul à præsentia potentiæ tuæ: ut foris & intus per te munitus, recto tramite ad tuum regnum perveniam: ubi non in mysteriis, sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciem te videbimus, cum tradideris regnum Deo & Patri, & eris Deus omnia in omnibus. Tunc enim me de te satiabis satietate mirifica, ita ut nec esuriam, nec sitiam in æternum. Qui cum eodem Deo Patre, & Spiritu sancto, vivis, &c.

Alia Oratio ante Missam.

Ad mensam dulcissimi convivii tui, pie Dñe Iesu Christe, ego peccator de propriis me-

meritis præsumens, sed de tua confidens misericordia & bonitate, accedere vereor & contremisco. Nam cor & corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem & linguam non cautè custoditam. Ergo ô pia Deitas, ô tremenda majestas! ego miser inter angustias deprehensus, ad fontem misericordiæ recurro, ad te festino sanandus, sub tuam protectionem fugio, & quem judicem sustinere nequeo, salvatorem habere suspiro. Tibi Dñe plagas meas ostendo, tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa & magna, pro quibus timeo. Spero in misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordiæ tuæ, Dñe Iesu Christe, Rex æterne, Deus & homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te: miserere mei pleni miseriis & peccatis, tu qui fontem miserationis numquam manare cessabis. Salve salutaris victima, pro me & omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salve nobilis & pretiose Sanguis, de vulneribus crucifixi Dñi mei Iesu Christi profluens, & peccata totius mundi abluens. Recordare Dñe creaturæ tuæ, quam tuo Sanguine redemisti. Pœnitet me peccasse, cupio emendare quod feci. Aufer ergo à me, clementissime Pater, omnes iniquitates & peccata mea: ut purificatus mente & corpore, dignè degustare merear Sancta sanctorum: & concede, ut hæc sancta prælibatio Corporis & Sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio: sit turpium cogitationum effugatio, ac bonorum sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia, animæ quoque & corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio. Amen.

Oratio S. Thomæ Aquinatis.

OMnipotens sempiterne Deus, ecce accedo ad sacramentum unigeniti Filii tui Dñi nostri Iesu Christi: accedo tamquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem misericordiæ, cæcus ad lumen claritatis æternæ, pauper & egenus ad Dñm cæli & terræ. Rogo ergo immensæ largitatis tuæ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lavare fœditatem, illuminare cæcitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem: ut panem Angelorum, Regem regum, Dñm dominantium tanta suscipiam reverentia & humilitate, tanta contritione & devotione, tanta puritate & fide, tali proposito & intentione sicut expedit saluti animæ meæ. Da mihi, quæso, Dominici Corporis & Sanguinis non solùm suscipere Sacramentum, sed etiam rem & virtutem Sacramenti. O mitissime Deus, da mihi Corpus unigeniti Filii tui Dñi nostri Iesu Christi, quod traxit de virgine Maria, sic suscipere, ut corpori suo mystico merear incorporari, & inter ejus membra connumerari. O amantissime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, revelata tandem facie perpetuò contemplari. Qui tecum vivit, &c.

ORATIONES

Post celebrationem & Communionem dicendæ.

Oratio S. Thomæ Aquinatis.

GRatias tibi ago, Dñe sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui me peccatorem, indignum famulum tuum nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ satiare dignatus es pretioso Corpore & Sanguine Filii tui Dñi nostri Iesu Christi. Et precor, ut hæc sancta Communio non sit mihi reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & scutum bonæ voluntatis. Sit vitiorum meorum evacuatio, concupiscentiæ & libidinis exterminatio, charitatis patientiæ, humilitatis & obedientiæ, omniumque virtutum augmentatio: contra insidias inimicorum omnium tam visibilium, quam invisibilium, firma defensio: motuum meorum, tam carnalium quam spiritualium perfecta quietatio: in te uno ac vero Deo firma adhæsio: atque finis mei felix consummatio. Et precor te, ut ad illud ineffabile convivium me peccatorem perducere digneris, ubi tu cum Filio tuo & Spiritu sancto, Sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, jucunditas consummata, & felicitas perfecta. Per eumdem Christum Dominum.

Alia Oratio S. Bonaventuræ.

TRansfige, dulcissime Dñe Iesu, medullas & viscera animæ meæ suavissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera, serenaque & Apostolica sanctissima charitate, ut langueat & liquefiat anima mea solo semper amore & desiderio tui: te concupiscat, & deficiat in atria tua, cupiat dissolvi, & esse tecum. Da, ut anima mea te esuriat panem Angelorum, refectionem animarum sanctarum, panem nostrum quotidianum, supersubstantialem, habentem omnem dulcedinem & saporem, & omne delectamentum suavitatis. Te, in quem desiderant Angeli prospicere, semper esuriat & comedat cor meum, & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ: te semper sitiat fontem vitæ, fontem sapientiæ & scientiæ, fontem æterni luminis, torrentem voluptatis, ubertatem domus Dei: te semper ambiat, te quærat, te inveniat, ad te tendat, ad te perveniat, te meditetur, te loquatur, & omnia operetur in laudem & gloriam nominis tui, cum humilitate & discretione, cum dilectione & delectatione, cum facilitate & affectu, cum perseverantia usque in finem: & tu sis solus semper spes mea, tota fiducia mea, divitiæ meæ, delectatio mea, jucunditas mea, gaudium meum, quies & tranquillitas mea, pax mea, suavitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, possessio mea, thesaurus meus, in quo fixa & firma & immobiliter semper sit radicata mens mea, & cor meum. Amen.

Rhythmus S. Thomæ ad sacram Eucharistiam.

ADoro te devotè, latens Deitas,
Quæ sub his figuris verè latitas:
Tibi se cor meum totum subjicit,
Quia te contemplans, totum deficit.
Visus, tactus, gustus in te fallitur,
Sed auditu solo tutò creditur.
Credo quidquid dixit Dei Filius,
Nil hoc verbo veritatis verius.
In cruce latebat sola Deitas,
At hic latet simul & humanitas:
Ambo tamen credens atque confitens,
Peto quod petivit latro pœnitens.
Plagas, sicut Thomas, non intueor,
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi semper magis credere,
In te spem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis vivus, vitam præstans homini:
Præsta meæ menti de te vivere,
Et te illi semper dulcè sapere.
Pie pellicane Iesu Domine,
Me immundum munda tuo Sanguine:
Cujus una stilla salvum facere
Totum mundum quit ab omni scelere.
Iesu, quem velatum nunc aspicio,
Oro fiat illud, quod tam sitio,
Ut te revelata cernens facie,
Visu sim beatus tuæ gloriæ. Amen.





# ORATIO
# A PAPA URBANO VIII.
# EDITA.

ANte óculos tuos, Dómine, culpas nostras férimus, & plagas quas accépimus conférimus.

Si pensâmus malum quod fécimus, minus est quod pátimur, majus est quod merêmur.

Graviùs est quod commísimus, leviùs est quod tolerâmus.

Peccati pœnam sentimus, & peccándi pertináciam non vitâmus.

In flagéllis tuis infírmitas nostra téritur, & iníquitas non mutátur.

Mens ægra torquêtur, & cérvix non fléctitur.

Vita in dolôre suspírat, & in ópere non se eméndat.

Si expéctas, non corrígimur: si víndicas, non durâmus.

Confitémur in correctióne quod égimus: obliviscímur post visitatiónem quod flévimus.

Si exténderis manum, faciénda promíttimus: si suspénderis gládium, promíssa non sólvimus.

Si férias, clamâmus ut parcas: si pepérceris, iterùm provocâmus ut férias.

Habes Dómine confiténtes reos: nóvimus quòd nisi dimíttas, rectè nos périmas.

Præsta Pater omnípotens sine mérito quod rogâmus, qui fecísti ex níhilo qui te rogárent. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

℣. Gregem tuum Pastor ætérne non déseras. ℟. Sed per beátos Apóstolos tuos perpétua defensióne custódias. ℣. Prótege Dómine pópulum tuum ad te clamántem, & Apostolórum tuórum patrocínio confidéntem. ℟. Perpétua defensióne custódias. ℣. Orate pro nobis sancti Apóstoli Dei. ℟. Ut digni efficiâmur promissiónibus Christi.

ORATIO.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus, ut nullis nos permíttas perturbatiónibus cóncuti, quos in Apostólicæ conféssiónis petra solidásti. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

Implóret, clementíssime Dómine nostris opportúnam necessitátibus opem devotè à nobis prolâta meditátio, qua sanctus olim Ioánnes Chrysóstomus, in hac Basílica cónditus, te cum beatíssimis Apóstolis Petro & Paulo repræsentávit sic colloquéntem: Circumdáte hanc novam Sion, & circumvallâte eam, hoc est, custódi te,

meritis præsumens, sed de tua confidens misericordia & bonitate, accedere vereor & contremisco. Nam cor & corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem & linguam non cautè custoditam. Ergo ô pia Deitas, ô tremenda majestas! ego miser inter angustias deprehensus, ad fontem misericordiæ recurro, ad te festino sanandus, sub tuam protectionem fugio, & quem judicem sustinere nequeo, salvatorem habere suspiro. Tibi Dñe plagas meas ostendo, tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa & magna, pro quibus timeo. Spero in misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordiæ tuæ, Dñe Iesu Christe, Rex æterne, Deus & homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te: miserere mei pleni miseriis & peccatis, tu qui fontem miserationis numquam manare cessabis. Salve salutaris victima, pro me & omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salve nobilis & pretiose Sanguis, de vulneribus crucifixi Dñi mei Iesu Christi profluens, & peccata totius mundi abluens. Recordare Dñe creaturæ tuæ, quam tuo Sanguine redemisti. Pœnitet me peccasse, cupio emendare quod feci. Aufer ergo à me, clementissime Pater, omnes iniquitates & peccata mea: ut purificatus mente & corpore, dignè degustare merear Sancta sanctorum: & concede, ut hæc sancta prælibatio Corporis & Sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio: sit turpium cogitationum effugatio, ac bonorum sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia, animæ quoque & corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio. Amen.

Oratio S. Thomæ Aquinatis.

OMnipotens sempiterne Deus, ecce accedo ad sacramentum unigeniti Filii tui Dñi nostri Iesu Christi: accedo tamquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem misericordiæ, cæcus ad lumen claritatis æternæ, pauper & egenus ad Dñm cæli & terræ. Rogo ergo immensæ largitatis tuæ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lavare fœditatem, illuminare cæcitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem: ut panem Angelorum, Regem regum, Dñm dominantium tanta suscipiam reverentia & humilitate, tanta contritione & devotione, tanta puritate & fide, tali proposito & intentione sicut expedit saluti animæ meæ. Da mihi, quæso, Dominici Corporis & Sanguinis non solùm suscipere Sacramentum, sed etiam rem & virtutem Sacramenti. O mitissime Deus, da mihi Corpus unigeniti Filii tui Dñi nostri Iesu Christi, quod traxit de virgine Maria, sic suscipere, ut corpori suo mystico merear incorporari, & inter ejus membra connumerari. O amantissime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, revelata tandem facie perpetuò contemplari. Qui tecum vivit, &c.

ORATIONES

Post celebrationem & Communionem dicendæ.

Oratio S. Thomæ Aquinatis.

GRatias tibi ago, Dñe sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui me peccatorem, indignum famulum tuum nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ satiare dignatus es pretioso Corpore & Sanguine Filii tui Dñi nostri Iesu Christi. Et precor, ut hæc sancta Communio non sit mihi reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & scutum bonæ voluntatis. Sit vitiorum meorum evacuatio, concupiscentiæ & libidinis exterminatio, charitatis patientiæ, humilitatis & obedientiæ, omniumque virtutum augmentatio: contra insidias inimicorum omnium tam visibilium, quam invisibilium, firma defensio: motuum meorum, tam carnalium quam spiritualium perfecta quietatio: in te uno ac vero Deo firma adhæsio: atque finis mei felix consummatio. Et precor te, ut ad illud ineffabile convivium me peccatorem perducere digneris, ubi tu cum Filio tuo & Spiritu sancto, Sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, jucunditas consummata, & felicitas perfecta. Per eumdem Christum Dominum.

Alia Oratio S. Bonaventuræ.

TRansfige, dulcissime Dñe Iesu, medullas & viscera animæ meæ suavissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera, serenaque & Apostolica sanctissima charitate, ut langueat & liquefiat anima mea solo semper amore & desiderio tui: te concupiscat, & deficiat in atria tua, cupiat dissolvi, & esse tecum. Da, ut anima mea te esuriat panem Angelorum, refectionem animarum sanctarum, panem nostrum quotidianum, supersubstantialem, habentem omnem dulcedinem & saporem, & omne delectamentum suavitatis: te, in quem desiderant Angeli prospicere, semper esuriat & comedat cor meum, & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ: te semper sitiat fontem vitæ, fontem sapientiæ & scientiæ, fontem æterni luminis, torrentem voluptatis, ubertatem domus Dei: te semper ambiat, te quærat, te inveniat, ad te tendat, ad te perveniat, te meditetur, te loquatur, & omnia operetur in laudem & gloriam nominis tui, cum humilitate & discretione, cum dilectione & delectatione, cum facilitate & affectu, cum perseverantia usque in finem: & tu sis solus semper spes mea, tota fiducia mea, divitiæ meæ, delectatio mea, jucunditas mea, gaudium meum, quies & tranquillitas mea, pax mea, suavitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, possessio mea, thesaurus meus, in quo fixa & firma & immobiliter semper sit radicata mens mea, & cor meum. Amen.

Rhythmus S. Thomæ ad sacram Eucharistiam.

ADoro te devotè, latens Deitas,
Quæ sub his figuris verè latitas:
Tibi se cor meum totum subjicit,
Quia te contemplans, totum deficit.
Visus, tactus, gustus in te fallitur,
Sed auditu solo tutò creditur.
Credo quidquid dixit Dei Filius,
Nil hoc verbo veritatis verius.
In cruce latebat sola Deitas,
At hic latet simul & humanitas:
Ambo tamen credens atque confitens,
Peto quod petivit latro pœnitens.
Plagas, sicut Thomas, non intueor,
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi semper magis credere,
In te spem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis vivus, vitam præstans homini:
Præsta meæ menti de te vivere,
Et te illi semper dulcè sapere.
Pie pellicane Iesu Domine,
Me immundum munda tuo Sanguine:
Cujus una stilla salvum facere
Totum mundum quit ab omni scelere.
Iesu, quem velatum nunc aspicio,
Oro fiat illud, quod tam sitio,
Ut te revelata cernens facie,
Visu sim beatus tuæ gloriæ. Amen.

ORA-



# ORATIO
# A PAPA URBANO VIII.
# EDITA.

ANte óculos tuos, Dómine, culpas nostras férimus, & plagas quas accépimus conférimus.

Si pensâmus malum quod fécimus, minus est quod pátimur, maius est quod merêmur.

Graviùs est quod commísimus, leviùs est quod tolerámus.

Peccati pœnam sentimus, & peccándi pertinácia non vitámus.

In flagéllis tuis infírmitas nostra téritur, & iníquitas non mutátur.

Mens ægra torquêtur, & cérvix non fléctitur.

Vita in dolóre suspírat, & in ópere non se eméndat.

Si expéctas, non corrígimur: si víndicas, non durámus.

Confitémur in correctióne quod égimus: obliviscimur post visitatiónem quod flévimus.

Si exténderis manum, faciénda promíttimus: si suspénderis gládium, promíssa non solvimus.

Si férias, clamámus ut parcas: si pepérceris, iterùm provocâmus ut férias.

Habes Dómine confiténtes reos: nóvimus quòd nisi dimíttas, rectè nos périmas.

Præsta Pater omnípotens sine mérito quod rogâmus, qui fecísti ex níhilo qui te rogárent. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

℣. Gregem tuum Pastor ætérne non déseras. ℟. Sed per beátos Apóstolos tuos perpétua defensióne custódias. ℣. Prótege Dómine pópulum tuum ad te clamántem, & Apostolórum tuórum patrocínio confidéntem. ℟. Perpétua defensióne custódias. ℣. Orate pro nobis sancti Apóstoli Dei. ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

ORATIO.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus, ut nullis nos permíttas perturbatiónibus cóncuti, quos in Apostólicæ confessiónis petra solidásti. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

Implóret, clementíssime Dómine nostris opportúnam necessitátibus opem devotè à nobis prolâta meditátio, qua sanctus olim Ioánnes Chrysóstomus, in hac Basílica cónditus, te cum beatíssimis Apóstolis Petro & Paulo repræsentávit sic colloquéntem: Circumdáte hanc novam Sion, & circumvallâte eam, hoc est, custódi



te,

te, muníte, précibus firmáte: ut quando iráscor in témpore, & orbem terræ concútio, aspiciens sepúlchrum vestrum numquam desitúrum, & quæ libénter propter me géritis stigmata, iram misericórdia vincam, & ob hanc percípiam vestram intercessiónem. Et enim quando Sacerdótium & Regnum vídeo lacrymári, statim quasi compátiens ad commiseratiónem flector; & illíus meæ vocis reminíscor. Protegam Urbem hanc propter David servum meum, & Aaron sanctum meum Dómine, fiat, fiat, Amen, amen.

FINIS.

# HORÆ DIURNÆ PROPRIAE FESTORUM,

Quæ in tota HISPANIA ex Apostólica concessióne peculiáriter celebrántur.



MATRITI.

Typis D. Michaelis Escribano, Typógraphi.
M.DCC.LXXVIII.

Sumptibus Regiæ Societatis Typographorum Bibliopolarumque.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# PROPRIUM
# FESTORUM
# HISPANORUM

## FESTA DECEMBRIS.

### DIE IV. DECEMBRIS.

In festo sanctæ Bárbaræ vírginis & mártyris. Duplex.

Omia de Commúni Vírginum.

ORATIO.

Deus, qui inter cétera poténtiæ tuæ miracula étiam in sexu frágili victóriam martýrij contulísti: concéde propítius; ut qui beátæ Bárbaræ vírginis, & mártyris tuæ natalítia cólimus, per eius ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Fit Commemorátio Fériæ in Vésperis & Laudibus.

### DIE VIII. DECEMBRIS.

### IN FESTO CONCEPTIONIS B. MARIÆ VIRGINIS, Hispaniárum, ac Indiárum Patrónæ.

Duplex primæ classis cum Octava.

Ad Vésperas, Antíphona.

Sicut lílium inter spinas, sic amica mea inter fílias Adæ. Psalmi consuéti de S. María, ut in eius Officio parvo. Aña. Tota pulchra es María, & mácula non est in te. Aña. Tu glória Ierúsalem, tu lætítia Israël, tu honorificéntia pópuli nostri. Aña. Vox enim tua dulcis, & fácies illa tua decora nimis. Aña. Quæ est ista, quæ ascéndit de deserto, delícijs áffluens, innîxa supra diléctum Fílium?

CAPITULUM. *Prov. 8. b*

Ego diligéntes me diligo: & qui manè vígilant ad me, invénient me. In vijs iustítiæ ámbulo, ut ditem diligéntes me. Qui operántur in me, non peccábunt. Qui elúcidant me, vitam ætérnam habébunt.

Hymnus. Ave maris stella.

℣. Immaculáta Conceptio est hódie Sanctæ Maríæ Vírginis. ℟. Cuius innocéntia ínclyta cunctas lætíficat devótas ánimas.

Ad Magníficat, Antíphona.

Quàm pulchri sunt gressus tui fília príncipis! Collum tuum, sicut turris ebúrnea, oculi tui divíni, & comæ cápitis tui sicut púrpura Regis. Quàm pulchra es, & quàm decòra charíssima! allelúia.

ORATIO.

Deus, qui per Immaculátam Vírginis Conceptiónem dignum Fílio tuo habitáculum præparásti: quæ-

su-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sumus, ut qui ex morte eiúsdem Fílij sui prævísa, eam ab omni labe præservásti; nos quoquè mundos eius intercessióne, ad te pervenire concédas. Per eúmdem Dóminum.

Deindè fit Commem. Fériæ occurréntis.

Ad Matutinum, Invitatórium. Immaculàtam Conceptiónem Vírginis Maríæ celebrémus, * Christum eius præservatórem adorêmus Dóminum. Psalm. Venite, exultémus. Hymnus. Quem terra.

In primo Noctúrno.

Aña. Multæ fíliæ congregavérunt sibi divítias, tu vero supergréssa es univérsas. Psal. Dómine Dóminus noster, cum réliq. ùt in eius Officio parvo. Aña. Surrexérunt fílij eius, & beatíssimam prædicavérunt: vir eius, & laudávit eam. Psalmus. Cæli enárrant. Aña. Fortitúdo & decor induméntum eius, byssus & púrpura vestis illius. Psalmus. Dómini est terra. ℣. Liberásti me Dómine ex ore leónis. ℞. Et à córnibus unicórnium humilitátem meam.

In secúndo Noctúrno.

Aña. Quid vidétis in Sulamíte, nisi choros castrórum? Psalmus. Eructávit. Aña. Aquæ multæ non potuérunt extínguere charitátem: nec flúmina peccatórum óbruent Maríam. Psalmus. Deus noster. Aña. A custódia matutína usque ad noctem sperávit María in Dómino: quia copiósa apud eum redémptio. Psalm. Fundaménta eius.

℣. Erúisti à frámea, Deus, ánimam meam. ℞. Et de manu canis únicam matrem meam.

In tértio Noctúrno.

Aña. Quæ est ista, quæ ascéndit per désertum, sicut vírgula fumi, ex aromátibus myrrhæ, & thuris, & univérsi púlveris pigmentárij? Psalm. Cantâte. j. Aña. Férculum fecit sibi Rex Sálomon de lignis Líbani, colúmnas eius fecit argénteas, reclinatórium áureum, ascensum purpúreum, média charitáte constrávit. Psalmus. Dóminus regnávit, exúltet. Aña. Quæ est ista quæ progréditur quasi auróra consúrgens, pulchra ùt luna, elécta ùt sol, terríbilis ùt castrórum ácies ordináta? Psalmus. Cantáte. ij. ℣. Verè Dóminus est in loco sancto isto; & ego nesciébam. ℞. Non est hic áliud, nisi domus Dei, & porta cæli.

Hymnus. O gloriósa Vírginum. ùt in Officio parvo.

℣. Non accédet ad te malum. ℞. Neque flagéllum appropinquâvit tabernáculo tuo.

Ad Benedictus, Antiphona.

Quàm pulchra es amica mea, colúmba mea immaculâta mea, odor vestimentórum tuórum super ómnia arómata, allelúia.

Oratio.

Deus, qui per immaculátam Vírginis Conceptiónem dignum Fílio tuo habitáculum præparásti: quæsumus, ut qui ex morte eiúsdem Fílij sui prævísa, eam ab omni labe præser-



servásti; nos quoquè mundos eius intercessióne, ad te pervenire concédas. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Deindè fit Commem. Fériæ.

Ad Primam in ℞. brevi dicitur. ℣. Qui natus es de María vírgine.

Ad Tértiam, Antíphona.

Hæc est Domus Dómini. Capítulum. Ego diligéntes. ùt supr. ℞. breve. Liberásti me Dómine. * Ex ore leónis. Liberásti me. ℣. Et à córnibus unicórnium humilitátem meam. Ex ore. Glória Patri. Liberásti. ℣. Erúisti à frámea, Deus, ánimam meam. ℞. Et de manu canis únicam matrem meam.

Ad Sextam, Antíphona.

Fundávit eam.

Capitulum. *Ezech.* 44.

Porta hæc cláusa erit: non aperiétur, & vir non transibit per eam: quóniam Dóminus Deus Israel ingrésus est per eam, eritque clausa príncipi. Princeps ipse sedébit in ea. ℞. breve. Erúisti à frámea, * Deus ánimam meam. Erúisti. ℣. Et de manu canis únicam matrem meam. Deus. Glória Patri. Erúisti. ℣. Verè Dóminus est in loco sancto isto, & ego nesciébam. ℞. Non est hic áliud, nisi domus Dei, & porta cæli.

Ad Nonam, Antíphona.

Flúminis ímpetus.

Capitulum. *Prov.* 8. *b.*

Beatus homo qui audit me, & qui vígilat ad fores meas quotídie, & obsérvat ad postes óstij mei. Qui me invénerit, invéniet vitam, & hauriet salútem à Dómino.

℞. br. Verè Dóminus est in loco sancto isto, * Et ego nesciébam. Verè. ℣. Non est hic áliud, nisi domus Dei, & porta cæli. Et ego. Glória Patri. Verè. ℣. Scalam vidit Iacob, cuius cacúmen cælum tangébat. ℞. Angelos quoquè descendéntes, qui eam lúmine, replébant.

Ad ij. Vésperas, Aña.

Nihil est candóris, nihil est splendóris, nihil est virtútis, quod non respléndeat in Vírgine gloriósa. Psalmi ùt in j. Vésperis. Aña. Quæ neque serpéntis persuasione decépta, nec eius venenósis afflatibus inf écta est. Aña. Hanc, quam tu déspicis, Manichæe, mater mea est, & de manu mea fabricâta. Aña. Décuit Vírginem ea puritáte nitére, qua maior sub Deo nequit intélligi. Aña. Hæc est virga, in qua nec nodus originális, nec cortex actuális culpæ fuit. Capítulum. Ego diligéntes. Hymnus. Ave maris stella. ℣. Dómine, diléxi decórem domus tuæ. ℞. Et locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ad Magníficat, Antíphona.

Unica es colúmba mea, una est perfécta mea, una est genitrícis suæ elécta. Vidérunt eam ánimæ sanctæ, & immaculâtam prædicavérunt, allelúia.

Orátio ùt suprà.

Deindè fit Commemorátio sanctæ Leocádiæ V. & M. ac Fériæ.

DIE

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## DIE IV. DECEMBRIS.

Secúnda die infra Octávam Conceptiónis B. Maríæ.

In festo S. Leocádiæ vírginis & mártyris, Patrónæ Toletánæ. Duplex.

In j. Vésperis (étiam extra civitátem Toletánam ex privilégio) Officium fit de Conceptióne B. Maríæ, Duplex, cum Commemoratióne S. Leocádiæ vírginis & mártyris, Antíphona. Veni sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procéde, & regna.

ORATIO.

Beátæ Leocádiæ vírginis & mártyris tuæ, quæsumus Dómine, précibus & méritis adiuvémur: ut quæ pro tui nóminis confessióne cárceres, & mortem pértulit, suo nos patrocínio ab ætérno cárcere deféndat. Per Dóminum.

Deinde fit Commem. Fériæ. Ad Matutínum, Laudes, & per Horas de Commúni vírginis, & mártyris. Oratio ut suprà. Et fit Commemorátio Octávæ, & fériæ in Láudibus.

Vésperæ de sequénti Festo cum Commemoratióne S. Leocádiæ. Fériæ, ac S. Melchíadis Papæ, & Mart.

## DIE X. DECEMBRIS.

Tértia die infra Octávam Conceptiónis. B. Maríæ.

In festo Translatiónis Almæ Domus Lauretánæ beátæ Maríæ vírginis Duplex.

Ad Vésperas, Aña. Domum tuam. cum réliquis de Láudibus. 7. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis ut in eius Officio parvo beátæ Maríæ vírginis.

CAPITULUM. *Eccli.* 24.

IN ómnibus réquiem quæsívi, & in hereditáte Dómini morábor. Tunc præcépit, & dixit mihi Creátor ómnium, & qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo.

Hymnus. Ave maris stella. pro ut in Officio parvo beátæ Maríæ vírginis.

℣. Hæc est Domus Dómini firmiter ædificáta. ℟. Benè fundáta est supra firmam petram.

Ad Magníficat, Antíphona. Sanctificávit Dóminus tabernáculum suum: quia hæc est Domus Dei, in qua invocábitur nomen eius, de quo scriptum est: Et erit nomen meum ibi, dicit Dóminus.

ORATIO.

Deus, qui beátæ Maríæ vírginis Domum per incarnáti Verbi mystérium misericórditer consecrásti, eámque in sinu Ecclésiæ tuæ mirabíliter collocásti: concéde, ut segregáti à tabernáculis peccatórum, digni efficiámur habitatóres Domus sanctæ tuæ. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Et fit Commemorátio S. Leocádiæ, ac S. Melchíadis, Papæ & Mártyris, sed nihil de Octáva Conceptiónis in hoc Officio.

Ad Matutínum, Invitatórium. Salvatórem mundi in Domo Vírginis de Spíritu sancto concép-



céptum, * Veníte adorémus. Psalmus. Venite, exultémus. Hymnus. Cæléstis Urbs Ierúsalem. proút in Festo Dedicatiónis Ecclésiæ.

In j. Noctúrno, Antíphona. Elevàta est magnificéntia tua super cælos. Psalmus. Dómine Dóminus noster. cum réliquis proút in Officio parvo B. Maríæ vírginis. Antíphona. In sole pósuit tabernáculum suum, & ipse tamquam Sponsus procédens de thálamo suo. Antíphona. Quis ascéndet in montem Dómini? aut quis stabit in loco sancto eius? innocens mánibus, & mundo corde. ℣. Domum tuam Dómine decet sanctitúdo. ℟. In longitúdinem diérum.

In ij. Noctúrno, Antíphona. Diffúsa est grátia in lábijs tuis, proptérea benedíxit te Deus in ætérnum, & in sǽculum sǽculi. Antíphona. Sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus. Antíphona. Homo natus est in ea, & ipse fundávit eam Altíssimus. ℣. Dómine diléxi decórem Domus tuæ. ℟. Et locum habitatiónis glóriæ tuæ.

In iij. Noctúrno, Antíphona. Tóllite hóstias, & introíte in átria eius, adoráte Dóminum in aula sancta eius. Aña. Vidérunt omnes pópuli glóriam eius. Aña. Cantáte Dómino cánticum novum, quia mirabília fecit Dóminus, allelúia. ℣. Domum tuam Dómine decet sanctitúdo. ℟. In longitúdinem diérum.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antíphona.

Domum tuam Dómine decet sanctitúdo in longitúdinem diérum. Psalm. Dóminus regnávit. cum réliquis de Domínica. Aña. Domus mea, Domus oratiónis vocábitur: in ea omnis qui petit, áccipit: & qui quærit, invénit: & pulsánti aperiétur. Antíphona. Propter Domum Dómini Dei nostri, quæsívi bona tibi. Aña. Dómine Deus exaltásti super terram habitatiónem meam. Antíphona. Domum maiestátis, meæ, & locum pedum meórum glorificábo.

CAPITULUM. *Eccli.* 24.

IN ómnibus réquiem quæsívi, & in hereditáte Dómini morábor. Tunc præcépit, & dixit mihi Creátor ómnium: & qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo.

Hymnus. Alto ex Olympi vértice. ut in Commúni Dedicatiónis Ecclésiæ.

℣. Introíbimus in tabernáculum eius. ℟. Adorábimus in loco, ubi stetérunt pedes eius.

Ad Benedíctus, Antíphona. Ecce tabernáculum Dei cum homínibus, & habitábit cum eis, & ipsi pópulus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eórum Deus.

ORATIO.

Deus, qui beátæ Maríæ Vírginis Domum per incarnáti Verbi mystérium misericórditer consecrásti, eámque in sinu Ecclésiæ tuæ mira-

rabíliter collocásti : concêde, ut segregáti à tabernáculis peccatorum, digni efficiámur habitatóres Domus sanctæ tuæ. Per eumdem Dóminum nostrum.

Deindè fit Commemorátio Fériæ, & ac S. Melchiadis tantum.

Ad Primam in ℟. brevi dicitur. ℣. Qui natus es de María vírgine.

Ad Tértiam, Antíphona.
Domus mea,

Capítulum. In ómnibus réquiem quæsívi. ùt suprà. 7.

℟. breve. Hic Domus Dei est, * Et porta cæli. Hic Domus. ℣. Et vocabitur Aula Dei. Et porta. Glória Patri. Hic Domus. ℣. Dómine diléxi decórem Domus tuæ. ℟. Et locum habitatiònis glóriæ tuæ.

Ad Sextam, Antíphona.
Propter Domum Dómini.

CAPITULUM. *Eccli. 24. b*

ET sic in Sion firmàta sum, & in civitàte sanctificàta similiter requiévi, & in Ierúsalem potéstas mea. Et radicavi in pópulo honorificato, & in parte Dei mei heréditas illìus, & in plenitúdine sanctôrum deténtio mea.

℟. breve. Dómine, * Diléxi decôrem Domus tuæ. Dómine. ℣. Et locum habitatiônis glóriæ tuæ. Diléxi decôrem. Glória Patri. Dómine. ℣. Domum tuam Dómine decet sanctitúdo ℟. In longitúdinem diêrum.

Ad Nonam, Antíphona.
Domum Maiestâtis meæ.

CAPITULUM. *Eccli. 24. b*

IN platéis sicut cinnamômum & bàlsamum aromatizans odôrem dedi : quasi myrrha elécta dedi suavitâtem odoris.

℟. breve. Domum tuam Dómine, * Decet sanctitúdo. Domum tuam. ℣. In longitúdinem diêrum. Decet sanctitúdo. Glória Patri. Domum tuam. ℣. Hic Domus Dei est, & porta Cæli. ℟. Et vocábitur Aula Dei.

In secúndis Vésperis ómnia ùt in primis.

Ad Magníficat, Antíphona.
O quàm metuéndus est locus iste ! Verè non est hic áliud nisi Domus Dei, & porta cæli.

Orátio ùt suprà. 7.

Deindè Commemorátio S. Damasi Papæ, & Confessôris, ac Fériæ tantùm.

## DIE XI. DECEMBRIS.

Quarta die infra Octâvam Conceptiónis B. Mariæ.

Fit de S. Damáso Papa, & Confess. Semiduplex. cum Commemoratióne Octâvæ, & Fériæ in Laudibus.

Vésperæ de S. Eulália Emeriténsi Virg. & Mart. cum Commemorat. S. Damasi, Aña. Dum esset. Octâvæ, ac Fériæ.

## DIE XII. DECEMBRIS.

Quinta die infra Octâvam Conceptiónis B. Mariæ.

In festo S. Euláliæ Emeriténsis vírginis & mart. Duplex.

Omnia de Commúni unius Vírginis & Mártyris, præter ea, quæ hic habéntur própria.

AD



## AD VESPERAS,

CAPITULUM. *1. Cor. 10. d*

FRatres, Qui gloriâtur, in Dómino gloriêtur. Non enim qui seípsum comméndat, ille probâtus est, sed quem Deus comméndat.

HYMNUS.

VIrginis láudes cánimus pudícæ,
Mille quæ sertis redimîta frontem,
Dúplices palmas méruit referre
Sánguine partas.
Tecta festìna egrêditur patérnas;
Nec timet noctem, pavet aut tenébras;
Prævia sed luce áperit rubêta
Cælicus ordo.
Intrat & passu Eméritam velócis;
Iúdicis durum stetit ad tribúnal,
Arguens cæca venerâre gentes
Númina vana.
Dúlcibus verbis, studíjsque tentat
Prætor emollíre ánimum puéllæ,
Offerat saltem pia thura Divis,
Cæsari placens.
Illa fàllàces rénuit loquélas:
Nulla promíssa allíciunt, iníquis
Pérnegat sensus, velut alta rupes
Flúctibus obstat.
Sit decus Patri, genitǽque Proli,
Et tibi compar utriúsque Virtus,
Spíritus semper, Deus unus omni
Témporis ævo. Amen.

℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, próspere procêde, & regna.

Ad Magníficat, Antíphona.
Beáta Eulália úngulis férreis usque ad ossa dilaniâta, læto ore notas númerans, dicêbat: Nunc Christe Iesu in meo córpore his notis fórtiùs inscríberis. Deléctat me hos ápices légere, qui tua tróphæa, noménque tuum sánguinis purpura scripta loquuntur.

ORATIO.

OMnípotens sempitérne Deus, qui infírma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas: da nobis in festivitâte sanctæ vírginis & mártyris tuæ Euláliæ cóngrua devotióne gaudêre; ut & poténtiam tuam in eius passiône laudêmus, & promíssum nobis percipiâmus auxílium. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemorátio S. Damási, Aña. Dum esset. Octâvæ Conceptiónis B. Maríæ, & Fériæ.

Ad Matutínum, Invitatórium.
Regem vírginum Dóminum, * Veníte adorêmus. Psalm. Veníte, exultémus.

HYMNUS.

INfremit Prætor, rabiêque frendet,
Vérbera inténtat, móveant puéllam

Cunc-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Cuncta frustrà: fórtior & resístit
Ipsa tyránno.
Ungulæ carnis laniant cruéntæ;
Virgo sed plagas númerans hiúlcas,
Gaudet, & Christi célebrat triúmphos
Voce sonóra.
Præstat inscriptos ápices notâre
Púrpura tictos, quibus exarántur
Nominis magni alma tui trophæa
Máxime Christe.
Inquit: At prætor fúrijs prehénsus
Bálneat fervénte óleo mamíllas;
Calce, tum rivis férvidis aquârum
Corpus adúrit.
Attámen calce, ex liquidóvè plumbo,
Nulla nec parva Euláliam favílla
Lædit, expérta ómnia temperâta
Virgo decôra.
Sit decus Patri, genitǽque Proli,
Et tibi compar utriúsque Virtus,
Spíritus semper, Deus unus omni
Témporis ævo.
Amen.

In primo Noctúrno, Aña. Beâta Eulália Deo timorâta, mente & córpore casta, ac Religióne pudica, docebâtur à Donáto Presbýtero. Dómine Dóminus noster. cum réliquis de Commúni Vírginum. Aña. Ab infántia rudiméntis Christi confitéri docebâtur. Psalmus. Cæli enárrant. Aña. Annos adolescéntiæ penè ingréssa, fidem, quam sancta devotione concéperat, ánimo fortiore servâbat. Psalmus. Dómini est terra. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prosperè procéde, & regna.

In secúndo Noctúrno, Aña. Virgo magnánima nocte consúrgens, læta progrédiens, ardénti desidério ad martýrium properâbat. Psalmus. Eructâvit cor meum. Aña. Nocte viam secúta virgo, lucem hábuit pro duce, & diem meruit. Psalm. Deus noster refugium. Aña. Convirginâli suæ Iúliæ comitánti dixit: Notum sit tibi, Dómina soror, quia etsi novíssima vado, prior patiar. Psalmus. Magnus Dóminus. ℣. Adiuvâbit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio eius, non commovébitur.

In tértio Noctúrno, Aña. Dóminus docet me in veritâte tua, ídeò non sedúces adolescéntiam meam. Psalm. Cantâte Dómino. j. Aña. Terrénæ vitæ blandiméntis non deléctor, álteram beâtam spero vitam. Psalmus. Dóminus regnâvit, exúltet terra. Antíphona. Hábeo sponsum dívitem, immortâlem, qui te tuósque perdet. Psalmus. Cantâte Dómino. ℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitâre facit eam.

AD LAUDES,
& per Horas, Antíphona.

Beâta Eulália fide plena, spe intrépida, charitâte flagrans ad martýrium sponte festinâbat. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum reliquis de Domínica. Antíphona. Crudélibus lacerâta verbéribus, fortiori ánimo Prætoris sævítiam, & Cæsaris vanam religionem increpâbat. Antíphona. Tamquam aurum in fornâce probâta, láudes Dómino decántains, incólumis exivit à flammis. Antíphona. Benedico te Pater Dómini mei Iesu Christi, quia per Fílium tuum nec vérbera, nec ignis, nec calx, nec plumbum nocuêre córpori meo. Antíphona. Qua Spíritus sanctus spécie apparêre non dedignâtur, Euláliæ spíritus ad cæléstem paradisum evolâvit.

CAPITULUM. 1.*Cor*.10.*d*

FRatres, Qui gloriâtur in Dómino gloriêtur. Non enim qui seipsum comméndat, ille probâtus est, sed quem Deus comméndat.

HYMNUS.

LAmpades postrémò Vírgini ligâtæ
Applicat, qui ignem caput occupántem
Transfert in pectus, hiantêque ore
Hausit apérto.
Spíritu formam récipit colúmbæ,
Quæ volans cælum pénetrat corúscum:
Cóntremit lictor fúgiens, relícto
Córpore solo.
Membra tam sævè lacerâta nuda
Cóntegit cælum nive decidénte:
Donat hæc pura Attálicos amíctus
Ártubus almis.
Virgo, quæ est firma Eméritæ colúmna,
Astures fortes fáveas benígna:
Qui tibi semper réferant Patrónæ
Omnia fáusta.
Audias quod nos férimus lubénter
Súpplices votum: récipe & secúnda
Témpora indúlge, ut tibi personêmus
Cármina sancta.
Sit decus Patri, genitǽque Proli,
Et tibi compar utriúsque Virtus:
Spíritus semper, Deus unus omni
Témporis ævo.
Amen.

℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antíphona. Beâta Eulália, dum Lampádibus ardéntibus ureréţur, Prætori dixit: Assum est iam corpus meum, iube sale conspérgi, ne cælésti sponso insípidum prǽpáres holocáustum.

ORA-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ORATIO

Omnípotens sempitérne Deus, qui infírma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas: da nobis in festivitâte sanctæ vírginis & mártyris tuæ Euláliæ cóngrua devotióne gaudêre; ut & poténtiam tuam in eius passióne laudémus, & promissum nobis percipiâmus auxílium. Per Dóminum nostrum.

Deinde fit Commemorátio Octávæ Conceptiónis B. Maríæ vírginis, & Fériæ.

In ii. Vésperis, Aña. Beâta Eulália. cum réliquis de Láudibus. 6. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Commúni Vírginum.

Deinde à Capítulo de S. Lúcia vírgine, & mártyre, ut in Diurnáli Románo, cum commemorat. præcedént.

Si hoc Festum transferâtur, Capítulum & Hymnus ut in primis Vésperis.

Ad Magníficat, Antíphona.

Ad conspéctum Colúmbæ prodeúntis ab ore beátæ Euláliæ, pávidi fúgiunt lictóres, relícto corpúsculo nudo, quod nix è cælo súbitò demíssa, vice lintéoli candidíssimi opéruit.

℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Orátio. Omnípotens. ut sup.

Deinde Commem. Octávæ Conceptiónis, & Fériæ.

## DIE XIII. DECEMBRIS.

Sexta die infrà Octávam Conceptiónis B. Maríæ.

Fit de S. Lúcia vírgine & mártyre. Duplex. cum Commemoratióne Octávæ, & Fériæ in Láudibus, & Vésperis.

## DIE XIV. DECEMBRIS.

Séptima die infrà Octávam Conceptiónis B. Maríæ.

In Láudibus, & Vésperis fit Commemorátio Fériæ.

## DIE XV. DECEMBRIS.

Octáva Conceptiónis B. Maríæ. Duplex.

In Láudibus fit Commemorátio Fériæ.

In secúndis Vésperis fit Commemorátio S. Eusébij & Fériæ.

## DIE XVIII. DECEMBRIS.

In festo Expectatiónis B. Maríæ vírginis. Duplex.

Ad Vésperas, Antíphona.

Missus est. cum réliquis de Láudibus. 14. Psalmi. Dixit Dóminus. Laudáte pueri. Lætátus sum. Nisi Dóminus. Lauda Ierúsalem. ut in Officio parvo beátæ Maríæ.

CAPITULUM. *Isaiæ 11.*

Egrediétur virga de radíce Iesse, & flos de radíce eius ascéndet, & requiéscet super eum Spíritus Dómini.

HYMNUS.

Creâtor alme síderum,
Ætérna lux credéntium,
Iesu Redémptor ómnium,
Inténde votis súpplicum.
Qui dæmonis ne fráudibus
Periret orbis, ímpetu
Amóris actus, lánguidi
Mundi medéla factus es.
Commúne qui mundi nefas
Ut expiáres, ad Crucem
E vírginis sacrário
Intácta prodis víctima.





Cuius potéstas glóriæ,
Noménque cùm primùm sonat:
Et Cœlites, & ínferi
Treménte curvántur genu.
Te deprecâmur últimæ
Magnum diéi iúdicem;
Armis supérnæ grátiæ
Defénde nos ab hóstibus.
Virtus, honor, laus, glória
Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito
In sæculórum sæcula. Amen.

℣. Ave María, grátia plena. ℟. Dóminus tecum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Spíritus sanctus in te descéndet María: ne tímeas, habêbis in útero Fílium Dei, allelúia.

ORATIO.

Deus, qui de beátæ Maríæ vírginis útero Verbum tuum, Angelo nunciánte, carnem suscípere voluísti: præsta supplícibus tuis; ut qui verè eam genitrícem Dei crédimus, eius apud te intercessiónibus adiuvêmur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Et fit Commemorátio Advéntus, Antíphona. O.

Ad Completórium & per Horas Hymni concludúntur, Virtus, honor, &c. ut in fine Hymni ad Vésperas.

Ad Matutínum, Invitatórium. Ave María, grátia plena: * Dóminus tecum. Psalmus. Veníte, exultémus.

HYMNUS.

Verbum supérnum pródiens
E patris ætérni sinu,
Qui natus orbi súbvenis,
Labénte cursu témporis.
Illúmina nunc péctora,
Tuóque amore cóncrema;
Ut cor cadúca déserens
Cæli volúptas ímpleat.
Ut, cùm tribúnal iúdicis
Damnâbit igni nóxios,
Et vox amíca débitum
Vocâbit ad cælum pios.
Non esca flammárum nigros
Volvâmur inter túrbines,
Vultu Dei sed cómpotes,
Cæli fruâmur gáudijs.
Patri simúlque Fílio,
Tibíque sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit iúgiter
Sæclum per omne glória.
Amen.

In primo Noctúrno, Aña.

Ecce Dóminus noster cum virtúte véniet, & illuminâbit óculos servórum tuórum, allelúia. Psalm. Dómine Dóminus noster. ut in Commúni Vírginum. Aña. Roráte cæli désuper, & nubes pluant iustum: aperiâtur terra, & gérminet Salvatórem. Psalm. Cæli enárrant glóriam Dei. Aña. Ecce nomen Dómini de longínquo, & cláritas eius replet orbem terrárum. Psalm. Dómini est terra. ℣. Ex Sion spécies decóris eius. ℟. Deus noster manifésté véniet.

In secúndo Noctúrno, Aña. De Sion exíbit lex, & verbum Dómini de Ierúsalem. Psalmus. Eructávit cor meum verbum bonum. ut in Commúni Vírginum. Antíphona. Ecce Deus noster, expectávimus eum, & salvâbit nos, allelúia. Psalmus. Deus noster refúgium, & vir-

virtus. Aña. Dóminus véniet, occúrrite illi, dicéntes: Magnum princípium, & regni eius non erit finis: Deus, Fortis, Dominàtor, Princeps pacis, allelúia. Psalmus. Magnus Dóminus. ℣. Egrediêtur virga de radice Iesse. ℟. Et flos de radice eius ascéndet.

In tértio Noctúrno, Aña. Dóminus dabit benignitâtem, & terra nostra dabit fructum suum. Psalm. Benedixísti. cum sequéntibus inter Psalmos Fériæ sextæ ad Matutínum. Aña. Ecce véniet Deus & homo de domo David sedêre in throno, allelúia. Psalmus. Fundaménta eius. Antíphona. Annunciâte pópulis, & dícite: Ecce Deus Salvâtor noster véniet. Psalmus. Cantâte. ℣. Egrediêtur Dóminus de loco sancto suo. ℟. Véniet ut salvet pópulum suum.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antíphona.

Missus est Gábriel Angelus ad Maríam vírginem desponsâtam Ioseph. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum réliquis de Domínica. Antíphona. Ave María, grátia plena: Dóminus tecum: Benedícta tu in muliéribus, allelúia. Aña. Ne tímeas María, invenísti grátiam apud Dóminum: Ecce concípies & páries fílium, allelúia. Aña. Dabit ei Dóminus sedem David patris eius, & regnábit in ætérnum. Antíphona. Ecce ancilla Dómini, fiat mihi secúndum verbum tuum.

CAPITULUM. *Isaiæ 11.*

Egrediêtur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascéndet. Et requiéscet super eum Spíritus Dómini.

HYMNUS.

En clara vox redárguit
Obscúra quæque personans:
Procul fugéntur sómnia,
Ab alto Iesus prómicat.
Mens iam resúrgat tórpida:
Non ámplius iacens humi:
Sidus refúlget iam novum,
Ut tollat omne nóxium.
En Agnus ad nos míttitur
Laxâre gratis débitum:
Omnes simul cum lácrymis
Precémur indulgéntiam.
Ut, cùm secúndò fúlserit,
Metúque mundum cínxerit,
Non pro reátu púniat,
Sed nos pius tunc prótegat.
Virtus, honor, laus, glória
Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculôrum sǽcula. Amen.

℣. Spíritus sanctus supervéniet in te. ℟. Et virtus Altíssimi obumbrâbit tibi.

Ad Benedictus, Antíphona. Super sólium David, & super regnum eius sedêbit in ætérnum.

ORATIO.

Deus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero, Verbum tuum, Angelo nunciante, carnem suscípere voluísti: præsta supplícibus tuis; ut qui verè eam genitrícem Dei crédimus, eius apud te intercessiónibus adiuvêmur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Deindè fit Commem. Fériæ.



Ad Primam in ℟. brevi. Qui ventûrus es.

Ad Tértiam, Antíphona. Ave María. Capítulum. Egrediêtur virga. ut suprà.

℟. brev. Tu exúrgens Dómine, * Miseréberis Sion. Tu exúrgens. ℣. Quia tempus miseréndi eius, quia venit tempus. Miseréberis. Glória Patri. Tu exúrgens. ℣. Rorâte cæli désuper, & nubes pluant iustum. ℟. Aperiâtur terra, & gérminet Salvatórem.

Ad Sextam, Antíphona. Ne tímeas María.

CAPITULUM. *Isaiæ 7. c*

Ecce virgo concípiet, & páriet fílium, & vocábitur nomen eius Emmánuel. Butýrum & mel cómedet, ut sciat reprobâre malum, & elígere bonum.

℟. breve. Rorâte cæli désuper, * Et nubes pluant iustum. Rorâte cæli. ℣. Aperiâtur terra, & gérminet Salvatórem. Et nubes. Glória Patri. Rorâte cæli. ℣. Emítte Agnum Dómine dominatórem terræ. ℟. De petra desérti, ad montem fíliæ Sion.

Ad Nonam, Antíphona. Ecce ancilla Dómini.

CAPITULUM. *Isaiæ 45. b*

Rorâte cæli désuper, & nubes pluant iustum: aperiâtur terra, & gérminet Salvatórem, & iustítia oriâtur simul: Ego Dóminus creávi eum.

℟. breve. Emítte Agnum Dómine, * Dominatórem terræ. Emítte. ℣. De petra desérti ad montem fíliæ Sion. Dominatórem. Glória Patri. Emítte. ℣. Spíritus sanctus supervéniet in te. ℟. Et virtus Altíssimi obumbrâbit tibi.

In secúndis Vésperis, Aña. Missus est Gábriel Angelus ad Maríam vírginem desponsâtam Ioseph. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis ut in Officio parvo B. Maríæ, & loco últimi Psalm. Meménto Dómine David. Antíphona. Ave María grátia plena: Dóminus tecum: Benedícta tu in muliéribus, allelúia. Antíphona. Ne tímeas María, invenísti grátiam apud Dóminum: ecce concípies, & páries fílium, allelúia. Antíphona. Dabit ei Dóminus sedem David patris eius, & regnábit in ætérnum. Antíphona. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Capítulum, Hymnus, & ℣. ut in primis Vésperis. 12.

Ad Magníficat, Antíphona. O virgo vírginum, quómodò fiet istud? quia nec primam símilem visa es, nec habêre sequéntem. Fíliæ Ierúsalem quid me admirámini? Divínum est mystérium hoc quod cérnitis.

Orátio. Deus, qui de beátæ. ut suprà. 14.

Pro Commemor. Advéntus Antíphona. O.

## DIE XX. DECEMBRIS.

In festo S. Domínici Sylénsis Abbâtis.

Duplex.

Omnia de Commúni Confessóris non Pontíficis, præter Oratiónem.

ORATIO.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Domínici Confessóris tui præcláris vitæ méritis decorásti, & in liberándis captívis gloriósis lætificásti miráculis: concêde nobis fámulis tuis, ut & ipsíus instruâmur exémplis, & ab omni vitiórum servitúte eius patrocínio liberêmur. Per Dóminum.

Et fit Commemorátio Fériæ ubique.

Vésperæ de sequénti, Commem. præcedéntis & Fériæ.

## DIE XXX. DECEMBRIS.

In festo Translatiónis S. Iacóbi Apostoli, Hispaniárum Apostoli & Patroni.

Duplex maius.

In utrísque Vésperis, Antiphona. Tecum princípium. cum réliquis Antiphonis & Psalmis ex ii. Vésperis Nativitátis Dómini, & à Capítulo sicut in Festo xxv. Iulij, præter Orationem.

ORATIO.

DEus, qui dispositiône mirábili corpus beáti Iacóbi Apóstoli tui de Ierosólymis ad Hispániam transférri, & in Compostélla gloriósè sepelíri voluísti: concêde quæsumus, ut eius méritis & précibus in cælésti Ierúsalem collocári mereâmur. Per Dóminum nostrum.

Pósteà fit Commemorátio S. Thomæ Cantuariénsis, si non contingat transferri ad Vigíliam Epiphaniæ iuxta Breve Gregórij XIII. deindè Octavárum.

Si Domínica (aut dies in qua ad formam Breviárij fit de ea) vénerit isto die, fiet Commemorátio Domínicæ in primis Vésperis, & ad Láudes ante Commemorat. Octavárum. In secúndis autem Vésperis post Commemoratiónem S. Silvéstri fit Commemorátio Domínicæ, & Octavárum.

Quando verò fit de Domínica in die præcedénti, vel in sequénti, fiet Commemorátio Domínicæ in primis vel secúndis Vésperis respectivè ante Commemoratiónem Octavárum.

## FESTA IANUARII.

## DIE XVI. IANUARII.

In festo S. Fulgéntij Epíscopi & Confessoris.

Duplex.

Omnia de Commûni Confessoris Pontíficis.

Orátio. Exaudi quæsumus Domine. secúndo loco.

PRo Diœcésibus autem Carthaginénsi, Placentína & Hispalénsi Duplex ii. Classis, & in utrísque Vésperis ad Magníficat, Antíphona. O Doctor óptime.

ORATIO.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beâtum Fulgéntium minístrum tribuísti: præsta quæsumus, ùt quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habêre mereâmur in cælis. Per Dóminum nostrum.





## DIE XXI. IANUARII.

*Vel alia die.*

In festo SS. Fructuósi Epíscopi, Augurij, & Eulogij Diaconorum martyrum.

Duplex.

Omnia de Commûni plurimórum Martyrum, præter Oratiónem.

ORATIO.

DEus, qui beâtum Fructuôsum, & eius Diáconos Augúrium, & Eulógium per ignem probátos martýrio decorásti: concêde nobis fámulis tuis, ut ipsôrum intercessiône, flamma divíni amôris succénsi, cum illis páriter coronêmur in cælis. Per Dóminum nostrum.

## DIE XXIII. IANUARII.

In festo S. Ildefónsi Archiepíscopi Toletáni, Confessôris.

Duplex ii. Classis, cum Octâva.

Omnia de Commûni Confessôris Pontíficis, præter Oratiónem.

ORATIO.

DEus, qui per gloriosíssimam Fílij tui Matrem beâtum Ildefónsum Confessôrem tuum atque Pontíficem, misso de thesáuris cæléstibus múnere decorásti: concêde propítius; ut per eius preces & mérita, múnera capiâmus ætérna. Per cúmdem Dóminum.

Et non fit Commem. SS. Vincéntij & Anastásij márt.

In Láudibus fit Commem. sanctæ Emerentiánæ.

In secúndis Vésperis fit Commemorátio S. Timóthei Epíscopi & martyris.

## DIE XXIV. IANUARII.

Secúnda die infrà Octâvam S. Ildefónsi.

Fit de S. Timótheo Epíscopo & Mart. Semíduplex.

Ut in Diurnali Románo, cum Commemoratióne Octávæ sancti Ildefónsi.

## DIE XXV. IANUARII.

Tértia die infrà Octâvam S. Ildefonsi.

Fit de Conversióne S. Páuli, Duplex maius, cum Commemorat. S. Petri, & Octâvæ.

In ii. Vésperis Commemor. S. Petri, sequéntis, & Octâvæ.

## DIE XXVI. IANUARII.

*Vel alia die.*

Quarta die infrà Octâvam S. Ildefónsi.

In festo S. Páulæ víduæ, Semíduplex.

Omnia de Commûni non Vírginum nec Mártyrum, præter Oratiónem.

ORATIO.

DEus, qui beâtam Paulam fámulam tuam, spretis mundi delícijs, post insígnia virtútum increménta, ibi voluísti nasci cælo, ubi Unigénitus tuus natus est mundo: concêde propítius; ut eius exémplo terrêna cuncta despiciéntes, cæléstia cónsequi mereâmur. Per cúmdem Dóminum nostrum.

Fit Commemorátio Octávæ.

Vésperæ de S. Ioánne Chrysóstomo cum Commem. præcedéntis & Octávæ.

### DIE XXVII. IANUARII.
Quinta die infrà Octâvam S. Ildefónsi.

Fit de S. Ioánne Chrysóstomo, Duplex, cum Commem. Octavæ.

Vesperæ de sequénti cum Commem. præcedéntis.

### DIE XXVIII. IANUARII.
In festo S. Iuliâni Episcopi & Confessoris.

Duplex ii. Classis, cum Octâva.

Omnia de Commúni Confessóris Pontíficis, præter Oratiónem.

Si hoc Festum vénerit in Domínica Septuagésimæ, vel Sexagésimæ, transfértur in diem iii. Februárij, cum nona Lectióne & Commem. in Láudibus S. Blásij Episcopi & mártyris.

Oratio.

Excita, quǽsumus, Dómine, in pópulo tuo Spíritum charitátis, quo beátum Iuliânum, Confessórem tuum atque Pontíficem replêre dignâtus es: & concéde; ut, cuius festivitâtem celebrâmus, per eius ad te exémpla gradiâmur. Per Dñm. In unitáte eiúsdem.

In Láudibus fit Commemor S. Agnétis secúndo.

In ii. Vésperis fit Commem. sancti Francisci Salésij Episcopi & Confessoris tantùm.

### DIE XXIX. IANUARII.
Séptima die infrà Octâvam S. Ildefónsi, fit de S. Francisco Salésio Episcopo & Confessóre, Duplex, ùt in Diurnáli Románo, cum Commemorat. S. Ildefónsi ùt in primis Vésperis, & S. Iuliâni, ùt in secúndis Vésperis, ℣. Elégit eum.

In secúndis Vésperis à Capítulo de die Octâva S. Ildefónsi, ut in primis Vésperis Festi, cum Commemor. sancti Francisci & S. Iuliâni, Antiphona. Euge. ℣. Elégit eum.

Si dies Octâva S. Ildefónsi occúrrat in Domínica Septuagésimæ Vésp. in Sabbato integræ dicúntur de S. Francisco Salésio cum Commem. Domínicæ & diéi Octâvæ S. Ildefónsi, ut in primis Vésperis, & S. Iuliâni, Antiphona, & ℣. ut supra.

Sequénti die fit de Domínica prædicta, cum Commemorat. Octâvæ S. Ildefónsi & S. Iuliâni in Láudibus & ii. Vésperis, & non dicúntur Suffrágia, nec Preces ad Primam & Completórium propter Octâvam.

### DIE XXIX. IANUARII.
*Vel alia die.*

In festo S. Valérij Episcopi Cæsaraugustâni, & Confess.

Duplex.

Omnia de Commúni Confessóris Pontíficis præter Oratiónem.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui sacram beâti Valérij Confessóris tui atque Pontíficis solemnitâtem hodiérna die venerári voluísti: nos fámulos tuos ab omni culpa líberos esse concéde, ut eius intercessióne ad vitam perveniâmus ætérnam. Per Dóminum nostrum.

DIE



### DIE XXX. IANUARII.
Octâva S. Ildefónsi.

Omnia dicúntur ùt in die Festi.

In Láudibus fit Commemor. Octâvæ S. Iuliâni, ùt in primis Vésperis Festi.

In secúndis Vésperis à Capítulo fit de sequénti, Commemor. præcedéntis, & Octâvæ S. Iuliâni, Antiphona. Euge. ℣. Elégit.

### DIE XXXI. IANUARII.
Quarta die infrà Octâvam S. Iuliâni, fit de S. Petro Nolásco, Confessóre, Duplex, cum Commemorat. Octâvæ in Láudibus, ℣. Amávit.

In secúndis Vésperis fit à Capítulo de sequénti cum Commemor. præcedéntis & Octâvæ, ℣. Elégit.

## FESTA FEBRUARII.

### DIE I. FEBRUARII.
Quinta die infrà Octâvam S. Iuliâni.

In festo S. Cæcilij Episcopi & mártyris, & Patróni Principális Ecclésiæ & Diœcésis Granaténsis.

Duplex.

Omnia dicúntur de Commúni Mártyris Pontíficis, præter Oratiónem.

Oratio.

Deus, qui nos per beâtum Cæcílium mártyrem tuum, atque Pontíficem ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti: concéde propítius; ut per quem supérni múneris rudiménta suscépimus, per eum subsídia perpétuæ salútis impetrêmus. Per Dóminum.

In Láudibus fit Commemor. Octâvæ S. Iuliâni.

### DIE II. FEBRUARII.
Sexta die infrà Octâvam sancti Iuliâni, fit de Purificatione B. M. V. duplex, ùt in Diurnáli Románo, sine Commemorat. Octâvæ. In ii. autem Vésperis fit Commemor. Octâvæ (si de ea faciéndum est Officium sequénti die) & S. Blásij Episcopi & márt.

### DIE III. FEBRUARII.
Séptima die infrà Octâvam S. Iuliâni, ùt in die.

In Láudibus fit Commemor. S. Blásij.

### DIE IV. FEBRUARII.
Octâva S. Iuliâni.

Duplex.

Omnia sicut in die, præter ea, quæ hîc habéntur.

In ii. Vésperis fit à Capítulo de S. Agatha vírgine & mártyre, ùt in Diurnáli, Commem. præcedéntis.

Si dies Octâva S. Iuliâni vénerit in Domínica Septuag. fit Officium de Domínica, hoc modo: Vésperæ in Sabbato præcedénti dicúntur de Féria, ut in Psaltério, scilicèt Aña. Benedíctus. Psalmi Sabbati, & à Capítulo fit de Domínica, cum Commemor. diéi Octâvæ ùt in i. Vésperis Festi. Antíphona. Sacérdos & Póntifex. ℣. Amâvit eum. Orátio. Exáudi sine suffrágijs consuétis, & Précibus, propter Octâvam.

Sequénti die fit de Domínica

ca

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ca prædícta cum Commemor. Octávæ in Láudibus, & ii. Vésperis, & non dicúntur Suffrágia, nec Preces ad Primam & Completórium.

Si dies Octávæ vénerit in Féria iv. Cinerum, nihil fit de Octáva, neque in i. Vésperis ejúsdem diéi Octávæ, sed Féria tértia dicúntur Vésperæ de Féria, sine Commem. Octávæ, cum de ea nihil fieri debeat die sequénti: quare cessábit omníno in Nona séptimæ diéi intrà Octávam, ex Rubricis Octavarij Románi.

## DIE XXII. FEBRUARII.

In festo S. Euláliæ Barcinonénsis virg. & mart. Duplex.

Omnia de Commúni Vírginum & Mártyrum, præter Oratiónem.

ORATIO.

Deus, qui nos martýrij beátæ Euláliæ vírginis & mártyris tuæ solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut gloriosíssimis ejúsdem méritis, & terréna nobis profíciant, & cæléstia desideráta provéniant. Per Dóminum nostrum.

Si occúrrat in Quadragésima, fit ubíque Commemorátio Fériæ, quod observátur in sequéntibus.

In secúndis Vésperis fit Commemorátio sequéntis.

## FESTA MARTII.

## DIE I. MARTII.

In festo S. Rudesíndi Epíscopi & Confes. Duplex.

Omnia de Commúni Confessóris Pontíficis, præter Oratiónem.

ORATIO.

Propitiáre, quǽsumus Dómine, nobis fámulis tuis per sancti Confessóris tui atque Pontíficis Rudesíndi mérita gloriósa: ut ejus pia intercessióne ab ómnibus semper protegámur advérsis. Per Dóminum nostrum.

## DIE III. MARTII.

In festo SS. Hemethérij & Celedónij mártyrum. Duplex.

Omnia de Commúni plurimórum Mártyrum, præter sequéntia.

In utrísque Vésperis, HYMNUS.

Scripta sunt cælo duórum
Mártyrum vocábula,
Aureis quæ Christus illic
Annotávit lítteris:
Sánguinis notis, & idem
Scripta terris trádidit.

Pollet hoc felix per orbem
Terra Ibéra stémmate:
Hic locus dignus tenéndis
Ossibus visus Deo,
Qui beatórum pudícus
Esset hospes córporum.

Hic caléntes hausit undas
Cæde tinctus dúplici:
Illitas cruóre sancto,
Nunc arénas íncolæ
Confrequéntant, obsecrántes,
Voce, votis, múnere.

Nemo puras hic rogándo
Frustrà congéssit preces:
Lætus hinc tersis revérsit
Supplicátor flétibus:
Omne, quod justum popóscit,
Impetrátum séntiens.

Sempitérna sit beátæ
Trinitáti glória:
Æqua Patri, Filióque
Par decus Paráclito:
Unius, Trinique nomen
Laudet univérsitas. Amen.

ORATIO.

Deus, qui gloriósos mártyres Hemethérium, & Celedónium in tui nóminis confessióne roborásti: concéde propítius; ut quorum córpora venerámur in terris, eórum aspéctu perfruámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemorátio Fériæ, si vénerit in Quadragésima.

Ad Matutinum, HYMNUS.

Fortè tunc atrox, secúndos
Israélis pósteros,
Ductor Aulæ mundiális,
Ire ad aram jússerat:
Idólis litáre nigris
Esse Christi défugas.

Hic duórum chara fratrum
Concaléscunt péctora;
Fida quos per omne tempus
Júnxerat sodálitas:
Stant paráti ferre, quidquid
Sors tulísset última.

Seu foret præbénda cervix
Ad bipénnem públicam:
Vérberum post vim crepántum,
Post catástas ígneas:
Sive pardis offeréndum
Pectus, aut leónibus.

Nosne Christo procreáti
Mammónæ dicábimur,
Et Dei formam geréntes
Serviémus sǽculo?
Absit; ut cæléstis ignis
Se ténebris misceat.

Hæc loquéntes obruúntur
Mille pœnis Mártyres:
Néxibus manus utrásque
Flexus invólvit rigor:
Et calybs attrita colla
Grávibus ambit circlis.

Sempitérna sit beátæ
Trinitáti glória:
Æqua Patri, Filióque
Par decus Paráclito:
Unius, Trinique nomen
Laudet univérsitas. Amen.

Ad Laudes, HYMNUS.

Illa laus occúlta non est,
Nec senéscit témpore:
Missa quòd sursùm per auras
Evolárunt múnera:
Quem viam patére cæli:
Præmicándo osténderent.

Illius fidem figúrans
Nube fertur ánulus:
Hic sui dat pignus oris,
Ut ferunt, orárium,
Quæ supérno rapta flatu
Lucis intrant íntimum.

Per poli liquéntis axem
Fulgor auri abscónditur,
Ac diu visum sequácem
Téxtilis candor fugit:
Subvehúntur usque in astra,
Nec vidéntur ámplius.

Vidit hoc convéntus adstans,
Ipse vidit cárnifex,
Et manum représsit hærens
Ac stupóre oppáluit,
Sed tamen perégit ictum,
Ne períret glória.

Hoc bonum Salvátor ipse,
Quo fruámur, prǽstitit,
Mártyrum cùm membra nostro
Consecrávit óppido:

Sós-

Sóspitent quæ nunc Colónos,
Quos Ibêrus alluit.
Sempitérna sit beátæ
Trinitáti glória:
Æqua Patri Filióque,
Par decus Paráclito,
Unîus, Triníque nomen
Láudet univérsitas. Amen.

Et fit Commem. Fériæ, si celebrêtur in Quadragésima.

In ii. Vésperis fit Commem. S. Casimíri Confessôris, & Fériæ, si vénerit in Quadragésima.

Deindè S. Lúcij Papæ & Mártyris.

## DIE XIII. MARTII.

In festo S. Leándri Epíscopi & Confessôris.

Duplex.

Omnia de Commúni Confessôris Pontíficis, præter Oratiónem.

ORATIO.

DEus, qui Ariânam pravitâtem doctrína sancti Confessôris tui, atque Pontíficis Leándri ex Hispánia propulisti: da plebi tuæ, ut eiúsdem méritis, & précibus ab omni errorum, & vitiórum labe semper libera conservétur. Per Dóminum.

Vésperæ à Capítulo de sequénti, Commemorátio præcedéntis.

## DIE XIV. MARTII.

In festo S. Florentínæ Vírginis.

Duplex.

Omnia de Commúni Vírginis, præter Oratiónem.

ORATIO.

EXáudi nos Deus salutâris noster: ut sicut de beátæ Florentínæ vírginis tuæ festivitâte gaudêmus; ità piæ devotiônis erudiâmur afféctu. Per Dóminum.

Fit Commemor. Fériæ, si in Quadragésima celebrêtur.

## DIE XVIII. MARTII.

In festo S. Gabriëlis Archángeli.

Duplex maius.

Si celebrêtur in Quadragésima, fit Commem. Fériæ.

Si vero celebrêtur post Pascha, additur Allelúia. & Psalmi Nocturnórum dicúntur sub prima Antiph. illius Nocturni.

Ad Vésperas, Aña. Ingrésso Zacharía. cum réliquis de Láudibus. 24. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica. 125. & loco últimi, Psalmus. Laudâte Dóminum omnes Gentes. 129.

CAPITULUM. *Dan.* 9.

ECce vir Gábriël, quem víderam in visióne à princípio, citò volans tétigit me in témpore sacrifícij vespertíni. Et dócuit me, & locûtus est mihi, dixítque: Daniël, nunc egréssus sum, ut docêrem te, & intellígeres.

HYMNUS.

CHriste, sanctôrum decus Angelórum,
Gentis humánæ Sator & Redémptor,
Cælitum nobis tribuas beâtas
Scándere sedes.
Angelus pacis Michaël in ædes
Cælitùs nostras véniat; serénæ
Auctor ut pacis lacrymôsa in orcum
Bella relégct.
Angelus fortis Gábriël, ut hostes
Pellat antíquos, & amîca cælo,
Quæ triumphâtor státuit per orbem
Templa revîsat.
Angelus nostræ médicus salûtis
Adsit è cælo Ráphaël, ut omnes
Sanet ægrótos, dubiósque vitæ
Dírigat actus.
Virgo Dux pacis, Genitríxque lucis,
Et sacer nobis Chorus Angelôrum
Semper assístat, simul & micántis
Régia cæli.
Præstet hoc nobis Déitas beâta
Patris, ac Nati, paritérque sancti
Spíritus, cuius résonat per omnem
Glória mundum. Amen.

℣. Stetit Angelus iuxta aram templi. ℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Magníficat, Antíphona. Ingréssus Gábriël Angelus ad Maríam vírginem, dixit: Ave grátia plena, Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus.

ORATIO.

DEus, qui inter céteros Angelos, ad annunciándum Incarnatiônis tuæ mystérium Gabriëlem Archangelum elegísti: concéde propítius; ut qui festum eius celebrâmus in terris, ipsîus patrocínium sentiâmus in cælis. Qui vivis & regnas.

Ad Matutínum, Invitatórium. Regem Archangelôrum Dóminum, * Veníte, adorêmus. Psalmus. Venite exultêmus. 2. Hymnus. Christe sanctorum. ut suprà in Vésperis.

In primo Noctúrno, Aña. Dixit Angelus Gábriël ad Daniêlem: Intéllige fili hóminis; quóniàm in témpore finis implébitur vísio. Psalmus. Dómine Dóminus noster. 6. Antíphona. Ecce vir Gábriël, quem víderam in visione, citò volans tétigit me in témpore sacrifícij vespertíni, & dócuit me. Psalmus. In Dómino confído. 7. Antíphona. Cumque Gábriël loquerêtur ad me, collápsus sum pronus in terram, & tétigit me, & státuit me in gradu meo. Psalmus. Dómine, quis. 9. ℣. Stetit Angelus iuxta aram templi. ℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

In secundo Noctúrno, Aña. Gábriël Angelus appáruit Zacharíæ, dicens: Uxor tua Elísabeth páriet tibi filium, & vocâbis nomen eius Ioánnem. Psalmus. Cæli enárrant. 14. Antíphona. Et dixit Zacharías ad Angelum: Undè hoc sciam? Ego enim sum senex, & uxor mea procéssit in diêbus suis. Psalmus. Dómini est terra. 31. Aña. Respóndens autem Angelus, dixit ei: Ego sum Gábriël, qui asto ante Deum: & missus sum loqui ad te: & hæc tibi evangelizâre. Psalmus. Benedícam Dñm. 54. ℣. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini. ℟. De manu Angeli.

In tértio Noctúrno, Aña. Missus est Gábriël Angelus ad Maríam vírginem desponsâtam Ioseph. Psalm. Cantâte Dómino. 105. Aña. Gábriël Angelus Ma-

Maríæ dixit: Ecce Elísabeth cognâta tua, & ipsa concêpit fílium in senectúte sua. Psalm. Dóminus regnâvit, exúltet. 105. Aña. Súscipe verbum virgo María, quod tibi à Dño per Angelum Gabriélem transmíssum est. Psalmus. Bénedic ánima mea Dómino. 113. ℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus. ℟. Adorâbo ad templum sanctum tuum, & confitêbor nómini tuo.

AD LAUDES,
& per Horas, Antíphona.

INgrésso Zacharía templum Dómini, appáruit ei Gabriél Angelus, stans à dextris altáris incénsi. Psalm. Dóminus regnâvit. cum réliquis. 17. Aña. Ait autem Angelus: Ne tímeas Zacharía, quóniàm exaudíta est deprecátio tua. Antíphona. Ego sum Gábriél Angelus, qui asto ante Deum, & missus sum loqui ad te. Antíphona. Gábriél Angelus locûtus est Maríæ, dicens: Ecce concípies in útero, & páries fílium: & vocâbis nomen eius Iesum. Antíphona. Dixit autem María ad Angelum: Quómodo fiet istud, quóniàm virum non cognosco? Et respóndens Gabriél Angelus, dixit ei: Spíritus sanctus supervéniet in te, & virtus Altíssimi obumbrâbit tibi. Capítulum. Ecce vir Gabriél. ùt suprà. 22.

Hymnus.

PLacâre, Christe, sérvulis,
Quibus Patris cleméntiam
Tuæ ad Tribúnal grátiæ
Patrôna Virgo póstulat.
Et vos beâta, per novem
Distíncta gyros, Agmina;
Antíqua cum præséntibus,
Futûra damna péllite.
Auférte gentem pérfidam
Credéntium de fínibus;
Ut unus omnes únicum
Ovíle nos Pastor regat.
Deo Patri sit glória,
Natóque Patris único,
Sancto simul Paraclito,
In sempitérna sǽcula. Amen.

℣. Stétit Angelus iuxta aram templi. ℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Benedíctus, Antíphona. Gábriél Angelus descéndit ad Zacharíam, & ait illi: Uxor tua páriet tibi fílium, & vocâbis nomen eius Ioánnem, & multi in nativitâte eius gaudébunt: ipse enim præíbit ante fáciem Dómini paráre vias eius.

Orátio. Deus, qui inter céteros. ùt suprà. 23.

Ad Tértiam, Antíphona. Ait autem. Capítulum. Ecce vir Gábriél. ùt suprà. 22. ℟. br. Stétit Angelus, * Iuxta aram templi. Stétit. ℣. Habens thuríbulum áureum in manu sua. Iuxta. Glória. Stétit. ℣. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini. ℟. De manu Angeli.

Ad Sextam, Antíphona. Ego sum Gábriél.

Capítulum. *Dan. 9. e*

EGo autem veni, ut indicârem tibi: quia vir desideriórum es: septuagínta hebdómades abbreviátæ sunt, ut finem accípiat peccâtum, & impleâtur vísio, & Prophetía, & ungâtur Sanctus sanctórum. ℟. breve. Ascéndit fumus arómatum, * In conspéctu Dómini. Ascéndit. ℣. De manu Angeli. In conspéctu. Glória Patri. Ascéndit. ℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus. ℟. Adorâbo ad templum sanctum tuum, & confitêbor nómini tuo.

Ad Nonam, Antíphona. Dixit autem María.

Capítulum. *Dan. 9.*

SCito ergo, & animadvérte: Ab éxitu sermônis, ut iterùm ædificêtur Ierúsalem, usque ad Christum ducem hebdómades septem, & hebdómades sexagínta duæ erunt. ℟. br. In conspéctu Angelôrum, * Psallam tibi Deus meus. In conspéctu. ℣. Adorâmus ad templum sanctum tuum, & confitêbor nómini tuo. Psallam. Glória Patri. In conspéctu. ℣. Adoráte Deum. ℟. Omnes Angeli eius.

Vésperæ de S. Ioseph Confessôre cum Comm. S. Gabriélis.

Et fit Commemorátio Fériæ, si celebrêtur in Quadragésima.

Si festum S. Ioseph transferátur, in ii. Vésperis S. Gabriélis, ómnia ùt in primis, & loco últimi, Psalmus. Confitêbor tibi Dómine in toto corde meo: * quóniàm audísti. 139. ℣. In conspéctu Angelôrum psallam tibi Deus meus. ℟. Adorâbo ad templum sanctum tuum, & confitêbor nómini tuo.



Ad Magníficat, Antíphona. Archangelus Gábriél ait ad Maríam: Non erit impossíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem María: Ecce ancílla Dómini, fiat mihi secúndùm verbum tuum. Et discéssit ab ea Angelus. Orátio. Deus, qui inter céteros. ùt suprà. 23.

DIE XVIII. MARTII.

*Vel alia die.*

In festo S. Bráulij, Epíscopi Cæsaraugustâni, & Confessôris. Duplex.

Omnia de Commûni Confessôris Pontíficis, præter Orationem.

Oratio.

DEus, qui per os beáti Bráulij Confessôris tui atque Pontíficis, verbi tui arcána reserásti, & hæreticórum spurcítiam illius prædicatiône confudísti: fac nos quǽsumus fámulos tuos illius & eruditiône profícere, & oratiône defêndi. Per Dóminum.

Vésperæ à Capítulo de sequênti, Commem. præcedéntis.

FESTA APRILIS.

DIE IV. APRILIS.

In festo S. Isidóri Archiepíscopi Hispalénsis, Confessôris & Doctôris.

Duplex ii. Classis.

Eius Offícium ùt in Diurnâli Románo.

Si hoc festum vénerit in maióri Hebdómada, vel infrà Octávam Paschæ, transfértur post Octávam, iuxta Rubrícam de translatióne Festórum, & tunc in

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in fine Antiphonárum, ℣. & ℟. additur Allelúia. quod etiam fit in omnibus Festis, quæ celebrántur tempore Paschali.

Si celebrêtur in Quadragésima, fit Commemorat. Fériæ in utrísque Vésperis & Laudibus.

## DOMINICA III.
### Post Pascha,
### Festum Patrocinii S. Ioseph Confessoris, Sponsi beatæ Mariæ Virginis.
Duplex.

Ad Vésperas, Antíphona.

Iacob autem. cum réliquis de Laudibus. 18. Psalmus. Dixit Dóminus, cum réliquis de Domínica, & loco ultimi, Psalmus. Laudâte Dóminus omnes Gentes.

CAPITULUM. *Genes.* 49.

BEnedictiónes patris tui confortatæ sunt benedictiónibus patrum eius, donec veniret desidérium collium æternorum. Fiant in cápite Ioseph, & in vértice Nazaræi inter fratres suos.

HYMNUS.

TE Ioseph célebrent ágmina
Cælitum,
Te cuncti résonent Christiádum Chori,
Qui clarus méritis, iunctus es inclytæ
Casto fœdére Vírgini.
Almo cùm túmidam gérmine cóniugem
Admírans, dúbio tángeris ánxius,
Afflatu súperi Fláminis Angelus
Concéptum púerum docet.
Tu natum Dóminum stríngis, ad éxteras.
Ægýpti prófugum tu séqueris plagas;
Amissum Sólymis quæris, & ínvenis,
Miscens gáudia flétibus.
Post mortem réliquos mors pia cónsecrat,
Palmámque eméritos glória súscipit:
Tu vivens, súperis par, frúeris Deo,
Mira sorte beátior.
Nobis, summa Trias, parce precántibus:
Da Ioseph méritis sídera scándere:
Ut tandem líceat nos tibi pérpetim
Gratum prómere cánticum. Amen.

℣. Constítuit eum dóminum domus suæ, allelúia. ℟. Et Príncipem omnis possessiónis suæ, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona.

Cùm esset desponsâta Mater Iesu María Ioseph, ántequam convenirent, invénta est in útero habens de Spíritu sancto, allelúia.

ORATIO.

DEus, qui ineffábili providéntia beatum Ioseph sanctíssimæ Genitrícis tuæ Sponsum elígere dignâtus es: præsta quæsumus, ut quem protectórem venerámur in terris, intercessórem habêre mereámur in cælis. Qui vivis & regnas.

Et fit Commemorátio Domínicæ.





Ad Matutínum, Invitatórium. Laudêmus Deum nostrum, * In veneratione beáti Ioseph Protectóris nostri, allelúia.

Hymnus. Te, Ioseph, célebrent ágmina cælitum. ut suprà. 26.

In primo Nocturno.

Aña. Angelus Dómini appáruit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & áccipe púerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum, & esto ibi, usque dum dicam tibi, allelúia. Psalm. Beátus vir. Quare fremuérunt. Dómine, quid multiplicati. ut in Commûni Confessôris non Pontíficis.

℣. Confitêbor nómini tuo, allelúia. ℟. Quóniam adiutor, & protéctor factus es mihi, allelúia.

In secúndo Nocturno.

Aña. Angelus Dómini appáruit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & áccipe púerum, & matrem eius, & vade in terram Israel: defúncti sunt enim qui quærébant ánimam púeri, allelúia. Psalmi. Cùm invocárem. Verba mea. Dómine, Dóminus noster. ut in Commûni Confessôris non Pontíficis.

℣. Réspice de cælo, & vide, & vísita víneam istam, allelúia. ℟. Et pérfice eam, allelúia.

In tértio Nocturno.

Aña. Consúrgens Ioseph accêpit púerum, & matrem eius, & venit in terram Israël; & habitávit in civitáte, quæ vocâtur Názaret, allelúia. Psalmi. Dómine, quis. Dómine in virtúte. Dómini est terra. ut in Commûni Confessôris non Pontíficis.

℣. Invocávi Dóminum Patrem Dómini mei, allelúia. ℟. Ut non derelínquat me in die tribulatiónis, allelúia.

## AD LAUDES,
### & per Horas, Antíphona.

IAcob autem génuit Ioseph, virum Maríæ, de qua natus est Iesus, qui vocâtur Christus, allelúia. Psalm. Dóminus regnávit. cum réliquis de Domínica. Antíphona. Missus est Angelus Gábriël à Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad Vírginem desponsâtam viro, cui nomen erat Ioseph, allelúia. Antíphona. Ascéndit autem Ioseph à Galilæa de civitáte Názareth, in Iudæam in civitátem David, quæ vocâtur Béthlehem, allelúia. Antíphona. Et venérunt festinántes, & invenérunt Maríam, & Ioseph, & Infántem pósitum in præsépio, allelúia, allelúia. Antíphona. Et ipse Iesus erat incípiens quasi annórum trigínta, ut putabâtur fílius Ioseph, allelúia.

CAPITULUM. *Genes.* 49.

BEnedictiónes patris tui confortátæ sunt benedictiónibus patrum eius: donec veníret desidérium collium æternórum: Fiant in cápite Ioseph, & in vértice Nazaræi inter fratres suos.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

HYMNUS.

CÆlitum Ioseph decus, atque nostræ
Certa spes vitæ, columénque mundi,
Quas tibi læti cánimus benígnus
Súscipe laudes.

Te Sator rerum státuit pudícæ
Vírginis Sponsum, voluítque Verbi
Te patrem dici, dedit & ministrum
Esse salûtis.

Tu Redemptorem stábulo iacéntem,
Quem chorus Vatum cécinit futûrum,
Aspicis gaudens, humilísque natum
Numen adóras.

Rex Deus Regum dominâtor orbis,
Cuius ad nutum tremit inferórum
Turba, cui pronus famulâtur Æther
Se tibi subdit.

Laus sit excélsæ Triadi perénnis,
Quæ tibi præbens súperos honóres,
Det tuis nobis méritis beátæ
Gáudia vitæ. Amen.

℣. Dedísti mihi protectiónem salûtis tuæ, allelúia. ℟. Et déxtera tua suscêpit me, allelúia.

Ad Benedíctus, Antíphona. Ioseph fili David, noli timêre accípere Maríam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spíritu sancto est, allelúia.

ORATIO.

DEus, qui ineffábili providéntia beatum Ioseph sanctíssimæ Genitrícis tuæ Sponsum elígere dignâtus es: præsta quæsumus; ut quem Protectórem venerâmur in terris, intercessórem habêre mereâmur in cælis. Qui vivis & regnas.

Et fit Commemorátio Domínicæ.

Ad Tértiam, Aña. Missus est. Capítulum. Benedictiones patris tui confortátæ. ut supra. 27.

℟. br. Constítuit eum Dóminum domus suæ, * Allelúia, allelúia. Constítuit eum. ℣. Et Príncipem omnis possessiónis suæ. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Constítuit. ℣. Confitêbor nómini tuo, allelúia. ℟. Quóniam adiútor, & Protéctor factus es mihi, allelúia.

Ad Sextam, Antíphona. Ascéndit autem.

CAPITULUM. *Genes.* 49.

DEus patris tui erit adiútor tuus, & omnípotens benedícet tibi benedictiónibus cæli désuper.

℟. br. Confitêbor nómini tuo, * Allelúia, allelúia. Confitêbor. ℣. Quóniam adiútor, & protéctor factus es mihi. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Confitêbor. ℣. Iustus germinábit sicut lílium, allelúia. ℟. Et florêbit in ætérnum ante Dóminum, allelúia.

Ad Nonam, Antíphona. Et ipse Iesus.

Ca-



CAPITULUM. *Genes.* 49.

FIlius accréscens Ioseph, filius accréscens, & decórus aspéctu: Fíliæ discurrérunt super murum.

℟. br. Iustus germinábit sicut lílium, * Allelúia, allelúia. Iustus germinábit. ℣. Et florêbit in ætérnum ante Dóminum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Iustus. ℣. Plantátus in domo Dómini, allelúia. ℟. In átrijs domus Dei nostri, allelúia.

In ii. Vésperis ómnia ùt in primis, excéptis sequéntibus.

℣. Sub umbra illius, quem desideráveram, sedi, allelúia. ℟. Et fructus eius dulcis gútturi meo, allelúia.

Ad Magníficat, Antíphona. Fili, quid fecísti nobis sic? Ecce pater tuus, & ego doléntes quærebámus te, allelúia.

Orátio. Deus, qui ineffábili. ùt suprà. 20.

## DIE XIII. APRILIS.

In festo S. Hermenegíldi mártyris. Duplex.

Omnia dicúntur ùt in Diurnáli Románo, ritu autem Dúplici.

Vésperæ à Capítulo de sequénti, Commem. præcedéntis.

## DIE XIV. APRILIS.

In festo beáti Petri Gonzalez, S. Telmi vulgò appelláti, Confessóris Ordinis Prædicatórum. Duplex.

In Diœcesi Tudensi Féria secúnda post Domínicam in Albis, Duplex i. Classis cum Octáva.

Omnia de Commûni Confessóris non Pontíficis; præter sequéntia.

ORATIO.

DEus, qui in maris perículis constitútis beati Petri opem singulárem osténdis: eius nobis intercessióne concêde; ut in huius vitæ procéllis tuæ grátiæ lumen semper affúlgeat, quo ætérnæ salûtis portum invenîre valeâmus. Per Dóminum.

## DIE XVI. APRILIS.

In festo S. Thuríbij de Liébana Episcopi & Confessoris.

Duplex.

Omnia ùt in Commûni Confessóris Pontíficis, præter Oratiónem.

ORATIO.

EXáudi, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in beáti Thuríbij Confessóris tui atque Pontíficis solemnitâte deférimus: & qui tibi digne méruit famulári, eius intercedéntibus méritis ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum nostrum.

In ii. Vésperis fit Commemorátio S. Anicéti Papæ & mártyris.

## DIE XXVII. APRILIS.

In festo S. Thuríbij de Morgrobéjo Episc. & Confessor.

Semiduplex.

A Capítulo ómnia de Commûni Confessóris Pontíficis, præter Oratiónem.

ORATIO.

ECclésiam tuam, Dómine, beáti Thuríbij Confessóris tui, atque Pontíficis conti-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tinua protectióne custódi: ut sicut illum Pastorâlis solicitúdo gloriósum réddidit; ità nos eius intercéssio in tuo semper fáciat amóre fervéntes. Per Dóminum.

Deindè fit Commemorátio præcedéntis.

## FESTA MAII.

### DIE V. MAII.

In festo Conversiónis sancti Augustini Epíscopi, Confessóris, & Ecclésiæ Doctóris. Duplex.

Omnia de Commúni Confessóris Pontíficis, præter ea, quæ sequúntur.

In Hymno ad Vésperas, & Matutinum.

Hac die lætus cólitur renâtus Flúmine sacro.

Ad Magníficat, Antiphona.

Exultêmus in Deo salutári nostro, quia respéxit ad preces, & lácrimas ancíllæ suæ Mónicæ super desidérium eius: Ecce Augustinus omnipoténti bráchio ad veritâtem convérsus est, & magnus Ecclésiæ Doctor evâsit, allelúia.

ORATIO.

DEus, qui hodiérnam diem beati Augustini Confessôris tui, atque Pontíficis mirábili Conversióne decorásti: præsta quæsumus; ut sicut Ecclésiam tuam propúlsis erróribus protegit, ità corda nostra prǽcious suis contra malígnos spíritus tua grátia irrigánte deféndat. Per Dominum nostrum.

Deindè fit Commemorátio S. Mónicæ Víduæ.

Ad Benedictus, Antiphona.

Per víscera misericórdiæ suæ visitâvit Dominus Augustinum, ut qui prius sedêbat in ténebris & umbra mortis, posteà illumináret orbem, allelúia.

Orátio. Deus, qui.

Ad Magníficat, in secúndis Vésperis, Antiphona.

Fecit Dóminus in Conversióne Augustini pópulo suo ingéntem lætítiam, hóstibus supérbis terrórem, & cunctis fidélibus tutámen, recordátus misericórdiæ suæ, allelúia.

Orátio ut suprà.

### DIE XII. MAII.

In festo S. Domínici Calciaténsis Confessóris. Semiduplex.

Omnia de Commúni Confessóris non Pontíficis, præter ea, quæ hic habéntur própria.

ORATIO.

CLementíssime Deus, qui beâtum Domínicum Confessôrem tuum egrégijs virtútibus illustráre dignátus es: concêde quæsumus; ut cuius (hodiè) natalítia celebrâmus, eius intercessióne à peccatorum nostrorum néxibus liberári, & illius consórtio in cælis pérfrui mereâmur. Per Dóminum.

Vésperæ de sequénti, cum Commemoratióne S. Domínici Confessóris.

### DIE XIII. MAII.

In festo S. Secúndi Episcopi & mártyris. Duplex.

Omnia dicúntur de Commúni unius Mártyris Pontíficis témpore Paschali.

Oratio. Infirmitâtem. de eódem Commúni.

In secúndis Vésperis fit Commemorátio S. Bonifacij mártyris.

### DIE XIII. MAII. *Vel alia die.*

In festo S. Petri Regaláti Confessóris. Semiduplex. Ad líbitum.

Omnia de Commúni Confessóris non Pontíficis, præter Orationem.

In Hymno. Iste Conféssor. mutátur tértius Versus.

ORATIO.

DEus, qui diléctum fámulum tuum Petrum carne mortificâtum, ad delícias glóriæ tuæ assúmere dignâtus es: concêde propítius; ut ad delectatiónes, quæ in déxtera tua sunt, usque in finem, méritis eius, & intercessióne pervenire valeâmus. Per Dóminum.

### DIE XV. MAII.

IN FESTO
SANCTI ISIDORI
Agrícolæ Confessóris,
MATRITI PATRONI,
Duplex.

Si Festum hoc vénerit in Domínicis 4. vel 5. post Pascha, aut in Domínica infra Octávam Ascensiónis, fit de sancto Isidoro cum ix. Lectióne de Homília, & Commemorátio in utrísque Vésperis & Láudibus.

Si occúrrat in Féria ii. Rogatiónum, aut in Vigília Ascensiónis, fit ix. Lectio de Homília, & Commem. in Láudibus de ea.

Si occúrrat in die Ascensiónis, aut in eius die Octáva, aut à Vigília Pentecóstes usque ad Domínicam SS. Trinitâtis, transfértur in primam diem non impedítam Festo dúplici, vel semidúplici secúndùm órdinem Rubricæ x. de translatióne Festórum.

Si occúrrat infra Octávam Ascensiónis, fit de S. Isidóro cum Commemorat. Octávæ.

Ad Vésperas, Aña. Dómine quinque talénta. cum réliquis de Láudibus. Psalmi de Domínica, & loco último, Psalmus. Laudâte Dñm omnes Gentes.

CAPITULUM. *Iac. 5. b*

ECce agrícola expéctat pretiósum fructum terræ, patiénter ferens donec accípiat temporáneum, & serótinum. Patiéntes ígitur estóte & vos, & confirmáte corda vestra: quóniàm advéntus Dómini appropinquâvit.

Hymnus. Iste Conféssor. de Commûni, & tértius ℣. dicéndus, Hac die lætus méruit suprémos Laudis honóres.

℣. Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum, allelúia. ℟. Stolam glóriæ índuit eum, allelúia.

Ad Magníficat, Antiphona.

Labóres mánuum suárum quia manducâvit, esuriéntem implêvit bonis Dóminus Deus noster, allelúia.

ORATIO.

DA nobis, quæsumus, miséricors Deus, beáto Isidóro Agrícola Confes-





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®

fessôre tuo intercedénte, supérbè non sapere: sed eius méritis & exémplis plácita tibi semper humilitâte deservíre. Per Dóminum.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

DOmine quinque talénta tradidísti mihi, ecce alia quinque superlucrâtus sum, allelúia. Psalmus. Dominus regnâvit. cum réliquis. Aña. Euge serve bone, in módico fidélis, intra in gáudium Dómini tui, allelúia. Aña. Fidêlis servus & prúdens, quem constítuit Dóminus super famíliam suam, allelúia. Aña. Beâtus ille servus, quem, cùm vénerit dóminus eius, & pulsáverit iánuam, invénerit vigilántem, allelúia. Aña. Serve bone & fidêlis, intra in gáudium Dómini tui, allelúia. Capítulum. Ecce agrícola. ùt suprà. 31.

Hymnus. Iesu coróna celsior. de Commúni.

℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas, allelúia. ℟. Et osténdit illi regnum Dei, allelúia.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Exijt qui séminat seminâre semen suum, & aliud cécidit in terram bonam, & ortum fecit fructum céntuplum, allelúia.

ORATIO.

DA nobis, quǽsumus miséricors Deus, beato Isidóro Agrícola Confessôre tuo intercedénte supérbè non sapere: sed eius méritis & exémplis plácita tibi semper humilitâte deservîre. Per Dóminum.

Ad Tértiam, Aña. Euge serve bone.

Capítulum. Ecce agrícola. ùt suprà. 31.

℟. br. Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum, * Allelúia, allelúia. Amâvit. ℣. Stolam glóriæ índuit eum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Amâvit.

℣. Os iusti meditábitur sapiéntiam, allelúia. ℟. Et lingua eius loquêtur iudícium, allelúia.

Ad Sextam, Antiphona.

Fidêlis servus.

CAPITULUM. *Iacóbi 5. c*

ECce beatificâmus eos qui sustinuérunt. Sufferéntiam Iob audístis, & finem Dómini vidístis, quóniàm miséricors Dóminus est, & miserâtor.

℟. br. Os iusti meditábitur sapiéntiam, * Allelúia, allelúia. Os iusti. ℣. Et lingua eius loquêtur iudícium. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Os iusti.

℣. Lex Dei eius in corde ipsius, allelúia. ℟. Et non supplantabúntur gressus eius, allelúia.

Ad Nonam, Antiphona.

Serve bone.

CAPITULUM. *Iacóbi 5. d*

MUltùm enim valet deprecátio iusti assídua. Elías homo erat símilis nobis passíbilis: & oratióne orâvit, ut non plúeret super terram, & non pluit annos tres & menses sex. Et rursùm orâvit, & cælum dedit plúviam, & terra dedit fructum suum.

℟. br. Lex Dei eius in corde ipsius, * Allelúia, allelúia. Lex. ℣. Et non supplantabúntur

tur



tur gressus eius. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Lex. ℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas, allelúia. ℟. Et osténdit illi regnum Dei, allelúia.

In ii. Vésperis omnia ùt in primis. 31.

℣. Iustum dedúxit Dóminus.

Ad Magníficat, Antiphona.

Ecce homo agrícola iste fuit, quóniàm Adam exémplum eius, ab adolescéntia sua, ad serviéndum Deo vivénti, allelúia.

Orátio ùt suprà. 31.

DIE XV. MAII.

*Vel alia die.*

In festo S. Torquâti Epíscopi & Mártyris. Duplex.

Omnia de Commúni unius Mártyris, témpore Paschali, præter illa, quæ hic assignántur própria.

In primis Vésperis ad Magníficat, Antiphona. Gaude felix accitâna cívitas, quia in te recepísti beâtum Torquâtum, fidem Christi prædicántem, allelúia.

ORATIO.

DEus, qui nos per beâtum Torquâtum Mártyrem tuum atque Pontíficem, ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti: concéde propítius; ut cuius natalítia cólimus, de eiúsdem étiam protectióne gaudeâmus. Per Dóminum nostrum.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Dum beâtus Torquâtus sanctum Iesu Christi Evangélium Accitânis prædicâret: nóbilis matróna, Lupária nómine, fidem Christi suscêpit; ad cuius exémplum magna pars civitâtis baptizâta est, allelúia.

In ii. Vésperis ad Magníficat, Aña. Beâtus Antístes Torquâtus, in civitâte Accitána à pagánis necâtus, illústre fídei testimónium Christo Dómino réddidit, allelúia, allelúia.

DIE XV. MAII.

*Vel alia die.*

In festo S. Indalétij Epíscopi & Mártyris. Duplex.

Omnia de Commúni unius Mártyris témpore Paschali, præter Oratiónem.

ORATIO.

DEus, qui nobis ad primítias fídei propagandas, beâtum Indalétium mártyrem tuum atque Pontíficem tribúere dignâtus es: da quǽsumus; ut quem festívo venerâmur obséquio, eius intercedéntibus méritis ætérna gáudia consequâmur. Per Dóminum nostrum.

DIE XV. MAII.

*Vel alia die.*

In festo S. Euphrásij Epíscopi & Mártyris.

Diœcesis Gienénsis Patróni.

Pro ómnibus Hispániæ Diœcésibus, Duplex minus.

Omnia de Commúni Mártyrum, témpore Paschali. Orátio. Infirmitâtem nostram. de Commúni unius Mártyris.

DIE XVI. MAII.

*Vel alia die.*

In festo S. Ioánnis Nepomucéni Mártyris.

Duplex.

Omnia de Commûni unius már-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mártyris, viii. præter Oratiónem.

ORATIO.

Deus, qui ob invíctum beáti Ioánnis Sacramentále siléntium nova Ecclésiam tuam martýrij coróna decorásti: da nobis eius intercessióne, & exémplo linguam cautè custodíre; ac ómnia pótius mala, quàm ánimæ detriméntum, in hoc sǽculo toleráre. Per Dóminum.

In secúndis Vésperis à Capítulo fit S. Paschális, cum Commemorat. S. Ioánnis.

## DIE XVII. MAII.

In festo sancti Paschális Confessóris. Duplex.

Omnia de Commúni Confessóris non Pontíficis, præter Oratiónem.

ORATIO.

Deus, qui beátum Paschálem Confessórem tuum mirífica erga Córporis & Sánguinis tui sacra mystéria dilectióne decorásti: concéde propítius; ut quam ille ex hoc divíno convívio spíritus percêpit pinguédinem, eámdem & nos percípere mereâmur. Qui vivis & regnas.

In ii. Vésperis fit Commem. de sequénti.

## DIE XXIII. MAII.

In festo Apparitiónis S. Iacóbi Apóstoli, & Hispaniárum Patróni. Duplex.

In civitáte, & Diœcési Compostellána, Duplex secúndæ Classis.

Ad Vésperas, Antíphona.

Accésit ad Iesum Mater filiórum Zebedǽi. cum réliquis de Láudibus. 26. Psalm. Dixit Dóminus cum réliquis de Domínica, & loco último, Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 4. *b*

Fratres, Puto, quod Deus nos Apóstolos novíssimos osténdit, tamquam morti destinátos: quia spectáculum facti sumus mundo, & Angelis, & homínibus.

HYMNUS.

Defénsor alme Hispániæ,
Iacóbe, vindex hostium,
Tonitrui quem fílium
Dei vocávit Fílius.

Huc cæli ab altis sédibus
Convérte dexter lúmina,
Audíque læti débitas
Grates, tibi quas sólvimus.

Grates refert Hispania,
Felix tuo quæ nómine,
Ductúque perstat líbera,
Vitatque Gentis dédecus.

Tu, cùm iacéret bárbaris,
Cedens, & impar hóstibus,
Præsens inexpugnábile
Robur dabas Ramírio.

Tu, bella cùm nos cíngerent,
Es visus ipso in prǽlio,
Equóque, & ense acérrimus,
Mauros furéntes stérnere.

Per te redémptæ Vírgines
Laudis rependunt cántica,
Nosque à tribúto líberi,
Hymni tribútum péndimus.

Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui à mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
Et nunc, & omne in sǽculum. Amen.

℣. Constítues eos Príncipes super omnem terram, allelúia.
℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine, allelúia.



Ad Magníficat, Antíphona.

Visitávit nos per sanctum suum Apóstolum, & fecit salútem, de inimícis nostris, Dóminus Deus noster, allelúia.

ORATIO.

Deus, qui Hispaniárum Gentem beáto Iacobo Apóstolo tuo protegéndam misericórditer tribuísti, & per eum ab imminénti exítio mirabíliter liberásti: concéde quǽsumus, ut eódem protegénte pace perfruámur ætérna. Per Dóminum.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Christum Regem triumphántem in terris, * Veníte adorémus, allelúia. Psalm. Veníte, exultémus.

HYMNUS.

Iacóbum célebret fortis Ibéria,
Iacóbum méritis tollat honóribus,
Per quem, barbárici néscia fœ́deris,
Victrix ímperat hóstibus.

Vectígal trúcibus péndere flébile
Urgêtur dóminis imperiósius;
Centenásque, Lupis spontè rapácibus,
Lectas sístere Vírgines.

Aversáta nefas, arma ferócior
Poscit: mox Arabem, fida Ramírio,
It contrà: número sed nimis ímpari
Virtus cédere cógitur.

Quid speráre dâtur? Prómicat æthere
Proles horrífici clara tonítrui,
Lunatásque ácies, ágmina bárbara
Sacro lúmine dísiicit.

Ardens in médios fertur acínaces;
Instátque attónitis, úndique pávidos
Maurórum cúneos rumpit, & íntegra
Victor próterit ágmina.

Esto exercítuum non superábili
Ductóri, ac Dómino, iugis honor Patri,
Cum Prole Unígena, almóque Pneúmate,
Per labéntia sǽcula. Amen.

Antíphonæ, Psalmi, ℣. primi, secúndi, & tértij Noctúrni de Commúni Apostolorum témpore Paschali.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antíphona.

Accésit ad Iesum Mater filiórum Zebedǽi cum fílijs suis, adórans, & petens áliquid ab eo, allelúia. Psalmus. Dóminus regnávit. cum réliquis de Domínica. Antíphona. Dic, ut sédeant hi duo fílij mei, unus ad déxteram tuam, & unus ad sinístram in regno tuo, allelúia. Aña. Potéstis bíbere cálicem, quem ego bibitúrus sum? Dicunt ei: Póssumus, allelúia. Antíphona. Cálicem quidem meum bibétis: sedére autem ad déxteram meam, & ad sinístram, non est meum dare vobis, sed

sed quibus parâtum est à Patre meo, allelúia. Aña. Quicúmque volúerit inter vos maior fíeri, sit vester minister, allelúia.

Capitulum. Fratres, Puto. Hymnus. Defénsor alme. ut in primis Vésperis. 34.

℣. Annunciavérunt ópera Dei, allelúia. ℟. Et facta eius intellexérunt, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

Mirabilem sancti Iacóbi Apóstoli hódiè psalléntes victóriam, máximo cum gaudio laudêmus nomen Dómini, allelúia.

ORATIO.

DEus, qui Hispaniârum Gentem beato Iacobo Apóstolo tuo protegéndam misericórditer tribuísti, & per eum ab imminénti exitio mirabíliter liberásti: concéde quǽsumus, ut eodem protegénte, pace perfruamur ætérna. Per Dóminum nostrum.

Ad Tértiam, Antiph. Dic, ut sédeant. Capitulum. Fratres, Puto quòd Deus. ut suprà. 34.

℟. br. In omnem terram exívit sonus eórum, * Allelúia, allelúia. In omnem terram. ℣. Et in fines orbis terræ verba eórum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. In omnem terram. ℣. Constítues eos príncipes super omnem terram, allelúia. ℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine, allelúia.

Ad Sextam, Antiphona.

Potéstis bíbere cálicem.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 4. *c*

NOs stulti propter Christum, vos autem prudéntes in Christo: nos infírmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignóbiles.

℟. br. Constítues eos príncipes super omnem terram, * Allelúia, allelúia. Constítues. ℣. Mémores erunt nóminis tui Dómine. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Constítues. ℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus, allelúia. ℟. Nimis confortátus est principâtus eórum, allelúia.

Ad Nonam, Antiphona.

Quicúmque volúerit.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 4. *d*

NAm si decem míllia pædagogórum habeátis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per Evangélium ego vos génui.

℟. breve. Nimis honoráti sunt, amíci tui Deus, * Allelúia, allelúia. Nimis. ℣. Nimis confortátus est principâtus eorum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Nimis. ℣. Annunciavérunt ópera Dei, allelúia. ℟. Et facta eius intellexérunt, allelúia.

Ad Vésperas, Antiphonæ de Láudibus. Psalmi ut in secúndis Vésperis de Commúni Apostolórum. Capitulum & Hymnus ut in primis Vésperis. 34.

℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus, allelúia. ℟. Nimis confortátus est principâtus eórum, allelúia.

Ad Magníficat, Antiphona.

O beâtum Apóstolum, qui inter



ter primos eléctus, primus ómnium Apostolórum Dómini Cálicem bíbere méruit! O gloriósum Hispániæ regnum, tali pígnore, ac patróno munítum, per quem fecit illi magna, qui potens est, allelúia.

Orátio ut suprà. 36.

Si occúrrat hoc Festum extra tempus Paschále celebrári, servéntur Rúbricæ Breviárii, & Missális Románi.

DIE XXIV. MAII.

In festo sancti Ioánnis Francísci Regis, è Societáte Iesu. Semíduplex.

Omnia de Commúni Confessóris non Pontíficis, præter Oratiónem.

ORATIO.

DEus, qui ad plúrimos pro salúte animárum perferéndos labores beatum Ioannem Franciscum Confessórem tuum mirábili charitáte, & invícta patiéntia decorásti: concède propítius, ut eius exémplis instrúcti, & intercessiónibus adiúti ætérnæ vitæ prǽmia consequâmur. Per Dominum.

DIE XXX. MAII.

In festo sancti Ferdinándi III. Castéllæ & Legiónis Regis. Duplex i. Classis. cum Octáva.

Omnia de Commûni Confessóris non Pontíficis. xx. præter Oratiónem.

ORATIO.

DEus, qui beáto Confessóri tuo Ferdinando prǽliári prǽlia tua, & fidei inimícos superáre dedísti: concéde; ut eius nos intercessióne muníti, ab hóstibus mentis & córporis liberêmur. Per Dóminum.

In primis Vésperis & Láudibus fit Commemorátio S. Felícis Papæ & mártyris.

In ii. Vésperis fit Commemorat. S. Petronillæ Vírginis.

DIE XXXI. MAII.

Secúnda die infra Octâvam. Semíduplex.

In Láudibus fit Commemor. S. Petronillæ Vírginis, ut in Diurnâli Románo.

## FESTA IUNII.

DIE I. IUNII.

Tértia die infra Octâvam. Semíduplex.

In secúndis Vésperis fit Commemorátio SS. Marcellíni, Petri, &c. Mártyrum, ut in Diurnâli Románo.

DIE III. & IV. IUNII.

Quinta & sexta die infra Octâvam. Semíduplex.

DIE V. IUNII.

Septima die infra Octâvam. Semíduplex.

Vésperæ de sequénti ut in primis Vésperis Festi.

DIE VI. IUNII.

In die Octâva S. Ferdinándi. Duplex.

Omnia ut in die Festi.

DIE XII. IUNII.

In festo S. Ioánnis à S. Facúndo. Confessóris. Duplex.

Omnia ut in Diurnâli Románo.

In Diœcésibus autem Burgénsi, Legionénsi, & Salmantína, Duplex ii. Classis.

DIE

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### DIE XVIII. IUNII.

In festo SS. Mártyrum Cyríaci & Paulæ Vírginum.

Duplex.

Omnia de Commúni plurimórum Mártyrum, præter Oratiónem.

ORATIO.

PRæsta quǽsumus omnípotens Deus, ut família tua, quæ sanctórum Mártyrum tuórum Cyríaci, & Paulæ triúmphis gloriátur, fiat in Christi tui amóre fervéntior: & quos Patronos venerátur in terris, pios apud te intercessóres habére mereátur in cælis. Per eúmdem Dóminum nostrum Iesum Christum.

Et fit Commem. SS. Marci & Marcelliáni mártyrum.

### DIE XXI. IUNII.

In festo S. Aloysii Gonzágæ Confessóris.

Duplex.

Omnia de Commúni Confessóris non Pontíficis, præter Oratiónem.

ORATIO.

CÆléstium donórum distribútor Deus, qui in Angélico Iuvene Aloysio miram vitæ innocéntiam pari cum pœniténtia sociásti: eius méritis & précibus concéde, ut innocéntem non secúti, pœniténtem imitémur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

In secúndis Véspeis fit Commemorátio sancti Paulíni Epíscopi & Confessóris.

## FESTA IULII.

### DIE VII. IULII.

In festo S. Firmíni Epíscopi & Mártyris.

Patróni Diœcesis Pampelonénsis, totiusque Regni Navárræ. Duplex.

Omnia de Commúni unius Mártyris, præter Oratiónem.

ORATIO.

DEus, qui per fídei præcónium & passiónis agonem beátum Firmínum Epíscopum & Mártyrem immortalitátis laurea coronasti: concéde propítius; ut cuius celebrámus triúmphum, assequámur & prǽmium. Per Dóminum nostrum.

Vésperæ de sequénti, cum Commemoratióne præcedéntis.

### DIE VIII. IULII.

In festo S. Elísabeth Reginæ Portugáliæ.

Duplex ii. Classis, cum Octáva.

Omnia ut in Diurnáli Románo.

### DIE IX. IULII.

Secúnda die infra Octávam S. Elísabeth. Semidúplex.

In ii. Véspeis à Capítulo fit de SS. Septem Fratribus Martýribus cum Commemor. S. Elísabeth.

### DIE X. IULII.

Tértia die infra Octávam sanctæ Elísabeth.

Fit de SS. Sept. Frat. Mart. ut in Diurnáli, Commem. Octávæ in Laud. In ii. Vesp. à Capítulo fit de die infra Octav. S. Elísabeth cum Commem. SS. Sept. Frat. Mart. & S. Pij Papæ & Mart.



### DIE XI. IULII.

Quarta die infra Octávam S. Elísabeth. Semidúplex.

Vésperæ dicúntur de sancto Ioánne Abbáte cum Commemor. Octávæ, & SS. Nabóris, &c. Mártyrum.

### DIE XII. IULII.

Quinta die infra Octávam sanctæ Elísabeth.

Fit de S. Ioánne Gualbérto, cum Commem. Octávæ & SS. Nabóris, &c. Mart. ut in Diurnáli Románo.

In secúndis Véspeis fit Commemorátio S. Anaclêti Papæ & Mart. & Octávæ.

### DIE XIII. IULII.

Sexta die infra Octávam sanctæ Elísabeth.

Fit de sancto Anacléto Papa & Mart. ut in Diurnáli cum Commemor. Octávæ in Laudib.

Vésperæ de sancto Bonaventúra Epíscopo & Doctóre cum Commemor. S. Anacléti, & Octávæ.

### DIE XIV. IULII.

Séptima die infra Octávam sanctæ Elísabeth.

Fit de sancto Bonaventúra Episc. & Doct. ut in Diurnáli, cum Comm. Octávæ in Laud. In Vesp. à Capit. fit de Octáva S. Elísabet, ut in primis Véspeis Festi, cum Commemor. S. Bonaventúræ.

### DIE XV. IULII.

In Octáva S. Elísabeth Víduæ. Duplex.

Omnia ut in die Festi.

Vésperæ de festo Triúmphi sanctæ Crucis, cum Commemoratióne Octávæ S. Elísabeth.

### DIE XV. IULII.

*Vel alia die.*

In festo S. Camílli de Lellis, Fundatóris Clericórum Ministrántium Infirmis.

Duplex.

Omnia de Commúni Confessóris non Pontíficis, præter Oratiónem.

ORATIO.

DEus, qui beátum Camíllum ad animárum in extrémo agóne luctántium subsídium singulári charitátis prærogatíva decorásti: eius, quǽsumus, méritis Spíritum nobis tuæ dilectiónis infúnde; ut in hora éxitus nostri hostem víncere, & ad cæléstem mereámur corónam pervenire. Per Dóminum. In unitáte eiúsdem.

### DIE XVI. IULII.

In festo Triúmphi S. Crucis.

Duplex.

Ad Vésperas, Antíphona. O magnum. cum réliquis de Láudibus. 41. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, & loco últimi, Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes.

CAPITULUM. *Galat. 6. d*

MIhi autem absit gloriári, nisi in Cruce Dómini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifíxus est, & ego mundo.

HYM-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

HYMNUS.

VExilla Regis pródeunt:
Fulget Crucis mystérium,
Qua vita mortem pértulit,
Et morte vitam prótulit.
Quæ vulneráta lanceæ
Mucrone diro, criminum
Ut nos lavâret sordibus,
Manâvit unda & sanguine.
Impléta sunt, quæ concinit
David fideli carmine,
Dicéndo natiónibus:
Regnávit à ligno Deus.
Arbor decóra, & fúlgida,
Ornáta Regis púrpura,
Elécta digno stípite
Tam sancta membra tángere.
Beáta, cuius bráchijs
Prétium pepéndit sæculi,
Statéra facta córporis,
Tulítque prædam tártari.
O Crux ave spes única,
Paschále quæ fers gaudium,
Pijs adáuge grátiam,
Reísque dele crímina.
Te, fons salútis Trínitas,
Collaudet omnis spíritus:
Quibus Crucis victóriam
Largíris, adde præmium.
Amen.

℣. Adorámus te Christe, & benedícimus tibi. ℟. Quia per Crucem tuam redemísti mundum.

Ad Magníficat, Antíphona.

O Crux splendídior cunctis astris, mundo célebris, homínibus multum amabílis, sanctior univérsis, quæ so'a fuísti digna portâre taléntum mundi. Dulce lignum, dulces clavos, dúlcia ferens póndera: salva præséntem catérvam in tuis hódiè láudibus congregâtam.

ORATIO.

DEus, qui per Crucem tuam pópulo in te credénti Triúmphum contra inimicos concédere voluísti: quæsumus, ut tua pietáte adorantibus Crucem, victóriam semper tríbuas & honorem. Qui vivis.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Regem Dóminum, qui pepéndit in ligno, * Venite adorêmus. Psalm. Venite, exultémus.

Hymnus. Pange lingua gloriósi Láuream. ùt in Domínica Passiónis.

In primo Noctúrno, Aña.

Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus sustínuit: quæ sola digna fuit portâre prétium huius sæculi. Psalm. Dómine Dóminus noster. Aña. O Crux admirábilis, evacuátio vúlnerum, restitútio sanitâtum. Psalm. Cæli enárrant. Antíphona. Adorâmus te Christe, & benedícimus tibi: quia per Crucem tuam redemísti mundum. Psalmus. Dómini est terra. ℣. Hoc signum Crucis erit in cælo. ℟. Cùm Dóminus ad iudicándum vénerit.

In secúndo Noctúrno, Aña.

Salvâtor mundi salva nos: quí per Crucem & Sánguinem tuum redemísti nos, auxiliâre nobis, te deprecâmur Deus noster. Psalmus. Deus noster refúgium. Aña. Crux benedícta nitet, Dóminus qua carne pepéndit, atque cruore suo vúlnera nostra lavit. Psalmus. Omnes Gentes. Antíphona. Nos autem gloriári opórtet in Cruce Domini nostri Iesu Christi. Psalm. Magnus Dóminus. ℣. Adorâmus te Christe, & benedícimus tibi. ℟. Quia per Crucem tuam redemísti mundum.

In tértio Noctúrno, Aña.

O Crux benedícta, quæ so'a fuisti digna portâre Regem cælórum & Dóminum. Psalmus. Cantâte. i. Aña. Hoc signum Crucis apparêbit in cælo, cùm Dóminus ad iudicándum vénerit. Psalmus. Dóminus regnâvit, exúltet. Antíphona. Super omnia ligna cedrôrum tu sola excélsior, in qua vita pepéndit, in qua Christus triumphâvit, & mors mortem superâvit in ætérnum. Psalmus. Cantâte. ii. ℣. Omnis terra adoret te Deus, & psallat tibi. ℟. Psalmum dicat nómini tuo.

AD LAUDES,

& per Horas, Antíphona.

O Magnum pietâtis opus! mors mórtua tunc est, in ligno quando mórtua vita fuit. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum réliquis de Domínica. Aña. Salva nos Christe Salvâtor per virtútem Crucis, qui salvásti Petrum in mari, miserére nobis. Aña. Crucem tuam adorâmus Dómine, & sanctam resurrectiónem tuam laudámus, & glorificâmus, ecce enim propter Crucem venit gáudium in univérso mundo. Antiph. Ecce Crucem Dómini, fúgite partes advérsæ, vicit leo de tribu Iuda, radix David, allelúia. Aña. Tuam Crucem adorâmus Dómine, tuam gloriosam recólimus passiónem: miserére nobis qui passus es pro nobis. Capít. Mihi autem. ùt suprà in Vesp. 39.

Hymnus. Lustra sex. ùt in Láudibus Domínicæ Passiónis.

℣. Adorâmus te Christe, & benedícimus tibi. ℟. Quia per Crucem tuam redemísti mundum.

Ad Benedíctus, Antíphona.

O crux gloriósa, ó Crux venerânda, o lignum pretiósum, & admirábile signum, per quod & diábolus est victus, & mundus redémptus.

Orátio ùt suprà. 40.

Ad Tértiam, Aña. Salva nos. Capitulum. Mihi autem absit. ùt suprà. 39.

℟. breve. Hoc signum Crucis, * Erit in cælo. Hoc signum. ℣. Cùm Dóminus ad iudicándum vénerit. Erit. Glória Patri. Hoc signum. ℣. Adorâmus te Christe, & benedícimus tibi. ℟. Quia per Crucem tuam redemísti mundum.

Ad Sextam, Antíphona.

Crucem tuam adorâmus.

CAPITULUM. *Philip. 2.*

CHristus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem, mortem autem Crucis.

℟. br. Adorámus te Christe, * Et benedícimus tibi. Adorâmus. ℣. Quia per Crucem tuam redemísti mundum. Et benedícimus. Glória Patri. Adorâmus. ℣. Per signum Crucis de inimícis nostris.

℟. Lí-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

℟. Líbera nos Deus noster.

Ad Nonam, Antiphona.

Tuam Crucem adorâmus.

Capitulum. *Philip.* 2.

IN nómine Iesu omne genu flectâtur, cæléstium, terréstrium, & infernôrum: & omnis lingua confiteâtur, quia Dóminus Iesus Christus in glória est Dei Patris.

℟. breve. Per signum Crucis, * De inimícis nostris. Per signum. ℣. Líbera nos Deus noster. De inimícis. Glória Patri. Per signum. ℣. Hoc signum Crucis erit in cælo. ℟. Cùm Dóminus ad iudicándum vénerit.

In ii. Vésperis ómnia dicúntur ut supra in primis: sed ad Magníficat dícitur sequens Aña. O Crux benedícta, quæ sola fuísti digna portâre Regem cælórum & Dóminum.

Orátio. Deus qui per Crucem. ut supra. 40.

Et fit Commemorátio sequéntis.

## DIE XVI. IULII.

Aut ália die infra Octávam.

Festum Commem. Solémnis B. Mariæ vírginis.

Duplex.

Omnia ut in Diurnáli Románo.

## DIE XVII. IULII.

In Diœcesi Hispalénsi Festum SS. Iustæ & Rufinæ sorórum, vírginum & mart. Hispalénsium.

Duplex ii. Classis.

Officium ut infrà.

## DIE XIX. IULII.

In festo SS. Iustæ & Rufinæ sorórum, vírginum & mártyrum. Duplex.

Omnia ut in Commúni Vírginum his excéptis, quæ hic assignántur.

### AD VESPERAS.

Hymnus.

SAlvête claræ Vírgines,
Tutéla præsens pátriæ,
Virtûtis, & constántiæ
Exémplar admirábile.
Non vos chalybs rigéntibus
Dum nectit artus annúlis,
Nec láminis candéntibus
Catásta terret ígnea.
Nec confragósa rúpium
Calcáta nudis plántulis
Fregêre vos dispéndia,
Sed hinc fides fit ácrior.
Deindè victo sæculo,
Cæli sub istis atria
Ruffína fuso sánguine,
Et Iusta digna nómine.
Rosísque purpurántibus
Confessiónis inclytæ
Intexuístis cándida
Integritâtis lília.
Ergo triumphi nóbilis
Sacris revinctæ laureis,
Palmas refértis dúplices,
Agnum sequéntes prævium.
Te Dux, coróna Mártyrum,
Cum Patre, Christe, & Spíritu
In Trinitáte símplici
Ætérna laudent sæcula.
Amen.

℣. Adducéntur Regi vírgines post eam. ℟. Próximæ eius afferéntur tibi.

Ad Magníficat in utrísque Vésperis, Aña. Prudéntes vírgi-



gines, aptâte vestras lámpades: ecce spónsus venit, exite óbviàm ei. Oratio.

DEus, qui virtûtem tuam in vasis fictílibus (étiam frágilis sexus) recóndens, sanctis virgínibus, & martýribus tuis Iustæ, & Ruffínæ mirábilem fídei constántiam tribuísti: da nobis eârum patrocínijs, in tui amóre perseverâre, & ad cæléstem corónam pervenire. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutínum, Invitatórium. Regem vírginum Dóminum, * Venite adorêmus. Psalm. Venite, exultêmus.

Hymnus.

QUid sæve tortor úngulis,
Iudexque fractis, vírginum
Plusquam virílis índolis
Miráris indoléntiam?
Virtûtis hoc altíssimæ
Agnósce manus, pérfide,
Firmíssimam constántiam
Qui débili dat séxui.
Sævire in actus fictíles,
Mercésque eârum tésteas,
Sed non potéstis cónditas
In his faces extínguere.
Quas ardor almi lúminis
Accéndit, & dulcíssimus
Spónsus cadéntes éxcipit
Christus bravium Mártyrum.
Et nunc precántur sédulè
Pro gente Patrem, & Fílium,
Et Spíritum Paráclitum,
Qui regnat omne in sæculum.
Amen.

Ad Laudes, Hymnus.

ADeste sacræ Vírgines,
Quas cura fecit pérvigil,
Spónso vocánte ad núptias,
Claras reférre lámpades.
Iam nigra noctis órbita
Ad manè clarum vértitur,
Vincant timóres túrbidos
Ætérna lucis gáudia.
Apérta vobis iánua,
Spónsum vocat, succédite,
Sparsásque nostris flétibus
Offérte palmas nóbiles.
Offérte fusum sánguinem
Christo immolâtæ víctimæ,
Quo Mártyres sanctíssimæ
Vestram beátis Híspalim.
Ut ipse nostræ Ecclésiæ
Preces benígnus áudiat,
Et donet indulgéntiam
Vestris rogâtus cívibus.
Virtus, honor, laus, glória
Deo Patri cum Fílio,
Et Spíritu Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

℣. Adducéntur Regi vírgines post eam. ℟. Próximæ eius afferéntur tibi.

Ad Benedíctus, Antiphona. Prudéntes vírgines, aptâte vestras lámpades: ecce spónsus venit, exite óbviàm ei.

Orátio. Deus, qui virtûtem. ut in primis Vésperis.

Vésperæ de sequénti, Commemorátio præcedéntis, Antíphona. Prudéntes. ut in primis Vésperis.

## DIE XX. IULII.

In festo S. Liberátæ vírginis & mártyris, Patrónæ Ecclésiæ & Diœcesis Seguntinæ.

Duplex ii. Classis.

Omnia de Commûni Vírginis & Mártyris, præter ea, quæ sequúntur.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## IN I. VESPERIS.

Ad Magníficat, Antíphona.

Gloriôsum sanctæ Liberátæ triúmphum solémniter celebrêmus, quæ in cruce pendens, inférnum vicit, & tyrannôrum torménta superâvit, allelúia.

ORATIO.

Beátæ Liberâtæ vírginis & mártyris tuæ quæsumus Dómine, précibus & méritis adiuvémur: ut quæ pro tui nóminis confessióne, & pudicítiæ defensióne in cruce pepéndit, ab inimicôrum insídijs sua nos protectióne deféndat. Per Dóminum nostrum.

## IN LAUDIBUS.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Quamvis plúrimis blandiméntis & minis sancta Liberâta expectarêtur, ut fidem Christiânam pudicitiámque desérerет, stábilis, & firma in agóne permánsit, & in cruce impollútum spíritum Deo réddidit.

Orátio. Beátæ Liberâtæ. ùt suprà.

Deindè fit Commemorátio S. Margarítæ vírginis & mártyris, ℣. Spécie tua. ℟. Inténde, prósperè.

In secúndis Vésperis, ad Magníficat, Antíphona. O felix Liberâta, à tyrannôrum sævítia liberâta! O gloriosa Wilgefórtis, quæ ubique fortis in certámine repérta es! O Patróna admiránda civitâtis, & diœcêsis Seguntinæ, fac nos tuis précibus ad gáudia cæléstia, quibus frúeris, perveníre.

Orátio. Beátæ Liberátæ. ùt suprà.

## DIE XXIV. IULII.

In Vigília S. Iacóbi Apóstoli, & Hispaniârum Apóstoli, & Patrôni.

Omnia dicúntur ùt in Diurnáli Románo.

Et fit Commemorátio sanctæ Christínæ vírginis & mártyris, ùt ibidem.

## DIE XXV. IULII.

In festo sancti Iacóbi Apóstoli, & Hispaniârum Apóstoli & Patrôni.

Duplex i. Classis.

Ad Vésperas, Antíphona. Accéssit ad Iesum. cum réliquis de Láudibus. 45. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, & loco último, Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 4. *b*

Fratres, Puto, quòd Deus nos Apóstolos novíssimus osténdit, tamquam morti destinátos: quia spectáculum facti sumus mundo, & Angelis, & homínibus.

HYMNUS.

Defénsor alme Hispániæ
Iacóbe, vindex hóstium,
Tonítrui quem fílium
Dei vocâvit Fílius.

Huc cæli ab altis sédibus
Converte dexter lúmina:
Audique læti débitas
Grates tibi quas sólvimus.

Grates refert Hispánia,
Felix tuo quæ nómine
Te gloriátur iúgiter

Dig-



Dignâta sacris óssibus.

Tu, cæca nox atque ímpia
Nos cùm tenêret vánitas,
Lucem salútis prímitùs
Oris Ibéris ímpetras.

Tu, bella cùm nos cíngerent,
Es visus ipso in prælio,
Equóque & ense acérrimus
Mauros furéntes stérnere.

Freti tuo nos pígnore,
Largum tuo te múnere
Rogámus omnes, ut tuæ
Spe prótegas præséntiæ.

Deo Patri sit glória,
Eiúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc,& omne in sæculum.
Amen.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum. ℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Ad Magníficat, Antíphona.

Misit Heródes Rex manus, ut afflígeret quosdam de Ecclésia: occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gládio.

ORATIO.

Esto Dóminè plebi tuæ sanctificâtor, & custos: ut beáti Iacóbi Apóstoli tui munita præsídijs, & conversatióne tibi pláceat, & secúra mente desérviat. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutínum usque ad Lectiones, ómnia de Commûni Apostolorum.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antíphona.

Accéssit ad Iesum mater filiórum Zebedæi cùm fílijs suis, adórans & petens áliquid ab eo. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum réliquis de Domínica, Aña. Dic, ut sédeant hi duo fílij mei, unus ad déxteram tuam, & unus ad sinístram in regno tuo. Aña. Potéstis bíbere cálicem, quem ego bibitúrus sum? Dicunt ei: Póssumus. Aña. Cálicem quidem meum bibêtis: sedêre autem ad déxteram meam,& ad sinístram, non est meum dare vobis, sed quibus parâtum est à Patre meo. Aña. Quicúmque volúerit inter vos maior fíeri, sit vester miníster.

Capitulum. Fratres, Puto. 44

HYMNUS.

Iesu salus mortálium,
Nobis ades, dum dícimus
Láudes Patrono Hispániæ,
Tuam canéntes glóriam.

Laudándus hic est unicè,
Quòd primus in certámine
Apóstolis ex ómnibus
Pro te profúdit sánguinem.

Tui beátus plúribus
Notis amóris máximi:
Quòd testis usque intérfuit
Recónditis mystérijs.

Seu vi poténtis déxteræ
Surgit Iaíri fília,
Quando in patérnis ædibus
Est excitâta ab ínferis.

Seu vultus, ùt sol, spléndidus,
Et véstis, ùt nix, cándida,
Thabôris alto in vértice
Signum tuæ dant glóriæ.

Seu monte olívis cónsito
Angóris est index tui
Sudor, tuo de córpore
Ceu gutta manans sánguinis.

Deo Patri sit glória,
Eiúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,

 Et

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Et nunc,& omne in sæculum. Amen.

℣. Annunciavérunt ópera Dei.

℟. Et facta eius intellexérunt.

Ad Benedictus, Antíphona.

Visitâvit nos per sanctum suum Apóstolum, & fecit salútem de inimícis nostris, Dóminus Deus noster.

Orátio. Esto Dómine plebi tuæ. ut suprà. 45.

Ad Tertiam, Aña. Dic, ut sédeant. Capitul. Fratres, Puto quod Deus. ut suprà. 44.

℟. breve. In omnem terram, * Exivit sonus eórum. In omnem terram. ℣. Et in fines orbis terræ verba eórum. Exivit sonus. Glória Patri. In omnem.

℣. Constitues eos príncipes super omnem terram. ℟. Memores erunt nóminis tui Dómine.

Ad Sextam, Antíphona.

Potéstis bíbere cálicem.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 4. *c*

NOs stulti propter Christum, vos autem prudéntes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nóbiles, nos autem ignóbiles.

℟. breve. Constítues eos príncipes * Super omnem terram. Constítues. ℣. Mémores erunt nóminis tui Dómine. Super. Glória Patri. Constítues. ℣. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus. ℟. Nimis confortâtus est principâtus eórum.

Ad Nonam, Antíphona.

Quicúmque volúerit.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 4. *d*

NAm si decem míllia pædagogorum habeâtis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per Evangélium ego vos génui.

℟. breve. Nimis honoráti sunt. * Amíci tui Deus. Nimis. ℣. Nimis confortâtus est principâtus eórum. Amíci. Glória Patri. Nimis. ℣. Annunciavérunt ópera Dei. ℟. Et facta eius intellexérunt.

Ad Vésperas, Antíphonæ de Láudibus. 45. Psalmi de Commûni Apostolórum. Capitulum & Hymnus ut in primis Vésperis. 44.

℣. Annunciavérunt ópera Dei.

℟. Et facta eius intellexérunt.

Ad Magníficat, Antíphona.

O beâtum Apóstolum, qui inter primos eléctus, primus ómnium Apostolórum Dómini Cálicem bíbere méruit! O gloriósum Hispániæ regnum, tali pignore, ac patróno munitum: per quem fecit illi magna, qui potens est, allelúia.

Orátio. Esto Dómine. ut suprà. 45.

Deindè fit Commemorátio S. Annæ, ut in Diurnáli.

DIE XXVI. IULII.

Secúnda die infrà Octâvam fit Officium de S. Annæ. Duplex maius, cum Commemoratióne Octâvæ S. Iacóbi ad Laudes.

In secúndis Vésperis fit Commemor. S. Pantaleonis martyris. Posteà Octâvæ S. Iacóbi.

DIE XXVII. IULII.

Tértia die infrà Octâvam.

In festo S. Pantaleonis mart. Semiduplex.

Ad Vésperas, Aña. In tormén-

mén-



méntis. cum réliquis de Láudibus. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, & loco último, Psalmus. Laudâte Dóminum omnes Gentes, Capitulum. Beâtus vir. Hymnus. Deus tuórum mílitum. de Commûni unius Mart.

Ad Magníficat, Antíphona.

Gloriósus Pantáleon Cæléstem Médicum toto diléxit corde, & móriens pro Christo vivit in cælo coronâtus.

ORATIO.

DEus, qui Pantaleônem Mártyrem tuum vária torménta superâre fecísti, & pro persecutóribus exorâre: concêde propítius; ut qui eius implorâmus auxílium, misericórdiæ tuæ sentiâmus efféctum. Per Dóminum.

Et fit Commemor. Octâvæ.

AD LAUDES,
& per Horas, Antíphona.

IN torméntis appáruit Christus Pantaleônem mira dulcédine perfúndens. Psalm. Dóminus regnâvit. cum réliquis de Domínica. Aña. Ego enim, ait Christus, in hábitu Hermolái tecum sum in ómnibus, quæ propter me páteris. Aña. Cùm pro lictóribus exorâret, audívit de cælo: Ultrà non vocáberis Pantáleon, sed Pantaleêmon, id est, misericors, quia multi per te misericórdiam consequéntur. Aña. Lacte, & cruóre Mártyris collum fluit, pro quo cruórem, & aquam Christus fúderat. Aña. Pantáleon váriè cruciâtus iúgiter canêbat: Sæpè expugnavérunt me à iuventûte mea, étenim non potuérunt mihi.

Capitulum, Hymnus, & ℣. de Commûni unius Martyris.

Ad Benedictus, Antíphona.

Dixit Maximiânus Pantaleôni: Quænam est ars præstigiâtum, quæ tibi extínxit lámpades, & satellítibus vires ábstulit? Ad quæ respóndit: Meæ præstígiæ Christus est.

Orátio. Deus, qui Pantaleônem. ut suprà.

Et fit Commemor. Octâvæ.

In ii. Vésperis, Antiphonæ de Láudibus. Psalmi ut in ii. Vésperis unius Martyris.

Deindè à Capítulo fit de SS. Nazário, Celso, &c. cum Commem. præcedéntis, Antíphona. Recordâtus fuit misericórdiæ Dómini: & in conspéctu astántium factus est illi adiútor.

Posteà de Octâva.

DIE XXVIII. IULII.

Quarta die fit de SS. Nazário, Celso, &c. Semiduplex, cum Commem. Octâvæ.

In secúndis Vésperis à Capítulo fit de S. Martha, posteà fit Commemorat. SS. Nazarij, Celsi, Victoris, ac Innocéntij, deindè Octâvæ, & SS. Felícis, &c.

DIE XXIX. IULII.

Quinta die fit de sancta Martha vírgine Semiduplex. cum Commem. Octâvæ, & SS. Felícis, Simplícij, Faustini & Beatrícis mártyrum.

In secúndis Vésperis à Capítulo fit de Octâva S. Iacóbi,

I 3 cum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

cum Commemoratióne S. Marthæ, póstea SS. Abdon & Sennen mártyrum.

DIE XXX. IULII.

Sexta die fit de Octâva, sicut in die, cum Commemor. SS. Abdon & Sennen in Laudibus.

Vésperæ de S. Ignátio Confessóre, cum Commem. Octâv.

DIE XXXI. IULII.

Séptima die fit de S. Ignátio Confessóre, Duplex, cum Commemorat. Octâvæ ad Laudes.

In secúndis Vésperis fit à Capítulo de Octâva, cum Commemor. S. Ignátii, & SS. Machabæórum mártyrum.

FESTA AUGUSTI.

DIE I. AUGUSTI.

In Octâva Officium fit de ea, sicut in die, & festum sancti Petri ad Víncula transfértur in sequéntem diem.

In Laudibus fit Commemor. SS. Machabæórum mártyrum.

Vésperæ de S. Petro ad Víncula, & post Commemoratiônem S. Pauli fit Commemorát. Octâvæ sancti Iacobi: deindè sancti Stéphani Papæ & mártyris.

IN ECCLESIA

Autem Oxoménsi, & Diœ́cesi, ac Regnis utriusque Castéllæ tantum Vésperæ à Capítulo de sequénti, ut infrà.

DIE II. AUGUSTI.

In festo sancti Petri Epíscopi Oxoménsis & Confessóris.

Duplex.

Omnia de Commûni Confessóris Pontíficis, præter Oratiónem.

In ii. Vésperis Octâvæ S. Iacóbi Apóstoli, à Capítulo fit de S. Petro, cum Comm. Octâvæ, & S. Stéphani Papæ & mártyris.

ORATIO.

DA, quǽsumus, omnípotens Deus: ut beáti Petri Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, & devotiônem nobis áugeat, & salûtem. Per Dóminum nostrum.

DIE IX. AUGUSTI.

In festo SS. Iusti & Pastôris mártyrum.

Duplex ii. Classis.

AD VESPERAS

Antiphona. Iustus & Pastor. cum réliquis de Láudibus. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, & loco últimi, Psalmus. Laudâte Dóminum omnes Gentes.

CAPITULUM. *Rom.* 8.

FRatres, Exístimo quòd non sunt condígnæ passiónes huius témporis ad futûram glóriam, quæ revelábitur in nobis: nam expectátio creatúræ revelatiônem filiorum Dei expéctat.

HYMNUS. *B. Isid.*

ECce Iustus, ecce Pastor
Ambo iuncti sánguine,
Quos piæ fraternitâtis
Iúnxerat germánitas,
Iúnxit æquâlis sacrátæ
Passiônis únitas.
Hi tamen scholis reténti,
Dum instruúntur lítteris,
Audiéntes quòd tyránnus
Intrat urbem pérsequens,
Illicò scholam relínquunt,
Et tabéllas ábnuunt.
Appetunt cursu deindè
Præsidis præséntiam,
Et Crucem Christi sequéndo
Corpus armant débile,
Quòd triúmphos passiônis
Expedírent fórtiter.
Hoc répentè Daciáno
Nunciántes, ínquiunt,
Ecce advenire Christum
Profiténtes párvulos,
Mortis ultrò passiónes,
Atque cædes pérpeti.
Cóncitans adest hìc Præses
Túrbidus sævítiam,
Ad suos truces minístros
Teneántur, clámitat:
Fústibus iúbens tenélla
Dissecári córpora.
Tunc sacrátas ambo voces
Alloquúntur ínvicem:
Tempus est iam temporáles
Ferre pœnas córporis,
Quo futúro perfruâmur
Gaudio cum Angelis.
Audiens mox Daciânus
Mártyrum constántiam,
Excitâtus in furôre,
Dictat hanc senténtiam:
Ut perémpti ambo fratres,
Morte dira intércidant.
Prótinùs eos furéntes
Pértrahunt satéllites,
Ad locum campi paténtem,
Quem ferunt Laudábilem,
Ense illic verberántur,
Laureántur sánguine.
Laus tibi per omne tempus,
Trínitas indífferens,
Laus, honor, virtúsque summa
Singulâris glóriæ,
Quæ Deum te sæculôrum
Pérsonet per sǽcula. Amen.

℣. Lætámini in Dómino, & exultâte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Ad Magnificat, Antíphona.

Fortíssimi púeri Iustus & Pastor in campum Laudábilem addúcti, pro Christo plusquàm viríli constántia dato collo, martýrio coronáti sunt.

ORATIO.

DEus lacténtium fides, spes infántium, cháritas puerôrum, qui per innocéntum tuôrum Iusti & Pastôris laudem cunctos próvocas ad salútem: infúnde nobis, quǽsumus, puritâtem lacténtis infántiæ; ut dum sensu iustítiæ párvulis adæquâmur, in illa remuneratiône fidélium cum sanctis páriter gloriêmur. Per Dóminum.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Regem glóriæ, qui beátos hódiè Iustum & Pastórem coronâvit, * Venite adorêmus. Psalmus. Venite, exultêmus.

HYMNUS.

DIvino agénte spíritu,
Qui infirma mundi róborat,
Ad vincla, flagra, & vúlnera
Fratres tenélli cónvolant.
Vix Iustus annum séptimum,
Nonúmque Pastor égerat,
Et iam cruénto in prælio
Utérque mundum vícerat.
Minas utérque Prǽsidis
Utérque sprévit vérbera,
Et colla utérque lactea

Stricto mucróni súbdidit.
Incénsa nempe cháritas,
Quam Christus armat, fovet,
Quamvis tenéllo in corpore
Nescit malis succúmbere.
In hoc triúmpho nobili
Divina virtus émicat,
Quæ infirma sæculi déligit
Confundat ut fortíssima.
Sit laus, potéstas, glória
Uni, Trinóque Númini,
Quod cæde & ore infántium
Invitat ad cæléstia. Amen.

In primo Nocturno, Aña.

Cùm Daciànus Præses dira Christiánis supplícia minarétur, Iustus & Pastor púeri mira alacritâte sese martyrio obtulérunt. Psalmus. Beátus vir, cum réliquis ut in Communi plurimorum Mart. Aña. Ira exardéscens, & rubôre suffúsus Daciànus, infántes mártyres fústibus cædi, & excruciári crudéliter iussit. Psalm. Quare fremuérunt gentes. Aña. Non flagris, non morte detérriti, ad martýrium pro Christo perferéndum, se mútuò roborábant. Psalm. Dómine quid multiplicáti. ℣. Lætámini in Dómino, & exultâte iusti. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

In secundo Nocturno, Aña.

Dixit Iustus: Noli frater Pastor hanc temporâlem pertimescere passiònem, nam qui nos ad tantam grátiam vocávit, vires cruciátibus pares præstábit. Psalm. Dómine quis habitábit. Aña. Dignè, frater Iuste, sic te decet hortári, ut iustítiam, quam nómine præfers, simul cum tuo frater suscípias. Psalm. Consérva me Dómine. Aña. Hi sunt qui accepérunt benedictiónem à Dómino, & misericórdiam à Deo salutári suo. Psalm. Dómini est terra. ℣. Exúltent iusti in conspéctu Dei. ℟. Et delecténtur in lætítia.

In tertio Nocturno, Aña.

Neque vocári, neque appelláti, Iustus & Pastor in domum iudícis próperant, Christi fidem confiténtes. Psalmus. Exultâte iusti. Aña. Qui adhuc lacténtis teneritúdine agebántur infántiæ, ultra vires viríliter dimicant, allelúia. Psalm. Benedicam Dóminum. Aña. Deus adiútor noster in tribulatiónibus: proptéreà non timébimus dum turbábitur terra. Psalm. Deus noster refúgium. ℣. Iusti autem in perpétuum vivent. ℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

## AD LAUDES,
& per Horas, Antiphona.

Iustus & Pastor fratres púeri, cùm Præsidis sævítiam viri perhorréscerent, sponte ad martýrium cucurrérunt. Psalmus. Dóminus regnâvit, cum réliquis de Domínica. Aña. Pastor & Iustus fratres, cùm púeri adhuc lítteris imbueréntur, proiéctis in schola tabéllis, veram sapiéntiam sunt secúti. Aña. Iustus Pastôrem allóquitur: Noli frater mortem córporis, nec torménta, quæ nobis præparáta sunt, pertiméscere. Aña. Dixit Pastor Iusto fratri: Libénter me tibi martýrii sócium præbeo, ut simul huius



certáminis glóriam consequâmur. Aña. Púeri, & iúvenes, senes cum iunióribus láudent nomen Dómini, allelúia.

Capitulum. *Rom.* 8.

Fratres, Existimo quòd non sunt condígnæ passiónes huius témporis ad futúram glóriam, quæ revelábitur in nobis. Nam expectátio creatúræ revelatiònem filiórum Dei expéctat.

Hymnus.

Sacra victórum monuménta fratrum
Súpplici voto renovâmus, & te
Mártyrum virtus cánimus, qui in illis.
Christe triúmphas.
Hódiè duplex tibi consecrâtur
Víctima, hostíli temeráta cultro,
Utraque intérnas animánte vires
Uritur igne.
Ultrò ad immitem próperat tyránnum,
Utraque inténtos cupit ire in enses,
Nulla vis cogit iúgulum minàci
Súbdere ferro.
Pródeunt una genitrícis alvo,
Témpore ad palmam rapiúntur uno,
Et duplex agnus laniâtus unam
Imbuit aram.
Excipe ex nostris Deus alme templis
Vota, solémni gemináta ritu,
Quique adhuc stillat véteri recéntem
Morte cruôrem.
Glória ætérno Genitóri, & eius
Sit coætérnæ Sóboli, iugísque
Laus Paráclito, qui ab utroque manat
Númine sacro. Amen.

℣. Exultábunt sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Benedictus, Antiphona.

Super petram duæ víctimæ Christo gratíssimæ, Iustus & Pastor iuguláti sunt, & corpora eorum in pace honorífice sepúlta sunt, allelúia.

Oratio.

Deus, lacténtium fides, spes infántium, cháritas puerórum, qui per innocéntum tuórum Iusti & Pastóris láudem cunctos próvocas ad salútem: infúnde in nobis, quæsumus, puritâtem lacténtis infántiæ; ut dum sensu iustítiæ párvulis adæquâmur, in illa remuneratione fidélium cum Sanctis páriter gloriémur. Per Dóminum.

Et fit Commemor. Vigiliæ S. Lauréntij, & sancti Romani mártyris.

Ad Tertiam, Antiphona. Pastor & Iustus. Capitulum. Fratres, Existimo, ut suprà. ℟. br. Lætámini in Dómino, * Et exultâte iusti. Lætámini. ℣. Et gloriámini omnes recti corde. Et exultâte. Glória Patri. Lætámini. ℣. Exultent iusti in conspéctu Dei. ℟. Et delecténtur in lætítia.

Ad Sextam, Antiphona.

Iustus Pastôrem.

Capitulum. *Rom.* 8.

Scimus autem quóniam diligéntibus Deum ómnia cooperántur in bonum, ijs qui se-

secúndùm propósitum vocáti sunt sancti.

℟. br. Exúltent iusti, * In conspéctu Dei. Exúltent. ℣. Et delecténtur in lætítia. In conspéctu. Glória Patri. Exúltent. ℣. Iusti autem in perpétuum vivent. ℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

Ad Nonam, Antíphona. Púeri & iúvenes.

CAPITULUM. *Rom.* 8.

QUis ergo nos separâbit à charitâte Christi? tribulátio? an angústia? an fames? an núditas? an perículum? an persecútio? an gládius?

℟. br. Iusti autem * In perpétuum vivent. Iusti. ℣. Et apud Dóminum est merces eórum. In perpétuum vivent. Glória Patri. Iusti. ℣. Exultábunt sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

In ii. Vésperis ómnia ùt in primis, sed loco ultimi, Psalmus. Crédidi.

A Capítulo fit de sancto Lauréntio mártyre cum Commem. SS. mart. Iusti & Pastóris, Antíphona. Isti sunt duo novélli agni, qui nec minis iúdicis deterriti, nec vírium teneritúdine deféssi, usque ad mortem torménta passi sunt, allelúia. ℣. Exultábunt. Orátio. Deus lacténtium. ùt supra. 49.

## DIE XXV. AUGUSTI.

In festo sancti Ludovíci Regis Francòrum Confessòris.

Duplex.

Omnia ùt in Diurnáli, ritu autem Dúplici.

## DIE XXVII. AUGUSTI.

In festo S. Terésiæ secúndò Vírginis. Duplex.

Omnia ùt in eius Festo principáli xv. Octobris, præter Oratiònem. ORATIO.

DEus, qui illibâta præcórdia beátæ vírginis Terésiæ Spónsæ tuæ ignito iáculo transfixísti, & charitâtis víctimam consecrásti: ipsa interveniénte concéde, ut corda nostra ardóre sancti Spíritus férveant, & te in ómnibus super ómnia diligant. Qui vivis & regnas.

Vésperæ à Capítulo de sequénti, Commem. præcedéntis.

## FESTA SEPTEMBRIS.

## DIE II. SEPTEMBRIS.

In festo S. Antoníni mártyris. Duplex.

Omnia de Commûni unius Mártyris, præter Oratiònem.

ORATIO.

OMnipotens sempitérne Deus, qui hunc diem beáti Antoníni mártyris tui solemnitáte claríficas: exáudi preces pópuli tui, & præsta; ut quæ fidéliter éxpetit, eo suffragánte cónsequi mereátur. Per Dóminum.

In secúndis Vésperis fit Commemor. S. Stéphani Hungarórum Regis.

## DIE IV. SEPTEMBRIS.

In festo sanctæ Rosalíæ vírginis Panormitanæ. Semidúplex.

Omnia de Commûni Vírginum xxiii. præter Oratiònem.

ORA-



ORATIO.

EXáudi nos Deus salutáris noster, ut, sicut de beátæ Rosalíæ vírginis tuæ festivitáte gaudêmus; ità piæ devotiònis erudiâmur afféctu, & eius intercessiòne ab iracúndiæ tuæ flagéllis misericórditer liberêmur. Per Dóminum.

Vésperæ ii. de sequénti cum Commemorat. præcedéntis.

## DIE V. SEPTEMBRIS.

In festo Commemoratiónis S. Iuliáni Episcopi Conchénsis, & Confessoris.

Duplex.

Omnia de Commûni Confessòris Pontíficis, præter Oratiònem. ORATIO.

DEus, qui nos beáti Iuliáni Confessòris tui atque Pontíficis veneránda Commemoratiòne lætíficas: éxcita in nobis, quæsumus, eius spíritum innocéntiæ & charitâtis, & præsta; ut cuius recólimus mérita, per eius ad te gradiâmur exémpla. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commem. sanctæ Rosalíæ Vírginis.

## DIE XVII. SEPTEMBRIS.

In festo Beáti Petri de Arbues, mártyris.

Duplex pro Civitátibus ubi adest Tribunal S. Inquisitiònis, necnon & pro ómnibus Regnis Aragónum.

Omnia de Commûni unius Mártyris præter Oratiònem.

ORATIO.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus, ut beáti Petri Mártyris fidem cóngrua devotióne sectêmur; qui pro eiúsdem fidei defensióne martyrij palmam méruit obtinére. Per Dóminum.

## DOMINICA III.

Septémbris.

Festum septem Dolòrum B. Maríæ Vírginis.

Duplex.

Ad Vésperas, Antíphona, cum réliquis de Láudibus. 55. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de Officio beátæ Vírginis Maríæ.

CAPITULUM. *Thren.* 2.

CUi comparâbo te? vel cui assimilâbo te Fília Ierúsalem? cui exæquâbo te, & consolâbor te, Virgo fília Sion? Magna est velut mare contrítio tua.

HYMNUS.

O Quot undis lacrymârum
Quo dolòre vólvitur,
Luctuósa de cruénto
Dum revúlsum stípite
Cernit ulnis incubántem
Virgo Mater Fílium.

Os suáve, mite pectus,
Et latus dulcíssimum,
Dexterámque vulnerâtam,
Et sinístram sáuciam,
Et rubras cruòre plantas
Ægra tingit lácrymis.

Centiésque, milliésque
Stringit arctis néxibus,
Pectus illud, & lacértos,
Illa figit vúlnera,
Sicque tota colliquéscit
In dolòris ósculis.

Eia, Mater, obsecrâmus
Per tuas has lácrymas,
Filiíque triste funus,
Vulnerúmque púrpuram,

Hunc

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Hunc tui cordis dolôrem
Conde nostris córdibus.
Esto Patri, Filióque,
Et coævo Flámini,
Esto summæ Trinitáti
Sempitérna glória,
Et perénnis laus, honórque
Hoc, & omni sæculo. Amen.

℣. Regína Mártyrum ora pro nobis. ℟. Quæ iuxta crucem Iesu constitísti.

Ad Magníficat, Antíphona.

Nolíte me considerâre, quòd fusca sim, quia decolorâvit me sol, Filij matris meæ pugnavérunt contra me.

ORATIO.

Deus, in cuius Passióne, secúndùm Simeónis Prophetiam, dulcíssimam ánimam gloriósæ Vírginis, & Matris Maríæ dolóris gládius pertransívit: concéde propítius; ut qui dolóres eius venerándo recólimus, Passiónis tuæ effectum felícem consequâmur. Qui vivis & regnas.

Ad Matutínum, Invitatórium.

Stemus iuxta crucem cum María, Matre Iesu, * Cuius ánimam dolóris gládius pertransivit. Psalmus. Venite, exultêmus.

HYMNUS.

In toto súbitùs vespéreat polo,
Et sol attónitum præcípitet diem,
Dum sævæ récolo ludíbrium necis,
Divinámque catástrophen.
Spectatrix áderas supplício Parens,
Malis uda, gerens cor adamántinum;
Natus funérea péndulus in cruce,
Altos cùm gémitus dabat.
Pendens ante óculos natus, atrócibus
Sectus verbéribus; natus hiántibus
Fossus vulnéribus, quot penetrántibus
Te confícit acúleis?
Heu! sputa, alapæ, vérbera, vúlnera,
Clavi, fel, áloë, spóngia, láncea,
Sitis, spina, cruor, quàm vária pium
Cor pressêre tyránnide!
Cunctis intéreà stat generósior
Virgo Martýribus, prodígio novo,
In tantis móriens non móreris Parens
Diris fixa dolóribus.
Sit summæ Triadi glória, laus, honor
A qua supplíciter, solícita prece,
Posco Virgínei róboris æmulas
Vires rebus in ásperis.
Amen.

In primo Noctúrno, Aña.

Multiplicáti sunt qui tríbulant me, multi insúrgunt advérsùm me. Psalm. Dómine quid multiplicáti. 4. Aña. Paravérunt sagíttas suas in pháretra, ut sagittent in obscúro rectos corde. Psalmus. In Dómino confído. 7. Aña. Defécit in dolóre vita mea, & anni mei in gemítibus. Psalmus. In te Dómine spe-



perávi. 51. ℣. Regína Mártyrum, ora pro nobis. ℟. Quæ iuxta Crucem Iesu constitísti.

In secúndo Noctúrno, Aña.

Factum est cor meum tamquam cera liquéscens in médio ventris mei. Psalmus. Deus Deus meus, réspice. 32. Aña. Deus vitam meam annunciávi tibi: posuísti lácrymas meas in conspéctu tuo. Psalmus. Miserére mei Deus, quóniàm. 75. Aña. Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die, ac nocte. Psal. Quemádmodùm desíderat. 65. ℣. Fascículus myrrhæ diléctus meus mihi. ℟. Inter úbera mea commorábitur.

In tértio Noctúrno, Aña.

Intendérunt arcum rem amâram: ut sagíttent in occúltis immaculâtam. Psalmus. Exáudi Deus oratiónem meam. 78. Aña. Anima mea turbâta est valdè, sed tu Dómine usquequò. Psalm. Dómine, ne in furóre. 4. Aña. Deus adiûtor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis. Psalmus. Deus noster refúgium. 68. ℣. Per te salûtem hauriâmus Virgo María. ℟. Ex vulnéribus Christi.

AD LAUDES,
& per Horas, Antíphona.

Quò ábijt Diléctus tuus, ô pulchérrima Muliérum? Quò declinávit Diléctus tuus, & quærêmus eum tecum? Psalmus. Dóminus regnâvit. cum réliquis de Láudibus. Aña. Recédite à me, amâre flebo: nolíte incúmbere, ut consolémini me. Aña. Non est ei spécies neque decor, & vídimus eum, & non erat aspéctus. Aña. A planta pedis usque ad vérticem cápitis non est in eo sanitas. Aña. Fulcite me flóribus, stipâte me malis, quia amóre lángueo.

CAPITULUM. *Thren.* 2.

Cui comparâbo te, vel cui assimilâbo te fília Ierusalem? Cui exæquâbo te, & consolâbor te, Virgo fília Sion? Magna est velut mare contrítio tua.

HYMNUS.

Summæ Deus cleméntiæ
Septem Dolóres Vírginis,
Plagásque Iesu fílij,
Fac ritè nos revólvere.
Nobis salûtem cónferant
Deíparæ tot lácrymæ,
Quibus lavâre súfficis
Totius orbis crímina.
Sit quinque Iesu vúlnerum
Amâra contemplátio,
Sint & Dolóres Vírginis
Ætérna cunctis gáudia.
Iesu, tibi sit glória,
Qui passus es pro sérvulis,
Cum Patre, & almo Spíritu
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. María Virgo per virtûtem tot dolórum. ℟. Fac nos gaudêre in Regno cælórum.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Veníte ascendâmus ad montem Dómini, & vidête, si est dolor, sicut dolor meus.

Orátio. Deus, in cuius. ut suprà. 54.

Fit Commemor. Domínicæ.

Ad Primam, Antíphona.

Quò ábijt. ut suprà.

In Hymno Horárum.

Iesu, tibi sit glória,

Qui

Qui passus es pro sérvulis, &c.
℟. Christe Fili Dei vivi. ℣. Qui passus es propter nostram salútem.

Ad Tértiam, Aña. Recédite à me. ùt suprà.

Capítulum. Cui comparâbo. ùt suprà. 55.

℟. br. O vos omnes, * Qui transitis per viam. O vos. ℣. Atténdite, & vidête si est dolor sicut dolor meus. Qui transitis. Glória Patri. O vos. ℣. Defecérunt præ lácrymis óculi mei. ℟. Conturbâta sunt ómnia víscera mea.

Ad Sextam, Antíphona.
Non est ei spécies.

CAPITULUM. *Thren.* 1.

PLorans plorâvit in nocte, & lácrymæ eius in maxillis eius: non est qui consolêtur eam ex ómnibus charis eius.

℟. br. Defecérunt, * Præ lácrymis óculi mei. Defecérunt. ℣. Conturbâta sunt ómnia víscera mea. Præ lácrymis. Glória Patri. Defecérunt. ℣. Fascículus myrrhæ dilectus meus mihi. ℟. Inter úbera mea commorábitur.

Ad Nonam, Antíphona.
Fulcîte me flóribus.

CAPITULUM. *Thren.* 2.

DEduc quasi torréntem lácrymas per diem, & noctem: non des réquiem tibi, neque táceat pupilla óculi tui.

℟. breve. Fascículus myrrhæ, * Dilectus meus mihi. Fascículus. ℣. Inter úbera mea commorábitur. Dilectus. Glória Patri. Fascículus. ℣. Anima mea liquefácta est. ℟. Ut diléctus locútus est.

In secúndis Vésperis ómnia ùt in primis. 53.

℣. Regîna Mártyrum, ora pro nobis. ℟. Quæ iuxta crucem Iesu constitisti.

Ad Magníficat, Antíphona.
Opprêssit me dolor, & fácies mea intúmuit à fletu, & pálpebræ meæ caligavérunt.

Orátio. Deus, in cuius Passiône. ùt suprà. 54.

Et fit Commem. Domínicæ.

DIE XXV. SEPTEMBRIS.

In festo sanctæ Maríæ de Cervellióne, álias de Subsídio, vírginis, Ordinis B. V. Maríæ de Mercêde Redemptiónis captivórum.

Duplex.

Omnia de Commûni Vírginum, præter Oratiôn. ORATIO.

DEus, qui nos cónspicis in tot perículis constitútos pro nostra fragilitâte non posse subsístere: concêde propítius; ut intercedénte beâta María fámula tua, de præséntis vitæ flúctibus edúcti, ad ætérnæ salútis portum pervenîre valeâmus. Per Dóminum nostrum.

In ii. Vésperis fit Commem. SS. Cypriâni & Iustínæ martyr.

DIE XXVIII. SEPTEMBRIS.

In festo B. Simônis de Rojas.

Duplex.

Pro Diœcésibus Toletâna & Vallisoletâna tantum; post etiam & pro Placentina.

Omnia de Commûni Confessóris non Pontíficis, præter Oratiônem.

ORA-



ORATIO.

DEus, cuius cháritas in corde beâti Simônis diffûsa, exímio in sanctíssimam Fílij tui Genitrícem cultu, & assíduis misericórdiæ opéribus enítuit: illius intercessiône concêde; ut eôdem charitâtis fervôre succénsi, & beâtæ Maríæ Vírginis tutéla protécti, tuam misericórdiam consequâmur. Per Dóminum.

FESTA OCTOBRIS.

DIE V. OCTOBRIS.

In festo S. Froylâni Epíscopi & Confessôris, Patrôni Ecclésiæ & Diœcesis Legionénsis.

Duplex.

In Ecclésijs Cathedrálibus Duplex ii. Classis.

Omnia de Commûni Confessôris Pontíficis, præter Oratiônem.

ORATIO.

DEus, qui beâtum Froylânum monástici institúti propagándi stúdio decorásti, & ex erémo ad Episcopâle munus cæléstis indício vocâtum miráculis clarum effecísti: concede propítius; ut cuius patrocínio gloriâmur, eius instruâmur exémplis. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commem. præcedéntis, & SS. Plácidi, &c. mártyrum in i. Vésperis & Láudibus.

In Cathedrálibus Ecclésijs in Láudibus tantùm.

Vésperæ à Capítulo de sancto Brunône Confessore cum Commemoratiône S. Froylâni.

In Cathedrálibus Commem. sequéntis.

DIE X. OCTOBRIS.

In festo sancti Francisci Bórgiæ Confessôris.

Duplex ii. Classis.

Omnia ut in Diurnáli Románo.

Et non fit Commemorat. SS. Dionýsij, &c. mártyrum.

In ii. Vésperis fit Commemorátio sancti Ludovíci Confessôris.

DIE XI. OCTOBRIS.

In festo S. Ludovíci Bertrándi Confessôris.

Duplex (Fuit heri.)

Omnia de Commûni Confessôris non Pontíficis, xx. præter Oratiônem.

ORATIO.

DEus, qui beâtum Ludovícum Confessórem tuum per córporis mortificatiônem, & fídei præcônium, Sanctórum glóriæ coæquásti: præsta; ut quod fide profitémur, pietâtis opéribus iúgiter impleâmus. Per Dóminum nostrum.

DIE XII. OCTOBRIS.

In festo Commemoratiônis B. Maríæ de Colúmna.

Duplex.

Omnia ùt in festo B. Maríæ ad Nives, v. Augústi.

In ij. Vésperis fit Commemorátio sancti Eduárdi Regis.

DIE XXII. OCTOBRIS.

In festo S. Salôme Viduæ.

Pro Civitâte, & Diœcesi Compostellâna, Duplex ij. Classis, & pro alijs ómnibus Domínijs

Se-

Sereníssimo Regi Cathólico subiéctis.

Duplex maius.

Omnia de Commûni sanctârum nec Virginum, nec Mártyrum, præter ea, quæ sequúntur.

In utrisque Vésperis & Láudibus.

HYMNUS.

Ista quam læti cólimus fidéles,
Sédibus célsis súperum locâtam
Est decus nostrum, quia Mater extat
Alma Iacóbi.

Hæc Dei cultrix Salôme vocâta
Sancta Zebedæo quoque iuncta sancto
Coniugem, charámque domum reliquit
Assecla Christi.

Pérstitit constans, Cruce non recéssit
Térrita, aut illo moriénte, fugit,
Curat & funus Dómini, & sepúlchrum
Férvida visit.

Tu pia, ô nostri Génitrix Patróni
Filij, cunctos réfove cliéntes
Semper, ut nostro cápiti queâmus
Vívere iuncti.

Sit decus Patri, genitǽque Proli,
Et tibi compar utriúsque virtus
Spíritus semper Deus unus omni
Témporis ævo. Amen.

Ad Magníficat, Antíphona. Accéssit ad Iesum mater filiórum Zebedǽi cum fíliis suis adórans, & petens áliquid ab eo.

ORATIO.

DOmine Iesu, pro cuius amóre beáta Salóme inter primas tibi fidéles ómnia dimísit, & te sepúltum venerári curâvit: concéde propítius, ut eius imitatióne tecum consepúlti ætérnæ resurrectiónis partícipes éffici mereámur. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitâte Spíritus sancti Deus.

Ad Matutínum, HYMNUS.

GRatum diem sol éxtulit,
Quo valle rapta sæculi
Alma Sionis filia
Ætérna captat gáudia.

Amóre Christi saucia
Corpus cucúrrit úngere,
Vivum secúta mórtuo
Pijs paréntat rítibus.

Quam vivus ipse tráxerat
Odóre virtútum sacro,
Isthæc vicíssim cómparat
Flagrans sepúlchro bálsamum.

O mira sors! ô gáudium!
Cui sic studébat mórtuo,
Vivum è sepúlchro cónspicit,
Suâque tangit déxtera.

Summo Patri cum Fílio,
Sanctóque sit Paráclito
Ætérna laus, & glória
In sæculórum sǽcula.
Amen.

Ad Benedíctus, Antíphona. Dic, ut sédeant hi duo filij mei unus ad déxteram tuam, & unus ad sinístram in regno tuo.

ORA-



Orátio ut suprà.

In secúndis Vésperis, ad Magníficat, Antíphona. O beâta Salôme pacífica filiórum tonítrui mater, quorum qui primus ómnium Apostolórum cálicem Dómini bíbere, méruit, fídei propugnâtor, & Hispániæ Patrónus cólitur; qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit, ab ipso suæmet Vírginis Matris fílius constitúitur, allelúia.

Orátio ut supra.

Deindè fit Commemorátio sequéntis.

## DIE XXIII. OCTOBRIS.

In festo sancti Petri Paschásij Epíscopi & mártyris.

Duplex.

Omnia de Commûni unius Mártyris, præter Oratiónem.

ORATIO.

DEus humílium consolâtor, & fidélium fortitúdo, cuius charitâtis ardôre martyr, & Póntifex beâtus Petrus Paschásius ætâte téneros, & sexu frágiles ad Impiórum captivitâte, própria servitúte redêmit: eius, quǽsumus, subsídijs ab omni nos absólve fragilitátis humánæ reâtu, ut ad cuncta charitâtis ópera reparêmur: & quos vénia féceris innocéntes, auxílio fácias efficáces. Per Dóminum.

Secúndæ Vésperæ de sequénti, Commemor. præcedéntis.

## DIE XXIII. OCTOBRIS.

*Vel alia die.*

In festo SS. Servándi & Germáni mártyrum. Duplex.

Omnia de Commûni plurimórum Mártyrum, præter Oratiónem.

ORATIO.

OMnípotens sempitérne Deus, qui sanctis frátribus Servándo, & Germáno mirábilem fídei constántiam tribuísti: concéde propítius; ut qui tantórum mártyrum patrocínio frúimur, eórum perpétua intercessióne roborêmur. Per Dóminum.

## DIE XXIV. OCTOBRIS.

In festo sancti Raphaëlis Archángeli. Duplex.

AD VESPERAS,

Aña. Missus est Angelus Ráphaël. cum réliquis de Láudibus. 40. Psalm. Dixit Dóminus, cum réliquis de Domínica. 125. & loco último, Psalm. Laudâte Dóminum omnes Gentes. 129.

CAPITULUM. *Tobiæ* 12.

QUando orâbas cum lácrymis, & sepeliébas mórtuos, & derelinquébas prándium tuum, & mórtuos abscondébas per diem in domo tua & nocte sepeliébas eos, ego óbtuli oratiónem tuam Dño.

HYMNUS.

TIbi Christe splendor Patris,
Vita, virtus córdium:
In conspéctu Angelórum
Votis, voce psállimus:
Alternántes concrepándo
Melos damus vócibus.

Collaudâmus venerántes
Omnes cæli príncipes,
Sed præcipuè fidélem
Médicum, & cómitem,
Raphaëlem, in virtúte

m Alli-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Alligántem dæmonem.
Quo custode procul pelle,
Rex Christe piissime,
Omnes nefas inimíci,
Mundo corde, & corpore:
Paradíso redde tuo,
Nos sola cleméntia.
Glóriam Patri mélodis
Personêmus vócibus:
Glóriam Christo canâmus,
Glóriam Paráclito:
Qui trinus & unus Deus
Extat ante sæcula. Amen.

℣. Stetit Angelus iuxta aram templi. ℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Magníficat, Antíphona. Ego sum Raphaël Angelus, qui asto ante Dóminum: vos autem benedícite Deum, & narrâte ómnia mirabília eius.

Oratio.

Deus, qui beátum Raphaêlem Archángelum Tobíæ fámulo tuo cómitem dedísti in via: concéde nobis fámulis tuis; ut eiúsdem semper protegâmur custódia, & muniâmur auxílio. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutínum, Invitatórium. Regem Archangelórum Dóminum: * Veníte adorêmus. Psalm. Venite. Hymnus. Tibi Christe, ut suprà in Vésperis.

In primo Nocturno, Aña. Ingréssus Tobías invênit iúvenem præcínctum, & quasi parâtum ad ambulándum, & ignórans quod Angelus esset, salutâvit eum. Psalm. Dómine Dóminus noster. 5. Aña. Angelus Raphaël seípsum occúltans, ait, Ego sum Azarías magni Ananíæ fílius. Psalm. In Dómino confído. 7. Antíphona. Sanum ducam fílium tuum in regiónem Medórum, & sanum tibi redúcam, allelúia. Psalmus. Dómine quis habitábit. 9. ℣. Data sunt Angelo incénsa multa. ℟. Ut adoléret ea ante altâre áureum, quod est ante óculos Dómini.

In secúndo Noctúrno, Aña. Dixit autem Angelus: Apprehénde branchiam piscis, & trahe eum extra aquas. Psalm. Cæli enárrant. 14. Antíphona. Obsecro te Azaría frater, ut dicas mihi, quod remédium habébunt ista, quæ de pisce servâre iussísti. Psalmus. Dómini est terra. 30. Antíphona. Lúmina fel sanat, sed virtus cordis, & iécoris, diáboli expéllit potestâtem. Psalm. Benedicam Dóminum. 54. ℣. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini. ℟. De manu Angeli.

In tértio Noctúrno, Aña. Est hic Sara Raguélis fília, quæ tibi coniúgio dábitur, & omnis substántia eius. Psalmus. Cantâte Dómino. 105. Antíphona. Septem viros hábuit, quos dæmónium oppréssit, tímeo ne mihi símile contíngat. Psalmus. Dóminus regnâvit, exúltet. 105. Antíphona. Per tres dies oratióni cum uxóre tua vacâbis, ut in sémine Abrahæ benedictiónem in filijs consequâris. Psalm. Bénedic ánima mea Dómino. 113. ℣. Apprehéndit Angelus Raphaël dæmónium. ℟. Et religâvit illud in desérto superióris Ægypti.

AD



## AD LAUDES.

& per Horas, Antíphona.

Missus est Angelus Ráphaël ad Tobiam & Saram, ut curâret eos. Psalm. Dóminus regnâvit. cum réliquis de Láudibus Domínicæ. 17. Antíphona. Ingréssus Angelus ad Tobíam, salutâvit eum, & dixit: Gáudium sit tibi semper. Antíphona. Forti ánimo esto Tobías, in próximo enim est, ut à Deo curêris. Antíphona. Benedícite Deum cæli, & coram ómnibus vivéntibus confitémini illi, quia fecit vobíscum misericórdiam suam. Antiph. Pax vobis, nolíte timêre: Deum benedícite, & cantâte illi.

Capitulum. Quando orábas. ut suprà.

Hymnus.

Christe, sanctórum decus
Angelórum,
Rector humáni géneris, & Auctor:
Nobis sacrâtum tríbue benígnus Scándere cælum.
Angelum nobis Médicum salútis
Mitte de cælis Ráphaël, ut omnes
Sanet ægrótos, paritérque nostros
Dírigat actus.
Hinc Dei nostri génitrix María,
Totus & nobis chorus Angelórum
Semper assístat, simul & beâta
Cóncio tota.
Præstet hoc nobis Déitas beâta
Patris, ac Nati, paritérque sancti
Spíritus, cuius rébeat in omni
Glória mundo. Amen.

℣. In conspéctu Angelorum psallam tibi Deus meus. ℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitêbor nómini tuo.

Ad Benedíctus, Antíphona. Ego sum Ráphaël Angelus, qui asto ante Dóminum: vos autem benedícite Deum, & narrâte ómnia mirabília eius, allelúia.

Orátio. Deus, qui. ut suprà.

Ad Tértiam, Antíphona. Ingréssus Angelus. Capitulum. Quando orábas. ut sup. 30. ℟. breve. Stetit Angelus, * Iuxta aram templi. Stetit. ℣. Habens thuríbulum áureum in manu sua. Iuxta. Glória Patri. Stetit. ℣. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini. ℟. De manu Angeli.

Ad Sextam, Antíphona. Forti ánimo.

Capitulum. *Tobiæ* 12. *d*

Et nunc misit me Dóminus ut curârem te, & Saram uxôrem fílij tui à dæmónio liberârem. Ego enim sum Ráphaël Angelus unus ex septem, qui astâmus ante Dóminum.

℟. br. Ascéndit fumus arómatum, * In conspéctu Dñi. Ascéndit. ℣. De manu Angeli. In conspéctu. Glória Patri. Ascéndit. ℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus. ℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitêbor nómini tuo.

Ad Nonam, Antíphona. Pax vobis.

Capitulum. *Tobiæ* 12. *b*

Tempus est, ut revértar ad eum, qui me misit: vos autem

m 2 tem

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tem benedícite Deum, & narráte ómnia mirabília eius.

℟. br. In conspectu Angelórum, * Psallam tibi Deus meus. In conspéctu. ℣. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitèbor nómini tuo. Psallam. Glória Patri. In conspectu. ℣. Adoràte Deum. ℟. Omnes Angeli eius.

In secundis Vésperis, Antiphona. Missus est Angelus. cum réliquis Antiphonis de Laudib. 42. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, 125. & loco últimi Psalmus. Confitébor tibi Dómine in toto corde meo: * quoniam audísti. 139.

Capitulum, Hymnus, & ℣. ut in primis Vésperis. 22.

Ad Magníficat, Antiphona. Princeps gloriosíssime, Raphaël Archángele, esto memor nostri: hic, & ubique semper precàre pro nobis Filium Dei.

Orátio ut supra. 22.

In secundis Vésperis fit Commemoratio sequentis.

## DIE XXV. OCTOBRIS.

In festo SS. Gavini, Prothi, & Ianuarij mártyrum Turritanorum. Duplex.

Omnia de Commúni plurimórum Mártyrum, præter Oratiónem.

ORATIO.

Deus, qui per beátos mártyres tuos Gavinum, Prothum, & Ianuarium, Ecclésiam tuam mirabíliter illustràre dignàtus es: concéde nobis fámulis tuis; ut quos patrónos venerámur in terris, intercessôres habêre mereâmur in cælis. Per Dóminum.

Pósteà fit Commem. SS. Chrysanthi & Dariæ mart. Aña. Vestri capilli. ℣. Exultàbunt.

ORATIO.

Beatôrum mártyrum tuôrum, Dómine, Chrysánthi & Dariæ, quæsumus, adsit nobis orátio: ut quos venerámur obséquio, eorum pium iugiter experiâmur auxílium. Per Dóminum nostrum.

In Laudibus fit Commem. SS. Chrysánthi & Dariæ mártyrum, Aña. Istôrum est enim. ℣. Lætámini.

Orátio. Beatôrum mártyrum. ut supra.

## DIE XXV. OCTOBRIS.

*Vel alia die.*

In festo S. Fructi Confessóris, & Ecclésiæ Segoviénsis Patroni. Duplex.

AD VESPERAS,

Aña. Dicite Fructo. cum réliquis de Laudibus. Psalm. Dixit Dóminus. cum réliquis de Domínica, & loco ultimi, Psalmus. Laudàte Dñm omnes Gentes.

CAPITULUM. *Eccli. 45.*

Dilectus Deo, & homínibus: cuius memoria in benedictione est. Símilem illum fecit in gloria Sanctorum, & magnificàvit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placàvit.

HYMNUS.

Supérba tecta cívium,
Vulgi corónas mobilis,
Et detrahéntes circulos
Vitàre Fructe cogitas.





Occúlta erémi pénetras;
Lates cavérnis ábditus,
Mundi ut nocéntis oculos,
Ut Basilísci fugias.
Te solitúdo récreat,
Tranquillitátis socia;
Vita mundánis hórrida,
Cæléstibus gratíssima.
Montis cacúmen ardui
Per sémitas diffíciles
Ascéndis, ut pervénias
Virtútis ad fastígium.
Glória tibi Dómine,
Fœcúndæ fructus Vírginis,
Qui ligni vitæ frúctibus
Beâtum Fructum réficis.
Amen.

℣. Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum. ℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Ad Magníficat, Antíphona. Respéxit Dóminus humilitâtem servi sui, & magnificâvit eum: suscépit eum in pace, & dedit illi corónam glóriæ.

ORATIO.

Adésto, Dñe, pópulo tuo, ut beáti Fructi Confessôris tui mérita præclára suscípiens, ad impetrándam misericórdiam tuam semper eius patrocinijs adiuvêmur. Per Dóminum.

Ad Matutínum, Invitatórium. Laudêmus Deum nostrum. * In confessióne beáti Fructi. Psalmus. Venite exultémus.

HYMNUS.

Ut montis alti vérticem
Calcàre Fructus contigit,
Atque indè tamquam è spécula
Vidêre terræ incómmoda.
Totum Deo se dévovet,
Virtûtis armis cíngitur,
Corpus premit ieiúnio,
Cor pane cæli réficit.
Munitus his præsídijs
Retúndit arma dæmonis,
Mauros furéntes térritat
Vir ínclytus miráculo.
Excélsa montis pércutit,
Divisit rupem báculo,
Profúndum valis cérnitur,
Terrôre victis hóstibus.
Glória tibi Dómine,
Fœcúndæ fructus Vírginis,
Qui ligni vitæ frúctibus
Beâtum Fructum réficis.
Amen.

In primo Noctúrno, Aña. Plantâtus secus decúrsus aquârum fructum suum dedit Fructus in témpore suo. Psalm. Beâtus vir. de Commûni Confessôris non Pontíficis. Antiphona. Constitûtus in monte sancto Dómini prædicàvit præcéptum eius, & glóriam eius. Psalmus. Quare fremuérunt. Antiphona. Voce mea ad Dóminum clamávi, & exaudívit me de monte sancto suo. Psalm. Dómine quid multiplicáti. ℣. Amàvit eum Dóminus, & ornâvit eum. ℟. Stolam glóriæ induit eum.

In secúndo Noctúrno, Aña. Mirificâvit Dóminus servum suum Fructum, & exaudívit eum clamántem ad se. Psalmus. Cùm invocârem. Antiphona. Admirábile est nomen tuum Dómine, quia glória, & honóre coronásti servum tuum, constítuens eum super ópera mánuum tuârum. Psalmus. Dómine Dóminus



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

noster. Aña. Dedit mihi pennas colúmbæ, elongávi fúgiens, & mansi in solitúdine. Psalmus. Exaudi Deus oratiônem meam, & ne despéxeris. ût in Psaltério Féria quarta ad Matutinum. ℣. Os iusti meditábitur sapiéntiam. ℟. Et lingua eius loquêtur iudícium.

In tértio Noctúrno, Aña. Dómine iste Sanctus habitâbit in tabernáculo tuo, & requiéscet in monte sancto tuo. Psalmus. Dómine, quis habitâbit. Antiphona. Desidérium cordis eius tribuísti ei: posuísti in cápite eius coronam de lápide pretióso. Psalmus. Dómine in virtûte tua. Antiphona. Innocens mánibus, & mundo corde ascéndet in montem Dómini: stabit in loco sancto eius. Psalmus. Dómini est terra. ℣. Lex Dei eius in corde ipsíus. ℟. Et non supplantabúntur gressus eius.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Dicite Fructo, quóniàm benè fructum adinventiônum suârum cómedet. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum reliquis de Domínica. Aña. Date ei de fructu mánuum suârum, & laudent eum in portis ópera eius. Antíphona. In terra desérta, & invia appáruit mihi Dóminus, ut vidérem virtûtem suam, & glóriam suam. Antiphona. Pinguéscent speciósa desérti, & húmiles corde benedicent Dómino. Antiph. Beneplácitum fuit Dómino in servo suo Fructo, & exaltâvit mansuêtum in salútem.

CAPITULUM. *Eccli.* 45.

Dilectus Deo, & homínibus, cuius memória in benedictiône est: símilem illum fecit in glória Sanctórum, & magnificâvit eum in timóre inimicorum, & in verbis suis monstra placâvit.

HYMNUS.

Iam plenus annis, próximus,
Vitæ fugácis último,
Solvi caténis córporis,
Et esse cum Christo cupit.
Matúrus ævo præcóces
Offérre fructus áppetit,
Deóque grates réddere,
Ut terra cultóri suo.
O fructe, flos, & árboris
Propágo fœcundíssima!
Cuius sub umbra cívitas
Segoviénsis récubat.
Tuis obúmbra cívibus,
Ut absit æstus críminis,
Illísque ut afflet ímpetra
Cæléstis aura Pneúmatis.
Glória tibi Dómine,
Fœcúndæ fructus Vírginis,
Qui ligni vitæ frúctibus
Beâtum Fructum réficis.
Amen.

℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedíctus, Antiphona. O beâte Fructe, dulcis Patrône, advocâte fidélis! Tu glória Ecclésiæ, lætitia civitâtis, honorificéntia pópuli nostri: verè fructus terræ, quam visitâvit óriens ex alto.

Orátio. Adésto Dómine pópulo tuo. ût suprà. 50.

Ad



Ad Tértiam, Aña. Date ei. Capitulum. Diléctus Deo. ût suprà.

℟. br. Amâvit eum Dóminus, * Et ornâvit eum. Amâvit. ℣. Stolam glóriæ índuit eum. Et ornâvit. Glória Patri. Amâvit eum Dóminus. ℣. Os iusti meditábitur sapiéntiam. ℟. Et lingua eius loquêtur iudícium.

Ad Sextam, Antiphona. In terra desérta.

CAPITULUM. *Eccli.* 45.

In fide, & lenitâte ipsius sanctum fecit illum Dóminus, & osténdit illi glóriam suam, & dedit illi coram præcépta, & legem vitæ & disciplínæ.

℟. br. Os iusti, * Meditábitur sapiéntiam. Os iusti. ℣. Et lingua eius loquêtur iudícium. Meditábitur sapiéntiam. Glória Patri. Os iusti. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius. ℟. Et non supplantabúntur gressus eius.

Ad Nonam, Antiphona. Beneplácitum fuit.

CAPITULUM. *Sap.* 10. *b*

Custodívit eum Dóminus ab inimícis, & à seductóribus tutâvit illum: & certâmen forte dedit ei, ut vínceret, & sciret, quóniam omnipoténtior est sapiéntia.

℟. br. Lex Dei eius, * In corde ipsius. Lex Dei eius. ℣. Et non supplantabúntur gressus eius. In corde ipsius. Glória Patri. Lex Dei eius. ℣. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

In secúndis Vésperis ómnia dicúntur ût in primis Vésperis.

Ad Magníficat, Antiphona. Hódiè Fructus, sárcina carnis depósita, cælum lætus ascéndit. Hódiè fortis athlêta, victo mundo, comitántibus Angelis coronâtur. Hódiè fidélis servus talénta sibi crédita duplicâta reportans, in glóriam Dómini sui gaudens introdúcitur, allelúia.

Orátio ût suprà. 50.

## DIE XXIX. OCTOBRIS.

In festo sancti Narcíssi Epíscopi & mártyris.

Duplex.

Omnia de Commúni unius Mártyris, præter Oratiônem.

In secúndis Vésperis SS. Simônis & Iudæ fit Commemorátio huius Festi.

ORATIO.

Deus, qui beâtum Narcíssum mártyrem tuum, atque Pontíficem illústri láurea decorásti, eiúsque corpus admirábili integritâte clarificas: concéde propítius; ut, eius deprecatiône, incorrúpta gáudia felicitâtis ætérnæ consequâmur. Per Dóminum.

Ad Benedíctus, Antiphona. Venerábilis Póntifex Narcíssus, post laudábilem Afræ conversiônem, ad Hispániam proféctus, Gerúndam rédiit, ubi ad martýrii palmam felíciter pervénit.

## FESTA NOVEMBRIS.

## DOMINICA ALIQUA

Novémbris.

Festum Patrocínii beátæ Maríæ Vírginis.

Omnia ùt in festo B. Mariæ ad Nives v. Augusti, cum Commemoratióne in Vésperis & Laudibus Domínicæ occurréntis.

In ii. Vésperis, ómnia ùt in primis.

Ad Magníficat, Antiphona.

Beátam me dicent omnes generatiónes, quia ancíllam humilem respéxit Deus.

Et fit Commem. Domínicæ.

## DIE III. NOVEMBRIS.

In festo SS. Innumerabílium Mártyrum Cæsaraugustæ.

Duplex.

Omnia de Commúni plurimórum Mártyrum, præter Oratiónem.

Oratio.

RÉspice quǽsumus Dómine famíliam tuam, & præsta, ut Sanctórum innumerabílium Mártyrum intercessióne muníta, ab omni sit culpa defénsa. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemor. Octávæ Omnium Sanctórum in primis Vésperis de Laudibus.

In secundis Vésperis fit à Capítulo de sequénti, cum Commemoratióne præcedéntis Octávæ, & SS. Vitalis, &c. mart.

## DIE XV. NOVEMBRIS.

In festo S. Eugénij mart. Archiepíscopi Toletáni, & Patróni. Duplex.

Omnia de Commúni unius Mártyris, præter Oratiónem.

Oratio.

DEus, qui præséntem diem beáti Eugénij mártyris tui, atque Pontíficis martýrio consecrásti: præsta propítius ut cuius ánnua celebritáte lætámur, eius méritis donum tuæ grátiæ consequâmur. Per Dóminum.

## DIE XVII. NOVEMBRIS.

In festo SS. Aciscli & Victóriæ mártyrum.

Duplex.

Omnia de Commúni plurimórum Mártyrum, præter Oratiónem.

Oratio.

DEus, qui famíliam tuam beatórum fratrum, & mártyrum tuorum Aciscli, & Victóriæ gloriósis confessiónibus circúmdas, & prótegis: concéde propítius; ut quos Patrónos agnóscimus, eorum méritis, & intercessiónibus ab ómnibus adversitátibus liberémur. Per Dóminum.

Vésperæ à Capítulo de Dedicatióne Basilicárum Sanctórum Petri & Pauli, cum Commemor. SS. Aciscli, &c. mártyrum.

## DIE XXVI. NOVEMBRIS.

In festo Desponsatiónis B. Mariæ Virg. cum S. Ioseph.

Duplex.

### AD VESPERAS,

Antiph. Desponsátio gloriósæ. cum réliquis de Laudibus. cxvi. Psalmus. Dixit Dóminus. cum réliquis de B. Maria, ut in eius Offício parvo. xlv.

Capitulum. *Eccli. 24. b*

AB início, & ante sǽcula creáta sum, & usque ad futúrum sǽculum non désinam, & in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

Hymnus. Ave maris stella.

℣. Desponsátio est hódiè sanctæ Mariæ vírginis. ℟. Cuius vita ínclyta cunctas illústrat Ecclésias.

Ad Magníficat, Antiphona.

Gloriósæ vírginis Mariæ Desponsatiónem digníssimam recolâmus, quæ & genitrícis dignitátem obtínuit, & virginálem pudicítiam non amísit.

Oratio.

FAmulis tuis, quǽsumus Dómine, cæléstis grátiæ munus impertíre: ut quibus beátæ Vírginis partus éxtitit salútis exórdium, Desponsatiónis eius votiva solémnitas pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum nostrum.

Deindè fit Commemorátio sanctæ Catharínæ virg. & mart.

Posteà S. Petri Alexandrini Epíscopi & mártyris.

Ad Matutinum, Invitatórium.

Desponsatiónem vírginem Maríæ celebrêmus, * Christum eius Fílium adorêmus Dóminum. Psalm. Venite, exultêmus.

Hymnus. Quem terra. Antíphonæ & Psalmi Nocturnórum, ùt in Officio parvo beátæ Mariæ. xlv.

In primo Noctúrno.

℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prosperè procêde & regna.

In secúndo Noctúrno.

℣. Adiuvábit eam Deus vultu suo. ℟. Deus in médio eius, non commovébitur.

In tértio Noctúrno.

℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

### AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

DEsponsátio gloriósæ vírginis Mariæ, ex sémine Abrahæ, ortæ de tribu Iuda, clara ex stirpe David. Psalm. Dominus regnávit. cum réliquis de Domínica. Antiphona. Desponsátio est hódiè sanctæ Mariæ vírginis, cuius vita inclyta cunctas illústrat Ecclésias. Antiphona. Regáli ex progénie Maria exórta refúlget, cuius précibus nos adiuvári mente & spíritu devotíssimè póscimus. Aña. Corde & ánimo Christo canâmus glóriam, in hac sacra solemnitáte præcélsæ genitrícis Dei Mariæ. Antiphona. Cum iucunditáte Desponsatiónem beátæ Mariæ celebrêmus, ut ipsa pro nobis intercêdat ad Dóminum Iesum Christum.

Capítulum. Ab início. Hymnus. O gloriósa. ℣. Desponsátio est hódiè sanctæ Mariæ vírginis. ℟. Cuius vita ínclyta cunctas illústrat Ecclésias.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Desponsatiónem hodiérnam perpétuæ vírginis genitrícis Dei Mariæ solémniter celebrêmus, qua celsitúdo throni procéssit, allelúia. Orátio. Fámulis tuis. ùt suprà. cxv.

Deindè fit Commemorátio S. Petri Alexandrini Epíscopi & mártyris.

Ad Primam in ℟. brevi dícitur ℣. Qui natus es de Maria vírgine.

Ad Tértiam, Antiphona. Despon-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ponsátio est hódiè. Capit. Ab inítio. cxv.

℟. br. Spécie tua, * Et pulchritúdine tua. Spécie tua. ℣. Inténde, prosperè procéde, & regna. Et pulchritúdine. Glória. Spécie tua. ℣. Adiuvábit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio eius, non commovébitur.

Ad Sextam, Antiphona.

Regáli ex progénie.

CAPITULUM. *Eccli. 24. b*

ET sic in Sion firmáta sum, & in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, & in Ierúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, & in parte Dei mei heréditas illius, & in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

℟. br. Adiuvábit eam, * Deus vultu suo. Adiuvábit. ℣. Deus in médio eius, non commovébitur. Deus. Glória. Adiuvábit.

℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.

Cum iucunditáte.

CAPITULUM. *Eccli. 24. b*

IN platéis sicut cinnamómum & bálsamum aromatízans odórem dedi: quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris.

℟. br. Elégit eam Deus, * Et præelégit eam. Elégit. ℣. In tabernáculo suo habitáre facit eam. Et præelégit. Glória. Elégit. ℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

In secúndis Vésperis, Antiphonæ, Psalmi, Capitulum, & Hymnus ut in primis Vésperis.

24. ℣. Desponsátio est hódiè sanctæ Maríæ vírginis. Cuius vita ínclyta cunctas illústrat Ecclésias.

Ad Magníficat, Antiphona.

Desponsátio tua, Dei génitrix virgo, gaudium annunciávit univérso mundo: ex te enim ortus est sol iustítiæ, Christus Deus noster: qui solvens maledictiónem, dedit benedictiónem: & confúndens mortem, donávit nobis vitam sempitérnam.

Orátio. ut suprà.

## IN FESTO B. M. V. DE GUADALUPE MEXICANÆ.

Sivè Regni novæ Hispániæ.

Duplex maius.

Die assignáta ab Ordinário.

Omnia ut in festo ad Nives die v. Augusti, præter ea, quæ sequúntur.

Ad Magníficat, Antiphona.

Elegi, & sanctificávi locum istum, ut sit ibi nomen meum, & permáneant óculi mei, & cor meum ibi cunctis diébus.

ORATIO.

DEus, qui sub Beatíssimæ Vírginis Maríæ singulári patrocínio constitútos perpétuis beneficijs nos cumulári voluísti: præsta supplícibus tuis; ut cuius hódiè commemoratióne lætámur in terris, eius conspéctu perfruámur in cælis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Non fecit táliter omni natióni, & iudícia sua non manifestávit eis.

Orátio ut suprà.

In ii. Vésperis, Antiphona.

Læva in circúitu óculos tuos, & vide. Omnes isti congregáti sunt, venérunt ibi: Fílij tui de longè vénient, & Fíliæ tuæ de látere surgent.

Orátio ut suprà.



# OFFICIUM IMMACULATÆ CONCEPTIONIS B. MARIÆ VIRGINIS HISPANIARUM, ET INDIARUM PATRONÆ PRINCIPALIS.

Ex indúlto CLEMENTIS Papæ XIII. dato Romæ 14. Mártij 1767. recitandum in ómnibus Hispaniárum & Indiárum Regnis sub ritu semidúplici, ómnibus Sabbatis, non impedítis Festo dúplici, vel semidúplici, excéptis tamen tempóribus Advéntus, Quadragésimæ, Quatuor Témporum, Vigiliárum, étiam sine ieiúnio, ac illis Sabbatis, in quibus secúndùm Rúbricas sit reponéndum Officium Domínicæ, aut de festo dúplici, vel semidúplici translàto.

## OFFICIUM

Incipit à primis Vésperis, & ídeò in secúndis Vésperis præcedéntis festi fit Comm. B. Maríæ, nisi fúerit semidúplex, quia tunc à Capítulo fit de Conceptióne B. Maríæ, 8. cum Commemoratióne præcedéntis.

Ad Magníficat, Antiphona.

Quàm pulchri sunt gressus tui fília príncipis! Collum tuum, sicut turris ebúrnea, óculi tui divíni, & comæ cápitis tui sicut púrpura Regis. Quàm pulchra es, & quàm decóra charíssima! allelúia.

℣. In Conceptióne tua, Virgo immaculáta fuísti.

℟. Ora pro nobis, Patrem, cuius Fílium peperísti.

Témpore Paschali additur, Allelúia.

ORATIO.

DEus, qui per Immmaculátam Vírginis Conceptiónem dignum Fílio tuo habitáculum præparásti: quæsumus, ut qui ex morte eiúsdem Fílij sui prævisa, eam ab omni labe præservásti, nos quoquè mundos eius intercessióne, ad te pervenire concédas. Per eúmdem Dóminum.

Pós-

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ponsátio est hódiè. Capit. Ab inítio. cxv.

℟.br. Spécie tua, * Et pulchritúdine tua. Spécie tua. ℣. Inténde, prosperè procéde, & regna. Et pulchritudine. Glória. Spécie tua. ℣. Adiuvâbit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio eius, non commovébitur.

Ad Sextam, Antiphona.

Regâli ex progénie.

CAPITULUM. *Eccli. 24. b*

ET sic in Sion firmâta sum, & in civitâte sanctificata similiter requiévi, & in Ierúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificâto, & in parte Dei mei heréditas illius, & in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

℟. br. Adiuvâbit eam, * Deus vultu suo. Adiuvâbit. ℣. Deus in médio eius, non commovébitur. Deus. Glória. Adiuvâbit. ℣. Elêgit eam Deus, & praelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitâre facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.

Cum iucunditâte.

CAPITULUM. *Eccli. 24. b*

IN platéis sicut cinnamómum & bálsamum aromatízans odórem dedi: quasi myrrha elécta dedi suavitâtem odoris.

℟. br. Elêgit eam Deus, * Et praelêgit eam. Elêgit. ℣. In tabernáculo suo habitâre facit eam. Et praelêgit. Glória. Elégit. ℣. Diffúsa est grátia in lábijs tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in aetérnum.

In secúndis Vésperis, Antíphonae, Psalmi, Capitulum, & Hymnus ut in primis Vésperis.

24. ℣. Desponsátio est hódiè sanctae Maríae vírginis. Cuius vita ínclyta cunctas illústrat Ecclésias.

Ad Magníficat, Antiphona.

Desponsâtio tua, Dei génitrix virgo, gaudium annunciávit univérso mundo: ex te enim ortus est sol iustítiae, Christus Deus noster: qui solvens maledictiónem, dedit benedictiónem: & confúndens mortem, donâvit nobis vitam sempitérnam.

Orátio. ut suprà.

### IN FESTO B. M. V. DE GUADALUPE MEXICANÆ.

Sivè Regni novae Hispaniae.

Duplex maius.

Die assignâta ab Ordinário.

Omnia ut in festo ad Nives die v. Augusti, praeter ea, quae sequúntur.

Ad Magníficat, Antiphona.

Elegi, & sanctificávi locum istum, ut sit ibi nomen meum, & permáneant óculi mei, & cor meum ibi cunctis diébus.

ORATIO.

DEus, qui sub Beatíssimae Vírginis Maríae singulári patrocínio constitútos perpétuis benefícijs nos cumulári voluísti: praesta supplícibus tuis; ut cuius hódiè commemoratióne laetámur in terris, eius conspéctu perfruámur in caelis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Non fecit táliter omni natióni, & iudícia sua non manifestâvit eis.

Orátio ut suprà.

In ii. Vésperis, Antíphona.

Laeva in circúitu óculos tuos, & vide. Omnes isti congregâti sunt, venêrunt ibi: Filij tui de longè vénient, & Filiae tuae de látere surgent.

Orátio ut suprà.



# OFFICIUM IMMACULATÆ CONCEPTIONIS B. MARIÆ VIRGINIS HISPANIARUM, ET INDIARUM PATRONÆ PRINCIPALIS.

Ex indúlto CLEMENTIS Papae XIII. dato Romae 14. Mártij 1767. recitandum in omnibus Hispaniârum & Indiârum Regnis sub ritu semidúplici, ómnibus Sábbatis, non impedítis festo dúplici, vel semidúplici, excéptis tamen tempóribus Advéntus, Quadragésimae, Quatuor Témporum, Vigiliârum, étiam sine ieiúnio, ac illis Sábbatis, in quibus secúndùm Rúbricas sit reponéndum Officium Domínicae, aut de festo dúplici, vel semidúplici translâto.

## OFFICIUM

Incipit à primis Vésperis, & ídeo in secúndis Vésperis praecedéntis festi fit Comm. B. Maríae, nisi fúerit semidúplex, quia tunc à Capítulo fit de Conceptióne B. Maríae, 8. cum Commemoratióne praecedéntis.

Ad Magníficat, Antíphona.

Quàm pulchri sunt gressus tui fília príncipis! Collum tuum, sicut turris ebúrnea, óculi tui divíni, & comae cápitis tui sicut púrpura Regis. Quàm pulchra es, & quàm decôra charíssima! allelúia.

℣. In Conceptiòne tua, Virgo immaculâta fuísti.

℟. Ora pro nobis, Patrem, cuius Fílium peperísti.

Témpore Paschâli ádditur, Allelúia.

ORATIO.

DEus, qui per Immmaculâtam Vírginis Conceptiónem dignum Fílio tuo habitáculum praeparásti: quaésumus, ut qui ex morte eiúsdem Fílij sui praevísa, eam ab omni labe praeservásti, nos quoquè mundos eius intercessióne, ad te pervenîre concêdas. Per eúmdem Dóminum.

Pós-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Póstea ſuffragia ſanctorum, ſine Commemoratione B. Maríæ.

Ad Matutinum, Invitatorium. Immaculâtam Conceptiónem Vírginis Maríæ celebrêmus, * Christum eius præſervatorem adorêmus Dóminum. Pſalmus. Venite, exultêmus. Hymnus. Quem terra. cum Antiphonis, Pſalmis: & Verſiculis Nocturnorum, ut proprio feſtorum Hiſpanorum. 3.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphonæ & réliqua per totum annum, excépto témpore Paſchali, ut in die feſto. 3.

In ii. Vésperis, Aña. Nihil eſt candóris. cum réliquis, ut in ſecúndis Véſperis diéi feſti. 5.

Capitulum ſequéntis feſti, ſi fúerit ſemiduplex; aliàs Véſperæ íntegræ dicúntur de feſto ſequénti cum Commemorat. Conceptiónis B. Maríæ.

Ad Magnificat, Antiphona. Unica eſt colúmba mea, una eſt perfecta mea, una eſt genitrícis ſuæ elécta. Vidérunt eam ánimæ ſanctæ, & immaculâtam prædicavérunt, allelúia.

℣. Dómine, diléxi decórem domus tuæ. ℟. Et locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Orátio. Deus, qui per immaculâtam. ut ſuprà.

TEMPORE PASCHALI.

Officium fit ſicut per annum ut ſuprà addita allelúia, in fine Antiphonârum, ℣. & ℟.

Ad Matutinum, Invitatórium. Immaculâtam Conceptiónem Vírginis Maríæ celebrêmus, * Christum eius præſervatórem adorêmus Dóminum, allelúia.

Hymnus. Quem terra. cum Antiphonis, Pſalmis, & Verſiculi Nocturnorum, ut in die feſto, 3. addita in fine. Allelúia.

Ad Laudes ómnia, ſicut per annum, addita Allelúia.

Poſt Antiphonam. Benedíctus. fit Commemorátio de Cruce tantum.

Ad Primam, in ℟. brevi dicitur ℣. Qui ſurrexiſti à mórtuis. Allelúia, allelúia.

Ad Abſolutiónem Capítuli dicitur Capitulum Nonæ.

Ad Tértiam, Antiphona. Hæc eſt domus Dómini.

Capitulum. Ego diligéntes. ut ſuprà. 3.

℟. breve. Liberáſti me Dómine, ex ore leónis. * Allelúia, allelúia. Liberáſti. ℣. Et à córnibus unicórnium humilitâtem meam. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Liberáſti. ℣. Eruíſti à frámea, Deus, ánimam meam, allelúia. ℟. Et de manu canis únicam matrem meam, allelúia.

Ad Sextam, Antiphona. Fundâvit eam.

Capitulum. Porta hæc. ut ſuprà. 5.

℟. breve. Eruíſti à frámea, Deus ánimam meam. * Allelúia, allelúia. Eruíſt.. ℣. Et de manu canis únicam matrem meam. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Eruíſti. ℣. Verè Dóminus eſt in loco ſancto iſto, & ego neſciêbam, allelúia. ℟. Non eſt hic áliud, niſi Domus Dei, & porta cæli, allelúia.



Ad Nonam, Antiphona. Flúminis ímpetus.

Capitulum. Beátus homo.

℟. breve. Verè Dóminus eſt in loco ſancto iſto, & ego neſciêbam. * Allelúia, allelúia. Verè. ℣. Non eſt hic áliud niſi Domus Dei, & porta cæli. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Verè. ℣. Scalam vidit Iacob, cuius cacûmen cælum tangêbat, allelúia. ℟. Angelos quoque deſcendéntes, qui eam lúmine replêbant, allelúia.

In ii. Véſperis ómnia ut infrà.

Ad Magnificat, Antiphona. Unica eſt colúmba meá. 4.

℣. Dómine, diléxi decórem domus tuæ, allelúia. ℟. Et locum habitatiónis glóriæ tuæ, allelúia.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# OFFICIUM
# S. IACOBI APOSTOLI,
## HISPANIARUM
## APOSTOLI ET PATRONI.

Ex Indúlto CLEMENTIS Papæ IX. dato Romæ 23. Iúlij 1667. recitándum in ómnibus Hispaniárum Regnis sub ritu Semidúplici, ómnibus Férijs secúndis, non impedítis Festo novem Lectiónum, excépto Advéntu, Quadragésima, Vigíiijs, & Féria secúnda Rogatiónum.

### OFFICIUM

Incipit à primis Vésperis, & ídeo in secúndis Vésperis Domínicæ fit Commemorátio sancti Iacobi.

Ad Magníficat, Antíphona.
Misit Heródes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclésia, occidit autem Iacôbum fratrem Ioannis gládio.

Témpore Paschâli additur Allelúia.

℣. In omnem terram exivit sonus côrum. ℟. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Témpore Paschâli.

℣. Sancti & iusti in Dño gaudête, allelúia. ℟. Vos elêgit Deus in hereditâtem sibi, allelúia.

Oratio.

Esto Dñe plebi tuæ sanctificâtor & custos: ut beati Iacôbi Apóstoli tui munita præsidijs, & conversatione tibi pláceat, & secúra mente desérviat. Per Dóminum nostrum.

Pósteà Sancta Maria. & réliqua Suffrágia sine Commem. S. Iacobi.

Ad Matutinum, Invitatórium.
Regem Apostolôrum Dóminum, * Venite adorêmus.
Psalmus. Venite, exultêmus.
Hymnus. Ætérna Christi múnera. cum Antíphonis, Psalmis, & Versiculis Nocturnôrum, ut in Communi Apostolôrum.

### AD LAUDES,

& per Horas, Antíphonæ & réliqua per totum annum, excepto Témpore Paschâli, ut in eius Festo xxv. Iulii dicúntur.

In ii. Vésperis, Aña. Accéssit ad Iesum. cum réliquis de Laúdibus. Psalmi. Dixit Dóminus. Laudâte púeri Dóminum. Crédidi. In convertêndo. Dómine probásti me. ut in Communi Apostolôrum.

A Capítulo fit de sequénti Festo, si fúerit Semiduplex.

Ad Magníficat, Antíphona.
O beâtum Apóstolum, qui inter primos eléctos, primus ómnium Apostolôrum Dómini calicem bíbere méruit! O gloriosum Hispániæ regnum tali pignore ac patróno munitum; per quem fecit illi magna, qui potens est, allelúia.

℣. Annunciavérunt ópera Dei.
℟. Et facta eius intellexérunt.

Orátio. Esto Dómine. ut suprà. 54.

### TEMPORE PASCHALI

Officium fit hoc modo.

Pro Commemoratiône sancti Iacobi.

Ad Magníficat, Antíphona.
Misit Heródes. ut suprà. 54.

Ad Matutinum, Invitatórium.
Regem Apostolôrum Dñm, * Venite adorêmus, allelúia.

Hymnus. Tristes erant Apóstoli. cum Antíphonis, Psalmis, & ℣. Nocturnorum ut in Communi Apostolôrum Témpore Paschali.

Ad Laudes, Antíphona.
Accéssit ad Iesum. cum réliquis de Laúdibus Festi, ut suprà, & in fine cuiuslibet Antíphonæ additur Allelúia.

Capítulum. Fratres, Puto. 36. Hymnus. Iesu salus mortálium. 36.

Et in fine.

Deo Patri sit glória,
Et Filio, qui à mórtuis
Surréxit, ac Paráclito
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia. ℟. Mors sanctorum eius, allelúia.

Ad Benedíctus, Antíphona.
Visitávit nos. Orátio. Esto Dómine. ut suprà. 54.



Pósteà Commemorátio de Cruce tantùm.

Ad Primam, in ℟. brevi dícitur ℣. Qui surrexísti à mórtuis. Allelúia, allelúia.

Ad Absolutiônem Capítuli dícitur Capítulum Nonæ.

Ad Tértiam, Antíphona.
Dic ut sédeant.

Capítulum. Fratres, Puto. ut suprà. 36.

℟. breve. Sancti & iusti in Dómino gaudête, * Allelúia, allelúia. Sancti. ℣. Vos elêgit Deus in hereditâtem sibi. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Sancti. ℣. Lux perpétua lucêbit sanctis tuis Dómine, allelúia. ℟. Et ætérnitas temporum, allelúia.

Ad Sextam, Antíphona.
Potéstis bíbere.

Capítulum. Nos stulti. 37.

℟. breve. Lux perpétua lucêbit sanctis tuis Dómine, * Allelúia, allelúia. Lux. ℣. Et ætérnitas temporum. Allelúia, allelúia. Gloria Patri. Lux. ℣. Lætítia sempitérna super cápita eorum, allelúia. ℟. Gáudium & exultatiônem obtinébunt, allelúia.

Ad Nonam, Antíphona.
Quicúmque volúerit.

Capítulum. Nam si decem. ut suprà. 37.

℟. breve. Lætítia sempitérna super cápita eorum, * Allelúia, allelúia. Lætítia. ℣. Gáudium & exultatiônem obtinébunt. Allelúia, allelúia. Gloria Patri Lætítia. ℣. Pretiosa in conspéctu Dómini, alle-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

allelúia. ℟. Mors sanctôrum eius, allelúia.

In secúndis Vésperis, Antíphona. Accéssit ad Iesum. cum réliquis de Laúdibus. 36. Psalmi. Dixit Dóminus. Laudâte púeri. Crédidi. In converténdo. Dómine probásti me. Ut in secúndis Vésperis de Commúni Apostolórum.

A Capítulo fit de sequénti Festo.

Ad Magníficat, Antíphona. O beâtum Apóstolum. 37. ℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia. ℟. Mors sanctôrum eius, allelúia.

# SUPPLEMENTUM
## AD PROPRIA
### ORDINIS MINORUM CAPUCCINORUM.

DIE XIV. JANUARI.

IN FESTO
## B. BERNARDI A CORLEONE,
CONFESSORIS.

DUPLEX.

Omnia de Com. Confeſſ. non Pontific. de 1. loco. In Hymn. Iſte Confeſſ. hac die meruit ſupremos.

Oratio.

DEUS, qui B. Bernardum, Confeſſorem tuum, heroica charitate, & admirabili pœnitentia clarè feciſti: ejus nobis interceſsione concede, te ſuper omnia toto corde affectu di-

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

diligere, & dignos pœnitentiæ fructus facere. Per Dominum, &c.

---

DIE XII. OCTOBRIS.

IN FESTO

S. SERAPHINIS A MONTE GRANARIO

DICTI AB ASCULI.

DUPLEX 2. CLAS.

Omnia de Com. Conf. non Pontif. præter ſequentia.

Oratio.

DEUS, qui in corde B. Seraphinis amoris tui flammas excitaſti, ejus quæſumus nobis interceſsione concede, ut illius veſtigia ſectantes iiſdem ardoribus accendamus. Per Dominum, &c.

# HORÆ DIURNÆ PROPRIÆ SANCTORUM TRIUM ORDINUM S. P. N. FRANCISCI,

A SS. D. N. INNOCENTIO PAPA XII.

APPROBATÆ,

Unà cum Invitatoriis, Hymnis, & Antiphonis propriis ad Matutinum.



Joaquin Ballester sculp.

MATRITI:
Typis, D. Francisci Emmanuelis de Mena, Bibliopolæ.
M.DCC.LXVIII.
Sumptibus Regiæ Societatis Typographorum Bibliopolarumque.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE

# KALENDARIUM
## FESTORUM
# SANCTORUM
## ORDINIS MINORUM.

JANUARII.

Dominica ii. post Epiphaniam. Festum SS. Nominis JESU. duplex ij. Classis, cum Commemoratione Dominicæ.
Ubi vero hoc Festum celebratur die 14. dicitur 15. Lect. item non est titulare, & Commemoratione S. Felicis martyr. in Laudibus tantum, & Festum S. Hilarii transfertur in diem 28. hujus.
16 SS. Beraldi, Petri, Accursii, & Othonis martyrum. duplex ij. Classis.
19 S. Canuti mart. semiduplex, cum Commemoratione SS. Marii, Marthæ, Audifacis, & Abachum mart.
21 S. Agnetis virginis & mart. duplex minus. pro Monialibus duplex majus.
23 Festum Desponsationis B. Mariæ virginis cum S. Joseph. duplex majus. cum Commemoratione S. Joseph. & S. Emerentianæ virginis & mart.
30 S. Hyacinthæ Mariscottæ virg. Tertii Ordinis. duplex majus.
31 B. Ludovicæ Albertoniæ viduæ, Tertii Ordinis duplex minus.

FEBRUARII.

1 B. Andreæ de Comitibus Confessoris. duplex majus.
3 S. Petri Nolasci Confessoris. duplex minus, Commemor. S. Blasii Episcopi & mart.
4 B. Joannæ Valesiæ viduæ. duplex majus.
5 BB. Petri & Sociorum martyrum Japonensium. duplex ij. Classis.
6 S. Agathæ virginis & martyris. duplex cum Commemoratione S. Dorotheæ Virginis & martyris.
7 B. Antonii de Stroncone. duplex majus.
9 S. Apoloniæ virginis & martyris. duplex minus.
11 S. Romualdi Abbatis. duplex minus.
12 S. Raymundi de Penafort, Confessoris. semiduplex.
13 S. Ignatii Episcopi & mart. semiduplex.
14 B. Viridianæ Virginis Tertii Ordinis. duplex majus.
15 Translatio S. Antonii de Padua Confessoris. duplex minus cum Commemor. SS. Faustini & Jovitæ mart.
16 S. Martinæ virginis & mart. semiduplex.
17 S. Marcelli Papæ & martyris. semiduplex.
18 S. Andreæ Corsini Episcopi & Confessor. duplex, cum Commemorat. S. Simeonis Episcopi & mart.
19 S. Conradi Confessoris, Tertii Ordinis. duplex majus.
20 S. Joseph à Leonissa Confessoris. duplex majus.
22 S. Margaritæ de Cortona, Tertii Ordinis, nec Virgin. nec Martyr. duplex ij. Classis. cum Octava.
23 Cathedræ S. Petri Antiochiæ. duplex majus. Commemoratione Octavæ & in Anno Communi additur Commemor. Vigiliæ. In Laudibus.
24 S. Mathiæ Apostoli. duplex ij. Classis. In Anno Bissextili. De Octava. semiduplex Commem. Vigiliæ. In Laudibus.
25 De Octava. semiduplex. In Anno Bissextili S. Mathiæ Apostoli.
26 De Octava. semiduplex.
27 De Octava. semiduplex.
28 De Octava. semiduplex.
29 Anno Bissextili vel 1. Martii. Octava S. Margaritæ de Cortona. duplex minus.

MARTII.

1 B. Rogerii Confessoris. duplex minus.
6 S. Coletæ virginis, Clarissæ. duplex majus.
8 S. Rosæ virginis Viterbiensis, Tertii Ordinis. duplex minus.
9 S. Catharinæ de Bononia virginis, Clarissæ. duplex ij. Classis.
11 S. Franciscæ viduæ Romanæ. duplex minus.
13 S. Joannis de Deo Confessoris. duplex minus.
14 Translatio S. Bonaventuræ Episcopi & Confessoris, atque Ecclesiæ Doctoris. duplex minus.
18 S. Salvatoris ab Horta Confessoris. duplex minus.
19 S. Joseph Confessoris. duplex ij. Classis.
22 S. Benvenuti Episcopi & Confessoris, Primi Ordinis. duplex majus.
24 S. Gabrielis Archangeli. duplex majus.
30 B. Angelæ Fulginatis viduæ, Tertii Ordinis. duplex majus.

APRILIS.

Dominica iii. post Pascha. Festum Patrocinii S. Joseph. duplex ij. Classis. Commemorat. Dominicæ.
1 B. Benedicti à Philadelpho Confessoris. duplex minus.
12 B. Angeli à Clavasio Confessoris. duplex minus.
15 B. Lucii Confessoris, Tertii Ordinis. duplex majus.
16 Officium S. Raphaelis Archangeli. duplex ij. Classis. Ut in fine Breviarii Romani.
18 Translatio S. Elisabeth viduæ, Tertii Ordinis. duplex majus.
20 B. Jacobi de Bitecto Confessoris. duplex minus.
24 S. Fidelis à Sigmaringa Confessoris. duplex majus.
27 Translatio S. Paschalis Baylon Confessoris. duplex minus.
28 Translatio S. Petri de Alcantara. duplex minus, cum Commem. S. Vitalis mart.

MAII.

Feria secunda Rogationum. Translatio S. Didaci Confessoris. duplex minus.
13 S. Petri Regalati Confessoris. duplex ij. Classis, cum Octava.
17 S. Paschalis Confessoris. duplex ij. Classis. cum Octava.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ALERE FLAMMAM VERITATIS

18 Translatio S. Bernardini Confessoris. duplex minus, cum Commemoratione Octavarum S. Petri, & S. Paschalis.
19 S. Ivonis Confessoris. duplex majus, cum Commemoratione Octavarum S. Petri & S. Paschalis, ac S. Pudentianæ virginis.
20 S. Bernardini Senensis Confessoris. duplex ij. Classis, cum Octava. Commemoratio diei Octavæ S. Petri.
22 S. Felicis à Cantalicio Confessoris. duplex majus, cum Commem. Octavarum.
24 S. Petri Cœlestini Papæ & Confessoris. duplex minus, cum Commem. Octavarum.
23 De Octava S. Bernardini. semiduplex, cum Commemor. Octavæ S. Paschalis.
24 Octava S. Paschalis. duplex minus, cum Commemoratione Octavæ S. Bernardini.
25 Translatio S. P. N. Francisci. duplex minus, cum Commem. Octavæ & S. Urbani Papæ & mart.
26 S. Philippi Nerii Confessoris. duplex minus, cum Commem. Octavæ & S. Eleutherii Papæ & mart.
27 Octava S. Bernardini. duplex minus, cum Commemoratione S. Joannis Papæ & martyris.
28 S. Venantii mart. semiduplex.
29 S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis virginis. semiduplex. pro Ittis & Insulis adjacentibus duplex minus.
30 B. Humilianæ de Charcis viduæ Tertii Ordinis. duplex minus, cum Commemor. S. Felicis Papæ & martyris.
31 B. Joannæ de Frascineto. duplex majus. Commemoratio S. Petronillæ Virginis.

JUNII.

3 B. Andreæ ab Iaspello Confessoris. duplex minus.
5 B. Pacifici à Ceredano Confessoris. duplex minus.
12 S. Guidi Confessoris. duplex majus, cum Commemor. SS. Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarii martyrum.
13 S. Antonii de Padua Confessoris. duplex ij. Classis, cum Octava.
14 S. Basilii Magni Episcopi & Confessoris. duplex minus, cum Commemoratione Octavæ S. Antonii.
15 S. Joannis à S. Facundo Confessoris. duplex minus, cum Commem. Octavæ & SS. Viti, Modesti, atque Crescentiæ mart.
16 De Octava. semiduplex.
17 De Octava. semiduplex.
18 Translatio S. Ricardi Confessoris. duplex minus, cum Commemor. Octavæ & SS. Marci & Marcelliani mart.
19 B. Michelinæ viduæ. duplex minus, cum Commemorat. Octavæ & SS. Gervasii & Protasii mart.
20 Octava S. Antonii. duplex minus, cum Commemor. S. Silverii Papæ & martyris.
21 S. Julianæ de Falconeriis virg. semiduplex.
27 B. Benvenuti Confessoris. duplex majus, cum Commem. Octavæ S. Joannis Baptistæ.

JULII.

8 S. Elisabeth viduæ Reginæ Portugalliæ. duplex majus.
9 BB. Nicolai, & Sociorum mart. Gorcomiensium. duplex majus.
14 S. Bonaventuræ Episcopi & Confessoris atque Ecclesiæ Doctoris. duplex ij. Classis, cum Octava.
15 S. Henrici Confessoris. semiduplex, cum Commemor. Octavæ S. Bonaventuræ.
16 Octava cum Commemor. B. V. M. de Monte Carmelo. duplex majus, cum Commemoratione Octavæ.
17 S. Alexii Confessoris. semiduplex, cum Commemor. Octavæ.
18 B. Simonis de Lipnica Confessoris. duplex minus, cum Commemor. Octavæ & SS. Symphorosæ, & Filiorum ejus mart.
19 B. Joannis de Dukla Confessoris, Primi Ordinis. duplex minus, cum Commemoratione Octavæ.
20 S. Margaritæ virginis & martyris. duplex minus, cum Commem. Octavæ. Pro Monialibus duplex majus.
21 Octava S. Bonaventuræ. duplex minus, cum Commem. S. Praxedis virginis.
24 S. Francisci Solani Confessoris. duplex ij. Classis, cum Commemoratione Vigiliæ & S. Christinæ virginis & martyris. In Laudibus tantum.
26 S. Annæ Matris B. Mariæ duplex majus, cum Commemor. Octavæ.
27 B. Cunegundis virginis Clarissæ. duplex minus, cum Commemor. Octavæ & S. Pantaleonis, mart.
28 SS. Nazarii, Celsi, &c. mart. semiduplex, cum Commemor. Octavæ.
29 S. Marthæ virginis. semiduplex, cum Commemor. Octavæ & SS. Felicis, &c. mart.
30 S. Vincentii à Paulo Confessoris. semiduplex. Commemoratione Octavæ & SS. Abdon, & Sennen mart.
31 Octava S. Francisci Solani Confessoris. duplex minus.

AUGUSTI.

2 Dedicatio S. Mariæ Angelorum. duplex majus, cum Commem. S. Stephani Papæ & mart.
4 S. Dominici Confessoris. duplex ij. Classis, cum Octava.
5 Dedicatio S. Mariæ ad Nives. duplex majus, cum Commem. S. Dominici.
6 Transfiguratio Domini. duplex majus, cum Commem. Octavæ & SS. Xysti Papæ, Felicissimi, & Agapiti mart.
7 S. Cajetani Confessoris. duplex minus, cum Commemor. Octavæ & S. Donati Episcopi & martyris.
8 SS. Cyriaci, Largi, & Smaragdi mart. semiduplex, cum Commemor. Octavæ.
9 S. Ignatii Confessoris. duplex, cum Commemoratione Octavæ, & Vigiliæ, ac S. Romani mart.
10 S. Laurentii martyris. duplex ij. Classis cum Octava.
11 Octava S. Dominici. duplex minus, cum Commemor. S. Laurentii, ac SS. Tiburtii & Susannæ mart.
12 S. Claræ virginis, omnium Clarissarum Institutricis. duplex j. Classis. cum Octava.
13 B. Petri à Mollano Confessoris. duplex, cum Commem. Octavæ S. Laurentii, & SS. Hippolyti, & Cassiani mart.
14 S. Camilli de Lellis Confessoris. semiduplex, cum Commemoratione Octavæ S. Laurentii, & Vigiliæ, ac S. Eusebii Confessoris.
15 Assumptio B. Mariæ Virginis. duplex j. Classis cum Octava.
Dominica infra Octavam B. M. V. Festum S. Joachim Confessoris. duplex majus. cum Commemor. Dominicæ & Octavæ.
16 S. Rochi Confessoris Tertii Ordinis. duplex majus, cum Commem. Octavarum.
17 Octava S. Laurentii. duplex minus, cum Commemoratione Octavarum.
18 S. Claræ de Monte Falco virginis. duplex majus, cum Commemoratione Octavarum. & S. Agapiti mart.
19 S. Ludovici Episcopi & Confessoris. duplex ij. Classis. cum Octava. cum Commemoratione diei Octavæ S. Claræ tantum.
20 S. Bernardi Abbatis. duplex minus, cum Commemoratione Octavarum.
21 S. Hyacinthi Confessoris. duplex minus, cum Commemoratione Octavarum.
22 Octava Assumptionis. duplex majus, cum Commem. Octavæ S. Ludovici, ac SS. Timothei, Hippolyti, & Symphoriani mart.
23 S. Philippi Benitii Confessoris. duplex minus, cum Commemoratione Octavæ S. Ludovici. & Vigiliæ. ubi xxiv. fit de S. Bartholomæo.
24 S. Bartholomæi Apostoli. duplex ij. Classis. Romæ & ubi celebratur die 25. transfertur festum S. Ludovici in diem 27.
25 S. Ludovici Regis Franciæ Confessoris, Tertii Ordinis. duplex ij. Classis.
Apud Tertiarios sæculares duplex j. Classis. cum Octava.



26 Octava S. Ludovici Episcopi & Confessoris. duplex minus, cum Commemoratione S. Zephyrini Papæ & mart.
30 S. Helenæ Imperatricis nec Virginis nec mart. duplex minus, cum Commemor. SS. Felicis & Adaucti mart. Sed in Terra sancta tantum duplex ij. Classis, cum Octava, & Commem. prædictorum Mart. In Laud. tantum.

SEPTEMBRIS.

1 B. Isabellæ virginis Clarissæ, Sororis S. Ludovici Regis. semiduplex, cum Commemor. S. Ægidii Abbatis, & SS. Duodecim Fratrum martyrum.
3 BB. Joannis de Perusio Sacerdotis, & Petri de Saxo Ferrato laici mart. duplex minus.
4 S. Rosæ virginis Viterbiensis Tertii Ordinis. duplex ij. Classis, cum Octava. ex concessione Sacræ Congregationis, pro hac die Translationis.
5 S. Rosæ virginis Limanæ. duplex minus, cum Commem. Octavæ.
6 De Octava. semiduplex.
7 De Octava. semiduplex.
8 Nativitas B. Mariæ virginis. duplex ij. Classis. cum Octava & Commemor. S. Adriani mart. In Laudibus tantum.
Dominica infra Octavam B. Mariæ virginis. Festum sanctissimi Nominis ejusdem B. Mariæ virginis. duplex majus.
9 B. Seraphinæ Sfortiæ viduæ. semiduplex, cum Commemoratione Octavæ S. Rosæ, & S. Gorgonii mart.
10 S. Nicolai de Tolentino Confessoris. duplex minus, cum Commem. Octavarum.
11 Octava S. Rosæ. duplex minus, cum Commem. Octavæ Nativitatis B. Mariæ virginis, ac SS. Proti & Hyacinthi mart.
17 Festum Sacrorum stigmatum sancti Patris nostri Francisci. duplex ij. Classis.
18 B. Josephi à Cupertino Confessoris. duplex minus.
22 S. Thomæ à Villanova Episcopi & Confessoris. semiduplex.
26 B. Luciæ virginis Tertii Ordinis. duplex minus, cum Commemor. SS. Cypriani & Justinæ mart.
27 S. Elzearii Confessoris, Tertii Ordinis. duplex majus.
28 B. Bernardini de Feltria Confessoris. duplex minus.

OCTOBRIS.

2 S. Remigii Episcopi & Confessoris. semiduplex ad libitum.
3 Vigilia S. P. N. Francisci. cum jejunio. Fit Officium de Translatione S. Claræ. duplex minus, cum Homilia, & Commemoratione Vigiliæ.
4 Sancti Patris nostri Francisci Confessoris, Trium Ordinum Fundatoris. duplex j. Classis cum Octava.
5 SS. Cosmæ & Damiani. semiduplex, cum Commemor. Octavæ & SS. Placidi, & Sociorum martyrum.
6 S. Brunonis Confessoris. duplex minus, cum Commem. Octavæ.
7 De Octava. semiduplex, cum Commemor. S. Marci Papæ & Confessoris, ac SS. Sergii, Bacchi, & Sociorum martyrum.
8 S. Brigittæ viduæ duplex minus. cum Commemor. Octavæ.
9 SS. Dionysii, Rustici, & Eleutherii martyr. semiduplex, cum Commem. Octavæ.
10 S. Francisci de Borgia Confessoris. semiduplex, cum Commem. Octavæ.
In Ditione Regis Hispaniæ. S. Francisci Borgiæ. duplex ij. Classis.
11 Octava S. P. N. Francisci duplex minus.
12 B. Seraphini de Monte Granario Confessoris. duplex minus.
13 SS. Danielis & Sociorum martyrum. duplex ij. Classis.
16 S. Eduardi Regis & Confessoris. semiduplex.
19 S. Petri de Alcantara Confessoris. duplex ij. Classis. cum Octava.



20 S. Wenceslai mart. semiduplex, Commemor. Octavæ.
In Ditione Regis Hispaniæ. S. Ludovici Bertrandi Confessoris. duplex minus, cum Commemor. Octavæ.
21 SS. Ursulæ, & Sociarum virginum, & martyrum. duplex minus. Apud Moniales duplex majus, cum Commemor. Octavæ & S. Hilarionis Abbatis.
22 B. Ladislai de Gielniow Confessoris. duplex minus, cum Commemor. Octavæ.
23 S. Joannis à Capistrano Confessoris. duplex ij. Classis. cum Octava.
24 De Octava S. Petri. semiduplex, cum Commemor. Octavæ S. Joannis.
25 De Octava S. Petri. semiduplex, cum Commemor. Octavæ S. Joannis, ac sanctorum Chrysanthi & Dariæ martyrum.
26 Octava S. Petri Confessoris. duplex minus, cum Commemor. Octavæ S. Joannis, & S. Evaristi Papæ & martyris.
27 Translatio S. Ivonis Confessoris. semiduplex, cum Commemoratione Octavæ S. Joannis, & Vigiliæ.
28 SS. Simonis & Judæ Apostolorum. duplex ij. Classis.
29 De Octava S. Joannis à Capistrano. semiduplex.
30 Octava S. Joannis à Capistrano. duplex minus.

NOVEMBRIS.

Dominica ij. Novembris. Festum Patrocinii B. M. Virg. duplex majus. cum Commemoratione Dominicæ.
Ubi ab antè servatum fuit Dominica post Octavam omnium SS. aut Dom. iij. vel ij. Novembris, potest ibi retineri.
10 Translatio S. Ludovici Episcopi & Confessoris. duplex minus, cum Commem. SS. Tryphonis, Respicii, & Nimphæ mart.
12 S. Didaci Confessoris. duplex ij. Classis. cum Octava.
13 S. Martini Papæ & mart. semiduplex, cum Commem. Octavæ S. Didaci.
14 S. Andreæ Avellini Confessoris. semiduplex, Commemor. Octavæ.
15 S. Gertrudis virg. duplex, Commemoratione Octavæ S. Didaci.
16 B. Agnetis virg. sororis S. Claræ. duplex majus. Commem. Octavæ.
17 B. Salomeæ virginis Clarissæ. duplex minus, cum Commem. Octavæ.
18 Dedicatio Basilicarum SS. Petri & Pauli Apostolorum. duplex minus, cum Commemoratione Octavæ.
19 S. Elisabeth viduæ, Tertii Ordinis duplex ij. Classis, cum Commemorat. diei Octavæ S. Didaci, ac S. Pontiani Papæ & martyris. In Laudibus tantum.
Apud Moniales Tertiæ Regulæ duplex j. Classis, cum Octava Commemoratione diei Octavæ S. Didaci.
24 S. Gregorii Thaumaturgi Episcopi & Confessoris. semiduplex, cum Commemorat. S. Chrysogoni martyris.
26 B. Delphinæ virginis Tertii Ordinis. duplex majus. cum Commemor. S. Petri Alexandrini Episcopi & martyris.
Apud Moniales Tertii Ordinis Octava S. Elisabeth. duplex minus.
27 Festum omnium Sanctorum Trium Ordinum. duplex ij. Classis.
28 S. Jacobi de Marchia Confessoris. duplex ij. Classis, cum Octava.
29 S. Joannis à Cruce Confessoris. semiduplex, cum Commemoratione Octavæ & S. Saturnini.
Apud Moniales Tertii Ordinis B. Delphinæ virginis. duplex majus. cum Commemoratione Octavæ & S. Saturnini.

DECEMBRIS.

1 B. Gabrielis Ferrati Confes. duplex minus, cum Commem. Octavæ.
2 Bibianæ virginis & mart. semiduplex, Commemor. Octavæ.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

3 S. Francisci Xaverii Confessoris. duplex minus, Commem. Octavæ.
4 S. Barbaræ virginis & martyris. duplex minus, Commemor. Octavæ & Feriæ. Apud Moniales duplex majus.
5 Octava S. Jacobi de Marchia. duplex minus, Commemoratio Feriæ & S. Sabbæ Abbatis.
8 Immaculata Conceptio beatæ Mariæ virginis, duplex j. Classis. cum Octava. Commemorat. Feriæ.
9 S. Petri Chrysologi Episcopi & Confessoris. duplex minus, cum Commemor. Octavæ & Feriæ.
10 De Octava. semiduplex, cum Commemor. Feriæ, & S. Melchiadis Papæ & martyris.
11 S. Damasi Papæ & Confessoris. semiduplex, cum Commemoratione Octavæ & Feriæ.
12 B. Gabriëlis Ferreti Confessoris. duplex minus, cum Commemor. Feriæ.
13 S. Luciæ virginis & martyris. duplex minus, cum Commemoratione Octavæ, & Feriæ.
14 De Octava. semiduplex, cum Commemor. Feriæ.
15 Octava Immaculatæ Conceptionis. duplex minus, cum Commemor. Feriæ.
18 Expectatio Partus B. V. Mariæ. duplex majus. Commem. Feriæ.

Ob-



# Observanda in persolvendo Divino Officio, & in initio, ac fine cujuslibet Horæ, seu recitationis ipsius.

SAnctus Bonaventura cap. 10. Vitæ Seraphici Patris Francisci studium enarrans, quo sanctus Parens devotioni, dum Horas Canonicas recitaret, assiduè incumbebat, hæc loquit. (Solitus erat Vir sanctus Horas Canonicas non minus timoratè Deo persolvere, quàm devotè. Nam licèt oculorum, stomachi, splenis, & hepatis ægritudine laboraret, nolebat tamen muro, vel parieti inhærere, dum psalleret, sed Horas semper erectus, & sine Caputio, non girovagis oculis, nec cum aliqua sincopa persolvebat. Si quando esset in itinere constitutus, figebat tunc temporis gressum, hujusmodi consuetudinem reverentem, & sacram propter pluviarum inundantiam non omittens. Dicebat enim, Si quietè comedit corpus cibum suum, futurum cum ipso vermium esca, cum quanta pace, & tranquillitate accipere debet anima cibum vitæ. Graviter etiam se putabat offendere, si quando orationi deditus, vanis phantasmatibus interiùs vagaretur. Cùm aliquid tale accideret, non parcebat Confessioni, quin illud protinùs expiaret. Hoc studium sic in usum converterat, ut rarissimè muscas hujusmodi pateretur.)

Id ipsum suo verbo, & opere docens, cœpit eorumdem exemplo, ac doctrina, ea attentio in laudum Divinarum persolutione instaurari, quam Concilium Lateranense, sub Innocentio III. anno 1215. eodem Seraphico Patre interveniente, celebratum enuntiavit relaxatam. Cujusque reformationi consuluit, Caput relatum sub titulo de celebratione Missarum ad hunc effectum edendo, in quo ità habetur.

Dolentes: Hæc igitur, & similia sub pœna suspensionis penitùs inhibemus: districtè præcipientes in virtute obedientiæ, ut Divinum Officium, Nocturnum pariter, & Diurnum, quantum eis Deus dederit, studiosè celebrent pariter, & devotè.

Ut igitur ferventiùs ad hanc devotionem accenderentur affectus, sequentem pro se, ac suis concinnavit Patriarcha Seraphicus inflammatoriam præparationem.

Laudes, & Orationes dicendæ pro præparatione, ad recitationem cujusvis partis Officii Divini.

SAnctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus noster omnipotens, qui est, & qui erat, & qui venturus est.
Et laudemus, & superexaltemus eum in sæcula.
Dignus es Domine Deus noster accipere laudem, & gloriam, & honorem, & benedictionem.
Et laudemus, & superexaltemus eum in sæcula.
Dignus es Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & divinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.
Et laudemus, & superexaltemus eum in sæcula.
Benedicamus Patrem, & Filium cum sancto Spiritu.
Et laudemus, & superexaltemus eum in sæcula.
Laudem dicite Deo omnes servi ejus, & qui timetis Deum pusilli, & magni.
Et laudemus, & superexaltemus eum in sæcula.
Laudent illum gloriosum cœli, & terra: & omnis creatura, quæ in cœlo est, & super terram, & subtus terram, mare, & terra, & omnia, quæ in eis sunt.
Et laudemus, & superexaltemus eum in sæcula.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.
Et laudemus, & superexaltemus eum in sæcula.
Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.
Et laudemus, & superexaltemus eum in sæcula.

Oratio.

OMnipotens, sanctissime, altissime, & summe Deus, summum bonum, omne bonum, totum bonum, qui solus es bonus, tibi reddamus omnem laudem, omnem gloriam, omnem honorem, omnem benedictionem, & omnia bona tibi referamus semper. Amen.

TU es Dominus Deus: Tu es Deus deorum, qui solus facis mirabilia.
Tu es fortis: Tu es Magnus: Tu es Altissimus: Tu es Pater sanctus, Rex cœli & terræ.
Tu es trinus, & unus Deus: Tu es bonus, omne bonum: summum bonum, Domine Deus, unus, & verus.
Tu es amor, & charitas: Tu es sapientia: Tu es humilitas: Tu es patientia: Tu es pulchritudo.
Tu es securitas: Tu es quies: Tu es gaudium: Tu es spes nostra, & lætitia: Tu es justitia, & temperantia: Tu es fortitudo, & prudentia.
Tu es omnes divitiæ ad sufficientiam: Tu es mansuetudo: Tu es protector: Tu es custos, & defensor: Tu es refugium nostrum, & virtus.
Tu es Fides, Spes & Charitas nostra: Tu es



mag-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

magna dulcedo nostra : Tu es bonitas infinita.

Magnus, & admirabilis Dominus Deus meus omnipotens, pius, & misericors Salvator. Amen.

Oratio.

Omnipotens, æterne, juste, & misericors Deus, da nobis miseris, propter temetipsum semper facere, quod scimus te velle, & semper velle, quod tibi placet, ut interiùs mundati, & illuminati, & igne sancti Spiritus accensi, possimus sequi vestigia dilectissimi Filii tui Domini nostri Jesu Christi, & ad te Altissime sola tua gratia feliciter pervenire, qui in Trinitate perfecta, & unitate simplici, vivis, & regnas, & gloriaris Deus omnipotens, in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio ad B. Virginem Mariam.

Ave Domina sancta, Regina sanctissima, Dei genitrix Maria, quæ es perpetua virgo electa à sanctissimo Patre de Cœlo: quam consecravit cum sanctissimo Filio, & dilecto, ac Spiritu sancto Paraclito, in qua est, & fuit omnis plenitudo gratiæ, & omne bonum: Ave ejus palatium: Ave tabernaculum ejus: Ave Domus ejus: Ave Vestimentum ejus: Ave Filia, & ancilla altissimi Regis Patris Cœlestis: Mater sanctissima Domini nostri Jesu Christi, Sponsa Spiritus sancti: Et Te precamur, ut digneris orare pro nobis, cum sancto Michaele Archangelo, & omnibus Virtutibus cœlorum, & omnibus Sanctis, tuum dilectissimum Filium Dominum nostrum, & Magistrum. Qui cum eodem Patre, & Spiritu sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Huc usque S. P. N. Franciscus.

Alia Oratio, quæ ab omnibus dici solet ante Officium.

Aperi Domine os meum, ad benedicendum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meum ab omnibus vanis, perversis, & alienis cogitationibus: intellectum illumina, affectum inflamma: ut dignè, & attentè, ac devotè hoc Officium recitare valeam, & exaudiri merear ante conspectum divinæ Majestatis tuæ. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Domine in unione illius divinæ intentionis, qua ipse in terris laudes Deo persolvisti, has tibi Horas persolvo.

Laudes ad terminandam recitationem cujusvis partis Divini Officii.

Licet enim sanct. mem. Leo X. plura in favorem Fratrum Minorum S. Francisci, pro vera intelligentia, & observantia præinserti Capitis **Dolentes.** concesserit, ac declaraverit, quæ continentur in litteris Cardinalis Laurentii, tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum, ejusdem Pontificis ad similium authenticationem Deputati in Palatio Apostolico, die prima Septembris 1518. expeditis: quæque, per sequentes Privilegiorum, etiam vivæ vocis oraculo concessorum, approbationes, & confirmationes. Nec non per Bene felic. recordat. Urbani VIII. anni 1635. **Alias.** incipiens, reddita sunt firmiora, adest tamen alia ipsiusmet Leonis Pontificis expressa concessio, quæ plenariam remissionem omnium defectuum, in quolibet Hora Divini Officii humana fragilitate commissorum, omnibus, & singulis elargitus est, qui in fine Orationem dixerint à S. Bonaventura dispositam, tenoris, qui sequitur.

Sacrosanctæ, & Individuæ Trinitati, Crucifixi Domini nostri Jesu Christi humanitati, beatissimæ, & gloriosissimæ semperque Virginis Mariæ fœcundæ integritati, & omnium Sanctorum universitati, sit sempiterna laus, honor, virtus, & gloria ab omni creatura, nobisque remissio omnium peccatorum, per infinita sæcula sæculorum. Amen.

℣. Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium. ℟. Et beata ubera, quæ lactaverunt Christum Dominum. Pater noster. Ave Maria.

Pro felici statu Suæ Sanctitatis, & Ecclesiæ sanctæ Dei.

COM-



# COMMEMORATIONES
## SEU SUFFRAGIA
# SANCTORUM.

*In Suffragiis communibus ad Laudes & Vesperas ultra Commemorationem S. Francisci debet addi Commemoratio de Patrono Titulari primario Ecclesiæ nostræ. Si Ecclesia sit dedicata SS. Trinitati, Salvatori, aut S. Cruci, fit Commemoratio illius ante Commemorationem B. Mariæ. Si Patronus sit Angelus aut S. Joannes Baptista, fit ante Commemorationem SS. Petri & Pauli. Si Patronus sit alius Apostolus fit ante Commemorationem S. Francisci: aliàs semper post Commemorationem S. Francisci.*

### DE CRUCE

In feriali tantùm Officio.

Ad Vesperas & Laudes, Antiphona.

Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster.

℣. Omnis terra adoret te, & psallat tibi. ℟. Psalmum dicat nomini tuo Domine.

Oremus. Oratio.

Perpetua nos, quæsumus Domine, pace custodi: quos per lignum sanctæ Crucis redimere dignatus es.

### DE SANCTA MARIA,

Quando non dicitur Officium parvum.

Ad Vesperas, & Laudes, Antiphona.

Sancta Maria, succure miseris, juva pusillanimes, refove flebiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam commemorationem.

℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus. Oratio.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

Ab Octava Epiphaniæ usque ad Purificationem dicitur ℣. Post partum virgo inviolata permansisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

Oremus. Oratio.

Deus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fœcunda: humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus; ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

### DE APOSTOLIS.

Ad Vesperas, Ant. Petrus Apostolus, & Paulus Doctor Gentium ipsi nos docuerunt legem tuam Domine.

℣. Constitues eos principes super omnem terram. ℟. Memores erunt nominis tui Domine.

Ad Laudes, Antiphona.

Gloriosi principes terræ, quomodò in vita sua dilexerunt se, ità & in morte non sunt separati. ℣. In omnem terram exivit sonus eorum. ℟. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Oremus. Oratio.

Deus, cujus dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus ne mergeretur, erexit: & coapostolum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

magna dulcedo nostra : Tu es bonitas infinita.

Magnus, & admirabilis Dominus Deus meus omnipotens, pius, & misericors Salvator. Amen.

Oratio.

Omnipotens, æterne, juste, & misericors Deus, da nobis miseris, propter temetipsum semper facere, quod scimus te velle, & semper velle, quod tibi placet, ut interiùs mundati, & illuminati, & igne sancti Spiritus accensi, possimus sequi vestigia dilectissimi Filii tui Domini nostri Jesu Christi, & ad te Altissime sola tua gratia feliciter pervenire, qui in Trinitate perfecta, & unitate simplici, vivis, & regnas, & gloriaris Deus omnipotens, in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio ad B. Virginem Mariam.

Ave Domina sancta, Regina sanctissima, Dei genitrix Maria, quæ es perpetua virgo electa à sanctissimo Patre de Cœlo: quam consecravit cum sanctissimo Filio, & dilecto, ac Spiritu sancto Paraclito, in qua est, & fuit omnis plenitudo gratiæ, & omne bonum: Ave ejus palatium: Ave tabernaculum ejus: Ave Domus ejus: Ave Vestimentum ejus: Ave Filia, & ancilla altissimi Regis Patris Cœlestis: Mater sanctissima Domini nostri Jesu Christi, Sponsa Spiritus sancti: Et Te precamur, ut digneris orare pro nobis, cum sancto Michaele Archangelo, & omnibus Virtutibus cœlorum, & omnibus Sanctis, tuum dilectissimum Filium Dominum nostrum, & Magistrum. Qui cum eodem Patre, & Spiritu sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Hæc usque S. P. N. Franciscus.

Alia Oratio, quæ ab omnibus dici solet ante Officium.

Aperi Domine os meum, ad benedicendum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meum ab omnibus vanis, perversis, & alienis cogitationibus: intellectum illumina, affectum inflamma: ut dignè, & attentè, ac devotè hoc Officium recitare valeam, & exaudiri merear ante conspectum divinæ Majestatis tuæ. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Domine in unione illius divinæ intentionis, qua ipse in terris laudes Deo persolvisti, has tibi Horas persolvo.

Laudes ad terminandam recitationem cujusvis partis Divini Officii.

Licet enim sanct. mem. Leo X. plura in favorem Fratrum Minorum S. Francisci, pro vera intelligentia, & observantia præsentis Capitis **Dolentes.** concesserit, ac declaraverit, quæ continentur in litteris Cardinalis Laurentii, tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum, ejusdem Pontificis ad similium authenticationem Deputati in Palatio Apostolico, die prima Septembris 1518. expeditis: quæque, per sequentes Privilegiorum, etiam vivæ vocis oraculo concessorum, approbationes, & confirmationes. Nec non per Bene felic. recordat. Urbani VIII. anni 1631. **Alias.** incipiens, reddita sunt firmiora, adest tamen alia ipsiusmet Leonis Pontificis expressa concessio, quæ plenariam remissionem omnium defectuum, in quolibet Hora Divini Officii humana fragilitate commissorum, omnibus, & singulis elargitur, qui in fine Orationem dixerint à S. Bonaventura dispositam, tenoris, qui sequitur.

Sacrosanctæ, & Individuæ Trinitati, Crucifixi Domini nostri Jesu Christi humanitati, beatissimæ, & gloriosissimæ semperque Virginis Mariæ fœcundæ integritati, & omnium Sanctorum universitati, sit sempiterna laus, honor, virtus, & gloria ab omni creatura, nobisque remissio omnium peccatorum, per infinita sæcula sæculorum. Amen.

℣. Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium. ℟. Et beata ubera, quæ lactaverunt Christum Dominum. Pater noster. Ave Maria.

Pro felici statu Suæ Sanctitatis, & Ecclesiæ sanctæ Dei.

COM-



# COMMEMORATIONES
## SEU SUFFRAGIA
# SANCTORUM.

*In Suffragiis communibus ad Laudes & Vesperas ultra Commemorationem S. Francisci debet addi Commemoratio de Patrono Titulari primario Ecclesiæ nostræ. Si Ecclesia sit dedicata SS. Trinitati, Salvatori, aut S. Cruci, fit Commemoratio illius ante Commemorationem B. Mariæ. Si Patronus sit Angelus aut S. Joannes Baptista, fit ante Commemorationem SS. Petri & Pauli. Si Patronus sit alius Apostolus fit ante Commemorationem S. Francisci: aliàs semper post Commemorationem S. Francisci.*

### DE CRUCE

In feriali tantùm Officio.

Ad Vesperas & Laudes, Antiphona.

Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster.

℣. Omnis terra adoret te, & psallat tibi. ℟. Psalmum dicat nomini tuo Dómine.

Oremus. Oratio.

Perpetua nos, quæsumus Dómine, pace custodi: quos per lignum sanctæ Crucis redimere dignatus es.

### DE SANCTA MARIA,

Quando non dicitur Officium parvum.

Ad Vesperas, & Laudes, Antiphona.

Sancta Maria, succurre miseris, juva pusillanimes, refove flebiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam commemorationem.

℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus. Oratio.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

Ab Octava Epiphaniæ usque ad Purificationem dicitur ℣. Post partum virgo inviolata permansisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

Oremus. Oratio.

Deus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fœcunda: humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus; ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

### DE APOSTOLIS.

Ad Vesperas, Ant. Petrus Apostolus, & Paulus Doctor Gentium ipsi nos docuerunt legem tuam Domine.

℣. Constitues eos principes super omnem terram. ℟. Memores erunt nominis tui Domine.

Ad Laudes, Antiphona.

Gloriosi principes terræ, quomodò in vita sua dilexerunt se, ità & in morte non sunt separati. ℣. In omnem terram exivit sonus eórum. ℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Oremus. Oratio.

Deus, cujus dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus ne mergeretur, erexit: & coapostolum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

lum ejus Paulum tertiò naufragantem, de profundo pelagi liberavit: exaudi nos propitius, & concede; ut amborum meritis, æternitatis gloriam consequamur.

### DE S. FRANCISCO.

Ad Vesperas, Antiphona.

Salve sancte Pater, Patriæ lux, forma Minorum, Virtutis speculum, recti via, regula morum, carnis ab exilio duc nos ad regna polorum. ℣. Ora pro nobis beate Pater Francisce. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Sed quando ℣. Ora pro nobis. dictus fuerit in Commemoratione B. Mariæ, tunc dicitur ℣. Signasti, Domine, servum tuum Franciscum. ℟. Signis redemptionis nostræ.

Ad Laudes, Antiphona.

Sancte Francisce propera, veni Pater, accelera ad populum, qui premitur, & teritur sub onere, palea, luto, latere, & sepulto Ægyptio sub sabulo, nos libera, carnis extincto vitio. Versus ut suprà.

Oremus. Oratio.

Deus, qui Ecclesiam tuam beati Francisci meritis fœtu novæ prolis amplificas, tribue nobis ex ejus imitatione terrena despicere, & cœlestium donorum semper participatione gaudere.

In Vesperis & Laudibus pro Sanctis Ordinis (ubi recitari solet) Antiphona. Vos Sancti Dei inclyti, qui estis mente lucidi Franciscum imitati, orate ut intrepidi hic simus semper fervidi, & postmodùm beati. ℣. Æterna fac cum Sanctis tuis Domine. ℟. In gloria numerari.

Oremus. Oratio.

Concede quæsumus omnipotens Deus, ut ad meliorem vitam Sanctorum tuorum Ordinum nostrorum beati Francisci exempla nos provocent: quatenùs quorum memoriam agimus, etiam actus imitemur.

De Pace ad Vesperas, & Laudes, Antiphona. Da pacem Domine in diebus nostris, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis.

Oremus. Oratio.

Deus, á quo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Dominum.

Antiphona B. Patris Francisci ad Completorium.

Cœlorum candor splenduit, novum sidus emicuit, sacer Franciscus claruit, cui Seraph apparuit, signans eum charactere in volis, plantis, latere, dum formam crucis gerere vult corde, ore, opere. ℣. Signasti Domine servum tuum Franciscum. ℟. Signis redemptionis nostræ.

Oremus. Oratio.

Domine Jesu Christe, qui frigescente mundo, ad inflammandum corda nostra tui amoris igne, in carne beatissimi Patris nostri Francisci Passionis tuæ sacra Stigmata ronovasti: concede propitius; ut ejus meritis & precibus crucem jugiter feramus, & dignos fructus pœnitentiæ faciamus. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Antiphona pro Sanctis Ordinis ad Completorium. Vos Sancti Dei inclyti, quis estis mente simplici Franciscum imitati, orate ut hic fervidi, & in futuro lucidi, simus & nos beati. ℣. Orate Sancti omnes de Ordine Minorum. ℟. Ut perfruamur gaudiis in aula polorum.

Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Ecclesiam tuam variis Sanctorum meritis semper illuminas, protegis, & conservas: concede propitius; ut beati Francisci & Sanctorum se-



sequentium eum intercessione, & hic ab omnibus mundemur offensis, & in futuro cœlesti gloria perfruamur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Pro S. Antonio ad Completorium.

O sidus Hispaniæ, gemma paupertatis, Antoni, par Scythiæ, forma puritatis, tu lumen Italiæ, Doctor veritatis: ùt sol nites Paduæ signis claritatis. Amen.

℣. Prædicator egregie ora pro nobis Antoni beatisime. ℟. Ut tua interventione percipiamus gaudia vitæ.

Oremus. Oratio.

Subveniat plebi tuæ, quæsumus Domine, præclari Confessoris tui beati Antonii devota & jugis deprecatio, quæ in præsenti nos tua gratia dignos efficiat, & in futuro gaudia donet æterna. Per Dominum.

Deprecatio, seu Suffragia pro Benefactoribus nostris.

Psalmi seu Suffragia pro Benefactoribus nostris dicenda post Completorium Feriæ ij. Feriæ iv. & Feriæ vj. quando Officium non est duplex. Psalm. Deus misereatur nostri, &c. cum Gloria Patri, &c. Psalm. De profundis, &c. in fine Requiem, &c. Pater noster. secretò. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos á malo. ℣. Oremus peo benefactoribus nostris. ℟. Retribuere dignare, Domine, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam. Amen. ℣. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiem æternam dona eis Dominè, & lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris, simul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse prænoscis, te supplices exoramus; ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Christum Dominum nostrum.

Oratio, sive Responsorium Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ ad D. Antonium de Padua.

Si quæris miracula, mors, error, calamitas, dæmon, lepra fugiunt: ægri surgunt sani, * Cedunt mare, vincula, membra, resque perditas petunt, & accipiunt juvenes, & cani. ℣. Pereunt pericula, cessat & necessitas: narrent hi qui sentiunt, dicant Paduani. Cedunt. Gloria Patri. Cedunt. ℣. Ora pro nobis beate Antoni. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Ecclesiam tuam, Deus, beati Antonii Confessoris tui deprecatio votiva lætificet: ut spiritualibus semper muniatur auxiliis, & gaudiis perfrui mereatur æternis. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

AN-

# ANTIPHONA ET ORATIO
## CONTRA LUEM CONTAGIOSAM.

*Ex Chronicis* Ordinis Seraphici *Fratrum Minorum conscriptis per R. P. Franciscum Gonzaga, ejusdem Ordinis Generalem. Part. 3. de Provincia Portugaliæ Monast. VIII.*

*Laborante universa Conimbricensi civitate gravissima peste, cœpit & hic locus (puta Monasterium Sororum sanctæ Claræ, quæ Urbanistæ dicuntur) infici. Cumque Abbatissa daret operam ad cratem, ut Sorores sibi subjectæ aliò transferrentur, ut vel sic mortem evadere possent: adfuit ex insperatò mendicus, qui ab ea tantæ tristitiæ & solicitudinis causam sciscitatus, atque certior de his factus membranulam ei porrexit, inquiens: Si curaveris ut Antiphona & Oratio hæc in chartula scripta singulis diebus decantetur, hic locus immunis omninò à peste erit: hisque dictis evanuit. Existimarunt Sorores hujusmodi mendicum fuisse S. Bartholomæum. Quidquid tamen sit, indubia res est, Cœnobium ex eo tempore ab omni pestifera lue, Conimbricensi etiam civitate infecta, liberum fuisse.*

Antiphona.

Stella cœli extirpavit, quæ lactavit Dominum, mortis pestem quam plantavit primus parens hominum. Ipsa stella nunc dignetur sidera compescere, quorum bella plebem cædunt diræ mortis ulcere. O piissima Stella maris, à peste succurre nobis. Audi nos Domina; nam Filius tuus nihil negans te honorat. Salva nos Jesu, pro quibus Virgo Mater te orat.

℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix.
℞. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus. Oratio.

Deus misericordiæ, Deus pietatis, Deus indulgentiæ, qui misertus es super afflictionem populi tui, & dixisti Angelo percutienti populum tuum: Contine manum tuam: ob amorem illius stellæ gloriosæ, cujus ubera pretiosa contra venenum nostrorum delictorum quàm dulciter suxisti; præsta auxilium gratiæ tuæ; ut ab omni peste & improvisa morte securè liberemur, & à totius perditionis incursu misericorditer salvemur. Per te Jesu Christe Rex gloriæ. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. ℞. Amen.

### AD S. ROCHUM CONFESSOREM.

Antiphona.

Ave Roche sanctissime,
Nobili natus sanguine,
Crucis signaris schemate
Sinistro tuo latere.
Roche peregrè profectus,
Pestiferæ mortis actus
Curavisti mirificè
Tangendo salutiferè.
Vale Roche angelice
Vocis citatus flamine,
Obtinuisti Deificè
A cunctis pestem pellere.

℣. Ora pro nobis beate Roche.
℞. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

Deus, qui beato Rocho, per Angelum tuum, tabulam eidem afferentem promisisti, ut qui ipsum invocaverit, à nullo pestis cruciatu læderetur: præsta quæsumus; ut qui ejus memoriam agimus, ipsius meritis, & precibus à mortifera peste corporis & animæ liberemur. Per Christum Dominum nostrum.





# HORÆ DIURNÆ PROPRIÆ FESTORUM
## ORDINIS MINORUM.

### DIE XXVIII. NOVEMBRIS.

In festo S. Jacobi de Marchia Confessoris.

Duplex ij. Classis, cum Octava.

Omnia de Communi Confes. non Pontif. præter Orationem.

In utrisque Vesperis & Laudibus. ℣. Ora pro nobis.

Oratio.

Deus, qui ad animârum salûtem, & peccatóres è vitiórum cœno ad viam virtûtis revocándos beâtum Jacôbum Confessôrem tuum Evangélii præcônem exímium effecísti: concêde propítius; ut ejus intercessiône à peccátis ómnibus expiáti vitam consequâmur ætérnam. Per Dóminum.

In utrisque Vesperis & Laudibus fit Commemor. Feriæ si venerit in Adventu, & in ij. Vesperis Commem. sequentis, Feriæ, & S. Saturnini martyris.

### DIE XXIX. NOVEMBRIS.

Secunda die infra Octavam S. Jacobi.

Vigilia S. Andreæ Apostoli, de qua nihil in Officio si in Adventu venerit. Fit de S. Joanne à Cruce Confessore. Simiduplex.

Ut in Diurnali Romano, die 24. hujus.

In Laudib. fit Comm. Octavæ, Feriæ, & S. Saturnini mart.

Vesperæ de sequenti, sine Commemoratione præcedentis.

## FESTA DECEMBRIS.

### DIE I. DECEMBRIS.

Quarta die infra Octavam S. Jacobi.

In festo B. Gabriëlis Ferreti Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis.

Oratio. Adésto.

In Hymno mutatur tertius Versus.

In Laudibus fit Commem. Octavæ, Aña. Similâbo.

In secundis Vesperis fit Commemoratio sequentis, & Octavæ, Aña. Similâbo.

### DIE II. DECEMBRIS.

Quinta die infra Octavam S. Jacobi.

Fit de S. Bibiana Virgine. Semiduplex.

In Laudibus fit Commem. Octavæ.

Vesperæ de sequenti, Commem. præcedentis & Octavæ.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## DIE III. DECEMBRIS.

Sexta die intra Octavam S. Jacobi.

Fit de S. Francisco Xaverio Confessore.

Duplex.

Omnia ùt in Diurnali Romano.

In Laudib. Commem. Oct. Aña. Similâbo.

Vesperæ à Capitulo (Apud Moniales) de sequenti, Comm. præced. & Octavæ, Aña. Euge.

## DIE IV. DECEMBRIS.

Septima die infra Octavam S. Jacobi.

In festo S. Barbaræ virg. & mart. Duplex minus.

Pro Monialibus Duplex majus.

Omnia de Communi Virgin.

Oratio. Deus, qui inter cétera.

In Laudibus Comm. Octavæ.

Vesp. à Capitulo de sequenti ùt in j. Vesp. Festi. ℣. Ora. Commemor. præced. Feriæ & S. Sabbæ Abbatis, Aña. Euge.

Apud Moniales in Vesperis fit Commemor. sequentis, ℣. Ora pro nobis. & Feriæ, ac S. Sabbæ Abbatis. Aña. Euge.

## DIE V. DECEMBRIS.

Octava S. Jacobi. Duplex.

In Laud. fit Comm. Feriæ, & S. Sabbæ Abbatis, Aña. Similâbo.

Vesp. à Capitulo de sequenti, Comm. præcedentis, & Feriæ.

## DIE VIII. DECEMBRIS.

In festo Conceptionis B. Mariæ Virginis.

Duplex j. Classis, cum Octava.

Ad Vesperas, Antiphona.

Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias Adæ, Psalmi consueti de B. Maria, ùt in ejus Officio parvo. Antiphona. Tota pulchra es María, & mácula non est in te. Aña. Tu glória Jerúsalem, tu lætítia Israël, tu honorificéntia pópuli nostri. Aña. Vox enim tua dulcis, & fácies illa tua decôra nimis. Aña. Quæ est ista, quæ ascéndit de deserto, delíciis áffluens, innixa supra dilectum Filium.

Capitulum. *Prov. 8. b*

Ego diligéntes me díligo: & qui manè vígilant ad me, invénient me. In viis justítiæ ámbulo: ut ditem diligéntes me. Qui operántur in me, non peccábunt. Qui elúcidant me, vitam ætérnam habébunt.

Hymnus. Ave maris stella.

℣. Immaculâta Concéptio est hódiè sanctæ Mariæ vírginis.

℟. Cujus innocéntia inclyta cunctas lætificat devótas ánimas.

Extra Octavam in Sabbatis per annum, quando fit de Immaculata Conceptione, loco ℣. prædicti, dicitur ℣. In Conceptiône tua, Virgo, immaculâta fuisti. ℟. Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperísti.

Ad Magnificat, Antiphona.

Quàm pulchri sunt gressus tui filia principis! Collum tuum, sicut turris ebúrnea, oculi tui divini, & comæ cápitis tui sicut púrpura Regis. Quàm pulchra es, & quam decôra charissima! allelúia.

Oratio.

Deus, qui per immaculâtam Vírginis Conceptiónem dignum Filio tuo habitáculum præparásti: quæsumus, ut qui ex morte ejúsdem Filii sui prævísa, eam ab omni labe præservásti, nos quoque mundos ejus intercessióne, ad te pervenire concédas. Per eúmdem Dóminum nostrum.



Deindè fit Commemoratio Feriæ occurrentis.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Immaculâtam Conceptiónem vírginis Mariæ celebrêmus: * Christum ejus præservatórem adorêmus Dóminum. Psalmus. Venite, exultêmus. Hymnus. Quem terra.

In primo Nocturno, Aña.

Multæ filiæ congregavérunt sibi divítias, tu verò supergréssa es univérsas. Psalmus. Dómine Dóminus noster. cum reliquis ùt in ejus Officio parvo. Antiphona. Surrexérunt filii ejus, & beatissimam prædicavérunt: vir ejus, & laudávit eam. Psalmus. Cœli enárrant. Antiphona. Fortitúdo & decor induméntum ejus, byssus & púrpura vestis illius. Psalmus. Dómini est terra. ℣. Liberásti me Dómine ex ore leônis. ℟. Et à córnibus unicórnium humilitátem meam.

In secundo Nocturno, Aña.

Quid vidétis in Sulamite, nisi choros castrôrum? Psalm. Eructávit. Antiphona. Aquæ multæ non potuérunt extinguere charitâtem: nec flúmina peccatórum óbruent Mariam. Psalmus. Deus noster. Antiphona. A custódia matutína usque ad noctem sperávit Maria in Dómino, quia copiósa apud eum redémptio. Psalmus. Fundaménta ejus. ℣. Eruísti à frámea, Deus, ánimam meam. ℟. Et de manu canis únicam matrem meam.

In tertio Nocturno, Aña.

Quæ est ista, quæ ascéndit per desértum, sicut vírgula fumi, ex aromátibus myrrhæ, & thuris, & univérsi púlveris pigmentárii? Psalmus. Cantáte. j. Antiphona. Férculum fecit sibi rex Sálomon de lignis Libani, colúmnas ejus fecit argénteas, reclinatórium áureum, ascénsum purpúreum, média charitâte constrávit. Psalmus. Dóminus regnávit, exúltet. Antiphona. Quæ est ista, quæ progréditur quasi auróra consúrgens, pulchra ùt luna, elécta ùt sol, terribilis út castrôrum ácies ordináta? Psalmus. Cantáte. ij. ℣. Verè Dóminus est in loco sancto isto, & ego nesciêbam. ℟. Non est hic áliud, nisi domus Dei, & porta cœli.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Domum tuam decet sanctitúdo Dómine, in longitúdinem diérum. Psalmus. Dóminus regnávit. cum reliquis. Antiphona. Hæc est domus Dómini firmiter ædificáta: benè fundáta est supra firmam petram. Aña. Fundávit eam Altíssimus, qui super mária fundávit eam, & super flúmina præparávit illam. Aña. Dominus custódit te ab omni malo Maria, custodívit ánimam tuam, introítum tuum, & éxitum tuum, in sæculum. Antiphona. Flúminis ímpetus lætificat

ficat civitâtem Dei, sanctificâvit tabernáculum suum Altíssimus.

Capitulum. *Prov. 8. b*

EGo diligéntes me díligo: & qui manè vigilant ad me, invénient me, in viis justítiæ ámbulo ut ditem diligéntes me. Qui operántur in me, non peccâbunt. Qui elúcidant me, vitam ætérnam habébunt.

Hymnus. O gloriósa Vírginum. ℣. Non accédet ad te malum. ℟. Neque flagéllum appropinquâbit tabernáculo tuo.

Ad Benedictus, Antiphona.

Quàm pulchra es amíca mea, colúmba mea, immaculâta mea, & odor vestimentôrum tuôrum super ómnia arômata, allelúia.

Oratio.

DEus, qui per immaculâtam Vírginis Conceptiónem dignum Fílio tuo habitáculum præparásti: quæsumus, ut qui ex morte ejúsdem Fílii sui prævísa, eam ab omni labe præservásti, nos quoque mundos ejus intercessióne, ad te pervenire concêdas. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum.

Deindè fit Commemoratio Feriæ.

Ad Primam in ℟. brevi dícitur ℣. Qui natus es de María vírgine.

Ad Tertiam, Antiphona.

Hæc est domus Dómini.

Capitulum. Ego diligéntes. ùt suprà.

℟. br. Liberásti me Dómine, * Ex ore leônis. Liberásti me. ℣. Et à córnibus unicórnium humilitâtem meam. Ex ore leónis. Glória Patri. Liberásti. ℣. Eruísti à frámea, Deus, ánimam meam. ℟. Et de manu canis únicam matrem meam.

Ad Sextam, Antiphona.

Fundâvit eam.

Capitulum. *Ezech. 44.*

POrta hæc clausa erit: non aperiètur, & vir non transîbit per eam: quóniam Dóminus Deus Israël ingressus est per eam: eritque clausa Príncipi: Princeps ipse sedêbit in ea.

℟. br. Eruísti à frámea, * Deus ánimam meam. Eruísti. ℣. Et de manu canis únicam matrem meam. Deus. Glória Patri. Eruísti. ℣. Verè Dóminus est in loco sancto isto, & ego nesciêbam. ℟. Non est hìc álind, nisi domus Dei, & porta cœli.

Ad Nonam, Antiphona.

Flúminis ímpetus.

Capitulum. *Prov. 8. d*

BEâtus homo qui audit me, & qui vígilat ad fores meas quotídiè, & obsérvat ad postes óstii mei. Qui me invénerit, invéniet vitam, & háuriet salûtem à Dómino.

℟. breve. Verè Dóminus est in loco sancto isto, * Et ego nesciêbam. Verè. ℣. Non est hìc áliud nisi domus Dei, & porta cœli. Et ego. Glória Patri. Verè. ℣. Scalam vidit Jacob, cujus cacûmen cœlum tangêbat. ℟. Angelos quoque descendéntes, qui eam lúmine replébant.

AD



AD VESPERAS,

Antiphona.

NIhil est candôris, nihil est splendôris, nihil est virtûtis, quod non resplendeat in Vírgine gloriosa. Psalmi ùt in j. Vesperis. Aña. Quæ neque serpéntis persuasióne decepta, nec ejus venenósis afflátibus infecta est. Aña. Hanc, quam tu despicis, manichæe, mater mea est, & de manu mea fabricâta. Aña. Decuit Vírginem ea puritâte nitêre, qua major sub Deo nequit intélligi. Aña. Hæc est virga, in qua nec nodus originâlis, nec cortex actuâlis culpæ fuit. Capitulum. Ego diligéntes. Hymnus. Ave maris stella. ℣. Dómine, diléxi decôrem domus tuæ. ℟. Et locum habitatiônis glóriæ tuæ.

Ad Magnificat, Antiphona.

Unica est colúmba mea, una est perfecta mea, una est genitrícis suæ elécta. Vidérunt eam ánimæ sanctæ, & immaculâtam predicavérunt, allelúia.

Oratio ùt suprà. 16.

Et fit Commemoratio Feriæ.

## DIE IX. DECEMBRIS.

Secunda die infra Octavam Conceptionis B. Mariæ.

Fit de S. Petro Chrysologo Episcopo & Confessore.

Duplex.

Omnia ùt in Diurnali Romano 4. hujus.

In Laudibus fit Comm. Octavæ & Feriæ. In ij. Vesperis fit Commemoratio Octavæ & Feriæ ad S. Melchiadis Papæ & martyris.

## DIE X. DECEMBRIS.

Tertia die infra Octavam Conceptionis B. Mariæ.

In Laudibus fit Commemoratio Feriæ, & S. Melchiadis Papæ & martyris.

Vesperæ à Capitulo de S. Damaso Papa & Confessore, cum commemoratione Octavæ, & Feriæ.

## DIE IX. DECEMBRIS.

Quarta die infra Octavam Conceptionis B. Mariæ.

Fit de S. Damaso Papa & Confessore, Semiduplex, cum Commemoratione Octavæ, & Feriæ in Laudibus.

Vesperæ à Capitulo de Octava, cum Commem. S. Damasi & Feriæ.

## DIE XII. DECEMBRIS.

Quinta die infra Octavam Conceptionis B. Mariæ.

In festo beati Gabriëlis Ferretti Confessoris.

Duplex minus.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter Orationem.

In Hymno Iste Confessor, mutatur tertius versus.

Oratio.

DEus, qui à sede Majestâtis tuæ humília benígnus respicis, & alta à longè cognoscis: concêde fámulis tuis; ut beâti Gabriëlis Confessôris tui méritis, & exémplo mundi vanitâtem, ac seculi desidéria abnegántes, promíssa humílibus præmia cónsequi mereámur. Per Dóminum.

In Laudibus fit Commem. Octavæ & Feriæ.

B Ver-

Vesperæ à Capitulo de sequenti, Commem. præcedentis, Octavæ & Feriæ.

**DIE XIII. DECEMBRIS.**

Sexta die infra Octavam Conceptionis B. Mariæ.

Fit de S. Lucia virgine & martyre, Duplex, cum Commem. Octavæ Conceptionis, & Feriæ in Laudibus & Vesperis.

**DIE XIV. DECEMBRIS.**

Septima die infra Octavam Conceptionis B. Mariæ.

In Laudibus fit Comm. Feriæ.

**DIE XV. DECEMBRIS.**

Octava Conceptionis beatæ Mariæ. Duplex.

In Laudibus fit Comm. Feriæ.

In ij. Vesperis Commemoratio sequentis & Feriæ.

Officium Conceptionis B. Mariæ recitari potest quolibet Sabbato anni (extra Adventum & Quadragesima, & Sabbata Vigiliarum, ac Quatuor Temporum) non impedito Officio novem Lectionum, etiam translato, sub ritu Semiduplici hoc ordine.

In primis Vesperis omnia dicuntur sicut in primis Vesperis diei Festi, præter Versum: cujus loco dicitur sequens ℣. In Conceptiône tua Virgo immaculâta fuisti. ℟. Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperisti.

**DIE XVIII. DECEMBRIS.**

Fit hodiè de Expectatione Partus B. Mariæ Virginis.

Duplex majus.

Omnia ut in proprio Festorum Hispanorum.

FESTA JANUARII.

**DOMINICA II.**

Post Epiphaniam.

Festum Sanctissimi Nominis Jesu.

Duplex ij. Classis.

Ut in Diurnali Romano post 13. Januarii.

Ubi hoc Festum celebratur 14. hujus, & non sit titulare, fit Commem. S. Felicis martyris in Laudibus tantum, & S. Hilarii transfertur in 28. hujus.

**DIE XVI. JANUARII.**

In festo SS. Berardi, Petri Accursii, Adjuti & Othonis martyrum.

Duplex ij. Classis.

Omnia de Communi plurimorum Martyrum, cum Commemorat. in primis Vesperis de S. Paulo. Oratio.

Largíre nobis, quæsumus Dómine, beátis martyribus tuis Berardo, Petro, Accursio, Adjúto, & Othône intercedéntibus cœléstia semper & Christum amâre: quorum glorióso martyrio Ordinis Minórum inítia consecrásti. Per eúmdem Dóminum nostrum.

In ij. Vesperis fit Commemor. S. Antonii Abbatis.

**DIE XIX. JANUARII.**

Fit de S. Canuto Rege & mart. Semiduplex.

Vide Officium in fine Diurnalis Romani inter Festa ad libitum die 19. Januarii.

In Laudibus fit Commemoratio SS. Marii, Marthæ, &c. martyrum.

Vesperæ de sequenti, cum Commemor. præcedentis.

DIE



**DIE XXIII. JANUARII.**

Officium Desponsationis B. Mariæ virginis cum S. Joseph.

Duplex majus.

Vide Officium in proprio Festorum Hispanorum die 23. Januarii.

Et fit Commem. S. Joseph in utrisque Vesperis & Laud. ante quascumque Commemor. etiam Dominicæ sumenda ex Officio ipsius Festi, ut in Diurnali, die 19. Martii: cui in primis Vesperis & Laudibus additur Commemoratio S. Emerentianæ Virginis & martyris.

In secundis Vesperis fit Commemoratio sequentis.

**DIE XXVIII. JANUARII.**

In Ditione Regis Hispaniæ fit de S. Juliano Episcopo & Confessore. Semiduplex.

Omnia ut in proprio Festorum Hispanorum pro Ditionibus Regis Hispaniæ.

**DIE XXX. JANUARII.**

In festo B. Hyacinthæ Mariscottæ Virginis, Tertii Ordinis.

Duplex majus.

Omnia de Communi Virginum, cum Commem. in j. Vesperis de S. Francisco Salesio.

Oratio.

Deus, qui beâtam Hyacintam virginem tuam jugis mortificatiônis, & charitâtis victimam effecisti: ejus nobis exémplo, & imitatiône concéde, ut & peccâta nostra plángere, & te semper diligere valeâmus. Per Dóminum.

In ij. Vesperis fit Commemoratio sequentis.

**DIE XXXI. JANUARII.**

In festo B. Ludovicæ Albertoniæ viduæ Tertii Ordinis.

Duplex minus.

Omnia de Communi nec Virginis nec Martyris.

Oratio.

Deus, qui beâtæ Ludovicæ inter céteras egrégias dotes insignem, verêque singulârem erga Christi páuperes charitâtis prærogativam misericorditer contulisti, concéde nobis fámulis tuis: ejus suffragántibus méritis charitâtem, qua te super ómnia toto cordis afféctu diligere valeâmus. Per Dóminum.

Vesperæ de sequenti, cum Commemorat. præcedentis.

FESTA FEBRUARII.

**DIE I. FEBRUARII.**

In festo B. Andreæ de Comitibus Confess. Duplex majus.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis.

Oratio. Adésto, Dómine.

Vesperæ de sequenti, cum Commemor. præcedentis.

**DIE III. FEBRUARII.**

Fit de S. Petro Nolasco Confess.

Duplex minus.

Vide Officium in Diurnali Romano, die 31. Januarii: & in Hymno, Iste Confessor, mutatur tertius Versus.

In Laudibus fit Commem. S. Blasii Episcopi & martyris.

Vesperæ de sequenti, Commemor. præcedentis.

**DIE IV. FEBRRUARII.**

In festo B. Joannæ Valesiæ viduæ.

Duplex majus.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Omnia de Communi nec Virg. nec Mart. præter Orationem. Oratio.

Deus, qui ad imitándum beátæ virginis Filii tui Genitrícis virtútes, novum per beâtam Joánnam sacrârum Virginum cœtum institui voluisti: ejus méritis, precibúsque concéde, ut per eádem gradiámur virtûtum exémpla. Per eúmdem Dóminum.

Vesperæ de sequenti, Commem. præcedentis.

DIE V. FEBRUARII.

In festo BB. Petri & Sociorum martyrum Japponensium.

Duplex ij. Classis.

Omnia de Communi plurimorum Martyrum, præter ea, quæ hic habentur propria.

Oratio.

Deus, qui primitias Fidei apud Japoniæ Gentes beatôrum martyrum Petri Baptistæ & sociórum ejus sánguine dedicásti: concéde propítius, ut ad tui nóminis confessiônem, quorum excitâmur exémplis, eôrum précibus adjuvêmur. Per Dominum.

In ij. Vesperis fit Commem. Festi sequentis, & S. Dorotheæ virginis & martyris, ℣. Diffûsa.

DIE VI. FEBRUARII.

Fit de S. Agatha virgine & martyre. Duplex.

Vide Officium in Diurnali Romano 5. Februarii, & in Laudibus fit Commemoratio S. Dorotheæ virginis & martyris, ℣. Spécie tua.

Vesperæ de sequenti, cum Commemorat. præcedentis.

DIE VII. FEBRUARII.

In festo beati Antonii de Stronconio, Primi Ordinis.

Duplex majus.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis.

Oratio Adesto Dómine.

Deindè fit Commemoratio S. Agathæ virginis & martyris.

In ij. Vesperis fit Commemoratio sequentis Festi.

DIE IX. FEBRUARII.

In festo S. Apolloniæ virginis & martyris.

Duplex minus.

Omnia de Communi Virginum. Oratio Deus, qui inter cétera.

Deindè fit Commemoratio S. Joannis de Matha Confessor.

In secúndis Vesperis fit à Capitulo de sequenti, Commemoratio præcedentis, Antiphona. Símile est.

DIE XI. FEBRUARII.

Fit de S. Romualdo Abbate. Duplex minus.

Vide Officium in Diurnali Romano, die 7. hujus.

In ij. Vesperis fit Comm. seq.

DIE XII. FEBRUARII.

Fit de S. Raymundo de Peñafort Confessore. Semiduplex.

Vide Officium in Diurnali Romano, die 23. Januarii.

Vesperæ à Capitulo de sequenti, Commem. præcedentis.

DIE XIII. FEBRUARII.

Fit de S. Ignatio Episcopo & martyre. Semiduplex.

Vide Officium in Diurnali Romano, die 1. hujus.

Ves-



Vesperæ de sequenti, Commemoratio præcedentis, & S. Valentini martyris.

DIE XIV. FEBRUARII.

In festo B. Viridianæ virginis, Tertii Ordinis.

Duplex minus

Omnia de Communi Virginum. Oratio. Exáudi nos.

In ij. Vesperis à Capitulo de sequenti, cum Commemoratione præcedentis, & SS. Faustini &c. Mart.

DIE XV. FEBRUARII.

In festo Translationis S. Antonii Confessoris.

Duplex minus.

Omnia dicuntur ùt in die Natalis ipsius, die 13. Junii, præter Orationem.

Oratio.

Ecclésiam tuam, Deus, beáti Antónii Confessôris tui Translátio votiva lætificet: ut spirituálibus semper muniâtur auxíliis, & gáudiis pérfrui mereâtur ætérnis. Per Dóminum.

In Laudibus fit Commem. SS. Faustini & Jovitæ mart.

In Vesperis fit Commemoratio sequentis.

DIE XVI. FEBRUARII.

Fit de S. Martina Virg. & mart. Semiduplex.

Officium ùt in Diurnali Romano, die 30. Januarii.

Vesperæ à Capitulo de sequenti, Commem. præcedentis.

DIE XVII. FEBRUARII.

Fit de S. Marcello Papa & mart. Semiduplex.

Officium ùt in Diurnali Romano, die 16. Januarii.

Vesperæ de sequenti, Commemor. præcedentis, & S. Simeonis Episcopi & Mart.

DIE XVIII. FEBRUARII.

Fit de S. Andrea Corsino Confessore. Duplex.

Omnia ùt in Diurnali Romano, die 4. hujus

Fit Commem. S. Simeonis Episcopi & martyris in Laud.

Vesperæ de sequenti, Commemoratio præcedentis.

DIE XIX. FEBRUARII.

In festo S. Conradi Placentini Confessoris.

Duplex majus.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis.

Oratio. Adésto Dómine.

Vesperæ à Capitulo de sequenti, Commem. præcedentis.

DIE XX. FEBRUARII.

In festo S. Josephi à Leonisa Confessoris.

Duplex majus.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter Orationem. Oratio.

Deus fidélium remunerâtor servórum, qui beátum Josêphum exímium in Evangélica prædicatióne operárium effecisti: ejus quǽsumus intercessiône concêde, ut à grato tibi servitio numquam cessêmus in terris, & plenam à te mercêdem recipiâmus in cœlis. Per Dóminum nostrum.

DIE XXII. FEBRUARII.

In festo S. Margaritæ de Cortona, Tertii Ordinis.

Duplex ij. Classis, cum Octava.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Omnia de Communi nec Virginum nec Martyrum, præter sequentia.

In utrisque Vesperis & Laudibus, ℣. Ora pro nobis, beâta Margarita. ℟. Ut digni efficiámus promissiónibus Christi.

Oratio.

Deus, qui fámulam tuam Margaritam de perditiónis via ad salútis trámitem misericórditer deduxísti: eádem nobis miseratióne concéde, ut quam priùs errántem sectári non erubúimus, mox pœniténtem impigrè sequi gloriémur. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Ut cognóvit, resipuit Seráphici Ordinis Magdaléna; dimissa sunt ei peccáta multa, quia diléxit multùm.

Oratio. Deus, qui fámulam tuam. ùt suprà.

Et fit Commemoratio Vigiliæ S. Mathiæ Apostoli, si hoc festum venerit ante Quadragesimam in Sabbato, & annus non fuerit Bissextilis: Si verò venerit in Quadragesima, fit Commemoratio Feriæ, & nihil fit de Vigilia, nisi in Missa.

In secundis Vesperis omnia ùt in primis.

Ad Magnificat, Antiphona.

Ego dilécto meo, & ad me convérsio ejus: invéni quem díligit ánima mea, ténui eum, nec dimittam.

Oratio. Deus, qui fámulam tuam, ùt suprà.

Deindè fit Commemoratio sequentis.

Si infra hanc Octavam advenerit dies Cinerum, Octava terminatur post Completorium.

## DIE XXIII. FEBRUARII.

Secunda die infra Octavam S. Margaritæ de Cortona.

Fit de Cathedra S. Petri Antiochiæ.

Duplex majus.

Omnia ùt in Diurnali Romano, vide 22. hujus.

In Laudibus fit Commemor. S. Petri, & Octavæ.

Deindè Vigiliæ S. Mathiæ Apostoli si ante Quadragesimam venerit. Quando autem hoc Festum venerit in Quadragesima, fit Commemor. de ea in Laudibus post Commemor. Octavæ de Vigilia verò nihil fit nisi in Missa.

Vesperæ de S. Mathia, cum Commemorat. Cathedræ sancti Petri. Deindè sancti Pauli tantùm.

In anno autem Bissextili, quia festum S. Mathiæ agitur die xxv. ideò hodiè Vesperæ dicuntur de Cathedra S. Petri, Commemoratio S. Pauli, & Octavæ, & tunc de Vigilia fit die xxiv. & nihil de ea die xxiij. in Officio Cathedræ S. Petri.

## DIE XXIV. FEBRUARII.

Anno Communi.

Fit de S. Mathia Apostolo.

Duplex ij. Classis.

Omnia ùt in Diurnali Romano.

In ij. Vesperis fit Commemoratio Octavæ ùt in ij. Vesperis Festi.

In



In anno verò Bissextili fit de tertia die infra Octavam. Et fit Commemoratio Vigiliæ S. Mathiæ in Laudibus, Antiphona & ℣. de Feria occurrente.

## DIE XXV. FEBRUARII.

Anno Bissextili.

Fit de S. Mathia Apostolo Duplex ij. Classis.

Omnia ùt in Diurnali Romano, & in ij. Vesperis fit Commemoratio Octavæ.

Anno Communi.

Fit de quarta die infra Octavam S. Margaritæ de Cortona.

## DIE XXVI. FEBRUARII.

Fit de quinta die infra Octavam S. Margaritæ de Cortona.

## DIE XXVII. FEBRUARII.

Fit de sexta die infra Octavam S. Margaritæ de Cortona.

## DIE XXVIII. FEBRUARII.

Fit de septima die infra Octavam S. Margaritæ de Cortona.

Vesperæ de Octava, ùt in primis Vesperis Festi.

## DIE XXIX. FEBRUARII.

Anno Bissextili. Vel

## DIE I. MARTII.

Anno Communi.

Octava S. Margaritæ de Cortona.

Duplex minus.

## DIE V. MARTII.

In festo B. Rogerii Confessoris Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis j. loco.

Fit Commemoratio Feriæ in Vesperis & Laudibus, si venerit in Quadragesima. Vesperæ de sequenti.

## DIE VI. MARTII.

In festo B. Coletæ Virginis Ordinis S. Claræ.

Duplex majus.

Ad Vesperas, Antiphona.

O Fœcúnda parens, cœlésti prole beâta, hæc ætérna suæ glóriæ gentis erit. Psalmus. Dixit Dóminus. cum reliquis de Communi Virginum.

Aña. Gáudeat exímio Christus pro vírginis ortu, dæmonis hæc míseros fáucibus erípiet. Antiphona. Gáudeat excélsi Regis pia turba, replébit cœlórum vácuos sancta Colêta thronos.

Aña. Antíquo Patris exûtus gemit Ordo decôre: gáudeat, hunc réparat virgo labôre suo.

Aña. Gáudeat & Claræ quondam claríssimus Ordo, érigit hunc summi sponsa Colêta Dei.

Capitulum. 2. *Cor.* 10. *d*

FRatres, Qui gloriátur, in Dómino gloriêtur. Non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est, sed quem Deus comméndat. ℟. Deo grátias.

Hymnus.

GEntis redémptæ cónsonum
Preclára nunc pium melos,
Deóque laudis hóstiam
Colêta puram tránsferat.

Mater senílis prócreat,
Corbéja natum te fovet,
Sed præscio plebs spíritu,
Laudet renâtam flúmine.

Devôta virgo Númini,
Inânis horret sæculi
Vexilla, gaudet déspici
Totámque Christo se dicat.

Porténta patrat, quóslibet
Morbos, dolóres, vúlnera
Sanat, necis vires ligat,
Astúsque ludit dæmonum.

Audit fidêlis, cœlicum
Sponsi vocántis núntium,
Lares patérnos déserit,
Mundum libens exul fugit.

Auri sacram spernit famem,
Honôris & cupídinem:
Procul volúptas córporis
Sensus amici sánguinis.

Optat dolóres, vúlnera,
Passi Dei vestígia
Sectâtur, & connúbia
Sacrâta fervens ámbigit.

Sancti paréntis æmula,
Divina quærens óscula:
Orat, gemit, vivit Cruci
Affixa, quam fixit amor.

Sit laus Patri, sit Filio,
Simulque sancto Flámini,
Ac cum Coléta vírgine
Regnémus omni témpore.
Amen.

℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procéde, & regna.

Ad Magnificat, Antiphona.

Salve Colêta potens, Dómini tu sponsa redémptæ digna plebis, nostras affectu sume benígno virgo preces; cœlo transfer pia vota peténtum, & míseris supplex ætérnam posce salûtem.

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui beátam Colêtam sponsam tuam innúmeris dótibus decorásti: tribue quæsumus, ut quo Spíritu Seráphicam régulam pristínæ puritâti restítuit, eódem intùs reformári mereâmur. Qui vivis.

Deindè fit Commem. præcedentis, & Feriæ, si venerit in Quadragesima.

AD MATUTINUM,
Invitatorium.

Nostra Dei laudes résonent nunc ágmina sponsæ: * Alternísque canant péctora sacra choris.

Hymnus.

Nostra festívo modulâta plausu
Vota benignè fácilis secúndet;
Vírginum quondam decus, & patérnæ
Glória gentis.

Præbuit tellus tibi lucis ortum,
Et locum miris píetas triúmphis;
Sed Deus terris ratus invidéndam,
Tránstulit astris.

Póntifex Summus méritis honôrem
Dat tuis verum, duce te soróres
Páuperes, nummo priùs abdicâto
Reddis Iêsu.

Vix parens orbi génitam sacrâto
Fonte te mersit, súbitò relíctis,
Quæ parit mundus, próperas amánti
Vívere Christo.

Sancta, quæ inférni réprimis furóres,
Sancta, quæ vitam réparas sorórum,
Fac tuas semper scélerum domâre
Monstra suôrum.

Sit Patri summo decus, atque Christo,
Qui suum nobis dedit hic cruôrem,
Pneuma Divinum simili fruâmur
Semper honôre.
Amen.

In primo Nocturno, Aña.

Vírginis intáctæ mirâris víscera Christum, nunc sanctam stériles, gaude dedísse sinus. Psalmus. Dómine Dóminus noster. cum reliquis de Communi Vírginum. Aña. Urbis Corbéjæ nascéntem læta Colêtam dum cernunt, gaudent mœnia, saxa canunt. Psalmus. Cœli enárrant. Aña. Quid tímeant cives tanto munímine tecti: imó felices sancta Colêta fovet. Psalmus. Dómini est terra. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procéde, & regna.

In secundo Nocturno, Aña.

Natúræ superâta modum, contrácta refórmat membra, Deum puris cùm flágitat précibus. Psalmus. Eructávit. Aña. Vírginis in ténero quot cérnis córpore membra, tot crúciat duris ingeniósa modis. Psalmus. Deus noster refúgium. Aña. Ignea fixa manet, cordi meditánda sagitta, vúlnera dilécti, quod cupit, ecce tenet. Psalmus. Magnus Dóminus. ℣. Adjuvâbit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio ejus, non commovébitur.

In tertio Nocturno, Aña.

Quid láceros mirâris, homo, quid córporis artus víribus exháustos? vúlnera fecit amor. Psalmus. Cantâte Dómino. Antiphona. Cœlitùs impréssum cernis sub fronte decôrem, ablâtum súbitò vírginis hunc précibus. Psalmus. Dóminus regnâvit. Antiphona. Nesciri gaudet, pretiósa siléntia servat; Angelus in somnis ad gravióra vocat. Psalmus. Cantâte Dómino. ℣. Elégit eam Deus, & præelègit eam. ℟. In tabernáculo suo habitâre facit eam.

AD LAUDES,
& per Horas, Antiphona.

Ordo jacet Claræ, clarum cui lumen adémptum clarior exúrgit, Régula sancta viget. Psalmus. Dóminus regnávit. cum reliquis de Domínica. Aña. Inverecúnda timet túmuli mors jura Colêtæ, captívos reddunt tártara dura suos. Aña. Mórtuus exúrgit, vivens sua fúnera cernit, ne vivus péreat póstulat, & móritur. Antiphona. Póstulat, atque sinu servans sua flúmina, tellus obêdit, súbitò lárgior unda fluit. Aña. Quid stúpuit natûra, stetit dum lumen Olympi; mirêtur pótiùs, præcipitásse gradum.

Capitulum. 2. *Cor.* 10. *d*

Fratres, Qui gloriâtur, in Dómino gloriêtur: non enim qui seipsum comméndat, ille probâtus est, sed quem Deus comméndat.

Hymnus.

Fidêlis almæ cóncinat
Laudes Colêtæ nunc chorus:



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Nec gesta cœli desinant
Laudáre sanctæ Vírginis.
Gaudet Patrâtor ómnium,
Gaudet Redémptor: & poli
Gaudent ovántes Angeli,
Et cuncta gaudent sidera.
Terram relinquit, & thronum
Assúmpta scandit, ómnia
Lætêntur, & votum Deo,
Colêta, per te déferunt.
Omnes precántes séntiunt
Sanctæ Colêtæ múnera:
Nullus recêdit índigens,
Nulli favóres dénegat.
Nostras preces ut áudiat,
Precâmur omnes súpplices,
Colêta, Christo quæ ófferat,
Oblâta cordis múnera.
Præsta beâta Trínitas,
Concède simplex únitas,
Ut fructuósa sit tuis
Magnæ Colête sánctitas.
Amen.

℣. Diffûsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedíctus, Antíphona.

Glória, laus, & honor tibi sit, pia sponsa tonántis, virgineúmque decus, tuque óptima forma Sorórum. Plántula Francísci, perfectáque Régula morum: virtûtis spéculum duc nos ad regna polôrum.

In Quadragesima fit Commemoratio Feriæ.

In secundis Vesperis, Antiphona. Ordo jacet Claræ. cum reliquis de Laudibus. 25. Psalmus. Dixit Dóminus cum reliquis ùt suprà in primis Vesperis de Communi Virginum.

Capitulum. Fratres, Qui. ùt suprà. 25.

Hymnus.

Dum tuos omnes cánimus triúmphos,
Sancta festivo veneránda cultu,
Súpplicum tandem fácilis tuárum
Annue votis.
Si tibi cœlum cápitis corônat
Vérticem, ac frontem diadêma cingit,
Hæc erat dudum méritis corôna
Débita tantis.
Sancta, quot cœlo géneras sorôres,
Impiis mundi rétrahens tenébris!
Inferis & quot malè mancipâtos
Ducis ad astra!
Póstulant ægri, tribuis medélam,
Mórtuos orans révocas sepúlchro:
Reddis & cœco plácidum peténti
Lumen adémptum.
Clauditur felix túmulo thesáurus
Córporis Sanctæ, rapuísse terræ
Gáudeant cœli rutilâta magnam
Astra Colêtam.
Laudibus cives célebrant supérni
Te, Deus simplex, paritérque Trine,
Súpplices, & nos per eam precâmur,
Parce redémptis. Amen.

℣. Dif-



℣. Diffûsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum,

Ad Magnificat, Antiphona.

Cœtus in excélsis te laudat cœlicus omnis: te mortális homo, semper mortália laudent: te divina Trias, Christus te in regna Polórum sústulit, ætérno sacra múnere præmia donans: nunc tibi regnánti solvéntes múnia láudis, hæc pretiósa dari nobis moriéntibus, ora.

Oratio. Dómine Jesu Christe, ùt suprà. 24.

Postea fit Commemoratio S. Thomæ, & Feriæ, ac SS. Perpetuæ & Felicitatis martyrum, ùt in Diurnali Romano.

## DIE VIII. MARTII.

In festo S. Rosæ virginis Viterbiensis, Tertii Ordinis.

Duplex minus.

Omnia de Communi Virginis, præter Orationem.

℣. Ora pro nobis.

Oratio.

Deus, qui beátam Rosam sanctárum tuárum Vírginum collégio aggregáre dignâtus es: tribue nobis, quǽsumus; ut ejus précibus, & méritis à culpis ómnibus expiêmur, & tuæ majestâtis consórtio perfruâmur ætérno. Per Dóminum.

Deindè fit Comm. S. Thomæ.

Posteà Feriæ occurrentis in utrisque Vesperis & Laudibus, si in Quadragesima venerit.

Vesperæ de sequenti cum Commemoratione S. Rosæ,

℣. Diffûsa est grátia.

## DIE IX. MARTII.

In festo S. Catharinæ virginis Bononiensis.

Duplex ij. Classis.

Ad Vesperas, Aña. In Claræ viridário. cum reliquis de Laudibus. 28. Psalmi de Communi Virginum.

Capitulum. 2. Cor. 10. d

Fratres, Qui gloriátur, in Dómino, gloriétur. Non enim qui seipsum comméndat ille probâtus est, sed quem Deus comméndat.

℟. Deo grátias.

Hymnus.

O Catharina nóbilis
Sancti Francísci filia,
Quæ vitæ semper lábilis
Falsa sprevisti gáudia.
Ad sponsi Jesu núptias
Exémplo, verbis, ópere,
Plures traxísti filias
Devótas sacro fœdere.
Vicísti carnis lúbricum,
Figûram mundi lábilem,
Et dæmonem falsidicum
Ob zelum Jesu stábilem.
Uni Trinóque Dómino
Sit sempitérna glória,
Qui vitam sine término
Nobis donet in Pátria.
Amen.

℣. Ora pro nobis beâta Catharina. ℟. Ut digni efficiamur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

Sponsa Jesu amábilis Catharina virgo, quæ nunc in ætérna pátria sublimâris, almis tuis précibus fac nos consortes cœléstium cívium, quibus collætâris.

Ora-

Oratio.

Concéde nos fámulos tuos Deus, beátæ Catharínæ vírginis suffrágiis adjuvári, cujus odóre unguentórum tráhimur ad tua sancta lætántes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Deinde fit Commemoratio Feriæ occurrentis.

## AD MATUTINUM.

Invitatorium. Regem Vírginum Dóminum, * Veníte adorémus. Psalmus. Veníte, exultémus.

Hymnus.

Virgo Christi juvéncula,
Sancte Claræ discípula
Effícitur, & fília,
Ejus sequens vestígia.
Dure suum corpúsculum
Domans, vicit diábolum,
Mundum sprevit vertíbilem,
Et florem ejus frágilem.
Nocte, & die vigíliis
Intenta, & jejúniis,
Oratióni dédita
Dabat salútis mónita.
Deo canámus glóriam,
Qui Vírgini victóriam
Carnis, Satan, cum sǽculo,
Dedit in hoc corpúsculo.
Amen.

In primo Nocturno, Aña. A Matre Dei Vírgine patri ántequam nascerétur beáta Catharína fuit divínitùs præmonstráta. Psalm. Dómine Dóminus noster. ut in Communi Vírginum. Aña. Orta fuit Bonóniæ, & illic educáta, sed Ferráriæ Christo desponsáta. Psalmus. Cœli enárrant glóriam Dei. Aña. Cunctas carnis illécebras à téneris annis ob Christi amórem sprevit. Psalm. Dómini est terra. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, prósperè procéde, & regna.

In secundo Nocturno, Aña. Proféssas, & novítias edocére non cessábat dæmonis astútias præcavére. Psalmus. Eructávit cor meum, Aña. Nullum prætermittébat offícium, aut obséquium, quin sodáles suas omni qua póterat cura fovéret. Psalmus. Deus noster refúgium. Antiphona. Altáris sacrifícium orans intelléxit, Trinitátis mystérium spíritu perspéxit. Psalmus. Magnus Dóminus. ℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio ejus, non commovébitur.

In tertio Nocturno, Aña. Labórans in ótio, oráre non désinit, ut dilécto suo Dómino Jesu Christo adhæréret. Psalmus. Cantáte Dómino. j. Antiphona. Audívit & lætáta est Sion, & exultavérunt fíliæ Judæ propter judícia tua Dómine. Psalmus. Dóminus regnávit. Antiphona. Veni sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit. Psalmus. Cantáte Dómino. ij. ℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

## AD LAUDES,

Antiphona.

In Claræ viridário novélla planta náscitur, quam decet sanctitúdo in longitúdinem diérum. Psalmus. Dóminus regnávit.



Aña. Inter prudéntes vírgines Christo procedens óbviam, Bonóniæ illústrat urbem. Psalm. Jubiláte Deo. Aña. Thesáurum evangélicum invénit Virgo sápiens, quem in cordis ábdito abscóndit. Psalm. Deus Deus meus. Aña. Benedíco te Pater Dómini mei Jesu Christi, qui me fecísti vanitátem sǽculi spérnere. Canticum. Benedícite ómnia ópera. Aña. Laudet mater Ecclésia sponsum Jesum, qui civitátem Bonóniæ vóluit tali fília coruscáre. Psalm. Laudáte Dóminum de cœlis.

Capitulum. 2. *Cor.* 1. *d*

Fratres, Qui gloriátur, in Dómino gloriétur: non enim, qui seipsum comméndat, ille probátus est, sed quem Deus comméndat. ℟. Deo grátias.

Hymnus.

Os nequit tuum prómere
O Catharína gáudium,
Nec potest cor concípere
Quod agis nunc tripúdium.
Nam Dei non in spéculo,
Sed fácie ad fáciem
Mundáto cordis óculo,
Divínam cernis spéciem.
Cum fide, spes, & chári-
tas
Crescat in nobis ómnibus,
Et illibáta cástitas,
Cum céteris virtútibus.
Uni Trinóque Dómino
Sit sempitérna glória,
Qui vitam sine término
Nobis donet in pátria. Amen.

℣. Ora pro nobis beáta Catharína. ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Benedictus, Antiphona.

Clarum nobis effúlsit sidus, cùm Catharína virgo supernórum Cívium cœtui adjúncta est in ætérnum.

Oratio.

Concéde nos fámulos tuos Deus beátæ Catharínæ vírginis suffrágiis adjuvári, cujus odóre unguentórum tráhimur ad tua sancta lætántes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Et fit Commemoratio Feriæ occurrentis.

Ad Tertiam, Antiphona.

Inter prudéntes.

Capitulum. Fratres, Qui gloriátur. ut supra.

℟. brev. Spécie tua, * Et pulchritúdine tua. Spécie tua. ℣. Inténde, prósperè procéde, & regna. Et pulchritúdine. Glória Patri. Spécie tua. ℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio ejus, non commovébitur.

Ad Sextam, Antiphona.

Thesáurum Evangélicum.

Capitulum. 1. *Cor.* 11.

Æmulor enim vos Dei æmulatióne, despóndi enim vos uni viro vírginem castam exhibére Christo. ℟. Deo grátias.

℟. br. Adjuvábit eam, * Deus vultu suo. Adjuvábit. ℣. Deus, in médio ejus, non commovébitur. Deus. Glória Patri. Adjuvábit. ℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.

Laudet mater.

Ca-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

Capitulum. *Sap.* 4.

O Quàm pulchra est casta generátio cum claritáte! immortális est enim memória illíus: quóniam apud Deum nota est, & apud hómines.

℟. Deo grátias.

℟. br. Elégit eam Deus, * Et præelégit eam. Elégit. ℣. In tabernáculo suo habitáre facit eam. Et præelégit. Glória Patri. Elégit. ℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad secundas Vesperas Antiphonæ, Psalmi, Capitulum, & Hymnus, ℣. & ℟. ut in primis Vesperis. 27.

Ad Magnificat, Antiphona.

O paupertátis, obediéntiæ, ac pudicítiæ spécimem beáta Catharina, quæ hódiè ad sponsi tui núptias vocáta es, duc nos per sémitas justítiæ & veræ pacis cúmulum, ut summum Regem glóriæ tecum possideámus in ætérnum.

Oratio. Concéde nos. ut suprà. 29.

Deinde fit Commemoratio SS. Quadraginta Martyrum, & Feriæ occurrentis.

## DIE XI. MARTII.

Fit de S. Francisca Romana.

Officium ut in Diurnali Romano, die 9. hujus.

In ij. Vesperis fit à Capitulo de sequenti, Commemoratio præcedentis.

## DIE XIII. MARTII.

Fit de S. Joanne de Deo.

Omnia ut in Diurnali Romano, die 8. hujus.

In ij. Vesperis fit à Capitulo de sequenti, Commemoratio præcedentis.

## DIE XIV. MARTII.

In festo Translationis S. Bonaventuræ Episcopi, Confessoris & Ecclesiæ Doctoris.

Duplex minus.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter ea, quæ hic propria ponuntur.

In Hymno. Iste Conféssor. mutatur tertius Versus.

In utrisque Vesperis & Laudibus, ℣. Ora pro nobis beáte Bonaventúra. ℟. Ut digni efficiámur promisiónibus Christi.

Ad Magnificat in utrisque Vesperis, Aña. O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beáte Bonaventúra: divínæ legis amátor, deprecáre pro nobis Fílium Dei.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiæ tuæ beátum Bonaventúram Confessórem tuum atque Pontíficem, Doctórem mirábilem tribuísti: concéde propítius; ut apud te hunc pium semper intercessórem habére mereámur. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Feriæ in utrisque Vesperis & in Laudibus.

Antiphona ad Benedictus, de S. Bonaventura. O Doctor Seráphice, ô Póntifex mirífice! Tu nostræ milítiæ pastor & cláritas, divínis ardóribus transformátus es áctibus: Christi passi spécie vexit te cháritas: in te signis rádians, in te miránda ámplians, requiévit spíritus devotórum: tuis adsta pósteris, Pater próvide míseris, nam increscunt gémitus servórum tuórum.

## DIE XVIII. MARTII.

In festo B. Salvatoris ab Horta Confessoris.

Duplex minus.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis.

Oratio. Adésto Dómine.

Vesperæ de sequenti, cum Commemoratione præcedentis.

## DIE XXII. MARTII.

In festo S. Benvenuti, Episcopi Auximani, & Confessoris, Primi Ordinis.

Dupex majus.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis.

Oratio. Exáudi.

Si hoc Festum celebretur in Quadragesima fit Commemor. Feriæ ubique.

## DIE XXIV. MARTII.

In festo S. Gabriëlis Archangeli.

Duplex majus.

Ad Vesperas, Antiphona.

JAm protervórum cápita quassábit Dei Fílius: hic robustórum ábdita pandit robústus núntius. Psalmus. Dixit Dóminus. cum reliquis de Dominica, & loco ultimi, Psalmus. Confitébor tibi Dómine in toto corde meo: * quóniam audísti. Aña. Felix nimis oráculum redemptiónis géntium: quod datur per miráculum a róbore cœléstium. Aña. Exoriénte lúmine, recto perfúsus flámine laus datur magno Número à septifórmi ágmine. Antiphona. Quod reveréntur ómnia, nomen cœléste pánditur, Jesu voce præcónia, per quem ad cœlum scánditur. Aña. Psallámus coram Angelis, qui nobis opem tríbuunt, & cum septem Archángelis hæc ómnia distríbuunt.



Capitulum. *Apoc.* 7.

ECce ego Joánnes vidi álterum Angelum ascendéntem ab ortu solis habentem signum Dei vivi: & clamávit voce magna quátuor Angelis, quibus datum est nocére terræ & mari, dicens: Nolíte nocére terræ & mari, neque arbóribus, quoadúsque signémus servos Dei nostri in fróntibus eórum.

Hymnus.

Mentibus lætis jubilémus omnes,
Plectra tangéntes fidibus canóris
Inclytus, quando Gábriël ab alto
Fulget Olympo.
Vírginis summæ Paranymphus adest
Hódiè nobis, simul Angelórum,
Plúrimis Christum vénerans triúmphis,
Cóncio tota.
Príncipis laudes Gabriëlis ergò
Cóncinat noster chorus, ipse Quando est
Unus ex septem, Dómino qui adstant
Jussa sequéntes.
Núntius cœli, mediátor idem
Extat à summis Gábriël ubíque,

Læ-

Lætus & mundo réserat secrêta
Omnipoténtis.
Núntia nobis, Gábriël, præcámur,
Pacis ætérnæ speciále munus,
Quo poli tandem teneámus aulam
Semper ovántes.
Præstet hoc nobis Déitas beáta
Patris, ac Nati, paritérque sancti
Spíritus, cujus résonet in omni
Glória mundo. Amen.

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus. ℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.

O robur Dei fortíssime, Princépsque invictíssime: robústum sacraméntum denúntias Christíferæ, per quod cladi mortíferæ datur medicaméntum. Quod Abrahæ promísserat, os tuum claré réserat, nostrum oblectaméntum: Jesum vitam, & gáudium, lumen, & ignem córdium, hóminis compleméntum.

Orátio.

Deus, qui per Archángelum tuum Gabriélem Salvatórem mundi sacratíssimæ Vírgini concipiéndum nuntiásti: da, ut eúmdem & mente pura concipiámus, & férvido imitémur afféctu. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio Feriæ occurrentis, si celebretur in Quadragesima.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem Angelórum Dóminum, * Veníte adorêmus. Psalm. Veníte, exultémus.

Hymnus.

EN noctis médium, súrgite própere,
Cantémus Dómino jam nova cántica;
Hac hora Gábriël nam fuit ómnibus
Vitæ núntius óptimus.
Hac hora Dóminum Vírginis álveus
Humáno géneri prótulit, ínsuper
Devíctis páriter fúnditus hóstibus,
Victor surgit ab ínferis.
Surgéntes ígitur mítibus ínvicem
Orémus précibus cœlica Númina,
Præsértim Dóminum, qui dedit Angelum,
Curam qui gerit ómnium.
Quæ virtus hóminis prómere súfficit,
Quæ mundo Gábriël múnera cónferat?
Sanctas hic ánimas vísere Dóminum
Prestò ducit in æthera.
Te princeps ígitur ínclyte, quæsumus,
Pro nobis míseris póscito grátiam:
Fac & propítium, qui valet ómnia,
Nobis ut véniam áfferat. Amen.

In primo Nocturno, Aña.

Lex meditánda pánditur, in Jesu Dei Fílio, qui sinu matris cláuditur, divo canénte núntio.





Psalmus. Beátus vir. cum réliquis Psalmis hujus Nocturni, ut in princípio Psaltérii. Antiphona. Jam hódiè concípitur ætérnus fusus hómini, dum Gabriéli dícitur: Ecce ancílla Dómini. Psalmus. Quare fremuérunt. Aña. Fuit Deus memor hóminis, dum ipsum visitávit: nobísque tamquam dóminis terréstria substrávit. Psalmus. Dómine Dóminus noster. ℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi, Deus meus. ℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

In secundo Nocturno, Aña.

Egréssus fuit magníficus à vértice cœlórum: sermo verò Deíficus cum Dómina Angelórum. Psalmus. Cœli enárrant. cum reliquis ùt in festo Dedicationis S. Michaelis Archangeli die 29. Septembris. Antiphona. Robústus Rex in prælio Mariæ portam intrávit: quæ tremens in subséllio viri vocem expávit. Psalmus. Dómini est terra. Antiphona. Circúmdat bonus Angelus omnes timéntes Deum: sed Gábriël Archángelus matrem, quæ gestat eum. Psalmus. Benedícam Dóminum. ℣. Ego sum Gábriël Angelus, qui asto ante Deum. ℟. Et missus sum loqui ad te.

In tertio Nocturno, Aña.

Annúntiat in Géntibus mystéria cœlórum, & pópulis quæréntibus consórtia Divinórum. Psalmus. Cantáte. j. Antiphona. Annuntiavérunt Angeli justítiam & pacem: vidérunt omnes pópuli salútem Dei verácem. Psalmus. Dóminus regnávit, exúltet. Antiphona. Benedícant assisténtes cœlórum opífici: & obédiant ministrántes sacrórum artífici. Psalmus. Bénedic ánima mea, j. ℣. Missus est Angelus Gábriël. ℟. Ad Maríam vírginem desponsátam Joseph.

AD LAUDES,
& per Horas, Antiphona.

JEsus decórem índuit, quo decorántur ómnia, mensque cœléstis spléndüit, terrentúrque dæmónia. Psalm. Dóminus regnávit. cum reliquis. Aña. Omnes ovántes júbilant, dum Verbum humanátur: & quod obscúra obnúbilat, in lucem reserátur. Aña. Excússa jam calígine in luce vigilémus, Verbúmque clara indágine in carne nunc laudémus. Aña. Benedícant Archángeli tribunal Trinitátis, & hómines, & Angeli cum ómnibus creátis. Aña. Colláudet omnis spíritus Opíficem cœlórum: ex quibus Gábriël ínclytus fit núntius sacrórum.

Capitulum. *Apoc. 7.*

ECce ego Joánnes vidi álterum Angelum ascendéntem ab ortu solis habéntem signum Dei vivi: & clamávit voce magna quátuor Angelis, quibus datum est nocére terræ & mari, dicens: Nolíte nocére terræ & mari, neque arbóribus, quoadúsque signémus servos Dei nostri in fróntibus eórum.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Hymnus. Méntibus lætis. ut supra. 31.

℣. Benedicite Dóminum omnes virtútes ejus. ℟. Ministri ejus qui fácitis voluntátem ejus.

Ad Magnificat, Antiphona.

Ascéndit jam crepúsculum, quo lux splendére incipit solis: & jussa súscipit pacis donándæ Gábriël. Tunc Vírginis corpúsculum, sensus, & cor perterrétur, dum arcánum detégitur, quod páritur Emmánuël: qui illúminet in ténebris eúntes, & in sémitam pacis regat, & pérditam viam collústret Uriël.

Oratio.

DEus, qui per Archángelum tuum Gabriélem, Salvatórem mundi sacratissimæ Vírgini concipiéndum nuntiásti: da, ut eúmdem & mente pura concipiámus, & férvido imitémur afféctu. Per eúmdem Dóminum.

Si hoc Festum celebretur in Quadragesima fit Commemoratio Feriæ.

Ad Tertiam, Antiphona.

Omnes ovántes júbilant.

Capitulum. Ecce ego Joánnes. ut supra. 33.

℟. br. In conspéctu Angelórum, * Psallam tibi Deus meus. In conspéctu. ℣. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo. Psallam tibi. Glória Patri. In conspéctu. ℣. Ego sum Gábriël Angelus, qui asto ante Deum. ℟. Et missus sum loqui ad te.

Ad Sextam, Antiphona.

Excússa jam calígine.

Capitulum. *Dan.* 8. *f*

ECce vir Gábriël, quem víderam in visióne á princípio, citò volans tétigit me, & dócuit me.

℟. breve. Ego sum Gábriël Angelus, * Qui asto ante Deum. Ego sum. ℣. Et missus sum loqui ad te. Qui asto. Glória. Ego sum. ℣. Missus est Angelus Gábriël. ℟. Ad Maríam vírginem desponsátam Joseph.

Ad Nonam, Antiphona.

Colláudet omnis spíritus.

Capitulum. *Dan.* 8. *c*

ET audívi vocem viri inter Ulái: & clamávit, & ait: Gábriël fac intelligere visiónem istam.

℟. brev. Missus est, * Angelus Gábriël. Missus. ℣. Ad Maríam vírginem desponsátam Joseph. Angelus Gábriël. Glória Patri. Missus est. ℣. Benedícite Dóminum omnes virtútes ejus. ℟. Ministri ejus qui fácitis voluntátem ejus.

In secundis Vesperis omnia dicuntur ut in primis. 31.

Quòd si festum Annuntiationis celebretur die sequenti, hæ Vesperæ dicuntur totæ de Annuntiatione, cum Commemoratione S. Gabrielis. Et fit Commemoratio Feriæ, si celebretur in Quadragesima.

## DIE XXX. MARTII.

In festo B. Angelæ Fulginatis viduæ, Tertii Ordinis.

Duplex majus.

Omnia dicuntur de Communi nec Virginis nec Martyris.

Oratio. Exáudi.

Si venerit in Quadragesima, fit Commemoratio Feriæ occurrentis.



## FESTA APRILIS.

## DOMINICA III

Post Pascha.

In festo Patrocinii S. Joseph Confessoris, Sponsi beatæ Mariæ Virginis.

Duplex ij. Classis.

Ad Vesperas, Antiphona. Jacob autem. cum reliquis de Laudibus. 36. Psalmus. Dixit Dóminus. cum reliquis de Dominica, & loco ultimi, Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes.

Capitulum. *Genes.* 49.

BEnedictiónes patris tui confortátæ sunt benedictiónibus patrum ejus, donec veníret desidérium cóllium æternórum: Fiant in cápite Joseph, & in vértice Nazaræi inter fratres suos.

Hymnus.

TE, Joseph, célebrent ágmina cœlitum,
Te cuncti résonent Christiádum Chori,
Qui clarus méritis, junctus es ínclytæ
Casto fœdere Vírgini.
Almo cùm túmidam gérmine cónjugem,
Admírans, dúbio tángeris ánxius,
Afflátu súperi Fláminis Angelus
Concéptum púerum dócet.
Tu natum Dóminum stringis, ad éxteras
Ægypti prófugum tu séqueris plagas:
Amíssum Sólymis quæris, & ínvenis,
Miscens gáudia flétibus.
Post mortem réliquos mors pia cónsecrat,
Palmámque eméritos glória súscipit:
Tu vivens, súperis par, frúeris Deo,
Mira sorte beátior.
Nobis summa Trias, parce precántibus:
Da Joseph méritis sídera scándere:
Ut tandem líceat nos tibi pérpetim
Gratum prómere cánticum.
Amen.

℣. Constítuit eum dóminum domus suæ, allelúia. ℟. Et príncipem omnis possessiónis suæ, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

Cùm esset desponsáta Mater Jesu María Joseph, ántequam convenírent, invénta est in útero habens de Spíritu sancto, allelúia.

Oratio.

DEus, qui ineffábili providéntia, beátum Joseph sanctíssimæ Genitrícis tuæ Sponsum elígere dignátus es: præsta quǽsumus, ut quem protectórem venerámur in terris, intercessórem habére mereámur in cœlis. Qui vivis & regnas.

Et fit Commemoratio Dominicæ.

## AD MATUTINUM.

Invitatorium. Laudémus Deum nostrum, * In veneratióne beáti Joseph Protectóris nostri, allelúia. Psalmus. Veníte, exultémus. Hymnus. Te, Joseph, célebrent ágmina cœlitum. ut supra. 35.

In primo Nocturno, Aña.

Angelus Dómini appáruit in somnis Joseph, dicens: Surge, & áccipe púerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & esto ibi, usque dum dicam tibi, allelúia. Psalmi. Beátus vir. Quare fremuérunt. Dómine, quid multiplicáti. de Communi Confessoris non Pontificis. ℣. Confitébor nómini tuo, allelúia. ℟. Quóniam adjútor, & protéctor factus es mihi, allelúia.

In secundo Nocturno, Aña.

Angelus Dómini appáruit in somnis Joseph, dicens: Surge, & áccipe púerum, & matrem ejus, & vade in terram Israël: defúncti sunt enim qui quærébant ánimam púeri, allelúia. Psalmi. Cùm invocárem. Verba mea. Dómine Dóminus noster. de Communi Confessoris non Pontificis.

℣. Réspice de cœlo, & vide, & visita víneam istam, allelúia. ℟. Et pérfice eam, allelúia.

In tertio Nocturno, Aña.

Consúrgens Joseph accépit púerum, & matrem ejus, & venit in terram Israël: & habitábit in civitáte, quæ vocátur Názareth, allelúia. Psalmi. Dómine quis habitábit. Dómine in virtúte. Dómini est terra. ut in Communi Confessoris non Pontificis. ℣. Invocávi Dóminum Patrem Dómini mei, allelúia. ℟. Ut non derelínquat me in die tribulatiónis, allelúia.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Jacob autem génuit Joseph, virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocátur Christus, allelúia. Psalm. Dóminus regnávit. cum reliquis de Dominica. Antiphona. Missus est Angelus Gábriël à Deo in civitátem Galilǽæ, cui nomen Názareth, ad Vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, allelúia. Antiphona. Ascéndit autem Joseph à Galilǽa de civitáte Názareth, in Judǽam in civitátem David, quæ vocátur Béthlehem, allelúia. Antiphona. Et venérunt festinántes, & invenérunt Mariam, & Joseph, & infántem pósitum in præsépio, allelúia, allelúia. Antiphona. Et ipse Jesus erat incípiens quasi annórum triginta, ut putabátur, fílius Joseph, allelúia.

Capitulum. *Genes.* 49.

Benedictiónes patris tui confortátæ sunt benedictiónibus patrum ejus: donec veníret desidérium cóllium æternórum: Fiant in cápite Joseph, & in vértice Nazarǽi inter fratres suos.

Hymnus.

Cœlitum Joseph decus, atque nostræ
Certa spes vitæ, columénque mundi,





Quas tibi læti cánimus benígnus
Súscipe laudes.
Te Sator rerum státuit pudícæ
Vírginis Sponsum, voluítque Verbi
Te patrem dici, dedit & ministrum
Esse salútis.
Tu Redemptórem stábulo jacéntem,
Quem chorus Vatum cécinit futúrum,
Aspicis gaudens, humilísque natum
Numen adóras.
Rex Deus Regum, dominátor orbis,
Cujus ad nutum tremit inferórum
Turba, cui pronus famulátur Æther,
Se tibi subdit.
Laus sit excélsæ Tríadi perénnis
Quæ tibi præbens súperos honóres,
Det tuis nobis méritis beátæ
Gáudia vitæ.
Amen.

℣. Dedísti mihi protectiónem salútis tuæ, allelúia. ℟. Et déxtera tua suscépit me, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

Joseph fili David, noli timére accípere Mariam cónjugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spíritu sancto est, allelúia.

Oratio.

Deus, qui ineffábili providéntia beátum Joseph sanctíssimæ Genitrícis tuæ Sponsum elígere dignátus es: præsta quæsumus; ut quem Protectórem venerámur in terris, intercessórem habére mereámur in cœlis. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Et fit Commemoratio Dominicæ.

Ad Tertiam, Antiphona. Missus est. Capitulum. Benedictiónes patris tui. ut supra. 36.

℟. br. Constítuit eum Dóminum domus suæ, * Allelúia, allelúia. Constítuit eum. ℣. Et príncipem omnis possessiónis suæ. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Constítuit. ℣. Confitébor nómini tuo, allelúia. ℟. Quóniam adjútor, & Protéctor factus es mihi, allelúia.

Ad Sextam, Antiphona.

Ascéndit autem.

Capitulum. *Genes.* 49.

Deus patris tui erit adjútor tuus, & omnípotens benedícet tibi benedictiónibus cœli désuper.

℟. br. Confitébor nómini tuo, * Allelúia, allelúia. Confitébor. ℣. Quóniam adjútor, & Protéctor factus es mihi. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Confitébor. ℣. Justus germinábit sicut lílium, allelúia. ℟. Et florébit in ætérnum ante Dóminum, allelúia.

Ad Nonam, Antiphona.

Et ipse Jesus.

Capitulum. *Genes.* 49.

Filius accréscens Joseph, fílius accréscens, & decórus aspéctu: Fíliæ discurrérunt super murum.

℟. br. Justus germinábit sicut li-

lilium, * Alleluia, allelúia. Justus germinâbit. ℣. Et florêbit in ætérnum ante Dóminum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Justus. ℣. Plantâtus in domo Dómini, allelúia. ℟. In átriis domus Dei nostri, allelúia.

In secundis Vesperis omnia ùt in primis, exceptis sequentibus.

℣. Sub umbra illíus, quem desideráveram, sedi, allelúia. ℟. Et fructus ejus dulcis gútturi meo, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona. Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus, & ego doléntes quærebâmus te, allelúia.

Oratio. Deus qui. ùt suprà.

Et fit Commemoratio Dominicæ.

## DIE III. APRILIS.

In festo B. Benedicti à Philadelphia Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter Orationem.

Oratio.

Deus, qui beâtum Benedíctum Confessôrem tuum cœléstibus donis locupletásti, eúmque in Ecclésia tua signis & virtútibus clarêre fecisti: præsta quǽsumus; ut ejus méritis & précibus tua beneficia capiâmus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Deindè fit Commemoratio præcedentis.

In ij. Vesperis fit à Capitulo de sequenti, Commemoratio præcedentis.

## DIE XII. APRILIS.

In festo B. Angeli à Clavasio Confessoris, primi Ordinis.

Duplex minus.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter Orationem.

Oratio.

Deus, qui ad expugnándos Ecclésiæ tuæ hostes beâtum Angelum Confessôrem tuum invícta ánimi fortitúdine roborásti: ejus nobis méritis, & intercessióne concêde, ut ómnium hóstium superátis insídiis perpétua pace lætêmur. Per Dóminum.

## DIE XV. APRILIS.

In festo B. Lucii seu Luchesii Confessoris, Tertii Ordinis.

Duplex majus.

Omnia dicuntur de Communi Confessoris non Pontificis.

Oratio. Adésto Dómine.

## DIE XVI. APRILIS.

Hac die, in qua S. P. N. Franciscus anno 1209. Professionem emisit cum Sociis suis, in manibus Innocentii Tertii, omnes utriusque sexus personæ, quibus usus hujus Breviarii concessus reperitur, renovare curent suam Professionem, & aliquam specialem devotionem assumere, in qua anno sequenti jugiter exerceantur, fietque Communio generalis ab illis, qui Sacerdotes non fuerint; & pro omnibus impendetur à Superioribus facultas ad Absolutiones à casibus reservatis. Cetera vide in fine Rubricarum, &c.

DIE



## DIE XVI. APRILIS.

In festo S. Raphaëlis Archangeli.

Duplex ij. Classis.

Omnia ut in proprio Festorum Hispanorum, die 24. Octobris. Et tempore Paschali additur Allelúia.

## DIE XVIII. APRILIS.

In festo Translationis S. Elisabeth viduæ, Tertii Ordinis. S. Francisci.

Duplex minus.

Omnia sicut in festo, die 19. Novembris.

## DIE XX. APRILIS.

In festo B. Jacobi de Bitecto Confessoris, Primi Ordinis.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pont. Oratio. Adésto.

In ij. Vesperis fit à Capitulo de sequenti, Commemoratio præcedentis.

## DIE XXIV. APRILIS.

In festo B. Fidelis à Sigmaringa martyris.

Duplex majus.

Omnia de Communi unius Martyris, temporis Paschalis, præter Orationem.

Oratio.

Deus, qui beâtum Fidêlem Seráphico spíritus ardôre succénsum in veræ Fidei propagatióne Martyrii palma, & gloriósis miráculis decorâre dignatus es: ejus quǽsumus méritis, & intercessióne ita nos per grátiam tuam in Fide, & Charitâte confirma, ut in servitio tuo fidéles usque ad mortem inveníri mereâmur. Per Dóminum.

Deindè fit Commemoratio S. Georgii martyris.

## DIE XXVII. APRILIS.

In festo Translationis S. Paschalis Baylon Confessoris.

Duplex.

Omnia ùt in die festo 17. Maii, præter Orationem.

Oratio.

Deus, qui beâtum Paschâlem inter cétera grátiæ tuæ dona, singulári erga sacratissimi Córporis & Sánguinis tui Mystéria dilectióne decorásti: tribue quǽsumus; ut qui ejus Translatiónis memóriam piis afféctibus celebrâmus, ipsíus apud te patrocíniis adjuvêmur. Qui vivis.

Vesperæ à Capitulo de sequenti, cum Commemoratione præcedentis, ℣. Justum.

## DIE XXVIII. APRILIS.

In festo Translationis S. Petri de Alcantara Confessoris.

Duplex minus.

Omnia dicuntur sicut in die Festo ipsius, die 19. Octobris, præter ea, quæ sequuntur, sed more temporis Paschalis.

In primis Vesperis.

Ad Magnificat, Antiphona. Respéxit Deus Petrum in bono, eréxit illum, & exaltâvit in glória: convértit planctum ejus in gáudium: conscidit saccum ipsíus, & circúmdedit eum lætítia, allelúia.

Oratio

Deus, qui ánimam beáti Petri Confessôris tui charísmatum donis, & corpus crucis mortificatióne decorásti: concêde précibus nos-

nostris; ut qui ejus recólimus Translatiónis memóriam, virtûtum quoque imitêmur exémpla. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Vitalis martyris.

Ad Benedictus, Antiphona. Post vitæ sanctæ términum ánima cœlos scandit, & corpus multis miráculis resplêndet: ô felix pœniténtia, quæ tantum consecûta est prǽmium, allelúia.

Oratio ùt suprà. 39.

Et fit Commemoratio S. Vitalis martyris.

Vesperæ à Capitulo de S. Petro martyre, cum Commemor. præcedentis. Aña. Festivum gémino triúmpho diem cólimus: hódiè felix Petri ánima Sanctórum fastis solémniter adscripta est, hódiè beáti córporis gloriósa Translátio piis affectibus celebrâtur, allelúia.

℣. Ora pro nobis beâte Petre, allelúia. ℟. Ut digni efficiâmur promissiónibus Christi, allelúia.

Oratio ùt suprà. 39.

## FESTA MAII.

In festo Translationis S. Didaci Confes. Duplex minus.

Quod Festum Alexander VII. celebrari posse concessit ritu Duplici minori, Feria secunda Rogationum, quæ si fuerit impedita Officio Duplici aut etiam Semiduplici, transfertur in primam diem non impeditam.

Omnia dicuntur ùt in die Natalis ipsius, die xij. Novemb. præter Orationem. Sed in fine Antiphonarum, ℣. & ℟. additur Allelúia. & Psalmi cujusque Nocturni dicuntur sub una Aña.

Oratio.

Deus, qui per Translatiónem córporis beáti Dídaci Confessôris tui, ejus glóriam in terris renovásti: concêde propítius; ut ipsíus précibus nos spíritu renováti, ætérna prǽmia cónsequi mereâmur in cœlis. Per Dóminum.

In Laudibus fit Commemoratio Feriæ.

## DIE XIII. MAII.

In festo S. Petri Regalati Confessoris, Primi Ordinis. Duplex ij. Classis, cum Oct.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis.

In Hymno, Iste Conféssor, mutatur tertius Versus.

℣. Ora pro nobis.

Oratio.

Deus, qui diléctum fámulum tuum Petrum carne mortificâtum, ad delícias glóriæ tuæ assúmere dignâtus es: concêde propítius; ut ad delectatiónes, quæ in déxtera tua sunt, usque in finem, méritis ejus, & intercessióne pervenire valeâmus. Per Dóminum nostrum.

Si venerit hoc Festum in Feria secunda vel quarta Rogationum, de ea fit Commemoratio in Laudibus. Quod etiam servabitur in sequentibus Festis.

In Vesperis Commemoratio S. Bonifacii.

## DIE XVII. MAII.

In festo S. Paschalis Confessoris, Primi Ordinis. Duplex ij. Classis.

AD



## AD VESPERAS,

Antiphona.

De torrénte in via bibit, proptéreà exaltâvit caput. Psalmus. Dixit Dóminus. cum reliquis de Dominica, & loco ultimi, Psalmus. Laudâte Dóminum omnes Gentes. Antiphona. Memóriam fecit Dóminus mirabílium suôrum, escam dedit timéntibus se. Antiphona. Dispérsit, dedit paupéribus: justítia ejus manet in sǽculum sǽculi, cornu ejus exaltábitur in glória. Antiphona. Súscitat Dóminus à terra ínopem, & de stércore érigit páuperem, ut cóllocet eum cum Princípibus. Aña. Pópuli laudavérunt Dóminum: quia miráculis sanctum suum mirificâvit.

Capitulum. 1. *Cor.* 1.

Vidête vocatiônem vestram, fratres: quia non multi sapiéntes secúndùm carnem, non multi poténtes, non multi nóbiles: sed quæ stulta sunt mundi elégit Deus, ut confúndat sapiéntes, & infírma mundi, ut confúndat fórtia.

Hymnus.

Læta devótè célebret Minôrum
Turba Paschâlem, récolens frequénter,
Quàm pio, sanctam vénerans Synáxim,
Arsit amôre.

Dum puer pascit pecus iste, seque
Pane jam pasci cupit Angelôrum,
Hunc in exsélsis méruit paténte
Cérnere cœlo.

Júgiter sacras inhians ad aras,
Dum cibum vitæ meditâtur, hæret
Totus, & sancto liquefáctus igne
Lucet, & ardet.

Increpans hostes fídei fidêlis
Pane, ait, Christum récipi sacráto:
Mártyrem non dat gládius, sed ipsum
Prompta volúntas.

Qui quoad vixit cóluit supérnum
Tam piè Panem, réserat beátos
Morte jam clausos óculos, velútque
Vivus adôrat.

Christe, Paschâlis méritis ut omnes
Corde nos mundo fácias precâmur;
Cœlica ut dignè mereâmur esca
Sæpè cibári. Amen.

℣. Ora pro nobis beâte Paschâlis. ℟. Ut digni efficiâmur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona. Exaltâvit húmilem Dóminus, & esuriéntem implêvit bonis.

Oratio.

Deus, qui beâtum Paschâlem Confessôrem tuum mirífica erga Córporis, & Sánguinis tui sacra mystéria dilectiône decorásti: concêde propítius; ut quam ille ex hoc Divino convívio spíritus percêpit pinguédinem, eámdem & nos percípere mereâmur. Qui vivis & regnas.

Ad

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ad Matutinum, Invitatorium.

Christum Regem qui húmilem exaltâvit Paschâlem, * Venite adorêmus.

Hymnus.

Splendor patérnæ glóriæ
Adésto, Jesu, sérvulis,
Ut queis micârit móribus
Paschâlis orbi, cóncinant.

Illum dies hæc áurea
Terris refúlgens áttulit;
Hæc, & decórum láurea
Victríce, cœlis rétulit.

Adhuc puer virtútibus
Excúltus is niténtibus,
Pia, modésta, sóbria,
Puráque vita cláruit.

Fervens Minórum póstmodùm
Ingréssus arctas sémitas,
Nil ad sinístram Régulæ,
Ad dexterámve déviat.

Hinc sancta membra sæviter
Flagris cruéntis púrpurat,
Nullísque fœdat sórdibus
Casti pudóris lília.

Christum sequéndo páuperem
Nil præter hunc desíderat,
Sed mundo in hoc ditéscere
Sola cupit penúria.

Ad usque mortem firmiter
Ut verè & ipse obédiat,
Vitæ subit discrímina,
Ne quando subdi désinat.

Jesu tibi sit glória,
Merces perénnis páuperum,
Qui mente pura, & símplici
Jussis tuis obtémperant.
Amen.

In primo Nocturno, Aña.

Beâtus vir, qui in lege Dómini meditâtur, volúntas ejus pérmanet die ac nocte, & ómnia quæcúmque fáciet semper prosperabúntur. Psalmus. Beâtus vir, cum reliquis ùt in Communi Confes. non Pontificis. Aña. Beâtus iste sanctus, qui confisus est in Dómino, prædicâvit præcéptum Dómini, constitútus est in monte sancto ejus. Psalmus. Quare fremuérunt. Antiphona. Non timébo míllia pópuli circumdántis me, quia suscéptor meus es Dómine. Psalmus. Dómine, quid multiplicâti sunt. ℣. Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum. ℟. Stolam glóriæ índuit eum.

In secundo Nocturno, Aña.

Scitôte quóniam mirificâvit Dóminus sanctum suum: Dóminus exáudiet me, cùm clamávero ad eum. Psalm. Cùm invocârem. Aña. Gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum, quóniam tu benedixísti justo. Psalmus. Verba mea. Aña. Omnia subjecísti sub pédibus ejus: oves, & boves univérsas, ínsuper & pécora campi. Psalmus. Dómine Dóminus noster. ℣. Os justi meditábitur sapiéntiam. ℟. Et lingua ejus loquêtur judícium.

In tertio Nocturno, Aña.

Dómine iste sanctus habitâbit in tabernáculo tuo, operâtus est justítiam, requiéscet in monte sancto tuo. Psalmus. Dómine, quis habitâbit. Aña. Multórum vitam pétiit à te, & tribuísti eis longitúdinem diérum. Psalm. Dómine in virtúte tua. Aña. Hic accípiet benedictiónem à Dómino, & misericórdiam à Deo salutári suo: quia hæc est generátio quæréntium Dóminum. Psalmus. Dómini est



est terra. ℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus. ℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Ecce jam regnat in cœlo decôrem indûtus, quem in terra lácera vestis contéxit. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum reliquis de Dominica. Antiphona. Introívit exúltans in conspéctu Dei, ùt ovis mitíssima páscuæ ejus. Antiphona. Edúxit fontes aquârum in terra desérta, & inaquósa, ut virtûtem, & glóriam Dei multi vidérent. Antiphona. Sancti, & húmiles corde benedícite Dómino, quia vobíscum est sermocinátio ejus. Antiphona. Beneplácitum est Dómino in pópulo suo, & exaltâvit mansuêtum in salútem.

Capitulum. 1. *Cor.* 2.

Nos autem non spíritum hujus mundi accépimus, sed Spíritum, qui ex Deo est, ut sciâmus, quæ à Deo donâta sunt nobis; quæ & lóquimur, non in doctis humánæ sapiéntiæ verbis, sed in doctrina Spíritus.

Hymnus.

Quàm se Deus mirábilem,
Paschâle in almo prædicet,
Noster chorus, mirácula
Ejus recénsens, cóncinat.

Adest vocâtus ómnibus,
Repéntè curat lánguidos,
Paráta queis sunt fúnera
A mortis aufert fáucibus.

Hunc dum fides non hæsitans
Matris doléntis ínvocat,
En surdus audit prótinus,
Cæcúsque cernit fílius.

Cæsum secûre, sustinet
Quem vix cutis pars, indicem,
Ipsum sacérdos déprecans,
Statim recêpit íntegrum.

Terram colónis áridam
Semel ligône pércutit,
Jugísque fontes rívulum
Arménto, & agris óbtinet.

Liquor sacro ex cadávere
Manat suávis tríduo,
Qui sanat insanábiles
Morbos, tumóres, úlcera.

Custos beâti córporis
Audítur arca púlsibus
Lenis sonáre in prósperis
Rebus, tonáre in trístibus.

Almo precánte fámulo
Cor, Christe, nostrum súscita,
Ne quando pulses jánuam,
Stulto sopôre tórpeat.
Amen.

℣. Ora pro nobis beâte Paschâlis. ℟. Ut digni efficiâmur promissiónibus Christi.

Ad Benedictus, Antiphona.

In sanctitâte & justítia ambulâvit Paschâlis coram Dómino, & accépit sciéntiam salútis ad ædificatiónem plebis ejus.

Oratio.

Deus, qui beâtum Paschâlem Confessôrem tuum mirífica erga Córporis, & Sánguinis tui sacra mystéria dilectióne decorásti: concéde propítius; ut quam ille ex hoc divíno convívio spíritus percépit pinguédinem, eámdem & nos percípere mereâmur. Qui vivis.

Ad Tertiam, Antiphona.

Introívit exúltans.

Ca-

Capitulum. Vidéte vocatiónem vestram. ùt suprà in primis Vesperis. 41.

℟. br. Amávit eum Dóminus, * Et ornávit eum. Amávit eum. ℣. Stolam glóriæ induit eum. Et ornávit. Glória Patri. Amávit eum. ℣. Os justi meditábitur sapiéntiam. ℟. Et lingua ejus loquétur judícium.

Ad Sextam, Antiphona. Edúxit fontes.

Capitulum. Nos autem non spíritum. ùt suprà in Laudibus. 43.

℟. br. Os justi, * Meditábitur sapiéntiam. Os justi. ℣. Et lingua ejus loquétur judícium. Meditábitur. Glória Patri. Os justi. ℣. Lex Dei ejus in corde ipsius. ℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

Ad Nonam, Antiphonam. Beneplácitum.

Capitulum. *Rom.* 12.

Dico enim per grátiam, quæ data est mihi, ómnibus qui sunt inter vos: non plus sápere quàm opórtet sápere, sed sápere ad sobrietátem.

℟. br. Lex Dei ejus, * In corde ipsius. Lex Dei ejus. ℣. Et non supplantabúntur gressus ejus. In corde. Glória Patri. Lex Dei. ℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Vesperas Antiphonæ, Psalmi, Capitulum, Hymnus & ℣. ùt in primis Vesperis. 40.

Ad Magnificat, Antiphona. Exultávit spíritus meus in Deo salutári meo, quia respéxit humilitátem servi sui.

Oratio ùt suprà. 43.

Deindè fit Commemoratio de festo Translationis S. Bernardini, Antiphona. O Prædicátor grátiæ, ò Doctor egrégie. ùt inferius xx. Maii. ℣. Amávit.

## DIE XVIII. MAII.

In festo Translationis S. Bernardini Confessoris.

Duplex minus.

Omnia dicuntur ùt in prima die Natalis ipsius. die xx. Maii.

In Hymno. Iste Conféssor. mutatur tertius Versus.

Oratio.

Domine Jesu, qui beáto Bernardíno Confessóri tuo exímium sancti nóminis tui amórem tribuísti: ejus quæsumus méritis & intercessióne, Spíritum nobis tuæ dilectiónis benígnus infúnde. Qui vivis & regnas.

In Laudibus fit Commemoratio Octavæ S. Petri, ℣. Justum. & S. Paschalis, Aña. In sanctitáte. ℣. Amávit.

Vesperæ de sequenti.

## DIE XIX. MAII.

In festo S. Ivonis Confessoris, Tertii Ordinis.

Duplex majus.

Omnia dicuntur de Communi Confessoris non Pontificis, præter Orationem.

Oratio.

Deus, qui beátum Ivónem Confessórem tuum piis opéribus, signis, & virtútibus in Ecclésia tua clarére fecísti: præsta quæsumus; ut ejus méritis, & précibus, tua beneficia capiámus. Per Dóminum nostrum.



Pro Commemoratione Translationis S. Bernardini, Antiphona. O Prædicátor grátiæ. ℣. Ora pro nobis.

Posteà fit Commemoratio Octavæ S. Petri, ℣. Justum. & S. Paschalis, Aña. Exultávit spíritus meus. ℣. Os justi.

Oratio.

Deus, qui beátum Paschálem Confessórem tuum mirífica erga Córporis, & Sánguinis tui sacra mystéria dilectióne decorásti: concéde propítius; ut quam ille ex hoc Divíno convívio spíritus percépit pinguédinem, eámdem & nos percípere mereámur. Qui vivis & regnas.

Et S. Pudentianæ virginis, Antiphona. Veni Sponsa Christi. ℣. Spécie tua. Oratio. Exáudi nos, Deus salutáris noster.

In Laudibus Commemoratio Oct. S. Petri, Aña. Similábo. & S. Paschalis, ℣. Amávit. & S. Pudentianæ.

Vesperæ de S. Bernardino.

## DIE XX. MAII.

In festo S. Bernardini Senensis Confessoris, Primi Ordinis.

Duplex ij. Classis.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter ea, quæ hic assignantur.

In utrisque Vesperis & in Laudibus. ℣. Ora pro nobis beáte Bernardíne. ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

In utrisque Vesperis ad Magnificat, Aña. O Prædicátor grátiæ, ò Doctor egrégie, tu vas electiónis fore meruísti Salvatóris prædicans, ejúsdem cunctis índicans summæ dilectiónis Nomen Jesu Christi: ex te salus pópuli, per te labéntis sæculi remittúntur sordes críminum, quibus obstitísti.

Oratio

Domine Jesu, qui beáto Bernardíno Confessóri tuo exímium sancti Nóminis tui amórem tribuísti: ejus, quæsumus, méritis & intercessióne Spíritum nobis tuæ dilectiónis benígnus infúnde. Qui vivis & regnas. In unitáte ejúsdem Spíritus sancti Deus.

Deindè fit Commemoratio S. Ivonis Confessoris, & Octavæ S. Petri, ex j. Vesperis tantùm.

Ad Benedictus, Antiphona. Afflátus sancto Spíritu, vivéndi formam dedit, præcavens ab intéritu culpæ, quæ mentem lædit. ℣. Ora pro nobis.

Oratio ùt suprà.

Deindè fit Commemoratio Octavæ S. Petri.

In ij. Vesperis fit Commemoratio sequentis, & Octavæ S. Petri tantùm.

## DIE XXI. MAII.

Secunda die infra Octavam S. Bernardini.

In festo S. Felicis Capuccini.

Duplex majus.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis.

Oratio.

Fac nos, Dómine Jesu, in simplicitáte & innocéntia cordis nostri ambuláre, quarum amóre de sinu matris in-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

inter beáti Felícis Confessóris tui bráchia descendísti. Qui vivis & regnas.

In Hymno, Iste Conféssor, dicatur: Hac die lætus méruit suprémos Laudis honóres.

In Laudibus fit Commemoratio Octavæ S. Bernardini, Antiphona. Afflâtus sancto Spíritu. ℣. Ora pro nobis. Nec non S. Paschalis, Antiphona. In sanctitáte. ℣. Amâvit eum.

In secundis Vesperis fit Commemoratio sequentis, & Octavarum S. Bernardini, ℣. Ora pro nobis. & S. Paschalis, ℣. Os justi.

## DIE XXII. MAII.

Tertia die infra Octavam S. Bernardini, fit de S. Petro Cœlestino Papa & Confessore.

Duplex minus.

Vide Officium in Diurnali Romano, die 19. Maii.

In Laudibus fit Commemoratio Octavæ S. Bernardini, Antiphona. Afflâtus. ℣. Ora pro nobis.

Deindè Octavæ S. Paschalis, Antiphona. In sanctitáte. ℣. Amâvit.

In ij. Vesperis fit Commemoratio Octavæ S. Bernardini, Antiphona. O Prædicâtor grátiæ. ℣. Ora pro nobis.

Deindè Octavæ S. Paschalis, Antiphona. Exultâvit. ℣. Amavit eum.

## DIE XXIII. MAII.

Quarta die infra Octavam S. Bernardini.

In Laudibus fit Commemoratio Octavæ S. Paschalis, Antiphona. In sanctitáte. ℣. Justum dedúxit.

Vesperæ de die Octava S. Paschalis, ut in primis Vesperis Festi ℣. Ora pro nobis beáte Paschâlis. ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Et fit Commemoratio S. Bernardini, Antiphona. O Prædicator grátiæ. ℣. Justum dedúxit.

## DIE XXIV. MAII.

Quinta die infra Octavam S. Bernardini, Octava S. Paschalis.

Duplex minus.

Omnia ùt in die Festo.

In Laudibus fit Commemoratio Octavæ S. Bernardini, Antiphona. Afflâtus sancto Spíritu. ℣. Justum dedúxit Dóminus.

Vesperæ à Capitulo de Translatione S. P. N. Francisci.

## DIE XXV. MAII.

In festo Translationis S. Patris nostri Francisci Confessoris.

Duplex minus.

Officium fit ùt in ejus Festo 4. Octobris, præter ea, quæ hîc sunt propria. ℣. Ora pro nobis beáte Pater Francisce. ℟. Ut digni efficiâmur promissiónibus Christi.

Et fit Commem. diei Octavæ S. Paschalis, Aña. Exultâvit. ℣. Justum dedúxit.

Deindè Octavæ S. Bernardini, Antiphona. O Prædicâtor grátiæ. ℣. Amâvit eum Dóminus.

Posteà S. Urbani Papæ & martyris.

In Laudibus fit Commemoratio



ratio Octavæ S. Bernardini, Antiphona. Afflâtus sancto Spíritu. ℣. Justum dedúxit. & S. Urbani Papæ & martyris.

In secundis Vesperis fit à Capitulo de S. Philippo Confessore, cum Commemoratione S. Francisci, Octavæ, Antiphona. O Prædicâtor. ℣. Justum. & sancti Eleutherii Papæ & martyris.

## DIE XXVI. MAII.

Septima die infra Octavam S. Bernardini.

Fit de S. Philippo Confessore.

Duplex minus.

In Laudibus fit Commemoratio Octavæ S. Bernardini, & S. Eleutherii Papæ & martyris.

Vesperæ à Capitulo de die Octava S. Bernardini, ùt in primis Vesperis Festi, cum Commemor. præcedentis, & S. Joannis Papæ & martyris.

## DIE XXVII. MAII.

Octava S. Bernardini.

Duplex minus.

Omnia ùt in die Festo.

In Laudibus fit Commemor. S. Joannis Papæ & martyris.

In Vesperis fit Commemoratio sequentis Festi.

## DIE XXVIII. MAII.

Fit de S. Venantio martyre Semiduplex.

Vide Officium in Diurnali Romano, die 18. Maii.

Hymnus Vesperarum & Matutini junguntur sub una conclusione.

Vesperæ à Capitulo de sequenti, cum Commemoratione præcedentis.

## DIE XXIX. MAII.

Fit de S. Maria Magdalena de Pazzis virgine.

Semiduplex.

Pro Italia & Insulis adjacentibus Duplex.

Vide Officium in Diurnali Romano, die 25. Maii.

Vesperæ de sequenti, cum Commemoratione præcedentis, & S. Felicis Papæ & martyris.

## DIE XXX. MAII.

In festo B. Humilianæ de Chercis viduæ. Duplex.

Omnia de Communi nec Virgin. nec Mart. præter Orationem.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, dulcêdo córdium, & præmium Beatôrum, qui beâtam Humiliânam tuo amóre succénsam, suavíssima contemplatiônis dulcédine replevísti: concêde propítius; ut ejus méritis, & imitatiône tibi júgiter adhæréntes, tuæ celsitúdinis spéciem contemplári perpétuò mereâmur. Per Dóminum nostrum.

In Laudibus fit Commemoratio S. Felicis Papæ & mart.

Vesperæ de sequenti, Commemoratio præcedentis, & S. Petronillæ virginis.

## DIE XXXI. MAII.

In festo B. Joannis de Prado martyris.

Duplex majus.

Omnia de Communi Martyrum temporis Paschalis, vel unius Martyris extra tempus Paschale, præter Orationem.

Ora-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Oratio.

Deus, qui contra mahuméticam pravitâtem beâtum Joánnem Verbi tui præcônem eximium effecísti: concéde; ut sicut ipse pro tuæ Fídei dilatatiône Martyrii palmam méruit obtinére, sic nos ejus intercessióne, fidei nostræ præmia cónsequi mereâmur. Per Dóminum.

In Laudibus fit Commemoratio S. Petronillæ.

FESTA JUNII.

DIE III. JUNII.

In festo B. Andreæ ab Hyspello Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter Orationem.

Oratio.

Clementíssime Deus, qui beáti Andréæ Confessóris tui méritis, & intercessióne äëris serenitâtem, & plúviam poscéntibus tribuísti congruéntem; mentes nostras imbre tuæ grátiæ perfúnde, ut sórdibus peccatórum abstérsis, perpétua vultus tui hilaritâte pérfrui mereâmur. Per Dóminum nostrum.

DIE V. JUNII.

In festo B. Pacifici à Ceredano Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis j. loco.

In ij. Vesp. à Capitulo de sequenti, Commem. præcedentis.

DIE XII. JUNII.

In festo B. Guidi Cortonensis, Primi Ordinis, Confessoris. Duplex majus.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter ea, quæ sequuntur.

In ij. Vesperis S. Barnabæ fit Commemoratio S. Guidi, Aña. Similâbo eum. ℣. Amâvit. Oratio. Deus, qui nos. de eodem Communi, ut suprà.

Posteà SS. Martyrum Basilidis, Cyrini, &c.

In Hymno, Iste Conféssor, mutatur tertius Versus.

Et fit Commem. in Laudibus SS. Martyrum.

Vesperæ de sequenti, cum Commemoratione præcedentis.

DIE XIII. JUNII.

In festo S. Antonii de Padua Confessoris, Primi Ordinis. Duplex ij. Classis.

Ad Vesperas, Antiphona.

Gaudeat Ecclésia, quam in defunctórum sponsus ornat glória matrem filiórum. Psalmus. Dixit Dóminus, cum reliquis de Dominica, & loco ultimi, Psalm. Laudâte Dóminum omnes Gentes. Aña. Sapiénte filio pater gloriâtur, hoc & in António dignè commendâtur. Aña. Qui dum sapiéntiam sǽculi calcâvit, prudens summi glóriam Patris exaltâvit. Aña. Augustíni primitùs régulæ subjéctus, sub Francísco pénitùs mundo fit adjéctus. Antiphona. Quorum vitam móribus hic profitebâtur, gloriósis pátribus jam congloriâtur.

Capitulum. *Sap. 7.*

Optávi, & datus est mihi sensus: & invocávi, & venit in me spíritus sapiéntiæ,

&



& præpósui illam regnis & sédibus, & divítias nihil esse duxi in comparatióne illius.

Hymnus.

En gratulémur hódiè
Christo Regi jucúndiùs,
In cujus aula glóriæ
Jam júbilat Antónius.
Francisci Patris æmulus,
Sic illi se contémperat,
Ut fonte manans rivulis
Aquas vitæ circumferat.
Longè latèque diffluit,
Sitíque mortis áridos
Verbo salútis ímbuit,
Dans rore sacros vívidos.
Hic Stigmatum qui bájulo
Patri natus innititur,
Dum prædicat de título,
Confixus ille cérnitur.
Sub tanto duce militans,
Vincéndo se non vincitur,
Duci miles cohábitans,
Jam bello non concútitur.
Nos in campo certáminis,
Patrum zelántes glóriam,
Hic sub re nostri nóminis
Vincâmus ignomíniam.
Præstet hoc Nati Genitor,
Hoc Genitóris Génitus,
Ac par utrique Cónditor
Paráclitus hoc Spíritus.
Amen.

℣. Ora pro nobis beáte Antóni.
℟. Ut digni efficiâmur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

O proles Hispániæ, pavor infidélium, nova lux Itáliæ, nóbile depósitum urbis Paduánæ, fer, Antóni, grátiæ Christi patrocínium, ne prolápsis véniæ tempus breve créditum défluat inâne.

Oratio.

Ecclésiam tuam, Deus, beáti Antónii Confessóris tui solémnitas votiva lætíficet: ut spirituálibus semper muniâtur auxíliis, & gáudiis pérfrui mereâtur ætérnis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Fit Commemoratio B. Guidi, Antiphona. Hic vir despíciens. ℣. Justum dedúxit, ut suprà.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Jam Christum chorus húmilis alácriùs in júbilo colláudet, * In quo sacérdos nóbilis Antónius de veritáte gaudet. Psalmus. Venite, exultémus.

Hymnus.

Laus Regi plena gáudio:
Qui merces militántium,
Seipsum dat António,
Militiæ stipéndium.
Antóni vir egrégie,
Qui tuæ, quam prænóveras
Hic vivens arrhas glóriæ,
Christum videns, accéperas.
Pro te digna, dum móreris,
Natórum fit commótio,
Margaritæ, non fúneris
Cujus fias prossessio.
Hujus honórem glóriæ
Prædíxeras in Pádua
Quæ tantis in te grátiis
Manet donis irrigua.
Per te Pater cum Filio,
Consolatórque Spíritus,
A criminis contágio
Nos hic emúndet fúnditùs.
Amen.

In primo Nocturno, Aña.

Quasi secus álveum rivuli plan-

D tatus

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®

tâtus, fructum temporáneum dedit hic beâtus. Psalm. Beâtus vir. cum reliquis de Communi Confessoris non Pontificis Antiphona. Monte Sion prædicat Dómini præcéptum, & taléntum dúplicat cœlitùs accéptum. Psalmus. Quare fremuérunt. Antiphona. Cónterit miráculis peccatôrum dentes, sponsum Christi pátulis ríctibus mordéntes. Psalmus. Dómine, quid multiplicâti sunt. ℣. Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum. ℟. Stolam glóriæ índuit eum.

In secundo Nocturno, Aña.

Grave cor quæréntium nugas, vanitâtem, discit per Antónium vitæ veritâtem. Psalmus. Cum invocârem. Aña. Contra virum sánguinum clamat & dolôsum, quòd hoc genus hóminum Deo sit exôsum. Psalm. Verba mea. Antiphona. Laus perfécta prófluit ex lacténtis ore, in quo Christus déstruit hostem cum ultôre. Psalmus. Dómine Dóminus noster. ℣. Os justi meditábitur sapiéntiam. ℟. Et lingua ejus loquêtur judícium.

In tértio Nocturno, Aña.

Gaude quondam sæculi tránsiens viâtor, summi tabernáculi nunc inhabitâtor. Psalm. Dómine, quis habitâbit. Antiphona. Nobis fac propítium, à quo recepisti cordis desidérium, vitam quam petisti. Psalmus. Dómine in virtûte. Antiphona. Duc in montem Dómini: ora nos, Antóni, junctos Deo hómini loco sancto poni. Psalm. Dómini est terra. ℣. Lex Dei ejus in corde ipsius. ℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

DOmus ab António supra petram Dóminum pósita perstâbit, quam maris elátio, fluctus, seu vox flúminum ultrà non turbâbit. Psalm. Dóminus regnâvit. cum reliquis de Psalterio. Antiphona. Lætus tuo júbilat in conspéctu Dómine, quò jam introivit, lumen, quod es, símilat hunc tibi, qui lúmine frúitur, quo vivit. Antiphona. Totus in te sitiens, Deus ad te vígilans éxtitit de luce: tu fons indefíciens, tu lux illi rútilans, qui sitis in Cruce. Aña. Cœli, terræ, márium, benedícant Dóminum cunctæ creatúræ: qui tot per Antónium signis auget hóminum vitæ spem futúræ. Antiphona. Sono tubæ, týmpano, cíthara, psaltério, cymbalísque Deum, choro, chordis, órgano, laudet in António mysticè cor meum.

Capitulum. *Sap. 7.*

OPtávi, & datus est mihi sensus: & invocávi, & venit in me spíritus sapiéntiæ: & præpósui illam regnis, & sédibus: & divítias nihil esse duxi in comparatiône illíus.

Hymnus.

JEsu lux vera méntium,
Nos illústra dilúculo,
Tot signis per Antónium
Opáco fulgens sæculo.

Hic nautis in naufrágio
Signo salûtis ádfuit,
Quibus sub lucis rádio
Viæ ducâtum præbuit.

Hæréticum lux fídei
Signo purgat, dum jácitur
Ab alto, vasis vítrei
Fragílitas non frángitur.

Irrisor lucis grátiæ
Signôrum languet cléricus:
Post votum surgens, glóriæ
Sancti fit testis públicus.

Per hunc nos Pater lúminum,
Signes, & lux de lúmine,
Illustratóris hominum
Cum Spíritus munímine.
Amen.

℣. Ora pro nobis beâte Antóni.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Benedictus, Antiphona.

Gaude felix Pádua, quæ thesáurum póssides, cujus in altário dignum fore lóculum vísio monstrâvit: tu signis irrígua, tot in tuo próvidens míseris António, serva rei títulum, quæ sic te ditâvit: sed tu nos ad árdua, Pater, his qui præsides, quorum es possesio, transfer, quos hic vínculum mortis inclinâvit.

Oratio.

ECclésiam tuam, Deus, beáti Antónii Confessóris tui solémnitas votiva lætíficet: ut spirituálibus semper muniátur auxíliis, & gáudiis perfrui mereâtur ætérnis. Per Dóminum nostrum.

Ad Tertiam, Antiphona.

Lætus tuo júbilat.

Capitulum. Optávi, & datus est mihi. ut suprà. 50.



℟. br. Amâvit eum Dóminus, * Et ornâvit eum. Amâvit. ℣. Stolam glóriæ índuit eum. Et ornâvit. Glória Patri. Amâvit eum. ℣. Os justi meditábitur sapiéntiam. ℟. Et lingua ejus loquêtur judícium.

Ad Sextam, Antiphona.

Totus in te sitiens.

Capitulum. *Sap. 7. b*

VEnérunt autem mihi ómnia bona páriter cum illa, & innumerábilis honéstas per manus illíus, & lætâtus sum in ómnibus: quóniam antecedêbat me ista sapiéntia, & ignorâbam, quóniam horum ómnium mater est, quam sine fictiône dídici, & sine invídia commúnico, & honestâtem illíus non abscóndo.

℟. br. Os justi, * Meditábitur sapiéntiam. Os justi. ℣. Et lingua ejus loquêtur judícium. Meditábitur. Glória Patri. Os. ℣. Lex Dei ejus in corde ipsius. ℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

Ad Nonam, Antiphona.

Sono tubæ.

Capitulum. *Sap. 7. b.*

MIhi autem dedit Deus dícere ex senténtia, & præsúmere digna horum quæ mihi dantur: quóniam ipse sapiéntiæ dux est, & sapiéntium emendâtor.

℟. br. Lex Dei ejus, * In corde ipsius. Lex Dei. ℣. Et non supplantabúntur gressus ejus. In corde. Glória Patri. Lex Dei. ℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

In ij. Vesperis, Aña. Domus ab António. cum reliquis de Laudibus. 50. Psalmi, Capitulum, Hymnus & ℣. ùt in primis Vesperis. 48.

Ad Magnificat, Antiphona.

O Jesu perpétua lux, tot in António signis dans splendórem, de quo non incóngrua nobis gloriátio tibi dat honórem: Grátia per hunc tua nos in vase próprio ferre da liquórem, lámpade non vácua lumen det opínio, cháritas ardórem: frustrà virgo fátua glórians in álio quæret venditórem.

Oratio.

Ecclésiam tuam, Deus, beáti Antónii Confessóris tui solémnitas votiva lætíficet: ut spirituálibus semper muniátur auxíliis, & gáudiis pérfrui mereátur ætérnis. Per Dóminum.

Deindè fit Commemoratio S. Basilii.

### DIE XIV. JUNII.

Secunda die infra Octavam S. Antonii Confessoris.

Fit de S. Basilio Magno, Episcopo, Confessore, & Ecclesiæ Doctore. Duplex minus, cum Commemorat. Octavæ S. Antonii, cui in secundis Vesperis additur Commemoratio SS. Viti & Sociorum martyrum.

### DIE XV. JUNII.

Tertia die infra Octavam sancti Antonii Confessoris.

Fit de S. Joanne à S. Facundo Confessore.

Duplex.

Omnia ùt in Diurnali Romano. Vide 12. hujus, cum Commemorat. Octavæ, & SS. Viti & Sociorum martyrum.

In secundis Vesperis fit Commemoratio Octavæ.

### DIE XVI. JUNII.

Quarta die infra Octavam sancti Antonii.

### DIE XVII. JUNII.

Quinta die infra Octavam sancti Antonii.

Vesperæ de sequenti, cum Commem. Octavæ S. Antonii, Antiphona. O Jesu perpétua lux. ℣. Ora pro nobis. Oratio ùt suprà. Nec non SS. Marci & Marcelliani martyrum.

### DIE XVIII. JUNII.

Sexta die infra Octavam sancti Antonii.

In festo Translationis S. Elzearii, Tertii Ordinis.

Duplex minus.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, primo loco, præter ea, quæ sequuntur.

In Hymno. Iste Confessor. dicatur, Méruit suprémos Laudis honóres.

Oratio.

Deus, qui beátum Elzeárium Confessórem tuum, inter cétera virtútum insignia, virgináli pudicítia in conjúgio decorásti: concéde propítius; ut cujus Translatiónem celébriter venerámur in terris, ejus beáta consórtia felíciter consequámur in cœlis. Per Dóminum.

In Laudibus fit Commemor. S. Antonii, Aña. Gaude felix Pádua, quæ thesáurum póssides, cujus in altário dignum fore lóculum vísio monstrávit: tu signis írrigua, tot in tuo próvidens míseris António, serva rei títulum, quæ sic te ditávit: sed tu nos ad árdua, Pater, his qui præsides, quorum es posséssio, transfer, quos hìc vínculum mortis inclinávit.

℣. & Oratio. ùt suprà. 52.

Posteà SS. Marci & Marcelliani martyrum.

In ij. Vesperis fit à Capitulo de seq. Comm. Oct. S. Antonii, Antiphona. O Jesu perpétua lux, tot in António signis dans splendórem, de quo non incóngrua nobis gloriátio tibi dat honórem. Grátia per hunc tua nos in vase próprio ferre da liquórem, lámpade non vácua lumen det opínio, cháritas ardórem: frustrà virgo fátua glórians in álio quæret venditórem. ℣. & Oratio ùt suprà. 52.

Dindè SS. Gervasii & Protasii martyrum.

### DIE XIX. JUNII.

Septima die infra Octavam S. Antonii Confessoris.

In festo B. Michelinæ viduæ.

Duplex.

Omnia de Communi nec Virg. nec Mart. præter Orationem.

Oratio.

Deus, qui beátam Michelínam à terrénis solútam afféctibus ad amórem tuum dispositióne admirábili transtulísti: tríbue nobis, quæsumus; ut ejus méritis, & imitatióne à nóxiis cupiditátibus expedíti, quæ tibi sunt plácita, líberis méntibus exequámur. Per Dóminum.



In Laudibus fit Commemoratio Octavæ & SS. Gervasii & Protasii mart.

In ij. Vesperis à Capitulo de sequenti.

### DIE XX. JUNII.

In Octava S. Antonii.

Duplex minus.

Ad Vesperas, à Capitulo omnia ùt in primis Vesperis Festi.

Et fit Commemoratio S. Silverii Papæ & martyris, etiam in Laudibus.

In Vesperis Comm. sequent.

### DIE XXI. JUNII.

Fit de S. Juliana de Falconeriis virgine. Semiduplex.

Omnia ùt in Diurnali Romano sub 19. hujus.

In ij. Vesperis fit Commemoratio S. Paulini Episcopi.

### DIE XXVII. JUNII.

Quarta die infra Octavam S. Joannis Baptistæ.

Fit de B. Benevenuto Confessor. Primi Ordinis.

Duplex majus.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis ij. loco.

In j Vesperis fit Commemoratio SS. Joannis & Pauli martyrum, & Octavæ Nativitatis S. Joannis Baptistæ.

In ij. Vesperis fit Commem. S. Leonis Papæ, & Octavæ Nativitatis S. Joannis Baptistæ.

## FESTA JULII.

### DIE VIII. JULII.

In festo S. Elisabeth viduæ, Reginæ Portugalliæ, Tertii Ordinis.

Duplex majus.

Omnia ùt in Diurnali Romano.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

In ij. Vesperis à Capitulo fit de sequenti, cum Commemoratione S. Elisabeth.

## DIE IX. JULII.

In festo BB. Martyrum Gorcomiensium, Primi Ordinis.

Duplex majus.

Omnia de Communi plurimorum Martyrum, præter sequentia.

Oratio.

Deus, qui beatórum Mártyrum tuórum, Nicolái & Sociórum ejus, gloriósum pro Fide tua certámen æternitátis láurea decorásti: concéde propítius; ut eórum méritis & imitatióne certántes in terris, cum ipsis coronári mereámur in cœlis. Per Dóminum nostrum.

Deindè fit Commemoratio S. Elisabeth, Aña. Elísabeth pacis. ℣. Ora pro nobis.

Oratio. Clementíssime Deus ùt in Diurnali.

In ij. Vesperis fit Commemoratio sequentis festi.

## DIE XIV. JULII.

In festo S. Bonaventuræ Episcopi, Confessoris & Ecclesiæ Doctoris, Primi Ordinis.

Duplex ij. Classis.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter ea, quæ sequuntur.

In utrisque Vesp. & Laudib. ℣. Ora pro nobis beáte Bonaventúra. ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat in utrisque Vesperis, Antiphona. O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beáte Bonaventúra, divínæ legis amátor, deprecáre pro nobis Filium Dei.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiæ tuæ beátum Bonaventúram Confessórem tuum atque Pontíficem, doctórem mirábilem tribuísti: concéde propítius; ut apud te hunc pium semper intercessórem habére mereátur. Per Dóminum.

Et non fit Commemoratio S. Anacleti.

Ad Benedictus, Antiphona. O Doctor Seráphice: ô Póntifex mirífice: Tu nostræ milítiæ Pastor, & cláritas, divínis ardóribus transformátus es áctibus: Christi passi spécie vexit te cháritas: in te signis rádians, in te miránda ámplians requiévit spíritus devotórum: tuis adsta pósteris, Pater, próvide míseris, nam incréscunt gémitus servórum tuórum.

Oratio ùt suprà.

In Vesperis fit Commemoratio S. Henrici Imperatoris Confessoris.

## DIE XV. JULII.

Secunda die infra Octavam S. Bonaventuræ.

Fit de S. Henrico Imperatore Confessore, Semiduplex, cum Commemoratione S. Bonaventuræ in Laudibus.

Vesperæ de Sequenti, cum Commemoratione præcedentis & Octavæ.

## DIE XVI. JULII.

Tertia die infra Octavam S. Bonaventuræ.

Fit de Festo B. M. V. de Monte Carmelo, ùt in Diurnali Romano. In Laudibus Commemoratio Octavæ.



In secundis Vesperis fit Commemoratio S. Alexii Confessoris, & Octavæ S. Bonaventuræ.

## DIE XVII. JULII.

Quarta die infra Octavam S. Bonaventuræ.

Fit de S. Aletio Confessore. Semiduplex.

In Laudibus fit Commemoratio Octavæ S. Bonaventuræ, Antiphona. O Doctor Seráphice. ℣. Ora pro nobis.

Vesperæ de sequenti, Commemor. S. Alexi, Octavæ, & SS. Symphorosæ, & septem Filiorum martyrum.

## DIE XVIII. JULII.

Quinta die infra Octavam S. Bonaventuræ.

In festo B. Simonis de Lipnica Confessoris, Primi Ordinis.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter Orationem.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui beátum Simónem Confessórem tuum Evangélicæ prædicatiónis grátia sublimásti: concéde propítius; ut ejus salutáris doctrínæ pábulo nutríti, quæ tibi sunt plácita exequéntes, per sémitas justítiæ ad cœléstem pátriam felíciter pervenire valeámus. Per Dóminum nostrum.

In Laudibus fit Commemoratio Octavæ, & SS. Symphorosæ, &c. martyrum.

Vesperæ à Capitulo de sequenti, cum Commemoratione præcedentis & Octavæ.

## DIE XIX. JULII.

Sexta die infra Octavam S. Bonaventuræ.

In festo B. Joannis de Dukla Confessoris, Primi Ordinis.

Duplex minus.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter Orationem.

In Hymno. Iste Conféssor, mutatur tertius Versus.

Oratio.

Deus, qui beátum Joánnem Confessórem tuum exímiæ humilitátis, & patiéntiæ donis decorásti: concéde propítius; ut ejúsdem imitántes exémpla, consequámur & præmia. Per Dóminum nostrum.

In Laudibus fit Commemoratio Octavæ.

In ij. Vesperis à Capitulo de sequenti, Commemoratio præcedentis, & Octavæ.

Apud Moniales Vesperæ de sequenti, Commemoratio præcedentis, & Octavæ.

## DIE XX. JULII.

Septima die infra Octavam S. Bonaventuræ.

In festo S. Margaritæ virginis & martyris.

Duplex minus.

Pro Monialibus autem, Duplex majus.

Omnia de Communi Virginum & Martyrum.

Oratio. Indulgéntiam.

Fit Commemoratio Octavæ S. Bonaventuræ in Laudibus.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

In ij. Vesperis fit à Capitulo de Octava S. Bonaventuræ, cum Commemorat. S. Margaritæ ac S. Praxedis virginis, Antiphona. Simile est regnum. ùt in Laudibus.

Apud Moniales in Vesperis Commemoratio sequentis, &c. ùt suprà.

## DIE XXI. JULII.

Octava S. Bonaventuræ.

Omnia ùt in die Festo.

In Laudibus fit Commemoratio S. Praxedis virginis, Antiphona. Veni Sponsa.

Vesperæ à Capitulo de S. Maria Magdalena, cum Commemoratione diei Octavæ S. Bonaventuræ.

## DIE XXIV. JULII.

In festo S. Francisci Solani Confessoris, Primi Ordinis.

Duplex ij. Classis, cum Octava.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter Orationem.

℣. Ora pro nobis. in utrisque Vesperis & Laudibus per Octavam.

Oratio.

Deus, qui plúrimas Américæ gentes per beâtum Franciscum ad sinum Ecclésiæ perduxísti, ejus méritis, & précibus indignatiônem tuam à peccátis nostris avérte, & in gentes, quæ te non cognovérunt, timôrem nóminis tui benígnus immitte. Per Dóminum nostrum.

In primis Vesperis fit Commemoratio sancti Apollinaris tantùm.

In Laudibus fit Commemoratio de Vigilia S. Jacobi Apostoli, & S. Christinæ virginis & martyris.

Vesperæ de sequenti, cum Commemoratione præcedentis tantùm.

## DIE XXV. JULII.

Secunda die infra Octavam S. Francisci Solani.

Fit de S. Jacobo Apostolo.

Omnia ùt in Diurnali Romano.

## DIE XXVI. JULII.

Tertia die infra Octavam S. Francisci Solani.

Fit de S. Anna Matre B.M.V.

Duplex majus.

Omnia ùt in Diurnali Romano, cum Commemoratione Octavæ in Laudibus.

In secundis Vesperis fit Commemoratio sequentis, Octavæ, & S. Pantaleonis martyris.

## DIE XXVII. JULII.

Quarta die infra Octavam S. Francisci Solani.

In festo S. Cunegundis virginis, Ordinis sanctæ Claræ.

Duplex minus.

Omnia de Communi Virginum primo loco.

Oratio.

Deus, qui beâtam Cunegúndem dulcédinis tuæ benedictiónibus prævenísti, ac vírginem étiam in conjúgio conservásti: præsta quæsumus; ut, ipsa intercedénte, per vitæ puritâtem tibi júgiter adhærêre, & per ejus vestígia gradiéntes ad te pervenire felíciter mereâmur. Per Dóminum.





In Laudibus fit Commemoratio Octavæ, & S. Pantaleonis martyris.

In ij. Vesperis fit Commemoratio sequentis, & Octavæ.

## DIE XXVIII. JULII.

Quinta diæ infra Octavam S. Francisci Solani.

Fit de Sanctis Nazario & Sociis martyribus.

Semiduplex.

Omnia ùt in Diurnali Romano, cum Commemortione Octavæ in Laudibus.

In ij. Vesperis à Capitulo de sequenti, Commemoratio præcedentis, Octavæ, & SS. Felicis, &c. martyrum.

## DIE XXIX. JULII.

Sexta die infra Octavam S. Francisci Solani.

Fit de S. Martha virgine.

Semiduplex

Omnia ùt in Diurnali Romano, cum Commemoratione Octavæ, & S. Felicis, &c. martyrum in Laudibus.

In secundis Vesperis à Capitulo de sequenti, Commemoratio præcedentis, & SS. Abdon, &c. martyrum.

## DIE XXX. JULII.

Septima die infra Octavam S. Francisci Solani.

Fit de S. Vincentio à Paulo Confessore. Duplex.

Vide Officium in Diurnali Romano 19. hujus.

In Laudibus fit Commemor. Octavæ, & SS. Abdon, &c. martyrum.

Vesperæ à Capitulo de die Octava sancti Francisci Solani, ùt in primis Vesperis Festi, cum Commemoratione præcedentis.

## DIE XXXI. JULII.

Octava sancti Francisci Solani.

Duplex minus.

Omnia ùt in die Festi.

# FESTA AUGUSTI.

## DIE II. AUGUSTI.

Festum Consecrationis Ecclesiæ S. Mariæ Angelorum.

Duplex majus.

Omnia de Communi Dedicationis Ecclesiæ.

Vesperæ integræ de Consecratione Ecclesiæ S. Mariæ, cum Commemoratione prima de S. Petro, secunda de S. Paulo, tertia de S. Stephano Papa & martyre.

In Laudibus fit Commemor. S. Stephani Papæ & martyris.

In Vesperis Commemoratio S. Stephani Proto-martyris.

## DIE IV. AUGUSTI.

In festo S. Dominici Confessoris. Duplex ij. Classis.

Omnia ùt in Diurnali Romano.

In primis Vesperis non fit Commemoratio Inventionis S. Stephani.

In ij. Vesperis fit Commemoratio sequentis Festi.

## DIE V. AUGUSTI.

Secunda die infra Octavam Sancti Dominici.

Fit de sancta Maria ad Nives.

In Laudibus fit Commemoratio Octavæ S. Dominici.

Vesperæ de sequenti, Commemoratio præcedentis, & Octavæ sancti Dominici, & SS. Xysti Papæ, Felicissimi & Agapiti martyrum.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

**DIE VI. AUGUSTI.**

Tertia die infra Octavam S. Dominici.

Fit de festo Transfigurationis Domini.

In Laudibus fit Commemoratio S. Dominici, & SS. martyrum Xysti Papæ, Felicisimi, & Agapiti Mart.

In Vesperis Commemoratio sequentis Festi, sancti Dominici, & sancti Donati Episcopi & martyris.

**DIE VII. AUGUSTI.**

Quarta die infra Octavam S. Dominici.

Fit de S. Cajetano Confessore. Duplex minus.

In Laud. fit Commem. S. Dominici, ℣. Amâvit. & S. Donati.

In Vesp. fit Comm. sequentis, & S. Dominici, ℣. Amâvit.

**DIE VIII. AUGUSTI.**

Qainta die infra Octavam S. Dominici.

Fit de SS. Martyribus Cyriaco, Largo & Smaragdo. Semiduplex.

In Laudibus fit Commemoratio S. Dominici.

Vesperæ de sequenti, Commem. præcedentis, & Octavæ, ac S. Romani martyris.

**DIE IX. AUGUSTI.**

In Vigilia sancti Laurentii martyris.

Sexta die infra Octavam S. Dominici.

Fit de S. Ignatio Confessore, fuit 31. Julii, ut in Diurnali Romano. In Laudibus Commemoratio Octavæ, Aña. Similâvo. ℣. Amâvit. Vigiliæ, & sancti Romani martyris.

Vesperæ de sequenti, Commemoratio præcedentis.

**DIE X. AUGUSTI.**

Fit de sancto Laurentio mart.

In secundis Vesperis Commemoratio diei Octavæ S. Dominici, & SS. Tiburtii & Susannæ martyrum.

**DIE XI. AUGUSTI.**

Octava sancti Dominici. Duplex minus.

In Laudibus Commemoratio Octavæ S. Laurentii, & Sanctorum Tiburtii & Susannæ martyrum.

Vesperæ de sequenti Festo, sine ulla Commemoratione.

**DIE XII. AUGUSTI.**

In festo S. Claræ virginis omnium Clarissarum Institutricis.

Duplex j. Classis.

Ad Vesperas, Antiphona.

JAm sanctæ Claræ cláritas splendôre mundi cárdines mirificè complêvit, cujus perfécta sánctitas in devótas propágines velóciùs excrêvit. Psalmus. Dixit Dóminus. cum reliquis de Communi Virginum. Aña. Mundi totius glóriam, ut Christum lucrifáceret, vile quid arbitrâta: finibilem lætitiam, ne infinitam pérderet, semper est aspernâta. Aña. Hæc in patérnis láribus puélla sacris móribus agébat cœlibâtum, quam prædocêbat únctio sine magistro médio cor Christo dare gratum. Aña. Sacra spirat infántia magni Regis connúbia virtûte promerêri: moxque Francísci stúdia sectâtur, & in grátia conâtur exercéri. Antiphona. Hanc & Papa Gregórius fovit, & Innocéntius Patrum more piôrum, quam Alexánder ínclytus adscrípsit motus cœlitùs catálogo Sanctòrum.

Capitulum. 2. Cor. 10. b

FRatres, Qui gloriâtur, in Dómino gloriêtur: non enim, qui seipsum commendat ille probâtus est, sed quem Deus comméndat.

Hymnus.

COncinat plebs fidélium
Virginâle præcónium,
Matris Christi vestígium,
Et novitâtis gáudium.

Páuperum primogénita,
Dono cœlésti prædita,
Obtinet supra mérita
Præmia vitæ réddita.

Novum sidus emícuit,
Candor lucis appáruit,
Nam lux, quæ lucem ínfluit
Claram clarêre vóluit.

Claris orta natálibus,
Necdum relíctis ómnibus,
Vacat plenis affectibus
Pietâtis opéribus.

Sub paupertâtis régula,
Patris Francísci férula,
Clara Christi discípula
Luce respérsit sǽcula.

Mundus & caro vincitur,
Matri Christi connéctitur,
Christo prorsùs innítitur,
Páuperem pauper séquitur.

Spretis nativo gênere
Carnis & mundi fœdere,
Cláuditur velut cárcere,
Dives supérno múnere.

Cláuditur velut túmulo,
Nequam subdúcta sǽculo:
Patet in hoc ergástulo
Solùm Dei spectáculo.

Tégmina carnis vília,
Urgens famis inédia,
Arcta quoque jejúnia
Præstant orándi spátia.

Vírginis hujus mérito,
Laus patri sit ingénito,
Glória Unigénito,
Virtus summa Paráclito.
Amen.

℣. Ora pro nobis beâta Clara.
℟. Ut digni efficiâmur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

Duce cœlésti Númine, matre favénte vírgine, Clara re, Clara nómine, spreto patérno límine, spreto nativo sánguine, est in Sanctôrum lúmine, ac Beatôrum ágmine, glória tibi Dómine.

Oratio.

FAmulos tuos, quæsumus Dómine, beátæ vírginis tuæ Claræ votiva natalítia recenséntes, cœléstium gaudiôrum sua fácias interventiône partícipes, & tui Unigéniti coherédes. Qui tecum vivit.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regi, qui carnem induit, sit laus cordis & oris: * Cujus in Clara cláruit perfécti vis amôris. Psalm. Venite, exultêmus.

Hymnus.

GEnerat virgo filias
Mentis matérnæ cónscias,
Christi sponsas & sócias,
Corruptiônis ínscias.

Clarum nomen effúnditur,
Sanctum nomen exténditur,
Facto doctrina próditur,
Virtus divina pánditur.

Con

Construúntur cœnóbia
Vasti per orbis spátia,
Crescit Sorórum cópia,
Claret matris notítia.
Déficit virtus córporis
Morbo prolíxi témporis,
Sumit, augménum róboris,
Virtus sacráti péctoris.
Tandem languóre prémitur,
Læta nimis egréditur,
Dies extréma cláuditur,
Spíritus cœlo rédditur.
Te prosequéntes láudibus
Piis favéto précibus,
Adésto postulántibus
Tuis virgo supplícibus.
Vírginis hujus mérito
Laus Patri sit ingénito,
Glória Unigénito,
Virtus summa paráclito.
Amen.

In primo Nocturno, Aña.

Hæc una de prudéntibus præfúlsit virgo prudens, in annis puellaribus Christo placére studens. Psalmus. Dómine Dóminus noster. cum reliquis de Communi Vírginum. Antiphona. Excélsi servus vírginem Franciscus incitávit, amáre Deum Hóminem, quam amor humanávit. Psalm. Cœli enárrant. Antiphona. Cuncta pro Christi nómine contémnens, crine tonso, coram altári Dóminæ nubit ætérno Sponso. Psalm. Dómini est terra. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, próspere procéde, & regna.

In secundo Nocturno, Aña.

Obláta per Gregórium refútat possidére: nihílque transitórium cum Christo vult habére. Psalmus. Eructávit. Antiphona. Parat magístra vásculum, ut óleum quærátur: mox veró per miráculum vas plenum cœlo datur. Psalmus. Deus noster refúgium. Antiphona. Hortátur hæc; ut páuperes páuperis matris natæ, nequáquam sint degéneres à matris paupertáte. Psalmus. Magnus Dóminus. ℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio ejus, non commovébitur.

In tertio Nocturno, Aña.

Cor verbis sapiéntiæ medúllitùs appónit, cùm prædicátor grátiæ verba vitæ propónit. Psalmus. Cantáte. j. Antiphona. Trahit de testa núcleum, de líttera sapórem, de petra sugens óleum, de spina legens florem. Psalmus. Dóminus regnávit, exúltet. Antiphona. Format Clara discípulas cœlésti disciplína: cujus est ad juvénculas convíctus pro doctrína. Psalmus. Cantáte. ij. ℣. Elégit eam Deus, & præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

AD LAUDES,
& per Horas, Antiphona.

Post vitæ Claræ términum, Clara cum turba vírginum ad cœlos evolávit: suum compléxa Dóminum, regnat in regno lúminum, quo Dóminus regnávit. Psalmus. Dóminus regnávit. cum réliquis. Antiphona. Agnes ad Agni núptias, & ætérnas delícias, post Claram evocátur: ubi per Sion fílias, post tránsitas misérias, ætérnè jubilátur. Aña. Sicut soróre prævia Christi passi vestígia sectátur gaudens Cruce: sic dum hæc signis rútilat, Agnes post ipsam vígilat, Deus, ad te de luce. Antiphona. Honóret Christi déxtera, per sanitátum múnera, vírginis mausoléum: sanat morbos & vúlnera, ut benedícant ópera, quæ fecit Deus, Deum. Aña. Laudans laudáre stúdeat, in laudem semper pródeat plebs ista Salvatóris, quam tanta ditat sánctitas, non cesset ipsa cívitas à laude Conditóris.



Capitulum. 2. *Cor.* 10. *d*

Fratres, Qui gloriátur, in Dómino gloriétur: non enim, qui seipsum comméndat, ille probátus est, sed quem Deus comméndat.

Hymnus.

O Clara luce clárior,
Lucis ætérnæ fília;
Dies ista solémnior
Tua colit solémnia.
Vitæ labéntis gáudia
Spernéndo, Christum séqueris
Pascéntem inter lília:
Tuque cum Christo pásceris.
Custos sacrárum Vírginum,
Omni virtúte prævia,
Ducis ad sponsum Dóminum
Puellárum collégia.
Francisco duce mílitans
Evíncis trina prælia:
Carnem namque suppéditas,
Mundum, atque dæmónia.
Jam jam in regno lúminum
Patri conrégnas fília:
Da te sequéntum ágminum
Recta fore vestígia.
Sit Patri, Nato, Flámini
Decus, honor, & glória:
Nosque comméndent Númini
Sanctæ Claræ suffrágia.
Amen.

℣. Ora pro nobis beáta Clara.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Benedictus, Antiphona.

Novum sidus emícuit, candor lucis appáruit: lux claritátis ádfuit, cœli spléndor enítuit: nam lux, quæ lucem ínfluit, Claram claráre vóluit.

Oratio.

Fámulos tuos, quæsumus Dómine, beátæ Vírginis tuæ Claræ votíva natalítia recenséntes, cœléstium gaudiórum sua fácias interventióne partícipes, & tui Unigéniti coherédes. Qui tecum vivit.

Ad Tertiam, Antiphona

Agnes ad Agni núptias.

Capitulum. Fratres, Qui gloriátur. ùt suprà.

℟. br. Spécie tua, * Et pulchritúdine tua. Spécie tua. ℣. Inténde, próspere procéde, & regna. Et pulchritúdine. Glória Patri. Spécie tua. ℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo. ℟. Deus, in médio ejus, non commovébitur.

Ad Sextam, Antiphona.

Sicut soróre prævia.

Capitulum. 2. *Cor.* 11.

Æmulor enim vos Dei æmulatióne, despóndi enim vos uni viro vírginem castam exhibére Christo.

℟. br.

℟. br. Adjuvâbit eam, * Deus vultu suo. Adjuvâbit. ℣. Deus, in médio ejus, non commovébitur. Deus. Glória Patri. Adjuvâbit. ℣. Elêgit eam Deus & præelêgit eam. ℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.

Laudans laudáre stúdeat.

Capitulum. *Sap.* 4.

O Quàm pulchra est casta generátio cum charitáte! immortális est enim memória illíus: quóniam apud Deum nota est, & apud hómines.

℟. br. Elêgit eam Deus, * Et præelêgit eam. Elêgit. ℣. In tabernáculo suo habitáre facit eam. Et præelêgit. Glória Patri. Elêgit. ℣. Diffûsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptérea benedixit te Deus in ætérnum.

In secundis Vesperis Antiphona. Post vitæ. cum reliquis de Laudibus. 60. Psalmi, Capitulum, & Hymnus ut in primis Vesperis. 58.

℣. Ora pro nobis beáta Clara. ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

Salve sponsa Dei, virgo sacra, planta Minórum. Tu vas munditiæ, tu prævia forma Sorórum, Clara tuis précibus duc nos ad regna polórum.

Oratio ut suprà. 61.

## DIE XIII. AUGUSTI.

Secunda die infra Octavam S. Claræ.

In Vesperis fit Commemoratio sancti Laurentii martyris.

In Laudibus fit Commemor. Octavæ sancti Laurentii martyris, & Sanctorum Hippolyti, & Cassiani martyrum.

In ij. Vesperis fit Commemoratio Octavæ S. Laurentii, & S. Eusebii Confessoris.

## DIE XIV. AUGUSTI.

In Vigilia Assumptionis B. Mariæ Virginis.

In Laudibus fit Commemoratio S. Laurentii, Vigiliæ, & S. Eusebii Confessoris.

## DIE XV. AUGUSTI.

In festo Assumptionis B. Mariæ virginis sine ulla Commemoratione in primis Vesperis, & Laudibus.

In secundis Vesperis fit Commemoratio sancti Rochi Confessoris tantùm, ut infra.

## DIE XVI. AUGUSTI.

In festo S. Rochi Confessoris. Tertii Ordinis. Duplex majus.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis.

Pro Commemoratione, Antiphona. Similábo.

Oratio.

DEus, qui beáto Rocho per Angelum tuum, tábulam eidem afferéntem, promisisti, ut qui ipsum invocáverit, à nullo pestis cruciátu læderétur: præsta quæsumus, ut qui ejus memóriam ágimus, ipsíus méritis & précibus à mortífera peste córporis & ánimæ liberêmur. Per Dóminum.

In Laudibus fit Commemoratio Octavæ Assumptionis, & Octavæ S. Claræ, nec non S. Laurentii.

In ij. Vesperis fit Commemora-



moratio diei Octavæ S. Laurentii, ut in primis Vesperis Festi, & Octavarum Assumptionis, ac S. Claræ.

## DIE XVII. AUGUSTI.

Octava S. Laurentii, cum Commemoratione Octavarum Assumptionis, & S. Claræ.

Vesperæ de sequenti, cum Commemoratione diei Octavæ S. Laurentii.

Deindè Octavarum Assumptionis, & S. Claræ, ac S. Agapiti martyris.

## DIE XVIII. AUGUSTI.

In festo B. Claræ de Monte Falco virginis. Duplex majus.

Omnia de Communi Virginum. Oratio. Exáudi nos.

In Laudibus fit Commemoratio Octavæ Assumptionis, sanctæ Claræ, & S. Agapiti martyris.

Vesperæ de sancto Ludovico Episcopo & Confessore cum Commemoratione præcedentis, ac diei Octavæ S. Claræ tantùm, ut infra.

## DIE XIX. AUGUSTI.

In festo S. Ludovici Episcopi & Confessoris, Primi Ordinis. Duplex ij. Classis.

Omnia de Communi Confessor. Pontif. præter sequentia.

Ad Magnificat, in j. Vesperis, Antiphona.

Rosa vernans charitátis, Lilium virginitátis, stella fulgens, Ludovícus, Vas sanctitátis, ora pro nobis Dóminum.

℣. Ora pro nobis beáte Ludovíce. ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam dispositióne mirábili novis semper illústras Sanctórum splendóribus: tríbue quæsumus; ut qui beáti Ludovíci Confessóris tui atque Pontíficis solémniis gratulámur, ad ejus consórtium felíciter perducámur. Per Dóminum nostrum.

Deindè fit Commem. S. Claræ, Aña. Duce cœlésti Númine, matre favénte vírgine, Clara re, Clara nómine, spreto patérno límine, spreto natívo sánguine, est in Sanctórum lúmine, ac Beatórum ágmine, glória tibi Dómine. ℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua. ℟. Inténde, próspere procéde, & regna.

Oratio. Fámulos tuos. 61.

Non fit Commemoratio de Octava Assumptionis.

In Laudibus Antiphona ad Benedictus, Rosa vernans, ut suprà. Et fit Commemorat. diei Octavæ S. Claræ tantùm, Aña. Novum sidus emícuit, candor lucis appáruit, lux claritátis ádfuit, cœli splendor enítuit: nam lux quæ lucem influit, Claram clarére vóluit. ℣. Diffûsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptérea benedixit te Deus in ætérnum.

Oratio. Fámulos tuos. 61.

In secundis Vesperis fit Commemoratio S. Bernardi Abbatis.

Deindè diei Octavæ S. Claræ, Aña. Salve sponsa Dei, virgo sacra, planta Minórum.

Tu

Tu vas mundítiæ, tu prævia forma Sorórum, Clara tuis précibus duc nos ad regna polórum. ℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Oratio, ùt suprà. 61.

## DIE XX. AUGUSTI.

In festo S. Bernardi Abbatis.

Duplex minus.

In Laudibus fit Commemoratio Octavæ Assumptionis, & S. Ludovici Episcopi.

In secundis Vesperis fit à Capitulo de sequenti, cum Commemoratione præcedentis, Octavæ Assumptionis, & S. Ludovici Episcopi, Antiphona. Amâvit.

## DIE XXI. AUGUSTI.

In festo S. Hyacinthi Confess.

Duplex minus.

Vide Officium in Diurnali Romano, die 16. hujus mensis.

In Laudibus fit Commemoratio Octavæ Assumptionis, & S. Ludovici Episcopi.

Vesperæ de Octava Assumptionis ùt in primis Vesper. Festi, cum Commemorat. præcedentis, Octavæ S. Ludovici, Antiphona. Amâvit. & SS Timothei, Hippolyti, & Simphoriani martyrum.

## DIE XXII. AUGUSTI.

Octava Assumptionis B. Mariæ, cum Commemoratione Octavæ S. Ludovici, & SS. Timothei & Sociorum martyrum.

In ij. Vesperis fit Commem. sequentis, & Octavæ S. Ludovici Episcopi, Aña. Amâvit.

## DIE XXIII. AUGUSTI.

In festo S. Philippi Benitii Confessoris.

Duplex minus.

In Laudibus fit Commemoratio Octavæ S. Ludovici Episcopi, cui additur Vigiliæ S. Bartholomæi, ubi ejus Festum celebratur die 24.

## DIE XXIV. AUGUSTI.

Fit de S. Bartholomæo Apostolo.

Duplex ij. Classis.

In primis Vesperis fit tantùm Commemoratio præcedentis.

In secundis Vesperis Commemoratio S. Ludovici Francorum Regis Confessoris tantùm.

Ubi autem Festum S. Bartholomæi celebratur die sequenti, hoc est 25. Augusti, hoc die fit de Octava S. Ludovici, ùt infrà, & Festum S. Ludovici Regis Francorum transfertur in diem 27. Augusti.

## DIE XXV. AUGUSTI.

In festo S. Ludovici Regis Francorum, Confessoris.

Tertii Ordinis.

Duplex ij. Classis.

Ubi hoc Festum transfertur ad diem 27.

Ad Vesperas Antiphona, Ludovicus hódiè. cum reliquis de Laudibus. 66. Psalm. Dixit Dóminus. cum reliquis de Dominica, & loco ultimi, Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes.

Capitulum. *Eccli.* 31.

BEátus vir, qui invéntus est sine mácula, & qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúniæ thesáuris: quis est hic



hic, & laudábimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua.

Hymnus.

GAude mater Ecclésia,
Novæ laudis præcónio:
Quam Ludovici glória
Solémni replet gáudio.
De regno terræ véhitur
Ad regni cœli sólium,
Cujus vita dignóscitur
Forma virtútum ómnium.
Fide purus, spe pátiens,
Et charitáte férvidus:
Omni peténti lárgiens,
Pius, pudicus, próvidus.
Fraus, furor, violéntia
Relegántur à súbditis:
Signa corúscant vária,
Virtútum ejus méritis.
Pro coróna justitiæ
Jam coronâtus glória,
Nostræ memor misériæ,
Cœli procûret præmia.
Trino Deo, & simplici
Laus, honor, virtus, glória;
Qui nos regis mirifici
Corônet per suffrágia.
Amen.

℣. Ora pro nobis beáte Ludovice. ℟. Ut digni efficiâmur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

Magníficat gesta claríssima sancti Ludovici divino cultui devótum hódiè præsens collégium, cujus sancta conscéndit ánima, sub fine felíci regni perpétui cum sanctis pátriæ sublime sólium.

Oratio.

DEus, qui beâtum Ludovicum Confessórem tuum, de terréno regno ad cœlestis regni glóriam transtulísti: ejus, quǽsumus, méritis, & intercessióne, Regis regum Jesu Christi Filii tui fácias nos esse consórtes. Qui tecum vivit.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem regum Dóminum; * Venite adorêmus. Psalm. Venite, exultêmus.

Hymnus.

NOva regis præcónia
Solémni digna cántico,
Devôta promat Fráncia
Cantu plaudens angélico.
Regis hujus relígio,
Et aspectus gratíssimus
Monstrábant, quid de prǽmio
Ejus gustâret ánimus.
Monstrant quoque mirácula,
Quantus sit in cœléstibus,
Morbos atque perícula
Suis fugándo précibus.
O quàm dulce spectáculum
In Ludovico cérneret,
Qui virtûtis signáculum
Ejus vultum inspíceret!
Nam vultus ejus cláritas
Numquam in terra córruit:
Nec affectus benígnitas
Deo præsénte cáruit.
Trino Deo, & simplici
Laus, honor, virtus, glória:
Qui nos regis mirifici
Corônet per suffrágia.
Amen.

In primo Nocturno, Aña.

Beâtus, qui sólium, iter, & consílium malórum vitâvit: Sanctus ab infántia Ludovicus hæc tria semper declinâvit Psalmus. Beatus vir, qui non ábiit, cum reliquis, ùt in Communi Confessoris non Pontificis. Antiphona. Regni sedem conse-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cûtus, húmilem se præbuit: & in Sion constitûtus, cultu Dei cláruit. Aña. Suscéptus ad méritum, glória dotátur: caput Dĕo subditum cœlo coronâtur. ℣. Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum. ℟. Stolam glóriæ índuit eum.

In secundo Nocturno, Aña.

Invocántem exaudívit Deus regem húmilem, & præclâris insignivit signis suum púgilem. Antiphona. Dedúctus in justítia, clemens subjéctis præfuit: leges, pœnas, & præmia sapiénter instituit. Aña. Coronâtur glória Sanctus, & honóre, quia mundi gáudia duxit in timóre. ℣. Os justi meditábitur sapiéntiam. ℟. Et lingua ejus loquêtur judicium.

In tertio Nocturno, Aña.

Habitâbit confidénter Rex in monte Dómini, quia vixit innocénter omni gratus hómini. Antiphona. Rex virtûtis in virtûte divína lætâtur, quia sibi de salûte spes firma donâtur. Antiphona. Innocens manus præbuit, cordis quoque mundítia Ludovíco, qui méruit regni cœléstis præmia. ℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus. ℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Ludovícus hódiè decôrem indûtus est, cœléstis pátriæ regnum consecûtus. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum reliquis. Aña. Omnis terra júbilet, Deo læta sérviens: laudibus invígilet, novum festum fáciens. Antiphona. Ad te, Deus meus, semper vigilâvit: sicque numquam reus cœlos penetrâvit. Aña. Benedíxit Creatôrem in suis opéribus, Ludovícus gerens morem datum cœli cívibus. Aña. Ludovícus Dóminum de cœlis laudâvit, quando vitæ términum cœlo dedicâvit.

Capitulum. *Eccli.* 31.

Beâtus vir, qui invéntus est sine mácula, & qui post aurum non ábiit, nec sperâvit in pecúniæ thesáuris: quis est hic, & laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua.

Hymnus.

Hymnum novæ lætítiæ
Regi canámus ómnium,
Qui sancto Regi Fránciæ
Novi dat regni sólium.
Ludovícus ex nómine
Lucis dator exprímitur,
Et custos in certámine
Præséntis vitæ pónitur.
Crucis hostes concútiens,
Concússus ægritúdine,
Vitam invênit móriens,
Tali felix certámine.
Nam sic in vita víguit,
Ut patiéndo vínceret,
Et hoc in morte méruit,
Ut moriéndo víveret.
Vivit ergo felíciter
Rex Francórum in glória,
Quem Christus singuláriter
Sua replêvit grátia.
Trino Deo & símplici
Laus, honor, virtus, glória,
Qui nos regis miríficí
Corônet per suffrágia.
Amen.

℣. Ora pro nobis beâte Ludovíce. ℟. Ut digni efficiâmur promissiónibus Christi.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Benedíctus Dóminus, qui nobis eréxit cornu, quod pauló minùs à David diléxit: hic virtûte géminus Rex in pace rexit, quem vivéndi términus ad cœlos diréxit.

Oratio. Deus, qui beâtum. ùt suprà 65.

In ij. Vesperis, Aña. Ludovícus hódiè. cum reliquis de Laudibus, Psalmi, Capitulum, Hymnus, & Versus ùt in primis Vesperis. 64.

Ad Magnificat, Antiphona.

Magníficat miráculis Ludovícum divínitas, in quo cunctórum óculis David fulsit humílitas, Salomônis serénitas, & Ezechíæ véritas, quem gratiárum títulis solémnem fecit pópulis Josíæ par benígnitas.

Oratio. Deus, qui beâtum. ùt suprà. 65.

Posteà fit Commemoratio S. Ludovici Confessoris Pontificis, Antiphona. Rosa vernans, ℣. Amâvit eum Dóminus. Oratio. Deus, qui Ecclésiam. ùt in Festo. 63. & S. Zephyrini Papæ & martyris.

## DIE XXVI. AUGUSTI.

Octava S. Ludovici.

Duplex.

In Laudibus fit Commem. S. Zephyrini Papæ & martyris.

## DIE XXX. AUGUSTI.

In festo S. Helenæ Imporatricis.

Duplex minus.

A Capitulo omnia de Communi nec Virginis, nec Martyris.



Oratio.

Domine Jesu Christe, qui locum, ubi Crux tua latêbat, beátæ Hélenæ revelásti; ut per eam Ecclésiam tuam hoc pretióso thesáuro ditáres: ejus nobis intercessióne concéde, ut vitális ligni prétio, ætérnæ vitæ præmia consequâmur. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre.

Et fit Commemoratio Decollationis S. Joannis Baptistæ, & posteà sanctorum Felicis, &c. martyrum.

In Laudibus fit Commemor. sanctorum Felicis & Adaucti martyrum.

In ij. Vesperis fit Commemoratio sequentis.

## FESTA SEPTEMBRIS.

## DIE I. SEPTEMBRIS.

In festo B. Isabellæ virginis, Sororis S. Ludovici Regis Francorum, Secundi Ordinis.

Semiduplex.

Omnia de Communi Virginum j. loco.

Pro Commemor. Antiphona. Veni sponsa. ℣. Spécie tua. Oratio. Exáudi.

Deindè fit Commemoratio S. Ægidii, & SS. duodecim Fratrum martyrum, & in Laudibus.

In ij. Vesperis à Capitulo de sequenti.

## DIE III. SEPTEMBRIS.

In festo BB. Joannis de Perusio Sacerdotis, & Petri de Saxo Ferrato laici martyrum.

Duplex minus.

Omnia de Communi plurimorum Martyrum.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Oratio. Deus, qui nos.

In primis Vesperis fit Commemoratio præcedentis.

Vesperæ de sequenti, Commemoratio præcedentis.

## DIE IV. SEPTEMBRIS.

In festo S. Rosæ virginis Viterbiensis.

Duplex ij. Classis, cum Octava.

Omnia dicuntur ut in Communi Virginum, præter ea, quæ hic sequuntur.

℣. Ora pro nobis beâta Rosa.
℟. Ut digni efficiâmur promissiónibus Christi.

Oratio.

Deus, qui beâtam Rosam sanctârum tuârum Virginum collégio aggregâre dignâtus es: tribue nobis quæsumus; ut ejus précibus & méritis à culpis ómnibus expiêmur, & tuæ Majestâtis consórtio perfruâmur ætérno. Per Dóminum nostrum.

In ij. Vesperis fit Commem. sequentis. Aña. Símile est.

## DIE V. SEPTEMBRIS.

Secunda die infra Oct. S. Rosæ.

Fit de S. Rosa Limana.

Duplex.

Omnia ut in Diurnali Romano die 30. Augusti.

In Laudibus fit Commem. Oct. Antiphona. Veni sponsa.

In secundis Vesperis Comm. Octavæ, Aña. Símile est.

## DIE VI. SEPTEMBRIS.

Tertia die infra Oct. S. Rosæ.

## DIE VII. SEPTEMBRIS.

Quarta die infra Octavam S. Rosæ.

Vesperæ de sequenti sine Commem. Octavæ S. Rosæ.

## DIE VIII. SEPTEMBRIS.

Quinta die infra Octavam S. Rosæ.

Fit de Nativitate B. Mariæ virginis sine ulla Commemoratione S. Rosæ.

## DIE IX. SEPTEMBRIS.

Sexta die infra Octavam S. Rosæ.

In festo B. Seraphinæ Sfortiæ Viduæ. Semiduplex.

Omnia de Communi nec Virginis nec Martyris, præter Orationem. Oratio.

Deus, qui per beâtam Seraphinam exímium nobis patiéntiæ exémplum tribuisti: præsta supplícibus tuis, ut & ipsíus instruâmur exémplis, & ab ómnibus ejus patrocinio liberêmur advérsis. Per Dóminum.

In Laudibus fit Commemoratio Octavæ Nativitatis beatæ Mariæ, & S. Rosæ ac sancti Gorgonii martyris.

Vesperæ de sequenti, Commemoratio præcedentis, & Octavæ Nativitatis B. M. ac S. Rosæ.

## DIE X. SEPTEMBRIS.

Septima die infra Octavam S. Rosæ.

Fit de S. Nicolao Tolentinate Confessore, cum Commemorat. Nativitatis B. Virginis, & S. Rosæ.

Vesperæ à Capitulo de sequenti, Commem. præcedentis, Oct. Nativitatis B. V. Mariæ, & SS. Proti & Hyacinthi mart.

## DIE XI. SEPTEMBRIS.

Octava S. Rosæ.

Duplex minus.

In Laudibus fit Commemor. Octavæ Nativitatis B. Mariæ virginis, & SS. Martyrum Proti & Hyacinthi.

In Vesperis Commem. Octavæ Nativitatis beatæ Mariæ.

## DIE XVII. SEPTEMBRIS.

In festo Impressionis sacrorum Stigmatum in corpore B. P. N. Francisci.

Duplex ij. Classis.

Ad Vesperas, Antiphona.

Crucis vox. cum reliquis de Laudib. 70. Psalm. Dixit Dóminus. cum reliquis de Dominica, & loco ultimi, Psalm. Laudâte Dóminum omnes Gentes.

Capitulum. *Galat. 6. d*

Fratres, Mihi autem absit gloriári, nisi in Cruce Dómini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Hymnus.

Crucis Christi mons Alvérnæ,
Recénsuit mystéria,
Ubi salûtis ætérnæ
Dantur privilégia:
Dum Franciscus dat lucérnæ
Crucis sua stúdia.

Hoc in monte vir devôtus
Specu solitária
Pauper, à mundo semôtus
Condénsat jejúnia:
Vigil, nudus, ardens totus
Crebra dat suspíria.

Solus ergo clausus orans,
Mente sursùm ágitur,
Super gestis Crucis plorans
Mœrôre conficitur:
Crucisque fructum implórans
Animo resólvitur.

Ad quem venit Rex è cœlo
Amictu Seráphico:
Sex alârum tectus velo,
Aspéctu pacífico:
Affixúsque Crucis telo,
Porténto mirífico.

Cérnit servus Redemptôrem,
Passum impassibilem,
Sæclôrum Imperatôrem
Tam pium, tam húmilem,
Verbôrum audit tenôrem
Viro non effábilem.

Vertex montis inflammâtur
Vicínis cernéntibus:
Cor Francísci transformâtur
Amôris ardôribus:
Corpus verò mox ornâtur
Mirándis Stigmátibus.

Collaudêtur Crucifixus,
Tollens mundi scélera,
Quem laudat concrucifixus,
Crucis ferens vúlnera,
Franciscus prorsùs innixus
Super mundi fœdera.
Amen.

℣. Signásti, Dómine, servum tuum Franciscum. ℟. Signis redemptiônis nostræ.

Ad Magnificat, Antiphona.

Cœlôrum candor spléndmit, novum sidus emícuit: sacer Franciscus cláruit, cui Seraph appáruit, signans eum charáctere in volis, plantis, látere: dum formam Crucis gérere vult corde, ore, ópere.

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui frigescénte mundo, ad inflammándum corda nostra tui amôris igne, in carne beatíssimi Patris nostri Francísci Passiônis tuæ sacra Stigmata renovásti: concéde propítius; ut ejus méritis & précibus Crucem júgiter ferâmus, &



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

& dignos fructus pœniténtiæ faciâmus. Qui vivis & regnas.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regi quæ fecit ópera Christo confiteántur: * Cujus in sancto vúlnera Francisco renovántur. Psalm. Venite, exultémus.

Hymnus.

CRucis arma fulgéntia
Vidit Franciscus dórmiens,
Christum dicéntem áudiens,
Tua erunt hæc ómnia.
Crucis vis & refúgium
Hæc Crucis arma præbuit,
Quibus Franciscum induit
Advérsus adversárium.
Crucis sacrâta léctio
Ter Francisco se præbuit,
Dum ter librum apéruit,
Pro virtûtis indicio.
Crucis Christi devótio
Francisci traxit stúdia,
Cúnctaque cordis gáudia
Cum omni desidério.
Crucis ut ad supplícia
Christum Franciscus pósitum
Videt, & audit mónitum:
Hæc séquere vestígia.
Crucis hærens vestígiis,
Crucis fructum conséquitur:
Quo corde, carne púngitur,
Et signâtur indíciis.
Crucis virtus & grátia
Nos consignet in fróntibus,
In membris, & in sénsibus,
Pro perénni custódia. Amen.

In primo Nocturno, Aña.

Hic vir in vanitátibus nutrítus indecénter, divínis charismátibus prævéntus est clementer. Psalmus. Beâtus vir, qui non ábiit. cum reliquis de Communi Confessoris non Pontificis. Antiphona. Excélsi dextræ grátia mirífice mutâtus, dat lapsis spem de vénia, cum Christo jam beâtus. Psal. Quare fremuérunt. Aña. Mansuéscit, sed non pénitùs in primis per langnóres, qui captis armis cœlitùs ad plenum mutat mores. Psalmus. Dómine, quid multiplicáti. ℣. Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum. ℟. Stolam glóriæ induit eum.

In secundo Nocturno, Aña.

Pertráctum domi vérberat plus cunctis furens pater: objúrgans vincit, cárcerat, quem furtim solvit mater. Psal. Cùm invocârem. Antiphona. Jam liber patris fúriæ non cedit effrenáti, clamans se voluntárie pro Christo mala pati. Psalmus. Verba mea. Aña. Ductus ad loci Præsulem sua patri resignat: nudúsque manens, éxulem in mundo se designat. Psalmus. Dómine Dóminus noster. ℣. Os justi meditábitur sapiéntiam. ℟. Et lingua ejus loquêtur judícium.

In tertio Nocturno, Aña.

Cor verbis novæ grátiæ solícitus appônit, verbúmque pœniténtiæ simplíciter propônit. Psalmus. Dómine, quis habitábit. Antiphona. Pacem, salûtem núntiat in spíritus virtûte, veræque paci sóciat longínquos à salûte. Psalmus. Dómine in virtûte. Aña. Ut novis Sancti mérita remunerêntur natis: his nova tradit mónita, viam simplicitâtis. Psalmus. Dómini est terra. ℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus. ℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.





AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

CRucis vox hunc allóquitur, ter dicens: Tu te præpara, vade Francísce, répara domum meam, quæ lábitur. Psal. Dóminus regnâvit. cum reliquis. Aña. Crucis verbum propónitur Frátribus per Antónium: & Franciscus ad óstium in Crucis modum cérnitur. Aña. Crucis arbor exímia, per os Francísci súrgere appárens, cogit fúgere dracônem, & dæmónia. Antiphona. Crucis signum Tau líttera fronti Francísci scríbitur: quæ váriè distínguitur miránda lucis ópera. Aña. Crucis magnum mystérium super Francisco clâruit: dum signâtus appáruit Cruce duòrum énsium.

Capitulum. *Galat. 6. b*

FRatres, Mihi autem absit gloriári, nisi in Cruce Dómini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Hymnus. Plaude turba paupércula. 76. ℣. Signásti, Dómine, servum tuum Franciscum. ℟. Signis redemptiônis nostræ.

Ad Benedictus, Antiphona.

O martyr desidério Francísce, quanto stúdio compátiens hunc séqueris, quem passum libro réperis, quem aperuísti. Tu cóntuens in áëre Seraph in Cruce pósitum, ex tunc in palmis, látere, & pédibus effigiem fers plagârum Christi. Tu gregi tuo próvide, qui post felícem tránsitum, diræ priùs & lívidæ, glorificâtæ spéciem carnis prætendísti.

Oratio.

DOmine Jesu Christe, qui frigescénte mundo, ad inflammándum corda nostra tui amôris igne, in carne beatíssimi Patris nostri Francísci, Passiónis tuæ sacra Stígmata renovásti: concêde propítius; ut ejus méritis & précibus Crucem júgiter ferâmus, & dignos fructus pœniténtiæ faciâmus. Qui vivis & regnas.

Ad Tertiam, Antiphona.

Crucis verbum propónitur.

Capitulum. Fratres, Mihi autem absit. ùt suprà.

℟. breve. Amâvit eum Dóminus, * Et ornâvit eum. Amâvit. ℣. Stolam glóriæ induit eum. Et ornâvit. Glória Patri. Amâvit eum. ℣. Os justi meditábitur sapiéntiam. ℟. Et lingua ejus loquêtur judícium.

Ad Sextam, Antiphona.

Crucis arbor.

Capitulum. *Galat. 6. d*

ET quicúmque hanc régulam secúti fúerint, pax super illos, & misericórdia, & super Israël Dei.

℟. breve. Os justi, * Meditábitur sapiéntiam. Os justi. ℣. Et lingua ejus loquêtur judícium. Meditábitur sapiéntiam. Glória Patri. Os justi. ℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus. ℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

Ad Nonam, Antiphona.

Crucis magnum.

Capitulum. *Galat. 6. d*

DE cétero nemo mihi moléstus sit: ego enim Stígmata Dómini Jesu in córpore meo porto. Grátia Dómini

nostri Jesu Christi cum spiritu vestro fratres, Amen.

℟. breve. Lex Dei ejus, * In corde ipsíus. Lex Dei. ℣. Et non supplantábuntur gressus ejus. In corde. Glória Patri. Lex Dei. ℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Vesperas, Antiphona.

Crucis vox. cum reliq. de Laudibus. Psalm. Dixit Dóminus. cum reliquis de Dominica, & loco ultimi, Psalm. Laudáte Dóminum omnes Gentes. Capitulum. Fratres, Mihi autem absit. Hymnus. Decus morum. 77. ℣. Signásti, Dómine, servum tuum Franciscum. ℟. Signis redemptiónis nostræ.

Ad Magnificat, Antiphona.

Crucis appáret hóstia tensis in Cruce bráchiis, sex alis tecta váriis cum vultus elegántia, quæ Francísci cor áttrahit augens ei charísmata, suáque sacra Stígmata in ejus carne prótrahit.

Oratio ut suprà. 71.

Deindè fit Commemoratio sequentis.

## DIE XVIII. SEPTEMBRIS.

In festo B. Josephi à Cupertino Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter Orationem.

Oratio.

DEus, qui ad Unigénitum Filium tuum exaltátum à terra ómnia tráhere disposuísti: pérfice propítius, ut méritis & exémplo Seráphici Confessóris tui Joséphi, supra terrénas omnes cupiditátes eleváti, ad eum pervenire mereâmur. Qui tecum vivit & regnat.

In ij. Vesperis fit à Capitulo de sequenti, Commemoratio præcedentis.

## DIE XXII. SEPTEMBRIS.

Fit de S. Thoma de Villanova Episcopo & Confessore.

Semiduplex.

Vide Diurnale Romanum, die 18. hujus.

In Laudibus fit Commemoratio SS. Mauritii & Sociorum martyrum.

In secundis Vesperis fit à Capitulo de sequenti, Commem. præcedentis.

## DIE XXVI. SEPTEMBRIS.

In festo B. Luciæ virginis, Tertii Ordinis.

Duplex minus.

Omnia de Communi Virginum. Oratio. Exáudi.

Et fit Commem. SS. Cypriani & Justinæ martyrum.

Vesperæ de sequenti, cum Commemoratione præcedentis.

## DIE XXVII. SEPTEMBRIS.

In festo S. Elzearii Confessoris, Tertii Ordinis.

Duplex majus.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter Orationem.

Oratio.

DEus, qui beátum Elzeárium Confessórem tuum, inter cétera virtútum insignia, virgináli pudicítia in conjúgio decorásti: concéde propítius; ut cujus sacra solémnia celébriter venerâ-



râmur in terris, ejus beáta consórtia felíciter consequâmur in cœlis. Per Dóminum.

Et fit Commemor. B. Luciæ, Antiph. Veni sponsa. ℣. Diffusa est.

Oratio. Exáudi nos.

In ij. Vesperis fit Commemoratio sequentis Festi.

## DIE XXVIII. SEPTEMBRIS.

In festo B. Bernardini de Feltria Confes. Duplex minus.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis.

Oratio. Deus, qui nos.

Vesperæ de Dedicatione S. Michaëlis Archangeli, cum Commemor. præcedentis.

# FESTA OCTOBRIS.

## DIE I. OCTOBRIS.

Fit de S. Remigio Episcopo & Confessore. Semiduplex.

Ad libitum.

Omnia ut in fine Diurnalis.

Vesperæ de SS. Angelis Custodibus, cum Commemoratione præcedentis.

## DIE III. OCTOBRIS.

Vigilia S. P. N. Francisci, cum jejunio.

Fit de festo Translationis S. Claræ virginis.

Duplex minus.

Vesperæ de sanctis Angelis Custodibus, cum Commemor. Translationis S. Claræ.

Omnia dicuntur ut Natali ejusdem die 12. Augusti, præter Orationem.

Oratio.

FAmulos tuos, quǽsumus Dómine, beátæ vírginis tuæ Claræ votivam Translatiónem recenséntes, cœléstium gaudiórum sua fácias interventióne partícipes, & tui Unigéniti coherédes. Qui tecum vivit & regnat.

In Laudibus fit Commemor. Vigiliæ, Antiphona, & ℣. de Feria occurrente.

Oratio. Dómine Jesu Christe, qui frigescénte. ùt in festo SS. Stigmatum. 71.

Vesperæ de S. P. N. Francisco.

## DIE IV. OCTOBRIS.

In festo Seraphici S. P. N.

FRANCISCI CONFESSORIS,

Trium Ordinum Fundatoris.

Duplex j. Classis.

Ad Vesperas, Antiphona.

FRanciscus vir Cathólicus, & totus Apostólicus, Ecclésiæ tenéri fidem Románæ dócuit, Presbyterósque mónuit præ cunctis reveréri. Psal. Dixit Dóminus. cum reliquis de Dominica, & loco ultimi, Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes. Antiphona. Cœpit sub Innocéntio, cursúmque sub Honório perfécit gloriósum: succédens his Gregórius, magnificávit ámpliùs miráculis famósum. Antiphona. Hunc sanctus præelégerat in patrem, quando præerat Ecclésiæ Minóri, hunc spíritu prophético prævísum, Apostólico prædíxerat honóri. Antiphona. Franciscus Evangélicum nec ápicem vel únicum transgréditur, nec ióta: nil jugo Christi suávius; hoc ónere nil lévius, in hujus vitæ rota. Antiphona. Hic creatúris ímperat, qui nútui subjécerat se totum Creatóris: quidquid in re-

nostri Jesu Christi cum spíritu vestro fratres, Amen.

℟. breve. Lex Dei ejus, * In corde ipsíus. Lex Dei. ℣. Et non supplantábuntur gressus ejus. In corde. Glória Patri. Lex Dei. ℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Vesperas, Antiphona.

Crucis vox. cum reliq. de Laudibus. Psalm. Dixit Dóminus. cum reliquis de Dominica, & loco ultimi, Psalm. Laudáte Dóminum omnes Gentes. Capitulum. Fratres, Mihi autem absit. Hymnus. Decus morum. 77. ℣. Signásti, Dómine, servum tuum Franciscum. ℟. Signis redemptiônis nostræ.

Ad Magnificat, Antiphona.

Crucis appâret hóstia tensis in Cruce bráchiis, sex alis tecta váriis cum vultus elegántia, quæ Francisci cor áttrahit augens ei charísmata, suáque sacra Stígmata in ejus carne prótrahit.

Oratio ùt suprà. 71.

Deindè fit Commemoratio sequentis.

## DIE XVIII. SEPTEMBRIS.

In festo B. Josephi à Cupertino Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter Orationem.

Oratio.

DEus, qui ad Unigénitum Fílium tuum exaltâtum à terra ómnia tráhere disposuísti: pérfice propítius, ut méritis & exémplo Seráphici Confessôris tui Joséphi, supra terrénas omnes cupiditátes eleváti, ad eum pervenire mereâmur. Qui tecum vivit & regnat.

In ij. Vesperis fit à Capitulo de sequenti, Commemoratio præcedentis.

## DIE XXII. SEPTEMBRIS.

Fit de S. Thoma de Villanova Episcopo & Confessore.

Semiduplex.

Vide Diurnale Romanum, die 18. hujus.

In Laudibus fit Commemoratio SS. Mauritii & Sociorum martyrum.

In secundis Vesperis fit à Capitulo de sequenti, Commem. præcedentis.

## DIE XXVI. SEPTEMBRIS.

In festo B. Luciæ virginis, Tertii Ordinis.

Duplex minus.

Omnia de Communi Virginum. Oratio. Exáudi.

Et fit Commem. SS. Cypriani & Justinæ martyrum.

Vesperæ de sequenti, cum Commemoratione præcedentis.

## DIE XXVII. SEPTEMBRIS.

In festo S. Elzearii Confessoris, Tertii Ordinis.

Duplex majus.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter Orationem.

Oratio.

DEus, qui beâtum Elzeárium Confessôrem tuum, inter cétera virtûtum insignia, virginâli pudicítia in conjúgio decorásti: concéde propítius; ut cujus sacra solémnia celébriter venerâmur in terris, ejus beâta consórtia felíciter consequâmur in cœlis. Per Dóminum.



Et fit Commemor. B. Luciæ, Antiph. Veni sponsa. ℣. Diffusa est.

Oratio. Exáudi nos.

In ij. Vesperis fit Commemoratio sequentis Festi.

## DIE XXVIII. SEPTEMBRIS.

In festo B. Bernardini de Feltria Confes. Duplex minus.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis.

Oratio. Deus, qui nos.

Vesperæ de Dedicatione S. Michaëlis Archangeli, cum Commemor. præcedentis.

# FESTA OCTOBRIS.

## DIE I. OCTOBRIS.

Fit de S. Remigio Episcopo & Confessore. Semiduplex.

Ad libitum.

Omnia ut in fine Diurnalis.

Vesperæ de SS. Angelis Custodibus, cum Commemoratione præcedentis.

## DIE III. OCTOBRIS.

Vigilia S. P. N. Francisci, cum jejunio.

Fit de festo Translationis S. Claræ virginis.

Duplex minus.

Vesperæ de sanctis Angelis Custodibus, cum Commemor. Translationis S. Claræ.

Omnia dicuntur ut Natali ejusdem die 12. Augusti, præter Orationem.

Oratio.

FAmulos tuos, quǽsumus Dómine, beâtæ vírginis tuæ Claræ votivam Translatiônem recenséntes, cœléstium gaudiôrum sua fácias interventiône partícipes, & tui Unigéniti coherédes. Qui tecum vivit & regnat.

In Laudibus fit Commemor. Vigiliæ, Antiphona, & ℣. de Feria occurrente.

Oratio. Dómine Jesu Christe, qui frigescénte. ùt in festo SS. Stigmatum. 71.

Vesperæ de S. P. N. Francisco.

## DIE IV. OCTOBRIS.

In festo Seraphici S. P. N.

FRANCISCI CONFESSORIS,

Trium Ordinum Fundatoris.

Duplex j. Classis.

Ad Vesperas, Antiphona.

FRancíscus vir Cathólicus, & totus Apostólicus, Ecclésiæ tenéri fidem Románæ dócuit, Presbyterósque mónuit præ cunctis reveréri. Psal. Dixit Dóminus. cum reliquis de Dominica, & loco ultimi, Psalmus. Laudâte Dóminum omnes Gentes. Antiphona. Cœpit sub Innocéntio, cursúmque sub Honório perfécit gloriôsum: succédens his Gregórius, magnificâvit ámpliùs miráculis famôsum. Antiphona. Hunc sanctus præelégerat in patrem, quando præerat Ecclésiæ Minóri, hunc spíritu prophético prævisum, Apostólico prædixerat honóri. Antiphona. Franciscus Evangélicum nec ápicem vel únicum transgréditur, nec iôta: nil jugo Christi suávius; hoc ónere nil lévius, in hujus vitæ rota. Antiphona. Hic creatúris ímperat, qui nútui subjécerat se totum Creatóris: quidquid in re-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rebus réperit delectaménti, régerit in glóriam Factóris.

Capitulum. *Galat. 6. d*

FRatres, Mihi autem absit gloriári, nisi in Cruce Dómini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Hymnus.

PRoles de cœlo pródiit,
Novis utens prodígiis,
Cœlum cæcis apéruit,
Siccis mare vestígiis.
Spoliátis Ægyptiis
Transit dives, sed páuperis
Nec rem, nec nomen pérdidit,
Factus felix pro míseris.
Assúmptus cum Apóstolis
In montem novi lúminis,
In paupertátis prædiis
Christo Franciscus intulit.
Fac tria tabernácula,
Votum secútus Simonis:
Quem hujus non deséruit
Numen vel omen nóminis.
Legi, Prophétæ, grátiæ
Gratum gerens obséquium,
Trinitátis officium
Festo solémni célebrat.
Dum réparat virtútibus
Hospes triplex hospítium,
Et beatárum méntium
Dum templum Christo cónsecrat.
Domum, portam, & túmulum
Pater Francisce vísita,
Et Hevæ prolem míseram
A somno mortis éxcita.
Amen.

℣. Ora pro nobis beáte Pater Francísce. ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

O stupor, & gáudium, ó Judex homo méntium, tu nostræ milítiæ currus, & auríga. Ignea præséntibus transfigurátum Frátribus, in solári spécie vexit te quadríga. In te signis rádians, in te ventúra núntians, requiévit spíritus duplex Prophetárum. Tuis adsta pósteris, Pater Francísce, míseris: nam incréscunt gémitus óvium tuárum.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Francísci méritis fœtu novæ prolis amplíficas: tríbue nobis ex ejus imitatióne terréna despícere, & cœléstium donórum semper participatióne gaudére. Per Dóminum nostrum.

Et non fit Commem. Translationis S. Claræ virginis.

Ad Matutinum, Invitat. Regi quæ fecit ópera Christo confiteántur: * Cujus in sancto vúlnera Francísco renovántur. Psalm. Venite, exultémus.

Hymnus.

IN cœlésti collégio
Novus collega cólitur:
In Sanctórum rosário
Novéllus flos prodúcitur.
Franciscus florens grátia,
Forma factus humílium,
Lætus potitur glória,
Sortis consors sublímium.
Metit de sparso sémine
Plenæ messis manípulum,
Fallens sub terræ tégmine
Nostræ salútis æmulum.
Hic carnis supercílium
Legi subjécit spíritus:
Mundum vicit & vítium,
Se victo victor ínclytus.
Linguæ manus præámbula

Ver-



Verbo parávit sémitam,
Et amplectúntur sǽcula
Doctrinam facto próditam.
In paupertátis prædio
Minórum plantans víneam,
Osténdit magistério
Vitæ vivéndi líneam.
Ad ætérnas divítias
Turbam alléxit páuperum,
Quos ad cœli delícias
Lingua vocávit óperum.
Vita, doctrína splénduit:
Respléndet & miráculis:
Sic præfuit, quod prófuit
Viva lucérna pópulis.
Summi Regis palátio
Doctor loca discípulos,
Salútis privilégio
Christi præmúni fámulos.
De ténebris misériæ
Sequáces stellæ prǽviæ,
Quærámus Patrem grátiæ,
Consórtes tandem glóriæ.
Amen.

In primo Nocturno, Aña.

Hic vir in vanitátibus nutrítus indecénter, divínis charismátibus prævéntus est cleménter. Psalm. Beátus vir. cum reliq. de Communi Confes. non Pontificis. Aña. Excélsi dextræ grátia mirifíce mutátus, dat lapsis spem de vénia, cum Christo jam beátus. Psalm. Quare fremuérunt. Aña. Mansuéscit sed non pénitus in primis per languóres, qui captus armis cœlitùs, ad plenum mutat mores. Psalm. Dómine, quid multiplicáti. ℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum. ℟. Stolam glóriæ índuit eum.

In secundo Nocturno, Aña.

Pertráctum domi vérberat plus cunctis furens pater: objúrgans vincit, carcerat, quem furtim solvit mater. Psalmus. Cùm invocárem. Antiphona. Jam liber patris fúriæ non cedit effrenáti, clamans se voluntárie pro Christo mala pati. Psalm. Verba mea. Antiphona. Ductus ad loci Præsulem sua patri resignat: nudúsque manens, éxulem in mundo se designat. Psalmus. Dómine Dóminus noster. ℣. Os justi meditábitur sapiéntiam. ℟. Et lingua ejus loquétur judícium.

In tertio Nocturno, Aña.

Cor verbis novæ grátiæ solícitus appónit, verbúmque pœniténtiæ simplíciter propónit. Psalm. Dómine, quis habitábit. Aña. Pacem, salútem núntiat in spíritus virtúte, veræque paci sóciat longínquos à salúte. Psalm. Dómine in virtúte. Antiphona. Ut novis Sancti mérita remuneréntur natis, his nova tradit mónita viam simplicitátis. Psalm. Dómini est terra. ℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus. ℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

AD LAUDES,
& per Horas, Antiphona.

SAnctus Franciscus, prǽviis oratiónum stúdiis, quid fáciat instrúctus, non sibi soli vívere, sed & áliis profícere vult Dei zelo ductus. Psalm. Dóminus regnávit. cum reliquis. Aña. Hic prædicándo circuit, & quem non homo dócuit, fit doctus in stupórem: virtútum verba lóquitur, novúmque nova séquitur milítia ductórem.

Aña.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Aña. Tres Ordines hic órdinat; primúmque Fratrum nóminat Minórum : pauperúmque fit Dominárum médius: sed Pœniténtium tértius sexum capit utrúmque. Aña. Doctus doctrice grátia, doctus experiéntia, quæ sunt perfectiónis: hæc Fratres docet ómnia tam factis quàm frequéntia mellíflui sermónis. Aña. Laudans laudáre mónuit, laus illi semper ádfuit, laus, inquam, Salvatóris: invitat aves, béstias, & creatúras álias ad laudem Conditóris.

Capitulum. *Galat. 6. d*

FRatres, Mihi autem absit gloriári, nisi in Cruce Dómini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Hymnus.

PLaude turba paupércula
Patre ditáta páupere:
Laudis propina pócula
Sacro depréssa úbere.
Hic simplex, rectus, húmilis,
Pacis cultor amábilis,
Lumen in vase fictili
Ardens, lucens in frágili.
Vili contéctus tégmine,
Sancto caléscens flámine,
Vicit algórem, cáumata
Christi dum gestat Stígmata.
Carnem mundúmque cónterens,
Hostes malígnos próterens,
Auream victor méruit
Auréolam, dum dócuit.
Pauper, nudus egréditur,
Cœlum dives ingréditur:
Spargit virtútum múnera,
Ægris profligat vúlnera.
Verórum Pater páuperum
Nos páuperes fac spíritu:
Consórtes redde Súperum
Eréptos ab intéritu.
Patri, Nato, Paráclito
Decus, honor, & glória;
Sancti sint hujus mérito
Nobis ætérna gáudia. Amen.

℣. Ora pro nobis beáte Pater Francísce. ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Benedictus, Antiphona.

O martyr desidério, Francísce, quanto stúdio compátiens hunc séqueris quem passum libro réperis, quem aperuísti. Tu contuens in áëre Seraph in Cruce pósitum, ex tunc in palmis, látere, & pédibus effígiem fers plagárum Christi. Tu gregi tuo próvide, qui post felícem tránsitum, diræ priùs & lívidæ, glorificátæ spéciem carnis prætendísti.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Francísci méritis fœtu novæ prolis amplíficas: tríbue nobis ex ejus imitatióne terréna despícere, & cœléstium donórum semper participatióne gaudére. Per Dóminum.

Ad Tertiam, Antiphona.

Hic prædicándo círcuit.

Capitulum. Fratres, Mihi autem absit gloriári. ut suprà.

℟. br. Amávit eum Dóminus, * Et ornávit eum. Amávit eum. ℣. Stolam glóriæ índuit eum. Et ornávit. Glória Patri. Amávit eum. ℣. Os justi meditábitur sapiéntiam. ℟. Et lingua ejus loquétur judícium.

Ad Sextam, Antiphona.

Tres Ordines hic órdinat.

Capi-



Capitulum. *Galat. 6. d*

ET quicúmque hanc régulam secúti fúerint, pax super illos, & misericórdia, & super Israël Dei.

℟. br. Os justi, * Meditábitur sapiéntiam. Os justi. ℣. Et lingua ejus loquétur judícium. Meditábitur. Glória Patri. Os.

℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus. ℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

Ad Nonam, Antiphona.

Laudans laudáre mónuit.

Capitulum. *Galat. 6. d*

DE cétero nemo mihi moléstus sit: ego enim Stígmata Dómini Jesu in córpore meo porto. Grátia Dómini nostri Jesu Christi cum spíritu vestro, fratres, Amen.

℟. br. Lex Dei ejus, * In corde ipsíus. Lex Dei. ℣. Et non supplantabúntur gressus ejus. In corde. Glória Patri. Lex Dei.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

In secundis Vesperis, Antiphon. Sanctus Franciscus. cum reliquis de Laudibus. 75. Psalmi & Capitulum ut in primis Vesperis. 73.

Hymnus.

DEcus morum, dux Minórum,
Franciscus, tenens bravium,
In te vite datur vitæ,
Christe Redémptor ómnium.
Plaudat frater, regnat Pater,
Concivis cœli cívibus;
Cedat fletus, psallat cœtus,
Exultet cœlum láudibus.
Demptum solo, datum polo
Signórum probant ópera:
Ergo vivit, nam adivit
Ætérna Christi múnera.
Pro terrénis votis plenis,
Repórtat dona glóriæ:
Quem decóras, quem honóras,
Summæ Deus cleméntiæ.
Hunc sequántur, huic jungántur,
Qui ex Ægypto éxeunt:
In quo duce, clara luce,
Vexilla Regis pródeunt.
Regis signum ducem dignum
Insignit manu, látere:
Lux accédit, nox recédit,
Jam lucis orto sídere.
Est dux fidus, clarum sidus
Ducit, relúcet, dévia
Devitándo, demonstrando
Beáta nobis gáudia.
Mina gregem dux ad Regem
Collísor hostis cállidi:
Nos condúcas, & indúcas
Ad cœnam Agni próvidi.
Amen.

℣. Ora pro nobis beáte Pater Francísce. ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

O virum mirábilem in signis & prodígiis, languóres cum dæmónis quóslibet pelléntem: dat aurem suis ávium prædicans silvéstrium verbis intendéntem. O vitam laudábilem, qua fidem sic magníficat: sed & multos vivíficat mórtuos defúnctos, Francísce nos cœléctium fac consórtes cívium, quibus es conjúnctus.

Oratio ut suprà. Deindè fit Commem. sequentis tantùm.

Infra Octavam S. Patris nostri Francisci, ad Benedictus, & Mag-

Magnificat dicuntur Antiphonæ sequentes.

Ad Benedictus, Antiphona.

Sancte Francisce própera, veni Pater, accélera ad pópulum, qui prémitur, & téritur sub ónere, pálea, luto, látere: & sepúlto Ægyptio sub sábulo, nos líbera, carnis extincto vítio.

Ad Magnificat, Antiphona.

Salve sancte Pater, pátriæ lux, forma Minórum, virtútis spéculum, recti via, régula morum: carnis ab exílio duc nos ad regna polórum.

### DIE V. OCTOBRIS.

Secunda die infra Octavam S. P. N. Francisci.

Fit de SS. Cosma & Damiano martyribus. Semiduplex.

Vide Diurnale Romanum, die 27. Septembris.

In Laudibus fit Commemoratio Octavæ S. Francisci, Antiphona. Sancte Francisce. & SS. Placidi & Sociorum, Antiphona. Istórum. ℣. Lætámini.

Vesperæ de S. Brunone Confessore, cum Commemoratione præcedentis, & Octavæ, Antiphona. Salve sancte Pater.

### DIE VI. OCTOBRIS.

Tertia die infra Octavam S. P. N. Francisci.

Fit de S. Brunone Confessore, duplex minus, cum Commemorat. Octavæ, Antiph. Sancte Francisce própera.

In ij. Vesperis fit Commem. Octavæ, Antiphona. Salve sancte Pater. & S. Marci Papæ & Confessoris, & SS. Martyrum Sergii, Bacchi, Marcelli & Apuleii.

### DIE VII. OCTOBRIS.

Quarta die infra Octavam S. P. N. Francisci.

In Laudibus fit Commemor. S. Marci Papæ & Confessoris, & SS. Sergii, &c. Martyrum.

Vesperæ de S. Birgitta vidua, cum Commem. Oct. Antiphona. Salve sancte Pater.

### DIE VIII. OCTOBRIS.

Quinta die infra Octavam S. P. N. Francisci.

Fit de S. Birgitta vidua, duplex, cum Commem. Oct. Antiphona. Sancte Francisce.

In secundis Vesperis fit Commemor. de SS. Dionysio, Rustico, & Eleutherio, cum Commemorat. Octavæ, Antiphona. Salve sancte Pater.

### DIE IX. OCTOBRIS.

Sexta die infra Octavam S. P. N. Francisci.

Fit de SS. Martyribus Dionysio, Rustico, & Eleutherio, Semiduplex, cum Commemor. Octavæ, Antiphona. Sancte Francisce.

In secundis Vesperis fit à Capitulo de sequenti, cum Comm. SS. Martyrum Dionysii, Rustici & Eleutherii, & Octavæ, Antiphona. Salve sancte Pater.

In Ditione Regis Hispaniæ, Vesperæ de seq. sine ulla Commemoratione.

### DIE X. OCTOBRIS.

Septima die infra Octavam S. P. N. Francisci.

Fit de S. Francisco Borgia Confessore. Semiduplex.

In Laudibus fit Commemoratio Octavæ, Antiph. Sancte Francisce.

Ves-



Vesperæ de die Oct. S. Patris nostri Francisci, ùt in j. Vesp. Festi, 73. cum Commemor. sancti Francisci Borgiæ.

In Ditione Regis Hispaniæ in ij. Vesperis fit Commem. diei Oct. S. Francisci, ùt in j. Vesp. Festi.

### DIE XI. OCTOBRIS.

Octava S. Patris nostri Francisci. Duplex minus.

Omnia ùt in die.

In ij. Vesperis à Capitulo de sequenti. Commem. præcedentis.

### DIE XII. OCTOBRIS.

In festo B. Seraphini de Monte Granario Ordinis Capuccinorum.

Duplex minus.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis.

Oratio. Adésto Dómine.

Vesperæ de sequenti, cum Commem. præcedentis.

### DIE XIII. OCTOBRIS.

In festo SS. Danielis & Sociorum martyrum.

Duplex ij. Classis.

Omnia de Communi plurimorum Martyrum, præter Orationem.

Oratio.

Fratérna nos, Dómine, Mártyrum tuórum coróna lætíficet: quæ & fídei nostræ præbeat increménta virtútum, & multíplici nos suffrágio consolétur. Per Dóminum.

In ij. Vesperis fit Commem. S. Callisti Papæ & martyris.

### DIE XVI. OCTOBRIS.

Fit de S. Eduardo Rege & Confessore. Semiduplex.

Vide Officium in Diurnali Romano, die 13. Octobris.

### DIE XIX. OCTOBRIS.

In festo S. Petri de Alcantara Confessoris.

Duplex ij. Classis. cum Octava.

In secundis Vesperis S. Lucæ Evangelistæ fit de S. Luca, cum Commemor. S. Petri de Alcantara: at ubi celebratur Festum S. Petri tamquam de Titulari, vel Patrono, Vesperæ fiunt de sancto Petro, cum Commemoratione sancti Lucæ.

### AD VESPERAS,

Antiphona.

Sanctus Petrus de torrénte mortificatiónis in via bibit, proptéreà exaltávit caput in glória. Psalmus. Dixit Dóminus, cum reliquis de Dominica, & loco ultimi, Psalmus. Laudáte Dóminum omnes Gentes. Antiphona. Memor fuit testaménti Patris sui Francísci, Ecclésias, & domos páuperes ædificávit. Antiphona. In omni angústia & pressúra parátum cor ejus speráre in Dómino. Antiphona. A solis ortu usque ad occásum laudábile nomen Dómini magcificávit. Antiphona. Omnes Gentes laudábant eum, & in conspéctu Príncipum admirábilis fuit.

Capitulum. *Philip.* 3.

Fratres, Imitatóres mei estóte, & observáte eos, qui ità ámbulant, sicut habétis formam nostram.

Hym-

Hymnus.

PEtre sol terris óriens Ibéris
Lucis ut spargas rádios per orbem,
Quas tuo læti cánimus triúmpho,
Súscipe laudes.

Per te in antiquos renovâta mores
Clara Francísci sóboles nitéscit,
Crescit & virtus rideviva largo
Múnere cœli.

Omne quod vitam máculat perôsus,
Mente constánti pereúntis ævi
Déspicis pompam, precibúsque placas
Núminis iram.

Artubus castis nimiùm sevêrus,
Te fame, & diris crúcias flagéllis,
Sternis & noctu fatigâta duro
Stípite membra.

Dignus hinc celsas habitâre sedes,
Sæpè sublimis volitâre in altum
Visus, & mundi fúgiens tumúltum,
Próximus astris.

Nunc preces audi gemitúsque nostros,
Integros nobis sine labe mores,
Et tuos nostris ánimis salúbres
Ingere sensus.

Annuat rerum Sator, & perénne
Sit decus Patri, genitæque Proli,
Et tibi Flamen, Deus unus omni
Témpore sæcli.
Amen.

℣. Ora pro nobis beâte Petre.
℟. Ut digni efficiâmur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

O virum ineffábilem, qui vivens in carne spíritu ambulâvit, & nihil in terris desíderans, conversatiônem suam semper in cœlis habêbat.

Oratio.

DEus, qui beâtum Petrum Confessôrem tuum admirábilis pœniténtiæ, & altíssimæ contemplatiônis múnere illustrâre dignâtus es: concêde propítius; ut ejus suffragántibus méritis, carne mortificáti, cœléstium donôrum partícipes fieri mereâmur. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutinum Invitatorium.

Regem glóriæ, qui húmilem exaltâvit Petrum, * Venite adorêmus. Psalmus. Venite, exultêmus.

Hymnus.

PEtrum Paréntis óptimi
Germen canâmus inclitum,
Qui páuperum paupérrimus
Extrêma quæque pértulit.

Hic Christi amôre sáucius,
Ut pérditis succúrreret,
Stupénda pœniténtiæ
Exempla mundo præbuit.

Sitim famémque súfferens,
Et veste tectus híspida,
Quidquid luéndum est, nóxiis
A se flagéllis éxigit.

Loris revínctus férreis,
Exángue corpus cónficit,
Et síngulis ex ártubus
Emânat unda sánguinis.

Dum flexo adôrat póplite
Crucis sacrâtum stípitem;
Crux émicat divínitùs
Ipsum splendor imbuit.

Decus Minôrum súscipe
Laudes precésque súplicum:
Tuos ab alto mítiùs
Pater beâte réspice.

Sit laus Patri, sit Fílio,
Tibique sancte Spíritus;
Duc per Petri vestígia
Nos ad supérna gáudia.
Amen.



In primo Nocturno, Aña.

Petrus ob pœniténtiam áridæ radíci símilis, secus decúrsus aquârum grátiæ plantâtus, fructus dedit in témpore suo. Psalmus. Beâtus vir, qui non ábiit. Antiphona. Servívit Dómino in timôre, & exultâvit ei cum tremôre. Psalmus. Quare fremuérunt. Antiphona. Dormívit, & soporâtus est, quia Dóminus suscêpit eum in natiône. Psalmus. Dómine, quid multiplicáti. ℣. Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum. ℟. Stolam glóriæ induit eum.

In secundo Nocturno, Aña.

Mirificâvit Dóminus Sanctum suum, & exaudívit eum clamántem ad se. Psalmus. Cùm invocârem. Antiphona. Exultâbat in Deo spíritus ejus, & ipse habitâbat in eo. Psalmus. Verba mea. Antiphona. Admirábili réddidit nomen tuum Dómine in univérsa terra, & ídeò constituísti eum super ópera mánuum tuârum. Psalmus. Dómine Dóminus noster. ℣. Os justi meditábitur sapiéntiam. ℟. Et lingua ejus loquêtur judícium.

In tertio Nocturno, Aña.

Nullam concéssit réquiem córpori suo, ideò requiéscit in monte sancto tuo. Psalm. Dómine, quis. Aña. Prævéntus est in benedictiônibus dulcédinis, & lætificâvit eum Dóminus in gáudio cum vultu suo. Psalm. Dómine in virtûte. Antiphona. Innocens mánibus, & mundo corde misericórdiam accêpit à Deo salutári suo. Psalmus. Dómini est terra. ℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus. ℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

AD LAUDES,
& per Horas, Antiphona.

MIrábilis in Petro Dóminus, cujus testimônia credibília facta sunt nimis. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum reliquis. Antiphona. Potens ópere & sermône, multiplicâvit pópulum Dei, & oves páscuæ ejus. Antiphona. Adhæsit ánima mea post te, quia caro mea flagellâta est pro te Deus meus. Antiphona. Charitâte vulnerâtus creatúras omnes cœli & terræ ad benedicéndum Dñm provocâbat. Antiphona. Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellârum faciêbant verbum ejus.

Capitulum. *Philip. 3.*

FRatres, Imitatóres mei estôte, & observâte eos, qui ità ámbulant, sicut habêtis formam nostram.

Hymnus.

HOrtus Minôrum fértilis
Florem novéllum gérminat,
Odôre qui gratíssimo
Mundi replêvit ámbitum.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Miris nitens virtútibus,
Signis refúlget plúrimis:
Terris, aquis, & ígnibus,
Auræque nimbis ímperat.

Ex fuste tellus árido
Invita fructus prótulit;
Sanctis subácta gréssibus
Iter dedérunt flúmina.

Delápsa nix è núbibus
Suspénsa cœli róbore,
Cunctis stupéndam sæculis
Parávit ædem córpori.

Extínxit ignis ímpetum,
Agros rigávit ímbribus:
Jejúna Fratrum córpora
Esca cibávit cœlica.

Præsens adest abséntibus,
Affert medélam lánguidis,
Casus futúros próspicit,
Motúsque cordis détegit.

Patri simul cum Fílio,
Sanctóque laus sit Flámini,
Qui nos ad aulam glóriæ
Petri precátu dírigat. Amen.

℣. Ora pro nobis beáte Petre.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Benedictus, Antiphona.

Beátus Petrus quasi vas auri sólidum, ornátum omni lápide pretióso fluénta grátiæ propinávit in pópulo, & accépit stolam glóriæ in consummatióne virtútis.

Oratio.

Deus, qui beátum Petrum Confessórem tuum admirábilis pœniténtiæ, & altíssimæ contemplatiónis múnere illustráre dignátus es: concéde propítius; ut ejus suffragántibus méritis, carne mortificáti, cœléstium donórum partícipes fieri mereámur. Per Dóminum.

Ad Tertiam, Antiphona

Potens ópere & sermóre.

Capitulum. Fratres, Imitatóres mei estóte. ùt suprà. 81.

℟. breve. Amávit eum Dóminus, * Et ornávit eum. Amávit. ℣. Stolam glóriæ índuit eum. Et ornávit. Glória Patri. Amávit eum. ℣. Os justi meditábitur sapiéntiam. ℟. Et lingua ejus loquétur judícium.

Ad Sextam, Antiphona.

Adhæsit ánima mea.

Capitulum. *Philip.* 4.

Quæ & didicístis, & accepistis, & audístis, & vidístis in me, hæc ágite, & Deus pacis erit vobíscum.

℟. breve. Os justi, * Meditábitur sapiéntiam. Os justi. ℣. Et lingua ejus loquétur judícium. Meditábitur. Glória Patri. Os justi. ℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus. ℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

Ad Nonam, Antiphona.

Ignis, grando.

Capitulum. *Philip.* 4.

Scio & humiliári, scio & abundáre, (ubique & in ómnibus institútus sum) satiári, & esuríre, & abundáre, & penúriam pati: ómnia possum in eo, qui me confórtat.

℟. breve. Lex Dei ejus, * In corde ipsíus. Lex Dei ejus. ℣. Et non supplantabúntur gressus ejus. In corde. Glória Patri. Lex Dei. ℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Vesperas, Antiphonæ, Psalmi, Capitulum, Hymnus & Versus ùt in primis Vesperis. 79.

Ad Magnificat, Antiphona.

O santíssima ánima, in cujus tránsitu cœli cives occúrrunt, Angelórum chorus exúltat, & glorióssa Trinitas invítat, dicens: Mane nobíscum in ætérnum.

Oratio ùt suprà 82.

Deindè fit Commemoratio sequentis.

## DIE XX. OCTOBRIS.

Secunda die infra Octavam sancti Petri.

Fit de S. Wenceslao Mart. Semiduplex.

Vide in Diurnali Romano 28. Septembris.

In Laud. fit Commemoratio Octavæ.

Vesperæ de sequenti, Commemor. precedentis, & Octavæ, ac S. Hilarionis Abbatis.

## DIE XXI. OCTOBRIS.

Tertia die infra Octavam S. Petri.

Fit de SS. Virginibus & Martyribus Ursula & Sociabus.

Duplex minus.

Omnia de Communi Virginum & Martyrum.

Pro Monialibus autem Duplex majus.

In utrisque Vesperis & Laudibus, ℣. Adducéntur regi vírgines post eam. ℟. Próximæ ejus afferéntur tibi.

Antiphona. Prudéntes vírgines aptáte vestras lámpades, Ecce sponsus venit, exíte óbviam ei.

Oratio.

Da nobis quæsumus, Dómine Deus noster, sanctárum Vírginum, & Mártyrum tuárum Ursulæ, & Sociárum ejus palmas incesábili devotióne venerári: ut quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Deindè fit Commemoratio Octavæ S. Petri, ùt in ij. Vesp. posteà S. Hilarionis Abbatis.

In Laudibus fit Commemor. Octavæ, & S. Hilarionis Abbatis.

In ij. Vesp. fit à Capitulo de sequenti.

## DIE XXII. OCTOBRIS.

Quarta die infra Octavam S. Petri.

In festo B. Ladislai de Gielniow, Confessoris.

Duplex.

A Capitulo omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter Orationem.

Oratio.

Deus, qui beátum Ladisláum religiósa perfectióne voluísti ómnibus prælucére: concéde propítius; ut ejus exémplo in virtútibus júgiter proficiámus. Per Dóminum nostrum.

Deindè fit Commemoratio præcedentis, & Octavæ.

In Laudibus fit Commemor. Octavæ.

Vesperæ de sequenti, Commemoratio præcedentis tantùm.

## DIE XXIII. OCTOBRIS.

Quinta die infra Octavam S. Petri.

In festo S. Joannis Capistrani Confessoris, Primi Ordinis. Duplex ij. Classis, cum Octava.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis.

℣. Ora pro nobis beâte Joánnes. ℟. Ut digni efficiâmur promissiônibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

O zelâtor Fidei, persecûtor hæreticôrum, lumen virtûtum, exterminâtor turcârum, prædicâtor egrégie, Doctor populôrum, Joánnes fidelissime Ordinis Minôrum, esto nobis præsídium è regno Beatôrum.

Oratio

Deus, qui Ecclésiam beáti Joánnis à Capistráno méritis & doctrínis mirabíliter sublimásti, & per eum de pérfidis tyránnis in virtûte sanctíssimi Nóminis Jesu fidéles tuos triumphâre jussísti: præsta quǽsumus, ut de inimícis nostris ejus intercessiône prævaléntes in terris, præmiári cum ipso mereâmur in cœlis. Qui vivis & regnas.

In Laudib. & ij. Vesperis, Antiphona. O zelâtor. ut suprà. Et in quibus Vesperis fit Commem. Octav. S. Petri, ℣. Justum.

## DIE XXIV. OCTOBRIS.

Sexta die infra Octavam S. Petri.

In Laudibus fit Commemor. Octavæ S. Joannis Capistrani, ℣. Justum etiam in Vesperis, cui additur Commemoratio SS. Martyrum Chrysanti & Dariæ.

## DIE XXV. OCTOBRIS.

Septima die infra Octavam S. Petri.

In Laudibus fit Commem. Octavæ S. Joannis Capistrani, & SS. Martyrum.

Vesperæ de sequenti.

## DIE XXVI. OCTOBRIS.

Octava sancti Petri. Duplex minus.

Ad Vesperas, omnia út in primis Vesperis Festi, cum Commemorat. Octavæ sancti Joannis Capistrani, & sancti Evaristi Papæ & martyris.

In Laudibus fit Commem. Octavæ sancti Joannis Capistrani, & S. Evaristi Papæ & martyris.

In secundis Vesperis fit Commemoratio sequentis, & Octavæ S. Joannis Capistrani.

## DIE XXVII. OCTOBRIS.

In festo Translationis S. Ivonis Confessoris. Semiduplex.

Omnia dicuntur de Communi Confessoris non Pontificis, præter ea, quæ hic sunt propria.

In Hymno I ste Conféssor. mutatur tertius Versus.

Oratio.

Deus, qui beâtum Ivônem Confessôrem tuum innúmeris decorásti miráculis: te supplíciter deprecámur, ut qui hodiérna die ejus Elevatiônem & Translatiônem celebrâmus, ipsíus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Et



Et fit Commemoratio Octavæ S. Joannis.

In Laudibus fit Commemorat Oct. S. Joannis, & Vigiliæ Apostolorum, Aña. O zelâtor fidei. ℣. Ora pro nobis. Oratio ùt suprà.

Vesperæ de SS. Apostolis Simone & Juda, sine ulla Commemoratione.

## DIE XXVIII. OCTOBRIS.

In festo SS. Apostolorum Simonis & Judæ.

In ij. Vesperis fit Commemoratio Octavæ S. Joannis Capistrani.

## DIE XXIX. OCTOBRIS.

Septima die infra Octavam S. Joannis Capistrani. Semiduplex.

Vesperæ de Octava, ùt in primis Vesperis.

## DIE XXX. OCTOBRIS.

Octava S. Joannis Capistrani Duplex minus.

## FESTA NOBEMBRIS.

## DIE X. NOVEMBRIS.

In festo Translationis S. Ludovici Episcopi & Confessoris. Duplex minus.

Vesperæ à Capitulo de Translatione S. Ludovici, cum Commemorat. Dedicationis Basilicæ Salvatoris.

In Hymnno. Iste Conféssor. mutatur tertius Versus.

℣. Ora pro nobis beâte Ludovíce. ℟. Ut digni efficiâmur promissiónibus Christi.

In j. Vesperis ad Magnificat, Aña. Rosa vernans charitâtis, lílium virginitâtis, stella fulgens, Ludovícus, vas sanctitâtis, ora pro nobis Dóminum.

Oratio.

Deus; qui Ecclésiam tuam dispositiône mirábili nobis semper illústras Sanctôrum splendóribus: tribue quǽsumus; ùt qui beáti Ludovíci Confessôris tui atque Pontíficis Translatiône gratulâmur, ad ejus consórtium felíciter perducâmur. Per Dóminum nostrum.

Deindè fit Commemor. Dedicationis Basilicæ Salvatoris, & SS. Tryphonis, Respicii & Nymphæ martyrum.

In Laudibus ad Benedictus. Antiphona. Rosa vernans. ùt suprà in Vesperis.

Et fit Commemoratio SS. Martyrum Tryphonis, Respicii, & Nymphæ virginis.

Vesperæ à Capitulo de S. Martino Episcopo & Confessore, cum Commemorat. Translationis, & S. Mennæ martyris.

## DIE XII. NOVEMBRIS.

In festo S. Didaci Confessoris. Duplex ij. Classis, cum Oct.

Ad Vesperas, Antiphona. Beâtus Dídacus. cum reliq. de Laudibus. 87. Psalmus. Dixit Dóminus. cum reliquis de Dominica, & loco ultimi, Psalmus. Laudâte Dóminum omnes Gentes.

Capitulum. 1. *Cor.* 1. *d*

Fratres, Vidête vocatiônem vestram, quia non multi sapiéntes secúndùm carnem, non multi poténtes, non multi nóbiles: sed quæ stulta sunt mundi elêgit Deus, ut confúndat sapiéntes.

Hymnus.

FAllâcis undas sæculi
Mundique fugit rétia,
Ducénte Christi Spíritu,
Primis ab annis Didacus.
Deserta dum petit loca,
Corpúsque castigat suum,
Perfúndit illum lárgiùs
Cœléstis imber grátiæ.
Sublime mox scandit jugum
Francísci iter per árduum,
Et sancta per vestígia;
Seque árctiùs ligat Deo.
Immúnda quidquid áppetit,
Mirâtur, & quidquid caro
Calcat, relínquit, négligit,
Lucrêtur ut Christum sibi.
Jesu tibi sit glória,
Qui magna solus éfficis,
Cum Patre & almo Spíritu,
Per sæculôrum sæcula.
Amen.

℣. Ora pro nobis beâte Dídace.
℟. Ut digni efficiâmur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

Tanto beâtus Dídacus erga Christi páuperes amôre flagrâbat, ut cùm illôrum calamitátes pro voto sublevâre non posset, vim lacrymârum pro fúndens, verbis eos dulcíssimis solarêtur.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui dispositiône mirábili infirma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas: concêde propítius humilitáti nostræ, ut piis beáti Didaci Confessôris tui précibus, ad perénnem in cœlis glóriam sublimári mereâmur. Per Dóminum.

Et fit Commemor. S. Martini Episcopi & Confessoris.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Deum, cui semper humílium deprecátio plácuit, * Veníte adorémus. Psalmus. Veníte, exultêmus.

Hymnus.

INopem canâmus Dídacum
Cœli bonis prædivitem;
Húmilem canâmus Dídacum
Ad celsa vectum sidera.
Christi potens ô déxtera,
Quæ súscitat de púlvere
Egênum, & inter príncipes
In sede sublími locat.
En qui relíquit ómnia,
Felix recêpit ómnia,
Illústribus miráculis
Latè corûscat inclytus.
Corpus flagéllis sæpiùs,
Quod ásperis afflíxerat,
Odóre fragrat plúrimo,
Et membra sanat lánguida.
Summo Patri sit lúminum,
Natóque Patris glória,
Et cum beáto Spíritu
Cunctis in ævum sæculis.
Amen.

In primo Nocturno, Aña.

Cùm beâtus Dídacus ægrotôrum Fratrum Romæ curam géreret, in pública inópia apud Christi páuperes ómnia abundábant. Psalm Beátus vir, qui non ábiit. cum reliq. de Communi Confessoris non Pontif. Aña. Servo suo iter agénti mensam parâvit Deus, & vero Israëlítæ in desérto cibária ministrâvit. Psalm. Quare fremuêrunt. Aña. Ægrótos signo Crucis obsignans, óleo lámpadis perungêbat, multôrum vários languóres mirabiliter Crucis virtûte sanâbat. Psalm. Dómine, quid multiplicáti sunt. ℣. Amâvit eum Dóminus, & ornâvit eum. ℟. Stolam glóriæ índuit eum.



In secundo Nocturno, Aña.

Púerum è succénso furno extráctum, sanctæ Dei genitrícis auxílio matri incólumem repræsentâvit. Psalm. Cùm invocârem. Aña. Corpus quod viven Spíritus sancti templum fúerat, mórtuum non compútruit, sed suávi odóre omnes mirífìcè recreâbat. Psalm. Verba mea. Aña. Puella surda & muta, & paralýsi debilitâta, beâti Didaci mórtui manu tacta íllicò sensus recêpit, totóque córpore est roborâta. Psalm. Dómine Dóminus noster. ℣. Os justi meditábitur sapiéntiam. ℟. Et lingua ejus loquêtur judícium.

In tertio Nocturno, Aña.

Adoléscens in beâti Dídaci sacéllo orans & vígilans, à miserábili dæmonis vexatiône curâtur. Psalmus. Dómine, quis habitâbit. Antiphona. Méritis beâti Didaci partúriens à propínqua morte liberâtur, fœtus mórtuus ad vitam revocâtur. Psalmus. Dómine in virtûte. Antiphona. Dixit beâtus Dídacus in somni quiête fílio Regis: Confíde in Dómino princeps, quia sanus fies, & mox é summo vitæ perículo liberâtur. Psalmus. Dómini est terra. ℣. Lex Dei ejus in corde ipsius. ℟. Et non supplantabúntur gréssus ejus.

AD LAUDES,
& per Horas, Antiphona.

BEâtus Dídacus stádium virtûtis ingressus carnem suam labôribus, flagéllis, vigíliis ac jejúniis edomâbat. Psal. Dóminus regnâbit. cum. reliquis. Antiph. Oratióni semper inténtus, Dei collóquio júgiter fruebâtur. Aña. In schola oratiônis divínitùs erudítus, de rebus cœléstibus sensus miríficos proferêbat. Aña. Ad ínsulas Canárias missus, infidéles multos ad Christi fidem verbo atque exémplo perdúxit. Aña. Omnes in servo Dei copiôsum charitâtis spíritum, & singulârem apud Deum grátiam agnoscébant.

Capitulum. *1. Cor. 1.*

FRatres, Vidête vocatiônem vestram, quia non multi sapiéntes secúndùm carnem, non multi poténtes, non multi nóbiles: sed quæ stulta sunt mundi elêgit Deus, ut confúndat sapiéntes.

Hymnus.

MUndi Redémptor óptime,
Qui morte mortem déstruis;
Tuam Crucem sanctíssimam
Omnes ad astra tóllimus.
Diléxit illam Dídacus,
Amóre dulci sáucius,
Illámque post te fórtiter
Consors triúmphi sustulit.
Carnem rebéllem cómprimens,
Escam malôrum péssimam
Sensúsque confixit tuæ
Tecum ipse confixus Cruci.
Tandem ad beâta præmia
Athlêta fortis évolans



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Suâvi sopôre sólvitur
Charæ Crucis compléxibus.
Te Christe clementissime
Véniam precâmur súpplices,
Tu pro tuis fidélibus
Audi precántem Dídacum.
Amen.

℣. Ora pro nobis beâte Dídace. ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Benedictus, Antiphona.
Ad beâti Didaci corpus surdi áudiunt, muti loquúntur, paralýtici sanántur, ab obséssis corpóribus dæmone expellúntur, ægróti ad vitam ab ipso mortis límine revocántur.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui dispositióne mirábili infírma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas: concêde propítius humilitáti nostræ, ut piis beâti Dídaci Confessôris tui précibus, ad perénnem in cœlis glóriam sublimári mereâmur. Per Dóminum nostrum.

Ad Tertiam, Antiphona.
Oratióni semper inténtus.

Capitulum. Fratres, vidéte.
℟. breve. Amâvit eum Dóminus, * Et ornâvit eum. Amâvit. ℣. Stolam glóriæ índuit eum. Et ornâvit. Glória Patri. Amâvit eum. ℣. Os justi meditábitur sapiéntiam. ℟. Et lingua ejus loquêtur judícium.

Ad Sextam, Antiphona.
In schola oratiónis.

Capitulum. 1. *Cor.* 1.
Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapiéntia à Deo, & justítia, & sanctificátio, & redemptio: ut quemádmodùm scriptum est: Qui gloriátur, in Dómino gloriêtur.

℟. breve. Os justi, * Meditábitur sapiéntiam. Os justi. ℣. Et lingua ejus loquêtur judícium. Meditábitur sapiéntiam. Glória Patri. Os justi. ℣. Lex Dei ejus in corde ipsius. ℟. Et non supplantabúntur gressus ejus.

Ad Nonam, Antiphona.
Omnes in servo Dei.

Capitulum. 1. *Cor.* 2.
Non enim judicávi me scire áliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc crucifíxum.

℟. breve. Lex Dei ejus, * In corde ipsius. Lex Dei. ℣. Et non supplantabúntur gressus ejus. In corde. Glória Patri. Lex Dei. ℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. ℟. Et osténdit illi regnum Dei.

In secundis Vesperis, Antiphona. Beâtus Dídacus. cum reliquis de Laudib. 87. Psalmi, Capitulum, Hymus, & Versus ùt in primis Vesperis. 85.
℣. Ora pro nobis beâte Dídace. ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.
Beâtus Dídacus, dum tempus suæ resolutiônis instáret, Crucem ampléxus & osculátus, atque óculis in vitále lignum defixis, & verba illa magno affectu pronúntians: Dulce lignum, dulces clavos: dúlcia ferens póndera, quæ sola fuísti digna portâre Regem cœlôrum, & Dóminum; sanctam Deo ánimam réddidit.

Deindè fit Commem. S. Martini Papæ & martyris.
Quod Festum, si occurrat in Dominica, transfertur in aliam diem.



## DIE XIII. NOVEMBRIS.

Secunda die infra Octavam S. Didaci.
Fit de S. Martino Papa & martyre, Semiduplex, cum Commemor. Octavæ.
In secundis Vesperis fit à Capitulo de sequenti, cum Commemoratione præcedentis, & Octavæ.

## DIE XIV. NOVEMBRIS.

Tertia die infra Octavam S. Didaci.
Fit de S. Andrea Avellino Confessore.
Semiduplex.
Vide Diurnale Romanum 10. hujus.
In Laudibus fit Commemoratio Octavæ. Vesperæ de sequenti, Commemoratio præcedentis & Octavæ.

## DIE XVI. NOVEMBRIS.

Quinta die infra Octavam S. Didaci.
In festo B. Agnetis virginis, sororis S. Claræ.
Duplex majus.
Omnia de Communi unius Virginis.
In j. Vesperis fit Commem. præcedentis, Aña. Símile. & Octavæ.
In ij. Vesperis fit Commemoratio sequentis, Aña. Símile. & Octavæ.

## DIE XVII. NOVEMBRIS.

Sexta die infra Octavam S. Didaci.
In festo B. Salomeæ virginis.
Duplex.
Omnia de Communi unius Virginis, præter Orationem.

Oratio.

Deus, qui in beáta Saloméa terréni regni contémptum cum virginitâtis candôre in connúbio sociásti: concêde nobis, quæsumus; ut ejus exémplo tibi casto, & húmili corde serviéntes immarcessíbilem corônam glóriæ in cœlis cónsequi mereâmur. Per Dóminum nostrum.

Comm. Octav. in Laudibus.
In ij. Vesperis à Capitulo de sequenti, Commemoratio præcedentis & Octavæ.

## DIE XVIII. NOVEMBRIS.

Septima die infra Octavam S. Didaci.
Fit de Dedicatione Basilicarum SS. Apostolorum Petri & Pauli, cum Commemoratione Octavæ in Laudibus, Antiphona. Ad beâti Dídaci. 88.
Vesperæ de S. Elisabeth vidua, cum Commemoratione Octavæ S. Didaci, ùt in primis Vesperis Festi, & præcedentis tantùm.

## DIE XIX. NOVEMBRIS.

In festo S. Elisabeth viduæ, Tertii Ordinis.
Duplex ij. Classis.
Ad Vesp. omnia de Communi nec Virg. nec Mart. præter seq.
℣. Ora pro nobis.
Ora-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

Oratio.

TUórum corda fidélium Deus miserâtor illústra: & beátæ Elísabeth précibus gloriósis fac nos próspera mundi despícere, & cœléssti semper consolatiône gaudêre. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Deindè fit Commemor. diei Octavæ S. Didaci, ℣. Amâvit. Posteà Commemoratio Dedicationis.

In Laudibus fit Commem. diei Octavæ S. Didaci, ℣. Justum. & S. Pontiani Papæ & martyris.

In Vesperis Commemor. sequentis, & Octavæ S. Didaci, ℣. Justum.

DIE XXIV. NOVEMBRIS.

Fit de S. Gregorio Thaumaturgo Episcopo & Confessore.

Semiduplex.

Vide Officium in Diurnali Romano, die 17. Novembris. Et in Hymno. Iste Confessor. mutatur tertius Versus.

In Laudibus Commemoratio sancti Chrysogoni martyris.

DIE XXVI. NOVEMBRIS,

In festo B. Delphinæ virginis, Tertii Ordinis.

Duplex majus.

Omnia de Communi Virginum.

Oratio.

DEus, qui beátam Delphinam fámulam tuam inter cétera virtûtum insignia, virgináli pudicítia in conjúgio decorásti: concéde propítius; ut cujus sacra solémnia celébriter venerâmur in terris, ejus beâta consórtia felíciter consequâmur in cœlis. Per Dóminum.

Deindè fit Commemoratio S. Catharinæ, Antiphona. Símile. ℣. Diffûsa est. ℟. Proptéreà benedixit. ùt in Laudibus, & S. Petri Alexandrini.

In Laudibus fit Commemoratio S. Petri Episcopi & martyris.

Vesperæ de sequenti, Commemoratio præcedentis.

DIE XXVII. NOVEMBRIS.

In festo omnium Sanctorum Trium Ordinum S. P. N. Francisci

Duplex ij. Classis.

Ad Vesperas, Antiphona. Vidi turbam magnam. cum reliquis de Laudib. 92. Psal. Dixit Dóminus. cum reliquis de Domínica, & loco ultimi, Psalmus. Laudâte Dóminum omnes Gentes.

Capitulum. *Apoc.* 7.

ECce ego Joánnes vidi álterum Angelum ascendéntem ab ortu solis, habéntem signum Dei vivi: & clamâvit voce magna quátuor Angelis, quibus datum est nocêre terræ & mari dicens: Nolite nocêre terræ & mari, neque arbóribus, quoadúsque signémus servos Dei nostri in fróntibus eôrum.

Hymnus.

PLacâre, Christe, sérvulis,
Quibus Patris cleméntiam,
Tuæ ad tribúnal grátiæ
Patrôna virgo póstulat.
Vos purpuráti Mártyres,
Vos candidáti præmio
Confessiónis, éxules
Vocâte nos in pátriam.
Chorea casta Vírginum,
Et quos erêmus íncolas
Transmísit astris, Cœlitùm
Locâte nos in sédibus.
Auferte gentem pérfidam
Credéntium de fínibus;
Ut unus omnes únicum
Ovíle nos pastor regat.
Deo Patri sit glória,
Natóque Patris Unico,
Sancto simul Paráclito
In sempitérna sácula.
Amen.

℣. Oráte pro nobis omnes Sancti Ordinis Minôrum. ℟. Ut digni efficiâmur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

Triumphántium Mártyrum victor exércitus, sanctórum Confessôrum sacer Convéntus, beatórum Fratrum nóbilis cœtus, Vírgines Dómini, sanctæque Mulíeres, & Seráphici Minôrum Institúti cultóres omnes intercédite pro nobis, allelúia.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui Ecclésiam tuam váriis Sanctôrum splendóribus semper illústras, prótegis atque consérvas: concêde propítius; ut beáti Francisci, & Sanctôrum Filiôrum ejus, quorum ómnium mérita nos sub una tribuísti celebritâte venerári, précibus, & hìc ab ómnibus mundêmur offénsis, & in futúro, glória perfruâmur ætérna. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem regum Dóminum veníte adorêmus, * Quia ipse est coróna Sanctôrum ómnium. Psalmus. Veníte, exultêmus.

Hymnus. Placâre, Christe. ùt suprà. 90.

In primo Nocturno, Aña.

Novit Dóminus viam Justôrum, qui in lege ejus meditántur die, ac nocte. Psalm. Beátus vir. Aña. Mirificâvit Dóminus Sanctos suos, & exaudívit eos clamántes ad se. Psalmus. Cùm invocárem. Antiphona. Admirábile est nomen tuum Dómine, quia glória, & honôre coronásti sanctos tuos, & constituísti eos super ópera mánuum tuárum. Psalm. Dómine Dóminus noster. ℣. Lætámini in Dómino, & exultâte justi. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

In secundo Nocturno, Aña.

Dómine, qui operáti sunt justítiam, habitábunt in tabernáculo tuo, & requiéscent in monte sancto tuo. Psalm. Dómine, quis habitábit. Antiphona. Hæc est generátio quæréntium Dóminum, quæréntium fáciem Dei Jacob. Psalm. Dómini est terra. Aña. Lætámini in Dómino, & exultâte justi, & gloriámini omnes recti corde. Psalm. Beáti quorum remíssæ. ℣. Exúltent justi in conspéctu Dei. ℟. Et delecténtur in lætítia.





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

In tertio Nocturno, Aña. Timête Dóminum omnes Sancti ejus, quóniam nihil deest timéntibus eum: Ecce óculi Dómini super justos, & aures ejus ad preces eôrum. Psalmus. Benedicam Dóminum. Antiphona. Dómine spes Sanctôrum, & turris fortitúdinis eôrum, dedísti hereditâtem timéntibus nomen tuum: & habitâbunt in tabernáculo tuo in sæcula. Psalmus. Exáudi Deus deprecatiônem meam. Antiphona. Qui diligitis Dóminum, lætámini in Dómino, & confitémini memóriæ sanctitâtis ejus. Psalmus. Dóminus regnâvit, exúltet terra. ℣. Justi autem in perpétuum vivent. ℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

## AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Vidi turbam magnam, quam dinumerâre nemo póterat ex ómnibus géntibus, stantes ante thronum. Psalmus. Dóminus regnâvit. cum reliquis. Antiphona. Et senióres stabant in circúitu throni, & cecidérunt in fácies suas, & adoravérunt Deum. Antiphona. Redemísti nos Dómine Deus in sánguine tuo ex omni tribu, & lingua, & pópulo, & natiône, & fecísti nos Deo nostro regnum. Antiphona. Benedícite Dóminum omnes elécti ejus, ágite dies lætítiæ, & confitémini illi. Antiphona. Hymnus ómnibus sanctis ejus, fíliis Israël pópulo appropinquánti sibi, glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Capitulum. *Apoc.* 7.

Ecce ego Joánnes vidi álterum Angelum ascendéntem ab ortu solis, habéntem signum Dei vivi, & clamâvit voce magna quátuor Angelis, quibus datum est nocêre terræ, & mari, dicens, Nolíte nocêre terræ, & mari, neque arbóribus, quoadúsque signêmus servos Dei nostri in fróntibus eôrum.

Hymnus.

Salûtis ætérnæ dator
 Jesu redémptis súbveni:
Virgo parens cleméntiæ,
 Dona salûtem sérvulis.
Cohors triúmphans Mártyrum,
 Almus Sacerdôtum Chorus,
Et Virginâlis cástitas
 Nostros reátus ábluant.
Quicúmque in alta síderum
 Regnâtis aula Príncipes,
Favête votis súpplicum,
 Qui dona cœli flágitant.
Virtus, honor, laus, glória
 Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito
 In seculôrum sæcula.
 Amen.

℣. Orate pro nobis omnes Sancti Ordinis Minórum. ℟. Ut digni efficiamur promissiónibus Christi.

Ad Benedictus, Antiphona. Te candidátus Martyrum exércitus: Te gloriôsus Pontíficum chorus: Te beâtus Confessôrum cœtus: Te laudábilis Minórum númerus: Te omnes Sancti, & elécti voce confiténtur unánimes: Beâta Trínitas unus Deus.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui Ecclésiam tuam váriis Sanctôrum splendóribus semper illústras, prótegis atque consérvas: concêde propítius; ut beáti Francisci, & Sanctôrum Filiôrum ejus, quorum ómnium mérita nos sub una tribuísti celebritâte venerári, précibus, & hic ab ómnibus mundêmur offénsis, & in futúro glória perfruâmur ætérna. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Ad Primam ad Absolutionem, Capit. Hi sunt, qui venérunt. ut infra ad Nonam.

Ad Tertiam, Antiphona. Et senióres.

Capitulum. Ecce ego Joánnes. ut supra. 92.

℟. br. Lætámini in Dómino, * Et exultâte justi. Lætámini in Dómino. ℣. Et gloriámini omnes recti corde. Et exultâte. Glória Patri. Lætámini in Dómino. ℣. Exúltent justi in conspectu Dei. ℟. Et delecténtur in lætítia.

Ad Sextam, Antiphona. Redemísti.

Capitulum. *Apoc.* 7.

Et audívi númerum signatôrum, centum quadragínta quátuor millia signáti ex omni tribu filiôrum Israël.

℟. br. Exultent justi, * In conspéctu Dei. Exúltent justi. ℣. Et delecténtur in lætítia. In conspéctu. Glória Patri. Exúltent. ℣. Justi autem in perpétuum vivent. ℟. Et apud Dóminum est merces eôrum.



Ad Nonam, Antiphona. Hymnus ómnibus.

Capitulum. *Apoc.* 7.

Hi sunt, qui venérunt de tribulatiône magna, & lavérunt stolas suas, & dealbavérunt eas in sánguine Agni.

℟. breve. Justi autem, * In perpétuum vivent. Justi autem. ℣. Et apud Dóminum est merces eôrum. In perpétuum. Glória Patri. Justi autem. ℣. Exultábunt sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

In secundis Vesperis, Antiphona. Vidi turbam magnam. cum reliquis de Laudibus. 92. Psalm. Dixit Dóminus. cum reliq. de Dominica, & loco ultimi, Psalm. Crédidi.

Deindè à Capitulo de S. Jacobo de Marchia Confessore non Pontif. ℣. Ora pro nobis. Oratio, fol. 1. Posteà Commemor. Omnium Sanctorum. Aña. O quàm gloriôsum est regnum, in quo cum Christo gaudent omnes Sancti, amícti stolis albis, sequúntur Agnum quocúmque ierit. ℣. Exultábunt Sancti in glória. ℟. Lætabúntur in cubílibus suis. Si transferatur, Capitulum, & Hymnus ut in j. Vesperis, & ℣. Oráte pro nobis omnes Sancti Ordinis Minórum. ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Oratio, Omnípotens.

Deindè Feriæ.

OCTA-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# OCTAVÆ SANCTORUM

Qui Celebrantur à Tertio Ordine S. Patris nostri Francisci, tamquam Patroni.

*Cum Tertius Ordo in tres status Religiosorum, videlicet, Monialium, & Personarum, quæ tria Vota substantialia Religionis non emittunt sub regulari tamen Superiorum nostrorum directione, & Regula ejusdem Ordinis extra Claustra piè degunt, sit divisus, prout annotatum manet in Kalendario horum Officiorum, adductis ibidem Brevibus, ac Decretis Apostolicis, quibus hujusmodi divisio, & directio Regularis præscriptæ reperiuntur diversos ex diversis statibus Patronos colit hic Ordo ex Indulto Apostolico. Etenim ex statu Tertio sanctum Ludovicum Francorum Regem, & ex Secundo sanctam Elisabeth Hungariæ celebrat cum Octava, & sub ritu Patronis principalibus debito, eisdem à Sacra Rituum Congregatione, die 1. Martii 1681. 13. Junii 1682. & aliàs sæpè atributo.*

*Omnia dicuntur per totam Octavam, ut in suis respectivè diebus Festis habentur.*

**DIE XXIII. MAII.**

Quarta die infra Octavam S. Ivonis.

Omnia dicuntur ùt suprà in die 19. Maii.

**DIE XXIV. MAII.**

Sexta die infra Octavam S. Ivonis.

Omnia ùt in die.

**DIE XXVI. MAII.**

Octava S. Ivonis.
Duplex.

Omnia ùt in die, & in Laudibus fit Commemorat. S. Eleutherii Papæ & martyris, Antiphona. Qui odit. ℣. Justus ùt palma. Oratio. Infirmitatem.

**DIE XI. JULII.**

Quarta die infra Octavam S. Elisabeth Reginæ Portugalliæ.

Omnia ùt suprà in die 8. Julii, & in Laudibus fit Commemor. S. Pii Papæ & martyris.

**DIE XV. JULII.**

Octava S. Elisabeth.
Duplex.

Omnia ùt in die.

**DIE XXV. AUGUSTI.**

In festo S. Ludovici Regis Francorum, Confessoris, Tertii Ordinis.
Duplex j. Classis, cum Octava.

Apud Tertiarios sæculares tantùm.

Omnia dicuntur sicut habentur in Officio Ordinis, & in ij. Vesperis nulla fit Commem.

**DIE XXVI. AUGUSTI.**

Secunda die infra Octavam S. Ludovici Regis Francorum.
Semiduplex.

Omnia ùt in die, & in Laudibus fit Commemorat. S. Zephyrini Papæ & martyris.





**DIE XXVII. AUGUSTI.**

Tertia die infra Octavam.

Omnia ùt in die.

**DIE I. SEPTEMBRIS.**

Octava S. Ludovici.
Duplex.

Omnia ùt in die, & in Laudibus fit Commemor. S. Ægidii Confessoris, & Sanctorum duodecim Martyrum.

**DIE I. OCTOBRIS.**

Quinta die infra Octavam S. Elzearii.

Omnia ùt in die.

**DIE XIX. NOVEMBRIS.**

In festo S. Elisabeth Reginæ Hungariæ, viduæ, Tertii Ordinis S. Francisci.
Duplex j. Classis.

Pro Tertiariis Monialibus tantùm, cum Octava, & nihil de S. Pontiano.

Omnia dicuntur prout in Officio Ordinis reperiuntur.

Quia autem dies infra Octavam ejusdem Festi aliis Officiis sunt impeditæ, solùm fiet Commemorat. ad Vesperas & Laudes, per totam infra Octavam de ipsa S. Elisabeth: excepta die 24. Novembris, tunc enim fit de sexta die infra Octavam S. Elisabeth: Et in die Octava servabitur Decretum Sacræ Congregationis de die 1. Martii 1681. Cujus vi trasferri debet Festum B. Delphinæ, pro quo dies propria apud Tertium Ordinem Monialium erit 29. Novembris.

**DIE XXIV. NOVEMBRIS.**

Sexta die infra Octavam S. Elisabeth.

Et fit Commemoratio in Laudibus sancti Chrysogoni martyris.

**DIE XXVI. NOVEMBRIS.**

Dies Octava S. Elisabeth.
Duplex.

Et fit in Laudibus Commemoratio S. Petri Episcopi & martyris.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# LITANIÆ

Juxta præscriptum Rubricarum, pro Nostratibus, ex indulto Apostolico, rite dispositæ.

Kyrie eleïson.
Christe eleïson.
Kyrie eleïson.
Christe audi nos.
Christe exáudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miserêre nobis.
Fili Redémptor mundi Deus, Miserêre nobis.
Spiritus sancte Deus, Miserêre nobis.
Sancta Trínitas unus Deus, Miserêre nobis.
Sancta María, Ora pro nobis.
Sancta Dei Génitrix, ora.
Sancta Virgo vírginum, ora.
Sancte Michaël, ora.
Sancte Gábriël, ora.
Sancte Ráphaël, ora.
Omnes sancti Angeli, & Archángeli, oráte pro nobis.
Omnes Sancti beatôrum Spírituum Ordines, oráte.
Sancte Joánnes Baptista, ora.
Sancte Joseph, ora.
Omnes sancti Patriárchæ, & Prophetæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacôbe, ora.
Sancte Joánnes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacôbe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomǽe, ora.
Sancte Matthǽe, ora.

Sancte Simon, ora.
Sancte Thadǽe, ora.
Sancte Mathía, ora.
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes sancti Apóstoli, & Evangelistæ, oráte.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Omnes sancti Innocéntes, oráte pro nobis.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Lauréntí, ora.
Sancte Vincénti, ora.
Sancti Fabiâne & Sebastiâne, oráte pro nobis.
Sancti Joánnes & Paule, oráte.
Sancti Cosma & Damiâne, oráte pro nobis.
Sancti Gervási, & Protási, oráte pro nobis.
Sancte Berárde, ora.
Sancte Petre, ora.
Sancte Accúrsi, ora.
Sancte Adjúte, ora.
Sancte Otho, ora.
Sancte Daniël, ora.
Sancte Angele, ora.
Sancte Samuël, ora.
Sancte Dónule, ora.
Sancte Leo, ora.
Sancte Huguline, ora.
Sancte Nicolâe, ora.
Omnes sancti Mártyres, oráte.
Sancte Silvéster, ora.
Sancte Gregóri, ora.

Sanc-



Sancte Ambrósi, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Bonaventûra, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Nicolâe, ora.
Sancte Ludovíce, ora.
Sancte Benvenûte, ora.
Omnes sancti Pontífices, & Confessóres, oráte.
Omnes sancti Doctóres, oráte.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Bernárde, ora.
Sancte Domínice, ora.
Sancte Pater noster Francísce, ora pro nobis.
Sancte Antóni de Pádua, ora.
Sancte Bernardíne, ora.
Sancte Jacôbe de Márchia, ora.
Sancte Joánnes de Capistráno, ora pro nobis.
Sancte Petre de Alcántara, ora.
Sancte Francísce Solâne, ora.
Sancte Petre Regalâte, ora.
Sancte Dídace, ora.
Sancte Paschâlis, ora.
Sancte Felix, ora.
Sancte Joseph à Leonissa, ora.
Sancte Fidélis à Sigmaringa, ora pro nobis.
Sancte Ludovíce, ora.
Sancte Ivo, ora.
Sancte Elzeári, ora.
Sancte Roche, ora.

Sancte Conrâde, ora.
Omnes sancti Sacerdótes & Levítæ, oráte pro nobis.
Omnes sancti Mónachi, & Eremítæ, oráte pro nobis.
Sancta María Magdalêna, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Santa Agnes, ora.
Sancta Cœcília, ora.
Sancta Catharína, ora.
Sancta Clara, ora.
Sancta Catharína de Bonónia, ora pro nobis.
Sancta Rosa de Vitérbio, ora.
Sancta Anastásia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Elisabeth Hungáriæ, ora.
Sancta Elisabeth Portugálliæ, ora pro nobis.
Sancta Margaríta de Cortóna, ora pro nobis.
Omnes sanctæ Vírgines & Víduæ, oráte pro nobis.
Omnes Sancti & Sanctæ trium Ordinum sancti Patris Nostri Francisci, intercédite pro nobis.
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei, intercédite pro nobis.
Propítius esto, Parce nobis Dómine.
Réliqua ùt in Litániis Universális Ecclésiæ appósitis in fine Psalmôrum Pœnitentiálium.

---

Formula Absolutionis Plenariæ Religiosis, Tertiariis sæcularibus, & Cordigeris in extremis constitutis, vigore Privilegiorum, elargiendæ.

FActa Confessione, & dictis, Misereatur. & Indulgentiam. dicatur Dominus noster Jesus Christus per merita suæ sacratissimæ Passionis te absolvat, & gratiam suám tibi infundat, & ego auctoritate ipsius, ac beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Summorum Pontificum, mihi in hac parte com-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

commissa, & tibi concessa, absolvo te ab omni vinculo excommunicationis majoris, vel minoris, si quod incurristi, & restituo te unioni, & participationi Fidelium, nec non sanctis Sacramentis Ecclesiæ. Item eadem auctoritate, quatenùs ad præsens forum spectat, Ego te absolvo ab omnibus peccatis tuis, tibique relaxo omnes pœnas Purgatorii, quas pro peccatis commmissis meruisti, concedens tibi remissionem, & indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuorum, & restituo te illi statui innocentiæ, in quo eras, quando baptizatus fuisti: in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Quòd si hac vice non discesseris, reservo tibi gratiam usque ad extremum mortis tuæ articulum.

Quia verò nonnulli Summi Pontifices Indulgentiam Plenariam prædictis Personis, in articulo mortis constitutis, benignè concesserunt, sine ulla dependentia ab electione Confessarii, qui talem indulgentiam, nomine Pontificum, impertiatur; ideò ad majus spirituale solatium, non tamquam necesaria, sed ùt valde proficua, subjungenda est sequens deprecatio, cui, in extremis laborans, devote correspondeat, Nomen Sanctissimum **JESU** ore vel corde enixe invocando.

Dominus noste Jesus Christus, Filius Dei vivi, qui beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, & remittat tibi omnia peccata quæcumque, & quomodocumque in toto vitæ decursu commisisti, de quibus corde contritus, & ore confessus es, restituens tibi stolam primam, quam in Baptismate recepisti. Et per indulgentiam plenariam à Summis Pontificibus, Nostratibus, in articulo mortis constitutis, concessam, liberet te a præsentis, ac futuræ vitæ pœnis; dignetur Purgatorii cruciatus remittere, portas inferi claudere, Paradisi januam aperire, teque ad gaudia sempiterna perducere, per sacratissima suæ vitæ, passionis, & glorificationis mysteria. Qui cum Patre, & Spiritu sancto Deus unus vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

# SUPLEMENTUM
# SANCTORUM
## ORDINIS MINORUM
### Qui in hoc Diurno prætermissi sunt.

**DIE XIII. AUGUSTI.**

[illegible] Octavam S. Claræ.
In festo B. Petri à Moliano Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontif. j. loco.

In Laudibus fit Commem. Octavæ S. Claræ, S. Laurentii mart. ac SS. Hippoliti & Cassiani martyrum.

In ij. Vesperis fit Commem. sequentis, & Octavæ S. Claræ, S. Laurentii, ac S. Eusebii Confessoris.

**DIE XIV. AUGUSTI.**

In Vigilia Assumptionis B. M. V.
Fit de S. Camillo de Lellis Confessore.

Semiduplex.

Ut in Diurnali 18. Julii.

In Laudibus fit Commem. Octavæ S. Laurentii, Vigiliæ, & S. Eusebii Confessoris.

FONDO BIBLIOTECA PUBLICA DEL ESTADO DE NUEVO LEON
UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

DAD AUTÓNOMA DE NUEV
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTEC